CONSPECTUS

FLORAE GRAECAE

AUCTORE

E. DE HALÁCSY

VOLUMEN I

LIPSIAE

SUMPTIBUS GUILELMI ENGELMANN

1901.

Praefatio.

Floram Graeciae, quae semper animos rerum naturae inquisitorum oblectatos tenebat, quamquam iam exeunte saeculo XVII. et ineunte saeculo XVIII. quaestionibus virorum doctorum patuit, primus Johannes Sibthorpius tractavit, qui in peregrinationibus, quas saeculo XVIII. exeunte suscepit, magnam huius terrae partem, quod ad floram attinet, pervestigavit. Atque „monumentum aere perennius" exactum est in libris illis duobus, quos Sibthorpio mortuo J. E. Smithius et partim J. Lindleyus ediderunt, quibus libris „Florae Graecae prodromus" inscribitur, imprimis autem libris illis decem forma maxima a. F. Bauero illustratis atque „Flora Graeca" inscriptis; qui vir in arte sua multum versatus Sibthorpium perigrinantem comitatus erat atque hos libros ad veritatem optime illustravit, quare in quaestionibus de flora Graeca faciendis semper fundamentum quasi erunt. Plus 1000 species in his libris enumerantur atque partim describuntur sive depinguntur.

Quaestionibus, quae ex illo tempore institutae sunt, et numerus hic multo auctus est et nonnullae tractationes egregiae incitatae sunt. Quae ex quaestionibus, quae usque ad annum 1880 institutae sunt, efficiuntur, maxima quidem ex parte in Boissierii libro insigni, qui „Flora orientalis" inscribitur, collecta, sed propter copiam materiae in hoc libro tractatae ita dissipata sunt, ut rerum statum, quod ad floram Graecam attinet, qualis nunc sit, nisi difficillime non cognoscere possis; praeterea ex tempore, quo ille liber scriptus est, quaestiones in hac terra pervestiganda non paullum processerunt, ut non indignae esse videantur, quae comprehendantur. Quare ius mihi datum esse puto, ut hunc libellum, in quo de Graeciae ipsius flora agitur, edam, praesertim cum iam satis multos annos huic florae operam dem; deinde, cum herbarum materiam, quam copiosissimam possideam; denique, cum ipse in peregrinationibus haud parvam huius terrae partem cognoverim atque his ex causis cognitionem huius florae comparare potuerim.

Quod ad dispositionem materiae pertinet, dispositione in Decandollei „prodromo" adhibita usus sum non, quod rationem in opere illo gravissimo adhibitam rectissimam phylogeneticam esse putem, sed utilitatis causa, ut ita dicam, cum haec dispositio maxime pervulgata sit. Ceterum

in flora regionis, si cum aliis comparaveris, tam parvae tractanda non tam multum differre mihi videtur, quam rationem sequaris, cum propter lacunas et multas et magnas naturalis singulorum ordinum affinibus omnino non intelligi possit.

Quod ad species pertinet, in universum opera de floris recentiora, imprimis Boissierium secutus sum, quamquam haud raro discessi; nam imprimis nonnullae species a Boissero ipso institutae sed postea exemptae restituendae esse mihi videbantur, cum alia ex parte nonnullas species, quae in „flora orientalis" inveniuntur, eximendas mihi esse putaverim. Cum, qualis species definienda sit, decerni non possit, in rebus ancipitibus fieri non posse mihi videtur, quin mei ipsius opinionem sequar.

Quod ad nomina indenda pertinet, prioritatis rationem, quam solam rectam esse puto, secutus sum, neglectis sententiis virorum doctorum, qui nomina quaedam obsoleta esse putaverunt, cum haec ratio constanter adhibita non solum difficilis, sed etiam iniusta esse atque fidei historicae repugnare mihi videatur. Nomina duplicia, cum naturae meae resistant, non adhibui, quamquam ea omnino adhiberi non licere non adfirmaverim.

Deinde mihi haud alienum a re visum est, postquam nomina auctorum citavissim, opera quoque laudare, in quibus viri docti de singulis speciebus ab ipsis observatis disputant, primum ut demonstrem, quibus fontibus usus de speciebus, quales sint atque ubi inveniantur, dicam; deinde, ut in narrationibus dubiis, de quibus, cum certis exemplaribus uti non potuerim, decernere non potui, etiam ex auctorum nominibus concludi possit, utrum veri similes an ex errore ortae esse putandae sint. Quare hic liber multo amplior factus est; sed spero me hanc magnam operam non perdidisse. His testimoniis nisus etiam species recepi, de quibus, num in Graecia inveniantur, mihi maxime dubium esse videbatur, quod singulis locis adnotavi. Narrationes de speciebus, quas omnino non inveniri putavi, ubi de singulis speciebus disputavi, in adnotatione tantum commemoravi. Futuris quaestionibus hi errores, qui imprimis in libris vetustioribus inveniuntur, corrigendae erunt. Synonima non nisi maxime necessaria attuli, atque imprimis ea nomina, quibus hae species in libris, in quibus de flora Graeca agitur, nominantur.

Imprimis operam dedi, ut exsiccata indicarem, de quibus descriptiones factae sunt, cum iis saepe descriptiones non satis accuratae magnopere aut suppleri aut corrigi possint. In qua re imprimis collectiones numeris notatae allatae sunt, cum maxime pervulgata sint, ut Heldreichii herbarium Graecum normale et Orphanidis flora Graeca exsiccata, optimae collectiones, quales de paucis terris habemus; tum quidem, cum collectiones numeris notatae non aderant, collectiones numeris non ornatas citavi.

Diagnoses optimas et accuratissimas a Boissiero in flora orientali adhibitas maxima quidem ex parte secutus sum neque mutavi, nisi, ubi mutationes propter species denuo institutas sive aliis ex causis necessarias esse, aut, ubi speciem aliter definiendam esse putavi.

Ut species facilius statui possent, operam dedi, ut praeter dispositionem secundum sectiones dividerem in partes minores, quae duas

tantum species concluderent atque contrariis diagnosticis discernerentur; signa anteposui haec: a α × ○ . ; , —. Simul conspectum operis clariorem fieri putavi, si hunc conspectum signorum singulorum generum, quibus complures species sunt, descriptioni praeposuissem.

Quod ad loca, ubi species inveniuntur, notanda pertinet, omnia, quae sive ex litteratura sive ex herbariis cognoscere potui, attuli, quod hoc solo modo, quibus in regionibus terrae, quod ad floram pertinet, non satis pervestigatae, species inveniantur, certe discerni potest. In paucis tantum speciebus, quas ubique inveniri constat, hanc rationem neglexi. Nomina locorum ita scripsi, ut sive in libris sive in titulis sive in charta regni Graeciae geographica a militari instituto geographico Vindobonensi modulo 1 : 3000000 anno 1885 edita atque ab H. Kieperto perspecta aut in charta Cretae ab H. Kieperto edita inveni. Qua in re uniformitatem difficillime conservari potuisse, facile intelligitur, praesertim cum et locis et montibus et fluminibus, nisi complura, duo saltem nomina sint, alterum antiquo, alterum posteriore tempore inditum. Sed cum locis, ubi species inveniuntur, semper provinciae nomen praeposuerim, plerumque haud difficiliter loca, si quidem in chartis geographicis descripta sunt, inveniri posse mihi videntur.

Restat denique, ut omnibus, qui me in hoc opere conficiendo adiuverunt, gratias agam, imprimis Th. de Heldreich, amico meo mortuo, qui multos per annos materia herbarum subpeditanda ad hoc opus conficiendum plurimum valuit. Gratias quoque maximas illustrissimae academiae litterarum caesareae Vindobonensi debeo, quae me et in peregrinatione mea per Graeciam secunda et in editione huius operis liberalissima munificentia adiuvit.

Spero hunc librum, quem ad modum sit mancus, tamen omnibus, qui florae Graecae operam dant, magistrum atque iis, qui posthac de hac re quaerent, fundamentum fore, quare operam multos per annos in hanc rem consumptam me non perdidisse puto.

Auctor.

Fontes florae Graecae.

(Enumeratio publicationum praecipue de plantis Graeciae terrarumque finitimarum tractantium.)

Ascherson P., Kleine phytographische Bemerkungen, in Bot. Zeitung XXXVIII. p. 17 (1880).
— Note sur le genre Anosmia, in Bull. mens. soc. Linn. I. n. 29 p. 225 (1879).
— Rückreise von Alexandrien nach Berlin, in Verh. bot. Ver. Brandenb. XXII. p. 50 (1880).
Aznavour M., Plantes recueillies par M. F. X. Lobry dans l'île de Syra, in Magy. bot. lap. I. p. 193 (1902).
Balansa M. B., Note sur un nouveau Rumex de l'Asie mineure, in Bull. soc. bot. France I. p. 281 (1854).
Baldacci A., Flora di Corfu, in Rivista italiana di scienze nat. die Siena IX. p. 135 (1889).
— Ricordi di un viaggio botan. fra Prevesa e Janina, in Bull. della soc. bot. ital. 1893 p. 84.
— Contributo alla connoscenza della flora dalmata, montenegrina, albanese, epirota e graeca, in Nuovo giorn. bot. ital. (nuova serie) I. 2 (1894).
— Rivista critica della collezione botanica fatta nel 1892 in Albania; estratto dalla Malpighia 1894.
— Risultati botanici del viaggio compiute in Creta nel 1893; estratto del giornale Malpighia anno IX. (1895).
— Una corsa botanica nell' isola di Santa Maura, in Bull. de l'herb. Boiss. IV. (1896).
— Rivista della collezione botanica fatta nel 1894 in Albania, in Bull. de l'herbier Boissier IV. n. 9 (1896).
— Rivista della collezione botanica fatta nel 1895 in Albania, in nuovo giorn. bot. ital. IV. n. 4 (1897) et V. n. 1 (1898).
— Rivista della collezione botanica fatta nel 1896 in Albania, in nuovo giorn. bot. ital. VI. (1899).
— Itinerari fitogeografici del mio secondo viaggio in Creta 1899; estratto della serie V., tomo X., delle Memorie della R. Academia delle scienze dell' istituto di Bologna 1903.
Beck G., Die Armeria-Arten der Balkanhalbinsel, in Verh. zool. bot. Ges. Wien XLVII. p. 577 (1897).
Belon P., Les observations de plusieurs singularités et choses memorables trouvées en Grèce. Paris, 1553.
Bertrand Ch. E., Note sur le genre Abies, in Bull. soc. bot. France XVIII. p. 376 (1871).
Billerbeck J., Flora classica. Leipzig 1824.
Boissier E., Diagnoses plantarum orientalium novarum. Lipsiae 1842—1854.
— Diagnoses plantarum novarum praesertim orientalium. Series secunda. Neocomi 1853—1859.
— Flora orientalis. Basileae 1867—1888.

Boissieu M., Quelques notes sur la flore d'orient, in bull. soc. bot. France XLIII. p. 283 (1896).
Bornmüller J., Ein Beitrag zur Eichenflora des südöstlichen Europa, in bot. Centralblatt XXXVII p. 129 (1889).
— Nachtrag zur Florula insulae Thasos, in öst. bot. Zeitschr. 1894 p. 124 et 173.
Boué, La Turquie d'Europe. Paris, 1840.
Buser R., Contributions à la connaissance des Campanulées, in Bull. de l'herb. Boiss. II. p. 501 (1894).
Celakovsky L., Diagnosen einiger neuer Thymus-Arten, in Flora LXV. p. 563 (1882).
— Über einige Arten resp. Rassen der Gattung Thymus, in Flora LXVI. p. 120 (1883).
— Über einige Arten der Gattung Teucrium, in bot. Centralbl. XIV. p. 151 (1883).
— Über einige verkannte orientalische Carthamus-Arten, in Sitzungsbericht der k. böhm. Ges. Wissensch. 1885.
— Über das Verhältniss des Rumex acetoselloides Bal. zum R. angiocarpus Murb., in Sitzungsb. der k. böhm. Ges. Wissensch. 1892.
— Beitrag zur Kenntniss der Flora der Athos-Halbinsel, in Sitzungsb. der k. böhm. Ges. Wissensch. 1887.
Chaubard M. et Bory M., Nouvelle Flore du Péloponnèse et des Cyclades, Paris 1838.
Chloros N. A., Waldverhältnisse Griechenlands. München 1884.
Clementi J., Sertulum orientale. Taurini 1855.
Clusius C., Rariorum plantarum historia. Antverpiae, 1601.
Conti P., Classification et distributions des espèces europ. du genre Matthiola, in Bull. herb. Boiss. V. p. 315 (1897).
Crepin F., Les roses recueillies en Thessalie par M. Paul Sintenis en 1896, in bull. de l'herb. Boiss. V. Nr. 2 (1897).
Dallaporta N., Prospetto delle piante che si trovano nell' isola di Cefalonia. Corfu 1821.
Daveau M. J., Note sur quelques Lotus de la section Tetragonolobus, in Bull. soc. bot. France XLIII. p. 358 (1896).
Desfontaines M., Choix de plantes du corollaire des instituts de Tournefort. Paris, 1808.
Dierbach J. H., Flora Mythologica. Frankfurt am Main 1833.
Dörfler J., Centaurea Halacsyi, in Öst. bot Zeitschr. 1901 p. 204.
Drude O., E. Boissier und seine Flora orientalis, in Abhandl. naturw. Ges. Isis in Dresden 1886 I. p. 33.
Dumont d'Urville J., Enumeratio plantarum quas in insulis Archipelagi aut littoribus Ponti-Euxini, annis 1819 et 1820 collegit atque detexit, 1822. Extrait du I. vol. des Mémoires de la soc. Linn. de Paris.
Duval Jouve M. J., Étude sur les Aira de France, in Bull. soc. bot. France XII. p. 6 (1865).
Fauché A., Brongniart, Chaubard et Bory de Saint Vincent, Expédition scientifique de Morée, Tome III., 2 part, Botanique. Paris 1832.
Fellner St., Die Homerische Flora. Wien 1897.
Fenzl Ed., Sedum magellense Ten. et olympicum Bois. nebst einer Notiz über Armeria rumelica und canescens Bois., in Verh. zool. bot. Ges. 1866 p. 917.
Fiedler K. G., Übersicht der Gewächse des Königreichs Griechenland. Dresden 1840.
Formanek E., Beitrag zur Flora von Serbien, Macedonien und Thessalien, in Deutsche bot. Monatsschrift 1890 et 1891.
— Beitrag zur Flora von Albanien, Korfu und Epirus, in Verh. naturforsch Vereines in Brünn XXXIII. (1895).
— Zweiter Beitrag zur Flora von Serbien, Macedonien und Thessalien, in Verh. naturforsch. Ver. in Brünn XXXIV. (1896).
— Einige neue Arten aus Thessalien, in Deutsche bot. Monatschrift XV. p. 73 et 197 (1897).
— Dritter Beitrag zur Flora von Thessalien, in Verh. naturforsch. Vereines in Brünn XXXV (1897).

Formanek E., Berichtigung zum Artikel „Neue Arten aus Thessalien", in Deutsche bot. Monatschr. XV. p. 320 (1897).
— Beitrag zur Flora von Griechenland, in Deutsche bot. Monatschr. XVI. p. 77 (1898).
— Zur Flora Thessaliens, in Deutsche bot. Monatsschr. XVI. p. 172 (1898).
— Kleinere Mittheilungen, in Deutsche bot. Monatschr. XVI. p. 173 (1898).
Forsyth-Major C. J. et Barbey W., Matériaux pour la flore de Syra, in Bulletin de l'herb. Boiss. III, p. 82 (1895).
— Sertum cerigense, in Bulletin de l'herb. Boiss. V. p. 398 (1897).
Fournier E., Monographie du genre Farsetia, in Bull. soc. bot. France XI. p. 51 (1864).
— Monographie du genre Hesperis, in Bull. soc. bot. France XIII. p. 326 (1866).
Fraas C., Synopsis plantarum florae classicae. München, 1845.
— Zur neuen arcadischen Tannenspecies (Ab. reginae Amaliae), in Flora XLIV. p. 62 (1861).
Franchet M. A., A propos du Maillea Urvillei Parl., in Bullet. soc. bot. France XXXIX. p. 270 (1892).
Freyn J., Muscari Weissii n. sp., in öst. bot. Zeitschr. 1898 p. 87.
— Fünf bisher unbeschriebene Arten der Mediterranflora, in Flora LXIII. p. 24 (1880).
— Phytographische Notizen, in Flora LXIV. p. 209 (1881).
— Phytographische Notizen insbesondere aus dem Mittelmeergebiete, in Flora LXVII. p. 677 (1884).
— Trifolium xanthinum, eine bisher unbeschriebene Art der griech. Flora, in Bot. Centralbl. I. p. 308 (1880).
— Über neue und bemerkenswerthe orientalische Pflanzenarten, in Bull. de l'herb. Boiss. III. p. 497 et 643 (1895).
— Über neue und bemerkenswerte orientalische Pflanzenarten, in Bull. de l'herb. Boiss. V. p. 579 (1897).
Friedrichsthal E. R., Reise in den südlichen Theilen von Neugriechenland. Leipzig, 1838.
Fritsch C., Beiträge zur Flora der Balkanhalbinsel, in Verh. zool. bot. Ges. Wien 1894 p. 93 et 301, 1895 p. 12.
Frivaldszky E., Succinctae diagnoses specierum plantarum novarum europaeo-turcicarum in catalogo meo occurrentium, in Flora XVIII. p. 331 (1835) et XIX. p. 432 (1836).
Gandoger M., Note sur le Maillea Urvillei Parl., in Bull. soc. bot. France XXXIX. p. 21 et 352 (1892).
Gelmi E., Contribuzione alla flora dell' isola Corfu, in nuovo giornale bot. italiano XXI. p. 446 (1889).
Grisebach A., Spicilegium florae rumelicae et bithynicae Brunsvigae, 1843—44.
Gubernatis A., Mythologie des plantes. Paris, 1882.
Hackel E., Zwei kritische Gräser der griechischen Flora, in Öst. bot. Zeitschr. 1878 p. 189.
Halácsy E., Goniolimon Heldreichii, in Verh. zool. bot. Ges. XXXVI. p. 241 (1886).
— Beitrag zur Flora der Landschaft Doris, in Verh. zool. bot. Ges. XXXVIII. p. 745 (1888).
— Beiträge zur Flora der Balkanhalbinsel, in öst. bot. Zeitschr. 1890 p. 37 et 114, 1892 p. 368.
— Novitäten aus der Flora Albaniens, in Verh. zool. bot. Ges. XLII. p. 576 (1892).
— Botanische Ergebnisse einer im Auftrage der hoh. kais. Akademie der Wiss. unternommenen Forschungsreise in Griechenland, in Denkschr. der math. naturw. Classe der kais. Akad. Wiss. LXI. (1894).
— Beitrag zur Flora von Griechenland, in öst. bot. Zeitschr. 1895—96.
— Über eine neue Lonicera aus der Balkanhalbinsel, in Verh. zool. bot. Ges. 1896 p. 473.
— Florula Sporadum, in öst. bot. Zeitschr. 1897 p. 60.

Halácsy E., Beitrag zur Flora von Griechenland, in öst. bot. Zeitschr. 1897 p. 128.
— Die bisher bekannten Verbascum-Arten Griechenlands, in Verh. zool. bot. Ges. 1898.
— Die bisher bekannten Centaurea-Arten Griechenlands, in Bull. de l'herb. Boissier 1898.
— Florula Strophadum, in öst. bot. Zeitschr. 1899 p. 24.
— Beitrag zur Flora Griechenlands, in Verh. zool. bot. Ges. 1899 p. 700.
— Eine neue Statice-Art der griechischen Flora, im Allg. bot. Zeitschr. 1899 p. 1.
— Aspidium lonchitiforme, in Verh. zool. bot. Ges. 1904.
Hampe E., Correspondenz, in Flora XXV. p. 57 (1842).
— Nachschrift zu dem Berichte über die Spruner'schen Pflanzen, in Flora XXV. p. 127 (1842).
Haussknecht C., Beitrag zur Kenntnis der Arten von Fumaria, in Flora LVI. p. 401 (1873).
— Mittheilungen des bot. Ver. für Gesammt-Thüringen V. p. 85 (1886) et p. 60 (1887).
— Symbolae ad floram graecam, in Mitth. des Thüring. bot. Vereins 1893—1899.
— Bornmüllera (Vesicaria tymphaea), eine neue Gattung aus Griechenland, in Mittheil. thür. bot. Ver. XI. p. 70 (1897).
Hehn V., Die Kulturpflanzen und Hausthiere in ihrem Übergange aus Asien nach Griechenland, Berlin 1870. — Zweite umgearbeitete Auflage, Berlin 1874.
Heldreich Th., Einige Bemerkungen über griechische Arbutus-Arten, in Flora XXVII p. 13 (1844).
— Catalogo delle piante raccolte nel Peloponneso nell' anno 1844, in Giorn. bot. ital. 1846.
— Über die neue arcadische Tanne (Abies reginae Amaliae), in Gartenflora 1860.
— Descriptio specierum novarum, in appendice ad catalog. sem. horti bot. Atheniensis 1860.
— Zur Kenntniss der griechischen Tannen, in Gartenflora 1861.
— Über Pflanzen der griechischen, insbesondere der attischen Flora, in Gartenflora 1861.
— Tulipa Orphanidea Bois. und die Tulpen Griechenlands, in Gartenflora 1862.
— Die Nutzpflanzen Griechenlands. Athen 1862.
— Glaucium Serpieri, in Gartenflora 1873 p. 323.
— Tulipa Hageri, eine neue Tulpenart der griechischen Flora, in Gartenflora 1873.
— Sertulum plantarum novarum vel minus cognitarum florae Hellenicae, in atti del congresso internazionale botanico in Firenze tenuto nel mese di Maggio 1874 (1876).
— Asperula Baenitzii, in Verh. bot. Ver. Brandenb. 1876 p. 131.
— Pflanzengeographische Notizen über drei neue Arten der europäischen Flora, in öst. bot. Zeitschr. 1877 p. 156.
— Die Pflanzen der attischen Ebene, in Mommsen Griechische Jahreszeiten V. Schleswig 1877.
— Catalogus systematicus herbarii Th. Orphanidis. Florentiae, 1877.
— Zwei neue Pflanzenarten der jonischen Inseln, in Öst. bot. Zeitschr. 1878 p. 50.
— Über Silene Ungeri Fenzl, in Öst. bot. Zeitschr. 1878 p. 27.
— Über die Liliaceen-Gattung Leopoldia. Moskau 1878.
— Beiträge zur Kenntniss des Vaterlandes der Rosskastanie, des Nussbaumes und der Buche, in bot. Ver. Prov. Brandenburg XXI. (1879).
— Eine insektenfressende Pflanze der griechischen Flora, in Öst. bot. Zeitschr. 1879 p. 295.
— Teucrium Halacsyanum n. sp., in Öst. bot. Zeitschr. 1879 p. 241.
— Beitrag zur Flora von Epirus, in Bot. Ver. Brandenburg 1879 p. 61.
— Una planta insectivora en Grecia, in cronica cientifica por Raf. Roig y Torres, Barcelona 1879.
— L'Attique au point de vue des caractères de sa végétation, in Congr. internat. de bot. et horticult. Paris 1888.
— Stachys Spreitzenhoferi n. sp., in Öst. bot. Zeitschr. 1880 p. 344.
— Musinitza, eine Idylle vom Korax, in M. Deffner Archiv für mittel- u. neugriech. Philologie, Athen 1880.

Heldreich Th., Der Asphodelos, ein griechisches Pflanzenbild, in C. Bolle, Deutscher Garten 1881.
— Die Ferulastaude, in Verh. bot. Ver. Brandenb. 1881 p. 21.
— Ein Homerischer Pflanzenname, in Bot. Centralbl. 1881.
— Nachträgliches über das wilde Vorkommen der Rosskastanie, in Bot. Ver. Brandenb. 1882.
— Flore de l'ile de Cephalonie. Lausanne, 1883.
— Bericht über die botan. Ergebnisse einer Bereisung Thessaliens, in Sitzungsber. der kön. preuß. Akad. Wiss. VI. 1883 p. 155.
— Peri Hyoskyamou, in Periodikon Pharmakeutikes Hetaireias, 1884.
— Bemerkungen über die Gattung Mandragora und Beschreibung einer neuen Art, in Mittheil. bot. Ver. Thüringen 1886 p. 75.
— Die Malabaila-Arten der griechischen Flora, in Öst. bot. Zeitschr. 1888 p. 241.
— Centranthus Sieberi et Leopoldia Spreitzenhoferi, in Osterm. Beitr. zur Flora von Kreta, in Verh. zool. bot. Ges. 1890.
— Über Campanula anchusiflora und C. tomentosa der griechischen Flora, in Bot. Centralblatt 1890 p. 209.
— Note sur une nouvelle espèce de Centaurea, in Bull. soc. bot. France 1890 p. 242.
— Note sur une varieté nouvelle ou peu connue de Lentille, in revue scienc. nat. appliqu. 1890.
— Chloris tou Parnassou, in Parnassos 1890.
— Chloris tou Peliou, in Palingenesia 1891.
— Les Onagrariées de la flore Grecque, in Monde de plantes, 1894.
— Chloris Homerike, Athen 1896.
— Flore de l'île de l'Egine, in bull. herb. Boissier 1898.
— Ergebnisse einer bot. Exkursion auf die Cycladen, in Öst. bot. Zeitschr. 1898 p. 182.
— Chloris tes Theras, in Parnassos 1899.
— Die Flora von Thera, in Hiller von Gaertingen Thera, Berlin 1899.
— Une Graminée de l'Atlas retrouvée sur le mont Taygète en Grèce, in bull. internat. acad. geogr. bot. 1899 n. 117.
— Peri ton phyton ton parechonton to Hellenikon Tzai, Athen. 1900.
— Symbolai pros syntaxin chloridos tou Kykladou, in Parnassos 1901.
— Prosthekai eis ten Chlorida tes Theras, Athen. 1901.
— Un nouveau Myosurus, in Bull. acad. internat. de géogr. bot. 1902.
Hildebrand F., Über Cyclamen Pentelici n. sp., in Engl. bot. Jahrb. XVIII. (1894).
— Zur Benennung der Cyclamen-Arten, in Engl. bot. Jahrb. XXI. (1896).
Janka V., Bemerkungen zu Boissier's Flora orientalis, in Öst. bot. Zeitschr. 1870 p. 111.
— Iris humilis, in öst. bot. Zeitschr. 1868 p. 376.
— Megjegyzések Boissier Flora orientalisának ötödik kötetének elsö füzetéhez, in Magy. növényt. lapok. VI. p. 113 (1882); idem második füzetéhez l. c. VIII. p. 81 (1884).
— Adnotationes botanicae, in Magy. növenyt. lapok. X. p. 146 (1886).
Jaubert et Spach E., Illustrationes plantarum orientalium. Paris 1842—57.
Keissler C., Über eine neue Daphne-Art, in Verh. zool. bot. Ges. 1896 p. 214.
Koch K., Die Bäume und Sträucher des alten Griechenlands, Stuttgart, 1879; II. Auflage. Berlin 1884.
Körnicke F., Beiträge zur Kenntniss der Gattung Crocus, in Flora XXXIX. p. 465 (1856).
Landerer X., Über die in Griechenland vorkommenden Arzneipflanzen, in Flora XXXIX. p. 305 (1856).
— Botanische Notizen aus Griechenland, in Flora XXXIX. p. 449, 647 et 753 (1856).
— Botanische Notizen aus Griechenland, in Flora XL. p. 128 (1857).
— Über die Forstgewächse in Griechenland, in Flora XL. p. 385 (1857).
— Zusammenstellung der am Meeresstrande in Griechenland sich findenden Pflanzen, in Flora XLII. p. 516 (1859).

Langkavel B., Botanik der späteren Griechen. Berlin, 1866.
Lenz H. O., Botanik der alten Griechen und Römer. Gotha, 1859.
Link H. Fr., Symbolae ad floram graecam, in Linnaea IX. p. 128 (1834).
Margot H. et *Reuter J. G.*, Essai d'une flore de l'ile de Zante. 1838.
Murr J., Die Pflanzenwelt in der griechischen Mythologie. Innsbruck, 1890.
Olivier G. A., Voyage dans l'empire ottoman. Paris 1801—4.
Orphanides Th., Enumeratio chloridis Hellenicae. Athen 1866.
— Sur l'état actuel de la flore grecque, in actes du congrès international de botanique tenu à Paris en août 1867.
— Sur les caractères spécifiques du genre Colchicum et sur quelques espèces nouvellement découvertes en Grèce, in atti del congresso internationale botanico tenuto in Firenze nel mese di Maggio 1874 p. 27. Firenze 1876.
— Piante nuove et rare di Grecia, in atti del congresso internationale botanico tenuto in Firenze nel mese di Maggio 1874 p. 214. Firenze 1876.
Ostermeyer F., Beitrag zur Flora der jonischen Inseln, in Verh. zool. bot. Ges. XXXVII. p. 651 (1887).
— Beitrag zur Flora von Kreta, in Verh. zool. bot. Ges. XL. p. 291 (1890).
Partsch J., Bericht über die wissenschaftlichen Ergebnisse seiner Reisen auf den Inseln des jonischen Meeres, in Sitzungsb. der kön. preuss. Akad. Wiss. Berlin 1886 p. 615.
Philippson A., Der Wald in Griechenland, in Naturwiss. Wochenschr. 1890 p. 334.
— Über das Vorkommen der Rosskastanie und der Buche in Nordgriechenland, in Naturwiss. Wochenschr. IX. n. 35 (1894).
— Zur Vegetationskarte des Peloponnes, in Petermanns geogr. Mitteil. XII. 1895.
Pieri M. T., Della corciresa flora centuria prima, seconda e terza. Corfu, 1814.
— Flora Corcirensis. Corcirae, 1824.
Poniropoulos E. J., Trois familles de la flore hellenique et énumeration des plantes ligneuses de la Grèce, in Bull. soc. bot. France XXXVI. (1889).
Prillieux A. et *Du Bois*, Les plantes alimentaires spontanées en Grèce, in Rev. sc. nat. appliquées 1890.
Raulin V., Déscription physique de l'ile de Crète. Paris, 1869.
Rechinger C., Über einen neuen hybriden Rumex aus Griechenland, in Verh. zool. bot. Ges. 1899.
Rouy M. G., Notes sur la géographie botanique de l'Europe, in bull. soc. bot. France XXXV. p. 32 (1888).
— Illustrationes plantarum Europae rariorum. Paris 1895.
Scheele A., Beiträge zur deutschen und schweizerischen Flora, in Flora XXVI. p. 557 (1843).
Schenk A., Genera et species cyperacearum, quae in regno Graeco, Archipelago et in insulis Jonicis, nec non in insula Creta crescentes hucusque notae sunt. Monachii, 1841.
Schmidt J. F. J., Geographie von Griechenland. Athen, 1860.
Schultz C. H., Notiz über einige neue und wenig bekannte Compositae, welche Herr Dr. Fraas in Griechenland gesammelt hat, in Flora XXV., Beibl. p. 158 (1842).
— Correspondenz in Flora XXV. p. 172 (1842).
Schultz F. W., Andeutungen zur Kenntniss einiger Orobanchen Griechenlands, in Flora XXIV. p. 125 (1843).
— Nachträgliche Bemerkungen zu meinen Andeutungen, in Flora XXVIII. p. 737 (1845).
Sibthorp J. et *Smith J. E.*, Florae graecae prodromus. Londini, 1806—1813.
— Flora graeca. Londini, 1806—40.
Sieber F. G., Correspondenz in Flora I. p. 269 (1818).
— Avis des plantes. Prag, 1821.
— Neue und seltene Gewächse, in Flora V. p. 241 (1822).
— Berichtigungen des Sieber'schen cretischen Herbariums, in Flora VI. p. 593 (1822).
— Bemerkungen über Cenchrus frutescens L., Eryngium trifolium Alp. und Campanula pelviformis Lam., in Flora V. p. 14 (1822).

Sieber F. G., Reise nach der Insel Creta. Leipzig und Sorau, 1823.
— Recension über Sieber's Reise nach der Insel Creta, in Flora VI. p. 593 (1823).
Sonnini, Voyage en Grèce et au Turquie. Paris 1801.
Spreitzenhofer G. C, Beitrag zur Flora der jonischen Inseln, in Verh. zool. bot. Ges. XXVII. p. 711 (1877).
Spruner W., Verzeichniss griechischer Pflanzen, in Flora XXII., Intelligenzbl. 2 p. 24 (1839).
Spruner W., Correspondenz in Flora 1842 p. 636.
Stefani C., *Forsyth Major C. J.* et *Barbey W.*, Samos. Bale, Genève, Lyon, 1892.
Sternberg, Systematische Bestimmung derjenigen Pflanzen, welche in Tournefort's Reisen nach dem Oriente abgebildet sind, in Botan. Zeitung (Regensburg) VII. p. 313 (1807).
Tausch J. F., Bemerkungen über Anchusa angustifolia und einige minder bekannte Arten, in Flora VII. p. 225 (1824).
— Bemerkungen über einige Arten der Gattung Paeonia, in Flora XI. p. 81 (1828).
— Botanische Bemerkungen, in Flora XII. p. 9 et 65 (1829).
— Bemerkungen über Lavatera, in Flora XII. p. 177 (1829).
— Bemerkungen über Acer, in Flora XII. p. 550 (1829).
— Botanische Beobachtungen, in Flora XII. p. 641 (1829), XIII. p. 241 (1830), XIV. p. 641 (1831).
— Bemerkungen über Galium und einige verwandte Gattungen, in Flora XVIII. p. 337 (1835).
Tenore, Annotazioni alla flora graeca, estratto dal n. 2 del rendiconto della reale accad. della scienze.
Terraciano A., Specie rare e critiche di Geranii italiani, in Malpighia IV. p. 193 (1890).
Tommasini, Über die griechischen Pflanzen des Hrn. Wilhelm v. Spruner, in Flora XXIII. p. 728 (1840).
Tournefort J. P., Institutiones rei herbariae. Parisiis, 1700.
— Corollarium institutionum rei herbarii. Parisiis, 1703.
— Relation d'un voyage au Levant. Amsterdam, 1718.
Unger Fr., Wissenschaftliche Ergebnisse einer Reise in Griechenland und in den jonischen Inseln. Wien, 1862.
Visiani R., Illustrazione di alcune piante della Grecia e dell' Asia minore, in memorie dell' J. R. istituto veneto di scienze lettere ed arti, I. (1842).
Vogel J. R. Th., Bemerkungen über einige Arten aus den Gattungen Thymus und Origanum, in Linnaea XV. p. 74 (1841).
Walpole, Plants of Greece from Dr. Sibthorp's papers. London. 1818.
Weiss M. E., Eine neue Kugeldistel-Art, in Verh. zool. bot. Ges. XVIII. p. 433 (1868).
— Beiträge zur Flora von Griechenland und Creta, in Verh. zool. bot. Ges. 1869 p. 37 et 741.
Wettstein R., Isoetes Heldreichii, in Verh. zool. bot. Ges. XXXVI. p. 239 (1886).
— Globulariaceen-Studien, in bull. de l'herb. Boiss. III. p. 271 (1895).
Anonymus, Über die botanischen Untersuchungen, welche in Griechenland seit der Ankunft des Königs Otto I. gemacht worden sind, in Flora XLII. p. 283 (1859).

Introductio.

I. De finibus regionis tractandae.

Fines regionis, de qua in hoc libro agimus, complectuntur regnum, quod nunc est, Graeciae atque eam partem Epiri et Cretae, quam Turci obtinent. Quae regio, ob cuius natura nunc agamus, septemtriones versus Albaniae et Macedoniae finitima est; dividitur in tres partes satis disiunctas, quarum prima **Epirum** et **Thessaliam** et eam regionem continet, quae ab his provinciis occidentem versus sinu Ambracio (de Arta), orientem versus sinu Maliaco (de Lamia) seclusa, **media Graecia** sive **Hellas** nominatur, quae regio has continet provincias: **Acarnaniam, Aetoliam, Doridem, Phocidem, Locridem, Boeotiam, Atticam;** altera pars **Peloponnesum** cum Graecia media isthmo Corinthio cohaerentem complectitur, cuius provinciae hae sunt: **Elis, Achaia, Corinthus, Argolis, Arcadia, Messenia, Laconia;** tertia pars insulas continet, quarum in mari Jonico sitae sunt haec: **Corcyra, Leukas** sive **Santa Maura, Ithaca, Cephalonia, Zacynthus,** quibus insulis nonnullae insulae minores aggregantur, ut ab insula Corfu aquilonis partes versus **Erikusa, Fano, Mathrathi,** ab eadem insula meridiem versus **Paxos** et **Antipaxos,** deinde insula inter continentem altera ex parte, altera ex parte Leucadem et Ithacam sitae, ex quibus imprimis commemorandae sunt **Echinades,** denique **Strophades,** quae ab insula Zacyntho meridiem versus sitae sunt; deinde insulas a Peloponneso meridiem versus sitas ut **Sapiensam, Schiram, Elaphonisos, Cytheram** sive **Cerigo, Anticytheram** sive **Cerigotto,** quarum maxima est **Creta,** quae ipsa nonnullis insulis minoribus circumdatur; denique insulas in mari Aegaeo sitas, quae sunt: **Sporades, Euboea,** cui **Petali insulae** adnumerandae sunt, **Pharmacusae, Salamis, Aegina, Hydra, Spetsai, Cyclades,** in quibus **Andros, Tenos, Keos** sive **Cea, Kythnos** sive **Thermia, Syra, Delos, Mykonos, Piperi, Seriphos, Seriphopulos, Siphnos, Antiparos, Paros, Naxos, Makaria, Denusa, Eremomelos, Melos, Kimolos, Polynos, Pholegandros, Kardiotissa, Sikinos, Jos, Herakleia, Schoinussa, Kuphonesos, Karos, Amorgos, Therasia, Thera** sive **Santorin, Anaphe,** cum nonnullis scogliis.

II. De terrae formatione:

Quod ad terrae formationem pertinet, Graecia tota fere montuosa est. Tractus montium Epiroticorum, qui cohaerent cum montibus Albanis, omnino a regione inter septemtriones et occasum solis spectante ad regionem inter meridiem et ortum solis spectantem porriguntur; quorum montium summi aequore maris plus 2000 m. altiores eminent, ut **Smolika** m. (2570 m.), **Peristeri** (2290 m.), **Kakardista** (2320 m.), **Strungula** (2018 m.), **Tsumerka** (2336 m.). Parallelo fere ordine in parte Thessaliae occidentem versus sita **Pindi** tractus pertinet, cuius multa cacumina usque ad 2000 m., nonnulla altius eminent ut **Karava** mons (2124 m.), **Butsikaki** (2156 m.), **Turnara** (1168 m.). A quibus montibus continuis iugis conjunctis orientem versus Macedoniam finientes **Oxya** et **Chassia** montes initium capiunt, quorum summa cacumina **Mitritza** (1347 m.) et **Phlamburo** (1207 m.) sunt. Cuius tractus in fine notus ille **Olympus** (2985 m.), altissimus Graeciae mons, eminet, a quo Tempe valle Penei flumine vi atque impetu erosa divisi montes perpetuis iugis conjuncti ad regionem inter ortum solis et meridiem spectantem versus per Magnesiam peninsulam pertinent, qui campum Thessaliae atque colles a mari disjungunt; in quibus **Ossa** sive **Kissavos** (1955 m.) mons arduus, et dorsum illud **Pelionis** sive **Plessidi** (1618 m.) montis longe porrectum. Quibus cum tractibus montium Epiroticorum atque Thessalicorum ad regionem inter orientem et meridiem spectantem atque meridiem versus Arcananiae montes cohaerent, quorum altissimi **Hypsili Koriphi** (1590 m.) et **Bumisto** (1581 m.) montes sunt, deinde Aetoliae mons **Arapokephalon** (1927 m.) atque pulcherrimi illi **Chalkis** sive **Varassova** (917 m.) et **Taphiassos** sive **Klokova** (1041 m.) montes, qui in sinum Patrensem praerumpuntur. A Pindo ipso meridiem versus porriguntur **Thymphrestus** sive **Veluchi** (2319 m.), **Kaliakuda** (2104 m.), **Oxya** (1927 m.) montes, quibus orientem versus ad sinum Lamiacum porrecti applicantur **Othrys** (1728 m.) et **Oeta** (2152 m.) montes, qui Sperchei valle disjunguntur. Ab Oeta monte meridiem versus siti sunt **Korax** (2352 m.) et **Vardusia** (2495 m.) montes, a Vardusia monte inter ortum brumalem et meridiem spectans **Kiona** sive **Ghiona** (2512 m.) in provincia Doride situs, a quo valle Amphissana **Parnassus** (2459 m.) mons ille Musis sacer dividitur, cuius culmina altissima **Liakura** et **Gerontovrachos** montes sunt. A quo monte orientem versus **Helicon** (1749 m.) atque **Cithaeron** (1411 m.) montes porriguntur, deinde **Pateras** (1092 m.), mons, qui, ipse iam in septemtrionali Isthmi parte situs, meridiem versus **Geranion** (1370 m.) promittit, denique montes Attici, in quibus **Parnes** sive **Ozia** (1313 m.), **Pentelicon** sive **Mendeli** (1100 m.), marmore ille uberrimus mons, **Hymettus** (1027 m.).

Peloponnesus, quoque, quae cum mori folio forma similis sit, medio aevo, Morea appellata est, montibus nonnullis in diversas regiones spectantes impletur. Arcadiae regio montana in media Peloponneso sita atque 660 m. aequore maris altior, in qua **Hagios Elias** mons (1981 m.)

altissimus est, undique saltibus altis cingitur, qui septemtrionali in parte plus 2000 m. aequore maris altiores sunt; qua in parte commemorandi sunt **Panachaicon** sive **Voidia** (1927 m.) mons ad Patras situs, a quo meridiem versus **Olenos** sive **Erymanthos** (2214 m.), orientem versus **Chelmos** sive **Aroania** (2355 m.) mons situs est, Aroania valle a **Kyllene** monte (2374 m.) divisus. Montes ab Arcadia occidentem versus sitae omnino humiliores sunt, ut **Santomeri** (1016 m.), **Diaphorti** sive **Lykaion** (1588 m.) apud Andrizenam situs, **Ithome** (802 m.), **Hagia Varvara** (1220 m.), **Lykodimo** mons in Messenia situs. In meridionali parte **Taygeti** sive **Pentadactyli** dorsum per Laconiam porrigitur, cuius summus mons **Hagios Elias** est, qui saltus in Maina peninsula **Tainarone** sive **Matapanio** promontorio finitur, quod totius Graeciae continentis maxime ad meridiem porrigitur. In orientali parte orientem versus **Koelossa** (1210 m.), **Titane** (1211 m.), **Opesa** (873 m.) montes porriguntur et **Onion** (1580 m.), qui ab Acrocorintho meridiem versus situs est; meridiem versus montes Argolici, Cynurici, Epidaurici, in quibus **Oliertus** sive **Skipiesa** (1930 m.), **Lykaeon** sive **Megalovuni** (1270 m.), **Trachys** sive **Kerumbalo** (1809 m.), **Artemision** (1772 m.), **Kreopoles** sive **Ktenas** (1599 m.), **Parthenion** (1217 m.), **Parnon** sive **Malevo** (1937 m.), **Kulochera** (1121 m.), **Madara** (1263 m.), **Zavitza** (973 m.), **Krithina** (593 m.).

Montes quoque spectabiles in insulis Jonicis inveniuntur, ut in insula Corfu **Pantokrator** sive **San Salvatore** (911 m.) mons; in Leucade insula **Meganoros** (1036 m.), **Elati** (1159 m.), **Stavrotas** (1180 m.) montes; in Cephalonia **Aenos** (1036 m.) mons; in Zacyntho **Gyri** (756 m.) mons. — Magni montium tractus, qui cum montibus Magnesiae peninsulae quasi cohaerent, Euboeam insulam implent, in quibus **Kandili** mons in fretum Euboeum praeruptus, cuius culmen altissimum **Kurublia** (1209 m.) est; a quo monte orientem versus **Pyxaria** (1352 m.) et **Gerakovuni** (1197 m.) montes; **Dirphys** sive **Delphi** (1745 m.), altissimus totius insulae mons; a quo meridiem versus **Olympos** mons (1175 m.) situs est; denique **Ocha** sive **Hagios Elias** (1475 m.) mons, in parte insulae maxime ad meridiem spectante situs. Neque Sporadum neque Cycladum insularum montes aequore maris 1000 m. altiores sunt.

Cretae insulae montes in quatuor partes divisi sunt, quarum prima occidentem versus sita **sphatioticis** sive **albis** montibus continetur, in quibus **Apopigari** (1388 m.), **Volakia** (2100 m.), **Mavri** (2104 m.), **Hagion Pneuma** (2300 m.), **Hagios Theodoros** (2375 m.) montes; altera pars in media insula sita **Psiloriti** montibus, in quibus **Ida** (2498 m.) mons, a quo meridiem versus **Kedros** (1802 m.) mons Platypotami valle disiungitur; tertia pars **Lassiti** montibus, in quibus **Aphendi Sarakinos** (1592 m.), **Aphendi Kristos** (2155 m.), **Tsilero** (1583 m.) montes; denique in parte maxime orientem versus spectante **Aphendi Kavutsi** (1472 m.) mons.

Si loca demissa in litoribus sita neglexeris, in Graecia planities non invenias nisi Thessalicam, Boeoticam, Atticam.

III. De irrigatione.

Graecia plurimis fluminibus irrigatur, quorum plurimorum cursus brevis est, quare aestate saepe prorsus exsiccantur.

In montibus Epiri septemtrionalibus, a quibus flumina in Albaniam divertuntur, haec flumina originem habent, quae in regionem inter meridiem et occidentem spectantem recta in fretum inter Corcyram insulam et continentem sitam influunt: **Kalesiotis** flumen, quod, postquam **Bistricam** in se recepit, in **Butrinto** lacum influit; a quo meridiem versus **Pavla** et **Thyamis** sive **Kalamas** flumina quae inter Corcyram insulam et continentem influunt. Pars insulae contrarium **Acheron** flumen influit, postquam paullo ante cum **Cocyto** fl. se coniunxit, in quod ipsum **Margaritiou** fl. influit. In sinum Ambracicum **Luros** et **Arachthos** flumina influunt. In Peristeri montibus, **Achelous** sive **Aspropotamos**, unum ex maximis Graeciae fluminibus, oritur, qui in meridiem rectus Pindi valles et occidentalem Aetoliae partem perfluit atque multis minoribus fluminibus receptis in regione a Missolunghi occidentem versus sita in mare influit; qua ab urbe orientem versus **Evenos** sive **Phidaris**, quod flumen multo breviore cursu est, in sinum Patranum se praecipitat. In Lakmone sive Zygo monte, qui in Pindo septemtrionali situs est, apud Malakasi **Peneios** sive **Salambria** fluvius oritur, qui, postquam magno flexu planitiem Thessalicam perfluxit, Olympo et Ossa montibus in angustias compulsus per Tempe vallem in mare se praecipitat; cuius fluminis sinistram in ripam **Georgitrias** fluvius, qui ex montibus in finibus Macedoniae sitis originem capit, **Murgan, Trikalinos, Xerias** fluvii, in dexteram ripam cum **Kastaniotikos** tum **Enipeus,** qui ipse multos fluvios recipit, influunt. Vallis angusta, quae inter Othrym et Oetam montem sita est, **Sperchio** flumine perfluitur, quod Thermopylas praeter fluens in sinum Lamianum influit. In latere Parnassi septemtrionales versus sito **Mavropotamos** sive **Cepissus Boeoticus** originem capit, qui multis fluviis auctus in **lacum Copaidem** influit. In Boeotia quoque **Ismeno** et **Dirce** fluviis lacus **Hylike** sive **Lykeri** parvus fit. Planitiem Atticam **Cephissus** flumen perfluit, quod ex Parnethe et Pentelico montibus ortum **Ilysso** fl. recepto apud Phaleron in mare se praecipitat.

Multi fluvii parvi in tractibus montium in septemtrionali Peleponnesi parte sita originem capiunt atque in sinum Corinthiacum influunt. Quibus maior **Peneius** fluvius, qui Zacyntho insulae contrarius in mare jonicum influit; a quo meridiem versus **Alpheus** sive **Ruphias**, ex Arcadiae montibus ortus influit, porro meridiem versus **Buni** sive **Neda** fl., qui ex Diaphorti monte oritur. Messeniae maximum flumen **Pamisus** sive **Pirnatza** est, quod in sinum Messenicum influit. Haud longe ab Alphei fontibus **Eurotae** sive **Iri** origo distat, qui Spartam praeterfluens inter tractus Taygeti et Malevo montium receptis multis fluviis ex his montibus ortis in sinum Marathonisinum influit. Pauper fluminum orientalis Peloponnesi pars est, in qua **Inachus** solus apud Argos fluens commemoratione dignus est.

Insularum fluvios brevi cursu esse ex rerum natura ipsa intelligitur. Multi fluvii non nisi in Creta inveniuntur, quorum plurimi torrentes sunt; aliqua magnitudine hi soli fluvii sunt: in litore septemtrionali **Mylopotamus,** in litore meridionali **Platypotamos, Hyerapotamos, Anapodharis.**

Lacus in Graecia non multi iique parvi sunt: in Epiro **Butrinto** et **Risa** lacus, lacus **Acherusia** seu **Janissaeus, Logaru** lacus, apud sinum Ambracium situs; in Thessalia **Nezeros** lacus in radicibus Olympi situs, lacus eiusdem nominis in Othrys monte situs, **Karla** lacus a Larissa meridiem versus situs; in Acarnania: **Vulcharia** l., lacus apud **Ampelakion** situs, **Ambrakia** lacus, quocum angustiis, quibus pons impositus est, **Rivios** lacus coniungitur, **Ozeros** l., lacus apud **Angelocastron** situs, **Agrinion** sive **Trichonis** lacus; in Boeotia: **Copais** sive **Topolia** iacus, **Lykeri** sive **Hylike** l., **Para** sive **Harma** l.; in Peloponnesi occidentali parte: lacus apud **Kunupeli** situs, **Lechaena** et **Kofiki** l. in Elide siti, **Muria** et **Agulinitza** lacus in Messenia siti; denique lacus nonnulli media in Achaia apud Sudena siti, **Phonia** l. in Aroania valle situs, lacus **Stymphalicus;** nonnulli parvi lacus etiam in Corcyra et Creta insulis siti sunt.

Loca demissa atque palustria, quae nonnullis in regionibus lacuum munere funguntur, imprimis in litoribus inveniuntur, ut (ne minora adferam): in meridionali parte Epiri et Aetoliae, in Thessalia in ore Penei; deinde commemoratione digna sunt: palus apud **Karacair** prope Larissam sita, loca demissa apud sinum Pagasaeum sita, Topolia lacus paludes, loca demissa in litoribus Atticae, Argolidis, Elidis, in ore Eurotae apud Helos sita.

IV. De humi structura.

Continentis Graeci atque insularum finitimarum humus maxima quidem ex parte e saxis sedimentariis formata est; vulcania saxa raro inveniuntur. Imprimis humus e saxis calcariis exstructa est; praeter ea quoque schisti, margae, saxa arenaria, saxa conglomerata nonnullis in regionibus haud raro inveniuntur. Cuius aetatis haec saxa sint, difficillime decerni potest neque plane constat. Schistos crystallinos, cum omnino vetustissimis saxis adnumerentur, in Graecia quidem plurimi viri docti ex formationibus recentioribus transformatos esse putant; sed nuperrime in saxis calcariis, quae adhuc tertiaria esse putabantur, fossilia formationis triassicae inventa sunt, unde nunc palaeozoicas quoque formationes statuendas viri docti putant.

a) Antiquissima Graeciae saxa **schisti crystallini Cycladum** insularum sunt, qui Epidot, Glaucophon atque micam, talcum continent. Quibuscum saxis invicem marmora inveniuntur. In Creta quoque schisti et calces crystallini sunt.

b) Quibus Cycladum saxis recentiores **schisti** continentis Graeci sunt, in quibus imprimis schisti argillas et micas continentes, saxa silicata, minus saepe schisti cloritici et albidi schisti micas continentes.

His quoque schistis marmora et albida et nigricantia instrata sunt. Talibus ex schistis et marmoribus montes circa Athenas siti compositi sunt ut Hymettus et Pentelicon, deinde meridionalis Atticae et Euboeae partes, regiones apud sinum Pagasaeum sitae. In Peloponneso schisti argillas et micas continentes et saxa silicata inveniuntur in Chelmi montis parte septemtriones versus decliva, in Arcadiae parte meridionali, in Parnon monte, in ambobus Taygeti lateribus, quo loco marmora tam multa sunt, ut Maina peninsula tota fere ex marmoribus nigricantibus exstructa sit.

c) A quibus schistis, **schisti** qui in **Argolide** inveniuntur distinguendi sunt, ex quibus cum saxis arenariis et petrosilicibus squamosis conjunctis inferiores Arachnaeonis montis partes in meridiem spectantes et Aderes mons compositus est; praeterea in regionibus ab Isthmo septemtriones versus sitis inveniuntur.

d) **Calcaria saxa,** quae in montibus Graecis inveniuntur, praecipue formationi cretacicae adnumeranda sunt. Cuius formationis fundamentis saxa calcaria propria sunt, quae per Argolidem septemtrionalem pertinent. Ex saxis calcariis formationi cretacicae adnumerandis Oeta mons, Kiona m., Parnassus m., montes circa Copaidem lacum siti, Kythaeron m., Pateras et Parnes m., mediae Euboeae pars, Geraniae pars orientem versus sita, Argolidis pars inter Arachnaeon et Aderes montes sita componuntur. In nonnullis Graeciae partibus calces inveniuntur, quibus Rudistae et Numulitides inclusae sunt, quae fossilia in terris circa mare mediterraneum sitis formationi cretacicae et vetustiori formationis tertiariae aetati propria sunt. Talibus ex saxis calcariis insulae Jonicae atque Acarnaniae et Aetoliae montes compositi sunt, in Peleponneso: Chelmos m., Kyllene m., Maenalos m. apud Tripolim situs, tractus montium media in Arcadia situs, Taygetos m., maxima Laconiae orientalis pars.

e) Haud raro invenitur in Graecia aetatis tertiariae formatio illa, quae in Alpibus **„Flysch"**, in Italia **„Macigno"** atque **„Jasello"** nominatur; sunt saxa marnosa et arenaria, quibus calces nummuliticae atque calcaria conglomerata includuntur. Cuius modi strata in Graecia ipsa in Acheloi et Sperchei superioris regione, in Peloponneso in collibus Oleno monti occidentem versus praepositis, in nonnullis Arcadiae et Messeniae partibus, quibus in provinciis minore extensione sunt, inveniuntur.

f) Ex saxis de quibus adhuc egimus, maxima quidem ex parte Graeciae montes, priusquam strata aetatis tertiariae posterioris exstiterunt, formati sunt; in quorum montium rugas atque sinus aetatis tertiariae minoris saxa, quae aut **marnosa arenaria** aut **conglomerata** et **arenaria** sunt, strata sunt. Quae saxa imprimis in Peleponneso inveniuntur; ex iis partes litoris Corinthii et sinus Patraei meridionales, deinde maxima Elidis pars exstructa est; praeterea quoque in Messenia, in Laconia, in Argolidis ora meridiem versus sita inveniuntur. In media Graecia strata aetatis tertiariae minoris clivosas Locridis, Boeotiae, Atticae, Euboeae partes obtegunt.

g) Recentissimae aetatis in Graecia sunt **strata lutulenta** atque **arenaria** et **rudera** in vallibus fluminum vi aggerata.

h) **Saxa** Graeciae **plutonica** et prioris et recentioris aetatis sunt. In saxis prioris aetatis vulcaniis **granites** saxa nominanda sunt, quae cum schistis Cycladum crystallinis cohaerent (ut in Delo, in Mycono, in Naxo, in Teno insulis), deinde **porpyrites** saxa, quae in schistis continentis Graeci crystallinis inveniuntur (ut apud Krokeas in Laconia, apud Mesorgnio in Chelmo monte, apud Lada in Taygeto), **serpentini** saxa, quae in calcibus cretacicis insita in Argolide, in Megara, in orientali Graeciae mediae parte, multis Euboeae locis inveniuntur. Saxa vulcania minoris aetatis, quae **trachytibus** adnumeranda sunt, in Paro, in Methana, in Aegina insulis atque in nonnullis Cycladum insulis (ut in Antimelo, in Melo, in Kimolo) inveniuntur. Saxa Graeciae plutonica recentissimae aetatis in insula Santorin inveniuntur, ubi eruptionem ante non tam multos annos factam meminimus.

V. De coeli natura.

De coeli Graeci natura adhuc pauca scripta sunt. Indicia, quae a viris doctis speculae astronomicae Atheniensis observata ex M. Chloros libro, qui „die Waldverhältnisse Griechenlands“ inscribitur, prolata adferemus, imprimis ad Atticam referanda sunt.

a) **De aëris pondere:** barometri status in aequoris maris altitudinem reductus, si per annum observaveris plus minus 761.9 mm. est; maximus mensibus hibernis (ab Nov. mense usque ad Febr.), mensibus aestivis (a Jun. mense usque ad Aug.) minimus fit.

b) **De aëris temperie:** temperies aëris, si per annum observaveris in Attica quidem plus minus 17.27° thermometri Celsiani est; in aliis Graeciae partibus usque ad plus minus 14° C. minuitur. Temperies aëris, si ad menses respexeris, plus minus hae sunt: Jan. mense 8.01°, Febr. m. 8.70°, Mart. m. 11.32°, April. m. 15.03°, Mai. m. 19.96°, Jun. 24.41°, Jul. m. 27.00°, Aug. m. 26.66°, Sept. m. 23.30°, Oct. m. 18.77°, Nov. 14.06°, Dec. m. 9.97°. Maxima temperatura, quae adhuc observata est, 40.70° C. est, minima —6·60° C.

c) **De pluviarum frequentia:** Pluviales dies per annum plus minus 94 observantur, et quidem: Jan. mense 11, Febr. m. 11, Mart. m. 11, Apr. m. 8, Mai. m. 8 (7?), Jun. m. 4, Jul. m. 3, Aug. m. 3, Sept. m. 4, Oct m. 9, Nov. m. 11, Dec. m. 12. Altitudinem pluviae per annum effusae si messus eris, 409 mm. est. Nives per annum plus minus diebus se decidunt atque quidem binis diebus Jan. et Febr. mensibus, singulis diebus Mart. et Dec. mensibus. Tempestates per annum plus minus 19 numerantur, quarum plures Oct. et Nov. mensibus. In summis montium iugis tempestates aestate plurimae sunt, cum quidem Maio mense nives decadant.

d) **De aëris humore** hic numeri singulis mensibus observati sunt: Jan. mense plus minus 72.8 %, Febr. m. 74.4 %, Mart. m. 70.4 %,

Apr. m. 63.7 %, Mai. m. 58.8 %, Jun. m. 48.3 %, Jul. m. 50.5 %, Aug. m. 40.3 %, Sept. m. 53.0 %, Oct. m. 62.6 %, Nov. m. 76.7 %, Dez. m. 77.9 %. Quibus ex numeris aestate magnam esse siccitatem intelligitur.

e) **Quantum aquae evanescat.** Copia aquae per annum evanescentis plus minus 2.267 m. est, quae copia quinties tanta amplior est, quam quanto pluviis decidit, unde Graeciam aquarum inopem esse intelligitur. Cum dies non nubiles per annum 180 numerentur, magnam aquarum copiam evanescere facile intelligitur, praesertim si magnam humi temperiem respexeris, quae per singulos menses observatus plus minus haec est: Jan. m. 34.6° C., Febr. m. 28.0°, Mart. m. 41.8°, April. m. 50.3°, Mai. m. 53.3°, Jun. m. 61.0°, Jul. m. 59.8°, Aug. m. 64.0°, Sept. m. 58.9°, Oct. m. 49.3°, Nov. m. 34.5°, Dec. m. 29.0°. Maximi humi temperies, quae omnino per menses observantur hae sunt: Jan. m. 47.6° C., Febr. m. 35.8°, Mart. m. 51.5°, Apr. m. 62.7°, Mai. m. 59.3°, Jun. m. 67.9°, Jul. m. 68.2°, Aug. m. 71.7°, Sept. m. 72.4°, Oct. m. 61.2°, Nov. m. 42.1°, Dec. m. 42.5°.

f) **De ventis:** Venti pro frequentia per annum enumerati hi sunt: meridionalis-occidentalis: centies duodevicies; septemtrionalis-orientalis: centies novies; meridionalis: quadragiester; occidentalis: tricies semel; septemtrionalis vicies septies; septemtrionalis-occidentalis: vicies; meridionalis-orientalis: undecies; orientalis: sexies. Procellae rarae sunt.

g) **De aquae temperie:** aquae temperies, si in litore 0.50 m. sub aequore maris messus eris, per singulos menses invenies plus minus hos: Jan. m. 16.4° C., Febr. m. 14.2°, Mart. m. 15.6°, Apr. m. 17.9°, Mai. m. 20.6°, Jun. m. 23.1°, Jul. m. 26.2°, Aug. m. 26.6°, Sept. m. 25.0°, Oct. m. 22.3, Nov. m. 19.3°, Dec. m. 17.0°, quibus ex numeris media aequae per annum temperatura 20.3° C. efficitur, quae temperatura in maris partibus vadosis, quo venti minus pervenire possunt, usque ad 33° C. augetur. Puteorum sive fontium aquae, aquis montanis exceptis, si per annum mensus eris, maiorem temperiem habent, quam quanta media aëris temperatura annalis est.

Qua ex coeli natura Decembrem, Januarium, Februarium menses frigidissimos esse atque temperies grado 0 minores raras neque diuturnas esse intelligitur, quare nivis, signa cadit, plerumque, cum cadit, liquefit atque glacies raro exsistit; deinde temperiem a Martio mense celeriter augeri atque a Maio mense usque ad Septembrem mensem magnam fieri efficitur; denique ab Octobri mense usque ad Martium mensem imbres multos fieri. Quam rem in floram magni momenti esse facile intelligitur; in regione enim inferiore iam Decembri et Januario mensibus herbae florescunt atque flora celerrime crescit usque ad Aprilem et Maium menses, quibus maxima fit; post quos quasi consistit. In locis altius sitis hunc rerum progressum tardiorem esse apparet; in regione vero alpina haec res item se habet atque in mediae Europae Alpibus, ubi Junio et Julio mensibus vegetatio maxima fit.

VI. De vegetatione:

Maxima coeli Graeci varietas locorum, quod ad altitudinem pertinet, magnam quoque vegetationis varietatem efficit; nam cum locis humilioribus imbres aestate rari sint, qua ex causa temperies valde augetur, in locis altius sitis imbres crebri et frigora noctium non raro efficiunt, ut temperies usque ad 4° C. minuatur, quibus ex causis tres regiones quod ad altitudinem pertinet, satis divisae distinguuntur.

a) Regio inferior:

Quae regio, quamquam maxima quidem ex parte litoribus continetur, tamen non parvas regiones mediterraneas comprehendit; complectitur etiam magnis Thessaliae planities mediterraneas, planitiem apud Agrinion in Aetolia sitam, planities Boeotiae, Phocidis, Atticae, Argolidis, Spartae usque ad Helum ed Marathonisi, Mesarae in Creta, magnam plurimarum insularum partem. Formationes in hac regione imprimis inveniuntur hae: α. **Formatio herbarum oriarum ammophilarum,** in qua imprimis: *Hypecoum*, *Wilckia flexuosa*, *Cakile*, *Silene colorata*, *Medicago marina*, *Eryngium maritimum*, *Anthemis tomentosa* et *peregrina*, *Cionura*, *Echium arenarium*, nonnulla *Verbasci* et *Statices* species, *Salsola*, *Polygonum maritimum*, *Pancratium*, *Cyperus Kalli*, aliaeque herbae. β. **Formatio locorum demissorum et palustrium in litoribus sitorum (halipeda)** priori formatione arte coniuncta, qua multa genera herbarum et fruticum comprehenduntur, ut *Lepidium graminifolium*, *Erucaria*, *Frankenia*, *Spergulariae*, *Linum maritimum*, *Lavatera cretica*, *Althaea officinalis*, *Melilotus*, *Trifolia*, *Alhagi*, *Oenanthe*, *Eryngium creticum*, *Bupleurum semicompositum* et *Marschallianum*, *Galium elongatum* et *constrictum*, *Scabiosa maritima*, *Aster tripolium*, *Bellis annua*, *Cardopatium*, *Carlina lanata*, *Cirsium siculum*, *Tragopogon longifolius*, *Cynanchum acutum*, *Erythraea tenuiflora* et *maritima*, *Cressa*, *Heliotropium supinum*, *Teucrium scordioides*, *Statice sinuata* et *limonium*, *Plumbago*, *Plantago crassifolia*, *Beta*, *Atriplex*, *Arthromemum*, *Suaeda*, *Salicornia*, *Euphorbia pubescens* et *stricta*, *Typha angustifolia*, *Orchis laxiflora*, *Narcissus serotinus*, *Iris monophylla*, *Asphodelus*, *Erythraea maritima*, *Triglochin Barrelieri*, *Juncus*, *Carex divisa*, *Alopecurus utriculatus*, *Oryzopsis miliacea*, *Agrostis alba*, *Phragmites*, *Hordeum maritimum*; frutices quoque ut *Tamarix*, *Lycium*. Talia halipeda imprimis in sinu Ambracio, apud Missolunghi, in sinu Pagasaeo, in sinu Maliaco, in Phalero apud Athenas, in litore Elidis et Argolidis, in ore fl. Eurotas inveniuntur. γ. **Formatio campi inculti,** quae agros incultos, novales, campos comprehendit, in qua maxima ex parte cardua, ut *Echinops graecus*, *Notobasis*, *Scolymus*, *Onopordon*, *Kentrophyllum*. Quarum herbarum nonnullae species quibusdam locis magnas regiones implent, ut *Echinus graecus* in planitie Attica, *Hypericum crispum*, *Eryngium creticum*, *Ammi visnaga*, *Scolynus hispanicus*, quae herbae exempli causa per magnas planities

Thessaliae partes diffusae his regionibus vel flavum vel caeruleum vel album colorem afferunt ita, ut satae esse videantur. δ. **Formatio suffruticum humilium** sive **Phryganorum,** in qua nonnulla *Cisti genera, Genista acanthoclada, Anthyllis Hermanniae, Poterium spinosum, Phlomis fruticosa, Satureia thymbra, Thymus capitatus, Globularia alypum, Thymelaea hirsuta* et *tartonraira, Euphorbia acanthothamnos,* quae huius formationis species gravissimae sunt, et multa herbarum tenerarum atque suffruticum genera, quae illorum quasi tutela contra solis ardorem atque alia incommoda utuntur. Nonnulis locis haec formatio una fere specie sola continetur, cuius herbae singulae innumerabiles sunt ut in planitie Attica *Thymus capitatus,* in collibus apud Kravassaras et Arta sitis *Phlomis fruticosa.* Qui colles hac formatione obtecti ab incolis **Xerovuna** nominati tota in terra (saepe) inveniuntur. Quae formatio nonnullis locis usque ad regiones 60—1000 m. aequore maris altiores invenitur ut in Pentelico atque Hymetto montibus in Attica, in Euboea, in Ithome monte Messeniae. ε. **Formatio fruticum sempervirorum** sive **Macchiorum,** in qua *Myrtus, Arbutus, Erica, Calycotome, Spartium, Rosa sempervirens, Rubus ulmifolius, Pistacia, Ceratonia, Olea, Rhus cotinus, Phyllirea, Cercis, Quercus ilex* et *coccifera, Lonicera etrusca, Juniperus phoenicea, Ruscus aculeatus,* quae species virgulta modo densa efficiunt, sub quibus paucae herbae sunt, modo soluta, sub quibus plurimas herbas ex variis familiis invenias. ζ. **Formatio Oleae.** Incultae oleae, quae virgulta spinosa sunt, totam per terram dispersae, sed singulis locis rarae in Macchiorum aut *quercus cocciferae* formationibus inveniuntur; cultae demum efficiuntur arbores sine spinis, quae in altitudinem 3—7 m. crescunt neque densae sunt; quibus sub oleis cultis similiter atque sub Macchiis herbae humiles sive virgulta *Rubi ulmifolii* singula inveniuntur; coluntur quoque sub iis vites et frumenta. Quae arbores tota in terra inveniuntur; notae sunt propter extensionem olivarum silvae in Phocide apud Amphissam, in Megara, apud Athenas, ubi per totam Cephissi vallem usque ad Pentelicon montem in longitudinem usque ad 15 km. in latitudinem usque ad 2 km. porriguntur. η. **Formatio Quercus cocciferae:** Quercus cocciferae solae fere arbores in hac formatione inveniuntur; 1 m. fere altae atque densae, magnas regiones obtegunt singularem aspectum praebentes. Nam arbores singulae vere mancae sunt, quod sine ulla ratione exciduntur, deinde, quod oves et caprae, quarum greges his in regionibus multi pascuntur, cum meliorem pastum non inveniant, germina quamvis foliis spissa derodunt, quae res, quominus altiores fiant, impedimento est; rem ita se habere inde intelligitur, quod interdum arbores adultae inveniuntur. Virgulta ex quercubus cocciferis composita nonnullis locis magna per spatia pascuis exilibus interrumpuntur, quorum in humo lapidosa vegetatio exigua est. Rarae arbores *Aceri monspessulani, Piri amygdaliformis, Ostryae* aut frutices *Juniperi oxycedri, Phyllireae, Coluteae, Calycotomae* sive *Pistaciae* sunt. Herbae humiles continentur pro altitudine locorum speciebus aut regionis inferioris aut montanae, quin etiam abietinae. Formatio haec usque ad 1000 m. in alti-

tudinem porrigitur. ϑ. **Formatio Pini halepensis,** cuius formationis arbores modo singulae modo ad silvas magnas coniunctae ut in Locride, apud Thebas, in Attica apud Tatoi, in isthmo Corinthiaco, in Argolide apud Sophidikon, in Elide ab litore usque ad 1000 m. in altitudinem porrectae inveniuntur. Virgulta sub iis saepe ex *Genista acanthoclada* composita sunt, vel aliis formationum, de quibus egimus, fruticibus vel semifruticibus. Herbae humiles imprimis ex herbis florae mediterraneae compositae sunt. Nonnullis locis huius formationis loco *P. pineae* formatio invenitur ut apud Marathonem, apud Manolada in Elide, locis inter Alpheum et Nedam sitis. ι. **Formatio Platani,** cuius arbores sunt *Platani orientales*, quibus *Populi* et *Salices* immixtae sunt. Quae arbores, cum locis humidis proveniant, imprimis prope virorum atque fluminum ripas inveniuntur. Virgulta saepe ex *Vitice* vel *Nerio* composita sunt. Platanus usque ad loca 1000 m. aequore maris altiora invenitur, ubi non raro marcescit.

Adnotatio. De agro culto: frumenta in Graecia coluntur imprimis haec: *Hordeum vulgare* et *hexastichum*, *Triticum vulgare*, minus saepe *Secale cereale;* deinde: *Zea mays*, cuius speciei in Tsumerka monte apud Theodorianam in Epiro sito campum iam super finem regionis abietinae vidi, in quo singulae herbae palma non altiores erant; legumina coluntur haec: *Cicer arietinum*, *Pisum sativum*, *Ervum lens*, *Vicia faba*, *Phaseolus*. Plantae tuberosae coluntur hae: *Solanum tuberosum;* deinde *Gossypium herbaceum*, *Rubia tinctorum*, *Nicotiana tabacum*, quae herba optima qualitate in Acarnania esse dicitur. Magna arva vineis implentur, imprimis litus Peleponnesi inter septemtriones et orientem spectans. Olera coluntur haec: nonnulla *Brassiae* species *Raphanus*, *Sinapis nigra* et *alba*, *Lactuca sativa*, *Cichorium endivia*, *Apium graveolens*, *Daucus carota*, *Beta vulgaris*, *Spinacia*, *Allium porrum*, *sativum*, *cepa*, *Hibiscus esculentus*, *Dolichos melanophthalmus*, *Lycopersicum*, *Cynara scolymus*, *Cucurbita pepo*, *Citrullus vulgaris*, *Cucumis melo* et *sativus;* arbores pomiferae vel frutices coluntur hae: *Amygdalus communis*, *Persica vulgaris*, *Prunus armenia*, *avium*, *cerasus*, *Cydonia*, *Pyrus communis* et *malus*, *Eriobotrya japonica*, *Punica granatum*, *Juglans regia*, *Citrigenera* nonnulla, *Ficus*, *Morus nigra* et *alba*, *Ribes grossularia* et *rubrum*.

b) Regio montana et subalpina:

Quercum cocciferam in altitudinem usque ad loca 1000 m. aequore maris altiora porrigi iam supra dicimus, qua ex causa saepe regionem montanam ipsam tangit. Aliis locis saltus montani interpositi sunt, post quos demum regio montana initium capit. Propria huic formationi sunt magnae silvae, quarum quatuor genera inter se differentia in Graecia inveniuntur, quare quatuor formationes nobis statuendae sunt: α. **Formatio silvarum mixtarum,** quae nunc quidem in Epiro et in Pindo restare videtur atque in radicibus montium valde diffusa est; cuius

formationis arbores inveniuntur hae: *Quercus pubescens, ilex, coccifera, Phyllirea, Cercis, Ulmus, Carpinus duinensis, Ostrya, Platanus Cercis, Fraxinus excelsior, Castanea, Cornus mas, Laurus, Acer pseudoplatanus, Pirus communis,* quibus arboribus saepe usque ad culmina *Clematis* sive *Vitis* se circumvolvit. Ex humo satis pingui multa plantarum genera gignuntur ut *Nigella damascena, Delphinum ajacis, Papaver rhoeus, Lychnis coronaria, Melandrium album, Saponaria calabrica, Dianthus viscidus, Tunica glumacea, Linum liburnicum, Lavatera thuringiaca, Trifolium hirtum, Dorycnium hirsutum* et *pentaphyllum, Hippocrepis comosa, Rubus tomentosus, Geum urbanum, Agrimonia eupatoria, Sedum cepaea, Peucedanum vittijugum, Putoria calabrica, Galium laconicum* et *verum, Pulicaria odora, Cirsium acarna, Lactuca muralis, Crepis setosa* et *Dioscoridis, Cichorium intybus, Campanula ramosissima, Echium italicum, Myosotis silvatica, Cynoglossum Columnae, Prunella laciniata, Phlomis samia, Betonica scardica, Stachys Heldreichii, Ballota nigra, Calamintha clinopodium, Melissa officinalis, Origanum hirtum, Lysimachia punctata, Anagallis caerulea, Polygonum convolvulus* et *aviculare, Thesium Bergeri, Holcus lanatus, Dactylis, Hordeum bulbosum, Juniperus oxycedrus, Ceterach, Pteris aquilina, Adianthum, Asplenium trichomanes* et *onopteris.* Nonnullae huius formationis arborum genera sola silvas efficiunt ut *Fraxinus excelsior* apud Pramanta in Epiro, quercus aestivae in Epiro, Thessalia, in nonnullis locis Achaiae, Elidis, Messeniae (cuius provinciae quercuum silva Kapellis apud Salam in Elide sita maxima est); *Castaneae* in Sperchei valle, in Euboea, in Arcadia, in Ida monte in Creta sito. β. **Formatio Fagi,** quae arbor septemtrionalibus Graeciae regionibus continetur, ubi magnas silvas 900—1800 m. aequore maris sitas componit ut in Pindo, in Oxya et Chassia montibus, in Olympo, Ossa, Pelione montibus. Maxime ad meridiem haec formatio locis porrigitur his: in Prenzesi silva apud Karoplesos in Acarnania sita, in montibus apud Kravara in Naupacto eparchia in Aetolia, in Oxya, qui mons ab Oeta monte occidentem versus porrigitur. Quarum silvarum magnificarum in humo opaca inveniuntur herbae hae: *Arabis crepidipoda, Fragaria vesca, Rubus idaeus, Saxifraga rotundifolia, Epilobium montanum, Galium rotundifolium, Asperula odorata, Lactuca muralis, Hieracium murorum, Lapsana communis, Myosotis silvatica, Atropa, Calamintha grandiflora, Poa nemoralis;* in caedibus arborum: *Dianthus inodorus, Trifolium alpestre, Rubus tomentosus, Artemisia absinthium, Campanula oxya, Digitalis ferruginea, Chaenorrhinum minus, Clinopodium, Urtica dioica, Pteris aquilina;* in marginibus silvarum sparsae: *Acer monspessulanum, Pirus malus, communis, amygdaliformis, Crataegus orientalis.* In locis silvarum apertis luxuriosa formatio pratensis gignitur, in qua imprimis herbae hae: *Veratrum Lobelianum, Pteris aquilina,* quae herba nonnullis locis late perfusa est, *Clematis vitalba, Helianthemum vulgare, Viola Orphanidis,* quacum saepe coniuncta *Urtica dioica* invenitur, *Silene italica* et *Roemeri, Dianthus*

deltoides, *Linum catharticum*, *Hypericum pindicolum*, *Geranium asphodeloides*, *Medicago falcata* et *lupulina*, *Trifolium arvense* et *Orphanideum*, *Lotus corniculatus*, *Lathyrus pratensis*, *Spiraea filipendula*, *Agrimonia eupatoria*, *Eryngium campestre*, *Bellis perennis*, *Carlina utzka*, *Leontodon hastilis*, *Campanula tymphaea*, *Verbascum adenotrichum*, *Scrofularia Scopolii*, *Calamintha alpina*, *Armeria canescens*, *Chenopodium bonus Henricus*, *Scirpus holoschoenus*, *Trisetum flavescens*, *Dactylis glomerata* etc. γ. **Formatio Pini laricionis,** ex qua silvae amplae in altitudinem 1000—1640 m. (qui finis nondum satis accurate pervestigatus est) componuntur, ut in Pindo, in Tymphresto, in Oeta, in Parnasso, Graeciae septemtrionalis montibus, in Xeronoro monte in Euboea sito, in Peleponneso in montibus Chelmo, Kyllene, Parnoni, Taygeto praepositis. In Oxya monte super Kastania in Pindo sito plantae a me inventae sunt hae: virgulta *Rubus ulmifolius*, *Juniperus oxycedrus*, *Buxus* (cuius virgulta maxima silvas circumdant); plantae humiles hae: *Helleborus cyclophyllus*, *Alyssum Heldreichii*, *Helianthemum vulgare*, *Trifolium arvense*, *Lotus corniculatus*, *Fragaria vesca*, *Eryngium campestre*, *Chamaepeuce afra*, *Echium italicum*, *Prunella laciniata*, *Calamintha alpina*, *Euphorbia myrsinites*, *Cynosurus echinatus*, in saxis serpentinis *Silene Haussknechtii*, ad fontes *Pinguicula hirtiflora*, *Scirpus holoschoenus*; *Taxi baccatae* nonnullas arbores magnas inveni. In silva magna pinea in Durduvana iugo Chelmi orientalis per Aroania vallem septemtriones versus usque ad Zachuli vicum porrigitur a me pervestigata inveniuntur herbae hae: *Clematis vitalba*, *Erysimum cuspidatum*, *Hammatolobium lotoides*, *Orobus niger*, *Astragalus Chaubardi*, *Rosa baldensis*, *Crataegus pycnoloba*, *Galium cruciata*, *Bellis perennis*, *Chamaepeuce afra*, *Podanthum limonifolium*, *Melittis melissophyllum*, *Pinguicula hirtiflora*, *Ostrya*, *Anthericum liliago*, *Carex macrolepis* et *distans*, *Melica uniflora*. In Messeniae et Cretae nonnullis regionibus huius formationis loco formatio **Cupressi** esse videtur. δ. **Formatio Abietis,** quae regioni alpinae praepositae est atque omnes Graeciae montes altos quasi clavus cingit. Finis huius formationis inferior in regione septemtrionali 100—1000 m., in regione meridionali 1100—1200 m. aequore altior situs est; eadem varietate finis superior est, quem in his regionibus ita constitui: in Epiro in orientali Tsumerkae ascensu apud Vulgarelion 1390 m.; in orientali Peristeri montis ascensu 1500 m., eiusdem montis in ascensu meridionali apud Kalarrytes 1140 m., in Peleponneso in Oleni parte regionem inter septemtrionales et occidentem versus sitam exposita 1280 m., in m. Panachaicon parte septemtrionales versus exposita 1500 m., in Chelmi parte supra Sudenam occidentem versus sita 1820 m., in Kyllenes parte occidentem versus exposita 1910 m. Arbores huius formationis sunt: **Abies cephalonica** sive **Abies Apollinis,** quae plerumque non aliis arboribus mixta invenitur; nonnullis autem locis (imprimis in fine inferiore) etiam *Pyrus amygdaliformis* et *Quercus lanuginosa* inveniuntur, vel *Pinus laricio* vel in Olympo *Pinus leucodermis*, *Juniperus foetidissima*, qua nonnullis locis

ut apud Hagia Euthymia in Parnasso et in Oleno supra Hagios Vlasios silvae huius formationis parvae componuntur; idem in mt. Malevo de *Junipero drupacea* statuendum est. Virgulta huius formationis pauca componunt frutices hi: *Juniperus communis* et *oxycedrus*, *Rhamni*, *Lonicerae*, *Crataegi* nonnulla species, *Rosae*, *Prunus prostrata*, *Ribes grossularia*, imprimis *Daphne oleoides*, qui frutex huic formationi proprius usque in regionem alpinam loco quasi Rhododendri medio europaei porrigitur. Quamquam humus tam tenuis atque saxosa vegetationi magnae importuna est, tamen fruticum et herbarum flora maxime varia est atque multas species endemicas comprehendit, quarum quasdam unus quisque mons proprias habet. Longum est, partim tantum nomina huius formationis generum enumerare; nam magna totius florae Graeciae pars enumeranda esset. Quare *Pteridem aquilinam* solam commemoremus, quae filex nonnullis locis arboribus vacuis tam densa invenitur, ut aliae herbae provenire non possint; copiosa etiam *Helleborus cyclophyllus* in montibus Epiroticis atque Thessalicis invenitur. Prope multos vicos hae in formatione sitos *Juglans regia* colitur, quam arborem in Muntzuraki silva in monte Phthiotidis Kukkos sita saepissime inveniri Heldreichius dicit.

c) Regio alpina:

Haec regio a locis 1500 m. usque ad loca 1800 m. aequore maris et altiora sita porrigitur. Regio abietina locis minus arduis per zonam formationis quasi pratensis, ex elementis formationis abietinae compositae, in qua marcidi *Juniperi oxycedri* frutices passim inveniuntur, transit in regionem alpinam, locis magis arduis continuatur cum regione alpina; cuius loca saxis, rupibus abscissis, ruderibus plena, procul visa plantis (omnino) carere videntur, cum prata omnino desint; tamen haec formatio multas species comprehendit, quarum multae locis parvis quin etiam culminibus montium singulorum continentur. Herbae sunt caespitosae atque humiles, nonnullis locis densissimae; sed inveniuntur quoque herbae elatiores et frutices ut *Senecio thapsoides*, *Cardus armatus*, *Verbascum epianthinum*, *Urtica dioica*, *Prunus prostrata*, *Daphne oleoides*. Enumeraverim hoc loco species solas regioni Graeciae alpinae proprias, neglectis locis, ubi inveniantur; sunt hae: *Anemone blanda*, *Ficaria ficarioides*, *Ranunculus oreophilus*, *demissus*, *cupreus*, *cadmicus*, *brevifolius*, *Corydalis parnassica*, *Arabis caucasia*, *Aubrietiae*, *Drabae*, *Viola gracilis*, *chelmea*, *cretica*, *delphinantha*, *Polygala microcarpa* et *subuniflora*, *Silene auriculata*, *variegata*, *parnassica*, *Barbeyana*, *Gypsophila nana*, *Dianthus ventricosus* et *tymphresteus*, *Arenaria cretica*, *graeca*, *rotundifolia*, *nana*, *Alsine stellata*, *recurva*, *Gerardi*, *Hypericum trichanthum*, *Geranium subcaulescens*, *Erodium Guicciardii* et *chrysanthum*, *Trifolium praetutianum* et *Ottonis*, *Astragalus Apollineus*, *sericophyllos*, *idaeus*, *Agraniotii*, *angustifolius*, *tymphresteus*, *creticus*, *cephalonicus*, *depressus*, *Potentilla speciosa*, *deorum*, *kionaea*, *Epilobium alsinefolium*, *Herniaria parnassica*,

Scleranthus neglectus, Sempervivum reginae Amaliae, Sedum atratum, multa *Saxifragarum species, Lasepitium pseudomeum, Sclerochorton, Freyerae* species nonnullae, *Carum meoides* et *Heldreichii,* nonnulla species *Galii, Valeriana olenaea* et *bertiscaea, Pterocephalus perennis, Scabiosa sphaciotica, Aster cylleneus, Bellis perennis, Gnaphalium Roeseri* et *supinum, Achillea aizoon, Clavennae, umbellata, Barbeyana, ambrosiaca, holosericea, taygetea, Doronicum cordatum, Leontodon graecus, Scorzonera rhodantha, Taraxacum alpinum, Crepis Raulini, crocifolia, bithynica, Hieracium Naegelianum, graecum, aetolicum, pannosum, scapigerum, incisum, Campanula oreadum, rupicola, radicosa, Sibthorpiana, aizoon, Podanthum repandum, Diosphaera asperuloides, Edrajanthus parnassicus* et *graminifolius, Anchusa caespitosa, Myosotis olympica, Paracaryum myosotoides, Celsia cyllenea* et *acaulis, Linaria peleponnesiaca, Veronica thymifolia* et *thessalica, Alectorolophus pubescens, Pedicularis graeca, Teucrium aroanium, Scutellaria alpina, Lamium pictum, Satureia parnassica, Thymus teucrioides, Boissieri et* affines, *Lysimachia anagalloides, Androsace villosa, Primula Columnae, Globularia stygia* et *cordifolia, Acantholimon, Armeria majellensis, Plantago graeca, Chenopodium bonus Henricus, Euphorbia deflexa, herniariaefolia* et *myrsinites, Crocus veluchensis* et *Sieberi, Fritillaria Guicciardii, Tulipa montana, Scilla bifolia, Chionodoxa nana, Muscari Heldreichii, Carex laevis, Alopecurus Gerardi, Stipa pennata, Agrostis alba* et *vulgaris, Seslesia nitida* et *coerulans, Avenastrum compactum, Trisetum flavescens, Dactylis hispanica, Bromus fibrosus* et *tomentellus, Festuca varia, affinis ovina, Briza media, Poa alpina, trichopoda, cenisia, caesia, violacea, Secale montanum, Haynaldia hordeacea, Nardus stricta, Cystopteris regia,* plurima lichenum saxigenorum genera. Quae species, quibus multo plura enumerari possunt, per saxa atque rudera dispersa sunt neque prata umquam componunt, qualia in Alpibus medioeuropaeis inveniuntur; locis solis Julio etiam mense nivosis interdum vegetatio variis coloribus pulchra invenitur, in qua *Anemone blanda, Ficaria ficarioides, Ranunculus brevifolius, Corydalis densiflora, Crocus Sieberi, Scilla bifolia.*

I. Angiospermae Brong.

I. Classis. DICOTYLEDONES Juss.

I. Subclassis. **Thalamiflorae** DC. Pr. I. p. 1.

I. Ordo. **Ranunculaceae** Juss. Gen. p. 231.

I. Tribus. **CLEMATIDEAE** DC. Syst. I. p. 131.

1. Clematis L. Gen. n. 696.

1. Sectio. *Cheiropsis* DC. Syst. I. p. 165. Flores bracteis 2, ovatis, coalitis fulti; carpellorum caudae longae, plumosae.

1. **C. cirrhosa** L. Sp. p. 544; S. et Sm. Pr. I. p. 377; Ch. et B. Exp. p. 154, Fl. Pelop. p. 34; Friedr. Reise p. 272; Fraas Fl. class. p. 130; Raul. Cret. p. 699; Bois. Fl. or. I. p. 2; Heldr. Fl. Aegin. p. 231. — Icon: Fl. gr. t. 517. — Exsicc.: Orph. Fl. gr. n. 3.
In rupestribus et dumetis regionis inf. et submontanae. Attica: pr. Athenas (Sibth.), in colle Poecile pr. Daphni, mt. Parnes (Heldr.) mt. Hymettus (Fraas); ins. Aegina: mt. Hag. Elias pr. Mesagros (Heldr.); Argolis: pr. Troezene (Friedr.); Cyclades: ins. Melos (Chaub.), Keos (Tuntas); Creta: pr. Nerokuru, in peninsula Akroteri et pr. Candia (Raul.)

β. **semitriloba** Lag. Nov. gen. et sp. n. 225. Foliis tripartitis vel trisectis, floribus plerumque minoribus.
Creta: pr. Kissamos (Reverch. Pl. Cret. n. 211) et probabiliter alibi. — Nov. Mart. ♄.

2. Sectio. *Viticella* DC. l. c. p. 160. Flores ebracteati; carpellorum caudae breves, glabrae.

2. **C. viticella** L. Sp. p. 543; Pieri Corc. Fl. p. 70; Haussk. Symb. p. 2. — Icon: Fl. Gr. t. 516. — Exsicc.: Heldr. it. IV. Thessal. a. 1885.
In dumetis regionis inf., rarissime. Ad ripas Penei prope Larissa (Heldr.); Corcyra (Pieri). — Jun. Sept. ♄.

3. Sectio. *Flammula* DC. l. c. p. 136. Flores ebracteati; carpellorum caudae longae, plumosae.

a. Fruticosae, petiolis volubilibus scandentes.

3. C. **flammula** L. Sp. p. 544; S. et Sm. Pr. I. p. 377; Pieri Fl. Corc. p. 70; Ch. et B. Exp. p. 154, Fl. Pelop. p. 34; Marg. et R. Fl. Zante p. 25; Friedr. Reise p. 263; Clem. Sert. p. 6; Bois. Fl. or. I. p. 4; Heldr. Fl. Ceph. p. 19; Hal. in z. b. Ges. 1888 p. 748, 1899 p. 701, Beitr. Fl. Epir. p. 7, Beitr. Fl. Thessal. p. 6, Form. in d. b. Monatssch. 1890 p. 32, in Verh. nat. Ver. Brünn 1895 p. 38, 1896 p. 75, 1897 p. 55; Haussk. Symb. p. 2. — Icon: Rchb. f. 4666. — Exsicc.: Sint. It. Thessal. n. 1012.

Variat segmentis foliorum ovalibus, lanceolatis vel lineari-lanceolatis, rarius linearibus (*C. maritima* L. Sp. ed. 2 p. 767; *C. maritima var. stenophylla* Heldr. ap. Kuntze Monogr. p. 114) vel rotundatis (*C. fragrans* Ten. Fl. Nap. t. 48).

Ad sepes, in dumetis regionis inf. et montanae. Frequens in Thessaliae planitie, nec non in Olympo, Pindo et in Epiro; in Corcyra (Pieri): pr. urbem (Friedr.), Kipuria, Kanone, Potamo (Form.); Cephalonia: pr. Pessada, Hag. Thomas, Heracleon, Same, Kipuria (Heldr.); Zante: in colle Akroteri (Marg.); Elis et Laconia (Sibth.): pr. Magula inter Sparta et Mistra (Chaub.); Attica: ad Cephissum (Clem.), mt. Pentelicon (Heldr.), mt. Parnes (Holzm.); Doris: pr. Amphissa (Hal.). — Maio, Jul. ♄.

4. C. **orientalis** L. Sp. p. 543; Bois. Fl. or. I. p. 3. — Icon: Dill. Elth. t. 119, f. 145.

Differt a proximis sepalis acutis, lutescentibus.

In virgultis Cycladum ins. Tenos (Despreaux ex Bois. l. c.). — Junio, Aug. ♄. N. v.

5. C. **vitalba** L. Sp. p. 544; S. et Sm. Pr. I. p. 377; Pieri. Fl. Corc. p. 70; Ch. et B. Fl. Pelop. p. 34; Friedr. Reise p. 264; Bois. Fl. or. I. p. 4; Heldr. in Sitzb. Acad. Wiss. Berlin 1883 p. 7; Hal. in ö. b. Z. 1888 p. 748 et 1892 p. 368, in Denkschr. Acad. Wiss. Wien LXI. p. 223, 470 et 493; Haussk. Symb. p. 2; Form. in D. bot. Monatsschr. 1890 p. 32, Verh. nat. Ver. Brünn 1895 p. 38, 1896 p. 75, 1897 p. 55. — Icon: Rchb. f. 4667. — Exsicc.: Sint. It. Thessal. n. 890.

Variat foliorum segmentis integris et inciso-crenatis.

In sepibus et silvis regionis inf. et montanae. Frequens in Thessaliae planitie et montibus Olympus, Oeta et Pindus, nec non in Epiro; in Corcyra (Pieri): pr. Europuli, Afra (Form.); Achaia: pr. Patras (Friedr.), mt. Chelmos supra pag. Sivista (Hal.), mt. Kyllene pr. Trikala (Heldr.); mt. Parnassus (Orph.), mt. Kiona pr. Segditza (Hal.); Euboea: pr. Karysto (Sart.); Archipelagus (Sibth.): ins. Melos (Chaub.). — Maio, Jul. ♄.

b. Herbaceae, caule suberecto.

6. **C. recta** L. Sp. p. 544; S. et Sm. Pr. I p. 378; Dallap. Prosp. p. 78; Ch. et B. Fl. Pelop. p. 34. — Icon: Rchb. f. 4664.
In Achaia (Sibth.); Argolis: pr. Kranidi et pr. Chimova in Maina (Chaub.); Cephalonia (Dall.). Ditionis civis dubia. Jun. Jul. ♃ N. v

7. **C. integrifolia** L. Sp. p. 544; S. et Sm. pr. I. p. 378. — Icon: Rchb. f. 4663.
In agro Laconico (Sibth). — A recentioribus non lecta. — Maio, Jun. ♃ N. v.

II. Tribus. ANEMONEAE DC. Syst. I. p. 168.

2. Thalictrum L. Gen. n. 697.

1. Sectio. *Tripterium* DC. l. c. p. 169. Carpella triquetro-alata, laevia, stipitata, pendula. Flores lilacini.

1. **T. aquilegifolium** L. Sp. p. 547; S. et Sm. Pr. I. p. 379; Ch. et B. Exp. p. 155, Fl. Pelop. p. 34; Bois. Fl. or. I. p. 5; Haussk. Symb. p. 2. — Icon: Rchb. f. 4635. — Exsicc.: Heldr. It. IV. Thessal. a. 1885.
Thessalia: in oropedio Neuropolis (Heldr.) et in mt. Tragopetra pr. Malakasi (Sint.) in Pindo; in silvis Laconiae (Sibth.). — Maio, Jul. ♃.

2. Sectio. *Anemonanthe* Spach. Hist. VII. p. 239. Carpella longitudinaliter costata, sessilia, non pendula; sepala petaloidea, nivea staminibus multo longiora.

2. **T. orientale** Bois. in Ann. sc. nat. 1841 p. 349, Fl. or. I. p. 5. — *Isopyrum aquilegioides* Ch. et B. Exp. p. 160, Fl. Pelop. p. 35, non L. Exsicc.: Heldr. herb. gr. norm. n. 1201.
Species elegans, habitu Isopyri thalictroidis L.
In rupestribus dumosis regionis montanae et inferioris, rarissime. Laconia: in mt. Selitza (Zahn.) et ad radices mt. Taygetos in Maina, nec non in valle Nedon pr. Kalamata Messeniae (Chaub.). — Mart. Aprili ♃.

3. Sectio. *Euthalictrum* DC. l. c. p. 172. Carpella longitudinaliter costata, sessilia vel brevissime stipitata, non pendula; sepala fugacia, staminibus breviora.

a. Antherae erectae, muticae.

3. **T. lucidum** L. Sp. p. 546; Fritsch in z. b. Ges. 1894. p. 104. *T. angustifolium* Jacq. Enum. stirp. Vind. p. 96; Bois. Fl. or. I. p. 9; Haussk. Symb. p. 2. — ? *T. flavum* S. et Sm. Pr. I. p. 378; Fraas Fl. class. p. 131. — Icon: Jacq. Hort. Vind. III. t. 43. — Exsicc.: Heldr. Herb. a. 1878; Sint. et Bornm. It. turc. n. 1149; Bald. It. Alb. Epir. IV n. 51.
In locis humidis, dumosis, rare. Epirus: pr. Kostica distr. Janina (Bald.); Thessalia: pr. Katharina (Sint.), ad Palaeo-Kastron pr. Karditza

et in oropedio Neuropolis in Pindo dolopico (Haussk.); Aetolia: inter Aetolikon et Neochori (Heldr.); Boeotia: ad lacum Topolias (Fraas) et in Achaia (Sibth.). — Maio, Junio. ♃.

b. Antherae pendulae, apiculatae.

4. T. **simplex** L. Fl. Suec. ed 2 p. 191; Bois. Fl. or. I. p. 8; Bald. riv. coll. bot. Alb. 1896 p. 6. — Icon: Rchb. f. 4631.

In fructicetis mt. Oeta Thessaliae (Sprun. ex Bois l. c.) et ad Kastriza distr. Janina in Epiro (Bald.). — Maio, Jun. ♃.

5. T. **olympicum** Bois et Heldr. Diagn. Ser. 2. I. p. 5. — *T. minus γ. olympicum* Bois. Fl. or. I. p. 8; Haussk. Symb. p. 2. — *T. minus v. glandulosum* Bald. riv. coll. bot. Alb. 1896 p. 6. — Exsicc.: Heldr. pl. exs. Fl. Hellen. n. 2399; Bald. It. Alb. Epir. IV n. 125.

In diagnosi autorum decribitur species pedicellis floribus staminibusque porrectis, quos characteres autem specimina authentica aegre demonstrant.

In pinetis mt. Olympi in reg. alpinam adscendens, in mt. Oeta, nec non in mt. Parnasso (Heldr.), in mt. Pindo supra monast. Korona (Haussk.); Epirus: mt. Gamila distr. Zagorion (Bald.). Probabiliter huc pertinet *T. minus* S. et Sm. Pr. I. p. 378 (e Laconia) et Fraas Fl. class. p. 131 (e mt. Tymphresto). — Julio, Sept. ♃.

3. Anemone L. Gen. n. 694.

1. Sectio. *Eriocephalus* Hook. et Thoms. Fl. Ind. I. p. 20. Carpella lana densa involuta, stylo subulato nudo tandem marcescenti superata.

a. Folia radicalia conformia, biternatisecta, segmentis multifidis. Flores non flavi.

1. A. **coronaria** L. Sp. p. 539; S. et Sm. Pr. I. p. 375; Sieb. Avis p. 4, rem. p. 4; Ch. et B. Exp. p. 133, Fl. Pelop. p. 34; Marg. et R. Fl. Zante p. 25; Friedr. Reise p. 266; Fraas Fl. class. p. 130; Clem. Sert. p. 6; Raul. Cret. p. 699; Bois. Fl. or. I. p. 11; Weiss. in z. b. G. 1869 p. 50; Spreitz. in z. b. G. 1887 p. 654; Haussk. Symb. p. 2; Heldr. Fl. Aegin. p. 231. — Icon: Fl. gr. t. 514.

Species quoad colorem et magnitudinem florum valde variabilis. Vidi in exsiccatis sequentes:

α. A. **coccinea** Jord. Diagn. p. 57. — Exsicc.: Reverch. Pl. cret. n. 208; Heldr. pl. hell. a. 1876 et 1878.

β. A. **cyanea** Risso Fl. Nic. p. 7. — Exsicc.: Reverch. Pl. cret. n. 1; Heldr. pl. hell. exs. a. 1876.

γ. A. **rosea** Hanry Pr. Hist. nat. Var. p. 143. — Exsicc.: Heldr. herb. gr. norm. n. 1301.

δ. A. **albiflora** Rouy et Fouc. Fl. Fr. I. p. 46. — Exsicc.: Heldr. exs. a. 1874.

ε. **parviflora** Bois. Fl. or. I. p. 11. — Exsicc.: Orph. Fl. gr. exs. n. 114.

In campis, collibus saxosis regionis inf. et montanae, probabiliter per totum territorium divulgata. Frequens in Atticae montibus et planitie (Heldr.); in regione orientali Peloponnesi usque ad mt. Cotylus (Chaub.); ins. Poros et Aegina (Heldr.); in Archipelago (Bois.): ins. Melos (Leonis); Corcyra et Zante (Marg.); Creta: pr. Canea, Retymo, Candia (Raul), Kissamos (Rev.), Suda (Weiss). — Jan. Mart. ♃.

Obs. *A. coronaria γ. incisa* Bois. Fl. or. I. p. 11 foliorum radicalium forma accedit ad speciem sequentem et forsan hybrida harum specierum.

b. Folia radicalia difformia, ternatisecta, alii segmentis latis inciso-lobatis, alii segmentis profunde 2—3 partitis laciniis angustis 2—3 fidis. Flores non flavi.

2. **A. pavonina** Lam. enc. I. p. 166; Friedr. Reise p. 280. — *A. fulgens* J. Gay ap. Rchb. ic. pl. crit. t. 201; Ung. Reise p. 131. Bois. Fl. or. I. p. 11; Haussk. Symb. p. 2; Heldr. Fl. Aegin. p. 231; Hal. in z. b. G. 1899 p. 701. — *A. hortensis β. flore rubro coccineo* Ch. et B. Exp. p. 154, Fl. Pelop. p. 34. Icon: Rchb. l. c. — Exsicc.: Orph. Fl. gr. exc. n. 116.

α. **typica.** Floribus coccineis.

Ibidem ubi praecedens. Attica: pr. Athenas (Heldr.), mt. Pentelicon (Orph.); Euboea: pr. Steni (Ung.), in Petaliarum insulis (Holzm); Aegina: ad templum (Heldr.); Argolis (Sprun.); Arcadia: mt. Diaforti pr. Andrizena (Friedr.); Messenia; pr. Pylos, Methone, Messene (Chaub.); Thessalia: in reg. media et sup. mt. Pelion pr. Portaria (Heldr.), ad Hag. Stephanos prope Kalabaka (Sint).

β. **purpureoviolacea** Bois Fl. or. I. p. 12. — Exsicc.: Heldr. herb. gr. norm. n. 1101. — Floribus purpureoviolaceis vel roseis. Formis intermediis ad speciem sequentem transire videtur, a qua differt floribus majoribus, sepalis paucioribus latioribusque.

Attica: pr. Kephissia (Pichl.), mt. Pentelicon et Hymettus (Heldr.); Messenia (Gittard ex Bois. Fl. or.); ins. Melos (Heldr. et Hal. Fl. aeg.). — Jan. Mart. ♃.

3. **A. hortensis** L. Sp. p. 540; S. et Sm. Pr. I. p. 375; Ch. et B. Exp. p. 153, Fl. Pelop. p. 34; Fraas Fl. class. p. 130; Ung. Reise p. 131. — *A. stellata* Lam. Dict. I. p. 166; Marg. et R. Fl. Zante p. 25; Bois. Fl. or. I. p. 12; Spreitz. in z. b. G. 1877 p. 718 et 1887 p. 654; Heldr. Fl. Cephal. p. 19; Haussk. Symb. p. 2. — Icon: Fl. gr. t. 515. — ? *A. pratensis* Dall. Prosp. p. 77. — Exsicc.: Sint. it Thessal. Nr. 293.

In dumetis et saxosis, praecedentibus rarior et uti videtur magis in regione occidentali. Vulgatissima in Corcyra; in Cephalonia: pr. Argostoli, in eparchia Palike (Heldr.), Zante (Marg.); Messenia; pr. Methone, in ins. Sapienza (Chaub.); Thessalia; pr. Kalabaka (Sint.)

β. **Heldreichii** Bois. Diagn. VIII. p. 3, Fl. or. I. p. 12; Weiss in z. b. G. 1869 p. 50. — *A. hortensis* Sieb. avis p. 4; Raul. Cret. p. 699. — Exsicc.: Heldr. exs. n. 1312; Rev. Pl. Cret. n. 213.

Creta: in mt. Akroteri, mt. Malaxa pr. Cydonia (Heldr.), Kissamos (Reverch.), Suda (Weiss); ins. Zante (Weiss). — Mart. April. ♃.

c. Folia radicalia conformia, cordato-rotundata, obtuse 3—5 loba. Flores flavi.

4. **A. palmata** L. Sp. p. 538; Pieri Fl. Corc. p. 69; Ch. et B. Fl. Pelop. p. 34.

In Corcyra (Pieri) et Messenia (Gittard ex Fl. Pelop. l. c), sed a recentioribus non lecta. Civis dubia. — Febr. Maio. ♃. N. v.

2. Sectio. *Anemonanthea* DC. Syst. I. p. 196. Carpella pubescentia, stylo immutata superata.

5. **A. nemorosa** L. Sp. p. 541; S. et Sm. Pr. I. p. 376; Bois. Fl. or. I. p. 13. — Icon: Rchb. f. 4644.

In mt. Parnassi nemoribus (Sibth.). Postea a nemini lecta. — April. Maio. ♃. N. v.

6. **A. blanda** Schott et Kty. in öst. bot. Wochenbl. IV. p. 129; Bois. Fl. or. I. p. 13; Spreitz. in z. b. G. 1877 p. 718 et 1887 p. 654; Heldr. Fl. Ceph. p. 19; Hal. in Beitr. Fl. Achaia p. 493. — *A. apennina* S. et S. Pr. I. p. 736; Ch. et B. Exp. p. 154, Fl. Pelop. p. 34; Friedr. Reise p. 268 et 281; Fraas Fl. class. p. 131; Clem. Sert. p. 6; Ung. Reise p. 131; Gelmi in Giorn. bot. ital. XXI. p. 447, non L. — Exsicc.: Orph. Fl. gr. n. 115; Heldr. herb. Fl. Hell. n. 115, herb. gr. norm. n. 1102.

A. apenninae L. proxima, differt autem foliis radicalibus ambitu subrotundis, segmentis brevius petiolulatis, sepalis extus glabris et carpellorum rostro punctiformi, sphacelato. A. apenninae folia sunt ampliora, sepala extus hirta, carpella juniora rostro eis aequilongo superata.

In saxosis ad radices montium usque ad nives deliquescentes regionis alpinae. Attica: mt. Pentelicon (Friedr.), mt. Parnes (Fraas); Peloponnesus (Sibth.): mt. Taygetos (Heldr.), mt. Panachaicon et Chelmos (Hal.), pr. Phigalea Arcadiae (Chaub.) et in mt. Diaforti pr. Andrizena (Friedr.); Corcyra: mt. Pantocrator (Spreitz.); Cephalonia: mt. Aenos (Ung.), pr. San Pantaleone (Spreitz.); Cyclades (Chaub.). — Mart. Apr. in regione alpina usque Junio. ♃.

4. Adonis L. Gen. n. 698.

1. Sectio. *Consiligo* DC. Syst. I. p. 224. Antherae flavae; carpella rostro deorsum uncinato. Radix perennis.

1. **A. cyllenea** Bois. Heldr. et Orph. Diagn. Ser. 2, V, p. 5; Fl. or. I p. 15; Hal. Beitr. Fl. Achaia in Denkschr. Acad. Wiss. Wien LXI. p. 493. *A. pyrenaica* DC. β. *cyllenea* Huth Rev. Adon. p. 67. — Exsicc.: Orph. Fl. gr. exs. n. 447; Hal. It. gr. secund. a. 1893.

Affinis A. pyrenaicae DC., a qua differt sepalis lanceolatis et rostro longiore, carpello subaequilongo.

In saxosis herbosis regionis mediae mt. Kyllene supra Flamburitza (Heldr. et. Orph.) et supra Gura (Hal.). — Apr. Maio. ♃.

2. Sectio. *Adonia* DC. l. c. p. 221. Antherae atroviolaceae; carpella rostro brevi recto terminata. Radix annua.

a. Carpelli margo interior edentulus.

2. **A. autumnalis** L. Sp. ed. 2. p. 771; S. et Sm. Pr. I. p. 379; Fraas Fl. class. p. 132; Bois. Fl. or. I. p. 16; Weiss in z. b. G. 1869 p. 50; Raul. Cret. p. 699; Heldr. Fl. Cephal. p. 19; Haussk. Symb. p. 2. — *A. atrorubens* Bald. riv. coll. bot. Alb. 1896 p. 6. — Icon: Rchb. f. 4621. — Exsicc.: Bald. It. Alb. Epir IV. n. 1 (mixta cum A. flammea).

In vineis et cultis. Attica: pr. Geraka, Ergostiria (Haussk.); Euboea (Fraas); Cephalonia: pr. Argostoli (Heldr.); Epirus: ad Muspina distr. Janina (Bald.); Peloponnesus (Sibth.); Creta: pr. Canea (Weiss), Khalepa (Raul.). — April. Jun. ⊙.

b. Carpelli margo interior dente obsitus.

α. Dens carpelli marginis interioris acutus, a rostri basi remotus.

3. **A. aestivalis** L. Sp. ed. 2. p. 771; S. et Sm. Pr. I. p. 379; Pieri Fl. Corc. p. 71; Ch. et B. Exp. p. 155, Fl. Pelop. p. 34; Clem. Sert. p. 7; Bois. Fl. or. I p. 17; Weiss in z. b. G. 1869 p. 50. — Icon: Rchb. f. 4619. — Exsicc.: Sint. It. thessal. n. 517.

In arvis, cultis regionis inferioris. A. Sibthorpio sine loco speciali indicata; in Thessalia: pr. Wutades in Pindo tymphaeo (Sint.); Corcyra (Pieri); Boeotia: pr. Oropos (Heldr.); Attica (Clem.); Argolis: pr. Argos (Sart.); Arcadia et Messenia (Chaub.); Creta: pr. Suda, Canea (Weiss). — Apr. Jun. ⊙.

β. Dens carpelli marginis interioris obtusus, rostri basi aproximatus.

× Calyx glaber.

4. **A. Cupaniana** Guss. Syn. II. p. 36. — *A. aestivalis γ. Cupanianus* Huth Rev. Adon. p. 64. — *A. microcarpa* Bois. Fl. or. I. p. 18; Weiss in z. b. G. 1869 p. 50; Haussk. Symb. p. 2; Heldr. Fl. Aegin. p. 231; non DC. — *A. aestivalis* Friedr. Reise p. 268 et 269. — *A. dentata* Urv. Enum. p. 60, non Del. — Exsicc.: Orph. Fl. gr. exs. n. 446; Heldr. Herb. gr. norm. n. 813 et 1103.

Carpella minuta, reticulato-foveolata, rostro brevi adscendente. Variat floribus miniatis, subviolaceis vel luteis.

In cultis, arvis, collibus, campis, congeneribus uti videtur vulgatior. Attica: pr. Athenas, Hassia (Orph.), Eleusis, Trakones, Phanari, in ins. Salamis (Heldr.); Baeotia; pr. Oropos (Heldr.); Corinthus, Nauplia (Haussk.); Aegina (Heldr.). Cycladum ins. Melos (Leonis); Zante (Weiss) sine dubio etiam alibi. — Mart. Maio. ⊙.

5. **A. microcarpa** DC. Syst. I. p. 223; Huth Rev. Adon. p. 64; non Bois. Fl. or. I. p. 18. — *A. squarrosa* Stev. in Bull. Mosq. 1848

XXI, 2. p. 272; Haussk. Symb. p. 2. — *A. aestivalis β. squarrosa* Bois. l. c.; Raul. Cret. p. 699.

Species distincta, ab A. Cupaniana Guss. carpellis submajoribus, valde angulatis, rostro horizontaliter patente diversissima.

α. **typica.** Carpella parte posteriore profunde sulcata.

Attica: in olivetis pr. Geraka (Haussk.); Creta: pr. Canea, Akroteri (Raul). N. v.

β. **cretica** Huth Rev. Adon. p. 64. — *A. microparpa β. intermedia* Bois. Fl. or. I. p. 18; Raul. Cret. p. 699; non *A. intermedia* Webb, quae forsan ad *A. dentatam* Del. pertinet. — Exsicc.: Reverch. Pl. Cret. Nr. 2 et in Baen. Herb. europ. Nr. 5654. Carpella parte posteriore sublaevia.

Creta: pr. Kissamos (Rev.), Malaxa, Canea, Candia (Raul.) — Apr. Maio. ⊙.

×× Calyx adpresse hirsutus.

6. **A. flammea** Jacq. Fl. Austr. IV. t. 355. — *A. caudata* Stev. in Bull. Mosq. 1848, XXI, 2. p. 272. — *A. flammea β. caudata* Bois. Fl. or. I. p. 19. — Exsicc.: Orph. herb. n. 707; Bald. It. Alb. Epir. IV. n. 1 (mixta cum A. autumnali).

In cultis ad pag. Rachova in Parnasso (Heldr.); Arcadia: pr. Zatuna (Orph.); Epirus: ad Muspina distr. Janina (Bald.). — Apr. Jun. ⊙.

III. Tribus. RANUNCULEAE DC. Syst. I. p. 228.

5. Ceratocephalus Moench Meth. p. 218.

1. **C. falcatus** L. Sp. p. 556; S. et Sm. Pr. I. p. 385; Ch. et B. Exp. p. 159, Fl. Pelop. p. 35 (*Ranunculus*); Pers. Syn. I. p. 341; Friedr. Reise p. 266; Clem. Sert. p. 6; Bois. Fl. or. I p. 58; Haussk. Symb. p. 4; Hal. in Beitr. Fl. Achaia p. 493. — Icon: Rchb. f. 4570. — Exsicc.: Orph. Fl. gr. exs. n. 49.

In arenosis graminosis, arvis, cultis regionis inferioris. Attica: pr. Athenas (Friedr.); Thessalia: pr. Velestinos (Heldr.); Argolis et Arcadia (Sibth.): Achaia: pr. Kalavryta (Hal.). — Febr. Apr. ⊙.

6. Ranunculus L. Gen. n. 699.

Dispositio specierum.

§ 1. Carpella plus minus turgida, immarginata, transverse corrugata, fovea nectarifera nuda instructa.

1. Sectio. *Batrachium* DC. Petala 5—9, alba; spica fructifera globosa, carpellis tenuissime carinatis, stylo deciduo terminatis. — Plantae perennes, aquaticae, submersae vel natantes, radice fibrillosa, pedunculis fructiferis arcuatis oppositifoliis.

a. Folia saepissime heteromorpha, submersa, setaceo-multifida, natantia, reniformia, lobata.

α. Receptaculum globosum.

1. R. tripartitus DC. **2. R. aquatilis** L.

β. Receptaculum ovatum.

3. R. confusus G. et G. **4. R. Baudotii** Godr.

b. Folia saepissime homomorpha, submersa, multifida.

α. Receptaculum globosum.

5. R. foeniculaceus Gilib.

β. Receptaculum ovato-conicum.

6. R. trichophyllus Chaix.

2. Sectio. *Hecatonia* G. et G. Petala 5, lutea; spica fructifera cylindrica carpellis subcompressis, centro disci rugulosis, dorso sulco tenuissimo cinctis, rostro brevissimo apiculatis. — Planta annua, paludosa, radice fibrillosa, pedunculis rectis oppositifoliis, foliis inferioribus 3—5partitis.

7. R. sceleratus L.

§ 2. Carpella nunquam corrugata.

a. Petala alba.

3. Sectio. *Leucoranunculus* Bois. Petala 5, basi fovea nectarifera squama tecta instructa; spica fructifera globosa, carpellis inflatis, elevatim nervatis, carinatis, rostro uncinato terminatis. — Planta perennis, subalpina, radice fibrillosa, pedunculis axillaribus rectis, foliis palmato-partitis.

8. R. platanifolius L.

b. Petala lutea.

α. Planta acaulis.

4. Sectio. *Physophyllum* Freyn. Petala 5—12, basi fovea nectarifera subnuda instructa; spica fructifera ovata, carpellis subinflatis, a latere compressis, nervo valido carinatis, rostro uncinato terminatis. — Planta perennis, radice grumosa, foliis bullatis, dentatis.

9. R. bullatus L.

β. Plantae caulescentes.

× Folia reniformi-quadrata, transverse latiora; carpella inflata.

5. Sectio. *Thora* DC. Petala 5, basi fovea nectarifera nuda instructa; spica fructifera globosa, carpellis subcompressis, immarginatis, rostro uncinato terminatis. — Planta perennis, alpina, rhizomate obliquo, fibras longas carnosas edenti, caule unifloro.

10. R. brevifolius Ten.

×× Folia varie partita vel integra et tunc lanceolata vel ovata, non transverse latiora; carpella plus minus compressa.

○ Pedunculi axillares, radicis fibrae grumosae.

6. Sectio. *Ranunculastrum* DC. Petala saepissime 5, basi fovea nectarifera squama instructa; spica plerumque elongata, ellipsoidea, carpellis plano-compressis, circumcirca carinatis, subulatis, rostro plus minus elongato terminatis. — Plantae perennes, radice flagella subterranea edente, foliis varie partitis, pedunculis rectis.

a. *Longirostres* Bois. Carpella disco muriculata, in rostrum longum abeuntia, basi infra insertionem in appendicem producta.

11. R. orientalis L.

b. *Brevirostres* Bois. Carpella basi non appendiculata, rostro brevi superata.

α. Calyx reflexus.

12. R. chaerophyllos L. **13. R. rumelicus** Griseb. **14. R. psilostachys** Griseb.

β. Calyx adpressus vel patens.

× Folia radicalia heteromorpha, primordialia rotundata integra, dentata vel trifida, reliqua tripartita vel trisecta, segmentis varie divisis, medio longe petiolulato.

15. R. flabellatus Desf.

×× Folia radicalia homomorpha.

○ Folia orbiculata, ampla, obtuse lobata; caulis elatus, multiflorus.

16. R. creticus L.

○○ Folia radicalia 3-partita vel-secta, segmentis obtuse lobatis.
. Plantae elatiores, plerumque valde hirsutae, caulibus ramosis, floribus magnis, spicis oblongis vel ovatis, carpellis triangularibus, in rostrum subaequilongum rectum vel patulo-incurvum abeuntibus.

17. R. Sprunerianus Bois. **18. R. Heldreichianus** Jord.

.. Planta tenella, glabrescens, caule 1—2floro, floribus parvis, spica globosa, carpellis orbiculatis, rostro brevissimo apice subrecurvo apiculatis.

19. R. cadmicus Bois.

○○○ Folia radicalia 3—5partita, segmentis multisectis, laciniis oblongo-linearibus.
. Petala 5, obovata, spica ovata vel oblonga.

20. R. cupreus Bois. et Heldr. **21. R. millefoliatus** Voll.

.. Petala 7—12, obovato-oblonga, spica cylindrica.

22. R. Millii Bois. et Heldr.

○○ Pedunculi oppositifolii, radix saepissime fibrillosus.
. Folia integra.

7. Sectio. *Flammula* Webb. Petala 5, basi vel ad medium fovea nectarifera squamula tecta vel nuda instructa; spica globosa, carpellis compressiusculis vel subconvexibus, carinatis, laevibus, punctulatis vel tuberculatis, rostro brevissimo terminatis. — Plantae perennes vel annueae.

a. Plantae perennes, folia omnia oblongo-lanceolata vel oblonga; carpella laevia vel impresse punctulata.

23. R. lingua L. **24. R. flammula** L.

b. Planta annua, folia inferiora cordato-ovata, superiora oblongo-lanceolata; carpella tuberculata.

25. R. ophioglossifolius Vill.

.. Folia palmatipartita.

8. Sectio. *Euranunculus* G. et G. Petala 5, basi fovea nectarifera squama tecta vel nuda instructa; spica globosa vel ovata, carpellis lenticulari-compressis, marginatis, carinatis vel margine obtusis, rostro subulato terminatis. — Plantae perennes.

A. Axis hirsuta.

a. Carpella circumcirca margine carinante utrinque sulco impresso cincta.

α. Calyx reflexus.

26. R. neapolitanus Ten. **27. R. eriophyllus** C. Koch.

β. Calyx patens.

28. R. repens L.

b. Carpella circumcirca carinata vel margine obtusa, nec bisulcata.

× Folia radicalia ampla (eis Hellebori viridis subsimilia), 3—5-secta, segmentis 2—3-partitis, inciso-serratis, plerumque petiolulatis; carpella carinata, in rostrum aequilongum abeuntia. — Planta elata.

29. R. brutius Ten.

×× Folia radicalia multo minora, 3—5-partita vel 3-secta, segmentis acute incisis lobatisve, non serratis, carpella rostro brevi superata. — Plantae minus elatae vel pumilae.

○ Carpella margine carinata.

30. R. oreophilus M. B.

○○ Carpella margine obtusa.

31. R. demissus DC.

B. Axis glabra.

a. Calyx patens.

× Folia heteromorpha, radicalia petiolata, cordato-reniformia, 3—5-partita, caulina sessilia, digitatim partita, laciniis linearibus.

32. R. binatus Kit. **33. R. lanuginosus** L. **34. R. serbicus** Vis.

b. Calyx reflexus.

35. R. velutinus Ten.

9. Sectio. *Echinella* DC. Petala 5, basi fovea nectarifera squama tecta vel nuda instructa; spica globosa, carpellis plano-compressis, marginatis, saepissime tuberculatis vel echinatis, rostro subensiforme vel subulato terminatis. — Plantae annuae.

a. Calyx patens, axis hirsuta.

36. R. arvensis L.

b. Calyx reflexus.

α. Axis hirsuta.

× Petala obovata, calyce duplo longiora.

○ Carpella anguste marginata, rostro eis multo breviore apiculata.

37. R. sardous Cr.

○○ Carpella majora, latiuscule marginata, rostro lanceolato eis triplo breviore terminata.

38. R. trachycarpus Fisch. et Mey.

×× Petala oblonga, calyce vix longiora.

○ Carpella parva, disco crebre tuberculata, rostro eis multo breviore apiculata.

39. R. trilobus Desf.

○○ Carpella majuscula, disco crebre echinata, rostro eis subaequilongo terminata.

40. R. muricatus L.

β. Axis glabra.

41. R. chius DC. **42. R. parviflorus** L.

---

§ 1. Carpella plus minus turgida, immarginata, transverse corrugata, fovea nectarifera nuda instructa.

1. Sectio. *Batrachium* DC. Syst. I. p. 233. Petala 5—9, alba; spica fructifera globosa, carpellis tenuissime carinatis, stylo deciduo terminatis. — Plantae perennes, aquaticae, submersae vel natantes, radice fibrillosa, pedunculis, fructiferis arcuatis oppositifoliis.

a. Folia saepissime heteromorpha, submersa setaceo-multifida, natantia reniformia lobata.

α. Receptaculum globosum.

1. **R. tripartitus** DC. Icon. pl. Gall. rar. p. 15, t. 49; Urv. Enum. p. 317.

A sequente floribus minimis, petala calycem parum superantibus differt.

Ad torrentes in insula Melos (Urv.). — Mart. Apr. ♃.

2. **R. aquatilis** L. Sp. p. 556; S. et. Sm. Pr. I. p. 385; Fraas Fl. class. p. 131; Bois. Fl. or. I. p. 23.

α. **typicus.** Folia superiora natantia reniformia lobata, inferiora submersa setaceo-mulifida. — *R. peltatus* Schrank Baier. Fl. II. p. 103. *R. aquatilis v. peltatus* Raul. Cret. p. 699; Hal. in ö. b. Z. 1895 p. 121. — *R. heterophyllus* Friedr. Reise p. 279. — *R. aquatilis v. heterophyllus* Ung. Reise p. 131; Bois. l. c.; Haussk. Symb. p. 4. — Exsicc.: Heldr. Herb. Fl. hellen a. 1878.

β. **submersus** G. et G. Fl. Fr. I p. 23; Bois. l. c. — *R. aquatilis* Ch. et B. Exp. p. 159; Fl. Pelop. p. 35. — *R. aquatilis v. peucedanifolia* Friedr. Reise p. 279.

In aquis stagnantibus vel lente fluentibus. Attica: pr. Athenas (Bois.), Piraeum (Hausskn.), Phaleron (Heldr.); Euboea: in fonte Musa pr. Chalkis (Ung.); Argos et in fluvio Eurotas (Fraas); Arcadia: in valle Alphei pr. Carithena (Friedr.); ins. Syros (Leonis). — Var. *β.* in Graecia (Bois.); Messenia: inter Arcadia et ostium fl. Neda, ad ostium fl. Pamisus, pr. Carithena (Chaub.); Arcadia: pr. Tripolizza (Friedr.)[1]. — Mart. Maio. ♃.

β. Receptaculum ovatum.

3. **R. confusus** G. et G. Fl. Fr. I. p. 22; Hal. ö. b. Z. 1895 p. 121. *R. Petiveri* Koch Syn. p. 10. — Exsicc.: Heldr. et Hal. Fl. Aeg. a. 1889.

Stamina ovariorum capitulo longioribus.

α. **typicus.** Folia superiora natantia lobata, inferiora submersa setaceo-multifida. — Exsicc.: Heldr. et Hal. Fl. Aeg. a. 1889.

β. **submersus** Freyn in Willk. et Lang. Pr. Fl. Hisp. III, p. 910; Hal. in ö. b. Z. 1895 p. 121. — Exsicc.: Heldr. pl. Fl. Hellen. a. 1878.

In aquis stagnantibus vel lente fluentibus. In Cycladum ins. Tenos et Syros (Leonis). Var. *β.* pr. Pikermi in Attica (Heldr.) — Mart. Maio. ♃.

4. **R. Baudotii** Godr. Monogr. p. 14 f. 4; Freyn l. c. p. 910.

Stamina ovariorum capitula haud superantibus.

Graecia sine loci specialis indicatione (Heldr. sec. Freyn. l. c.). — Mart. Maio. ♃.

b. Folia saepissime homomorpha, submersa, multifida.

α. Receptaculum globosum.

5. **R. foeniculaceus** Gilib. Fl. Lith. V. p. 261. — *R. circinnatus* Sibth. Fl. Oxon p. 175. — *R. trichophyllus* Hal. in ö. b. Z. 1895 p. 122 p. p. non Chaix. — Icon: Rchb. f. 4575. — Exsicc.: Reiser Fl. gr. a. 1894.

In lacu Karla Thessaliae or. cum forma *terrestris* G. et G. Fl. Fr. I. p. 25 (Reis.). — Maio, Jun. ♃.

β. Receptaculum ovato-conicum.

6. **R. trichophyllus** Chaix in Vill. Fl. Dauph. I. p. 335; Raul. Cret. p. 699; Bois. Fl. or. I. p. 23; Heldr. Fl. Cephal. p. 19; Hal. Beitr. Fl. Aetol. p. 3, in ö. b. Z. 1895 p. 122 p. p., et 1897 p. 66 et 281. — *R. aquatilis v. capillaceus* Marg. et R. Fl. Zante p. 26. — *R. paucistamineus* Tausch in Flora 1834 p. 525; Hausk. Symb. p. 2 (cum *β. subglaber*); Form. in Ver. Brünn 1896 p. 75. — *R. paucistamineus v. trichophyllus* Form. in deutsch. bot. Mon. 1898 p. 79. — Cf. Freyn in bot. Centralbl. VI. Beilage p. 1. — Exsicc.: Hal. it. gr. sec. a. 1893.

---

[1]) Queritur pertineantne loci omnes hic enumerati re vera ad R. aquatilem.

In aquis stagnantibus vel lente fluentibus. Thessalia: ad fontes fl. Mati pr. Ligaria (Form.); Attica: ad Phalerum (Heldr.), in lacu Thalas in mt. Pentelico, f. terrestris (Heldr.), pr. Laurion (Haussk.); Argolis; in fonte Erasini pr. Argos (Heldr.), inter Nauplia et Tirynthum (Hausskn.); Aetolia: pr. Antirrhion (Hal.), Mesolonghion (Reiser); Cephalonia: ad Kutavo pr. Argostoli (Heldr.); Zante (Marg.); Sporadum ins. Skopelos (Leonis); Creta: ad. Kladiso pr. Canea (Raul.). — Maio, Jul. ♃.

2. Sectio. *Hecatonia* G. et G. Fl. Fr. I. p. 38. Petala 5, lutea; spica fructifera cylindrica, carpellis subcompressis, centro disci rugulosis, dorso sulco tenuissimo cinctis, rostro brevissimo apiculatis. — Planta annua, paludosa, radice fibrillosa, pedunculis rectis oppositifoliis, foliis inf. 3—5-partitis.

7. **R. sceleratus** L. Sp. p. 551; Haussk. Symb. p. 4. — Icon: Rchb. f. 4598. — Exsicc.: Heldr. Fl. Thessal. a. 1885.

In fossis, paludosis, rarissime. Hucusque solum in planitie litorali ad radices occidentales mt. Pelion pr. Volo Thessaliae (Heldr.). — Maio, Sept. ⊙.

§ 2. Carpella nunquam corrugata.

a. Petala alba.

3. Sectio. *Leucoranunculus* Bois. Fl. or. I. p. 24. Petala 5, basi fovea nectarifera squama tecta instructa; spica fructifera globosa, carpellis inflatis, elevatim nervatis, carinatis, rostro uncinato terminatis. — Planta perennis, subalpina, radice fibrillosa, pedunculis axillaribus rectis, foliis palmato-partitis.

8. **R. platanifolius** L. Mant. I. p. 79. — Icon: Rchb. f. 4585 β. — Exsicc.: Sint. Iter. Thessal. n. 642.

Ab affini, in ditione non obvio R. aconitifolio L. pedunculis glabris facile distinguitur.

In silvis subalpinis rarissime. Hucusque solum in mt. Mikrogura pr. Chaliki in Pindo (Sint.). — Jun. Jul. ♃.

b. Petala lutea.

α. Planta acaulis.

4. Sectio. *Physophyllum* Freyn in Willk. et Lange Pr. Fl. Hisp. III. p. 918. Petala 5—12, basi fovea nectarifera subnuda instructa; spica fructifera ovata, carpellis subinflatis, a latere compressis, nervo valido carinatis, rostro uncinato terminatis. — Planta perennis, radice grumosa, foliis bullatis, dentatis.

9. **R. bullatus** L. Sp. p. 550; Sieb. avis p. 4, rem. p. 5, in Flora I. p. 270; Raul. Cret. p. 700; Bois. Fl. or. I. p. 25. — Icon: Clus. Hist. I. p. 238.

In dumosis siccis Cretae pr. Malaxa, Phre, Vrisinas, Rethymnon (Raul) et in fauce Serisso in mt. Sphacioticis (Sieb.). — Aug. Nov. ♃.

β. Plantae caulescentes.

× Folia, reniformi-quadrata, transverse latiora, carpella inflata.

5. Sectio. *Thora* DC. Prodr. I. p. 30. Petala 5, basi fovea nectarifera nuda instructa; spica fructifera globosa, carpellis subcompressis, immarginatis, rostro uncinato terminatis. — Planta perennis, alpina, rhizomate obliquo fibras longas carnosas edenti, caule unifloro.

10. **R. brevifolius** Ten. Fl. Nap. IV. p. 345; Raul. Cret. p. 700; Bois. Fl. or. I. p. 25; Fritsch in z. b. G. 1894 p. 121; Hal. Beitr. Achaia p. 9; Bald. Riv. coll. bot. Alban. 1895 p. 4. — *R. brachyphyllus* Ten. l. c. t. 149, f. 2. — *R. thora* S. et Sm. Pr. I. p. 380; Ch. et B. Exp. p. 156, Fl. Pelop. p. 34, non L. — Exsicc.: Heldr. Herb. gr. norm. n. 901.

Specimina numerosa, quae vidi fere ex omnibus locis hucusque notis graecis, differunt fere omnia a speciminibus italicis, uti jam Haussknecht in planta pindica observavit, foliis radicalibus numerosioribus, ad dimidium vel profundius trilobis (nec margine superiore tantum crenatodentatis) lobis crenatis; caulinis etiam profundius divisis, interdum multilobis et carpellis exquisite minoribus et repraesentant varietatem *pindicam* Haussk. Symb. p. 3. Nescio anne characteres plantae italicae, a me solum in paucis individuis visae, constantes sint.

In glareosis ad nives regionis alpinae. Epirus: mt. Tsumerka (Bald.); Thessalia: mt. Karava Pindi dolopici (Haussk.), mt. Olympus (Aucher), Parnassus (Heldr.); Peloponnesus: mt. Kyllene (Hal.), Chelmos (Heldr.), Taygetos (Psarides); Creta: in mt. Stravopodia et Hag. Pneuma montium Sphacioticorum (Heldr.), mt. Ida (Bald.). — Jun. Jul. ♃.

×× Folia varie partita vel integra et tunc lanceolata vel ovata, non transverse latiora, carpella plus minus compressa.

○ Pedunculi axillares, radicis fibrae grumosae.

6. Sectio. *Ranunculastrum* DC. Prodr. I. p. 27. Petala saepissime 5 basi fovea nectarifera squama instructa; spica plerumque elongata ellipsoidea, carpellis plano-compressis, circumcirca carinatis, subulatis, rostro plus minus elongato terminatis. Plantae perennes, radice flagella subterranea edente, foliis varie partitis, pedunculis rectis.

a. *Longirostres* Bois. Fl. or. I. p. 27. Carpella disco muriculata, in rostrum longum abeuntia, basi infra insertionem in appendicem producta.

11. **R. orientalis** L. Sp. p. 555; Ch. et B. Exp. p. 158, Fl. Pelop. p. 35; Boissieu in bull. France 1896 p. 283. — *R. isthmicus* Bois. Diagn. VI. p. 4, Fl. or. I. p. 28; Walp. Ann. I. p. 8. — Icon: Deless. t. 32. — Exsicc.: Orph. Fl. gr. n. 230.

Planta graeca ab asiatica non differt.

In declivibus arenosis Isthmi Corinthiaci paulo supra Kalamaki (Bois.); Thessalia: ad monast. Meteora pr. Kalabaka (Boissieu); Cyclades (Chaub). — Mart. Apr. ♃.

b. *Brevirostres* Bois. l. c. p. 28. Carpella basi non appendiculata, rostro brevi superata.

α. Calyx reflexus.

12. **R. chaerophyllos** L. Sp. p. 555; Raul. Cret. p. 700; Janka in ö. b. Z. 1870 p. 111; Freyn in ö. b. Z. 1876 p. 126; Heldr. Fl. Cephal. p. 19; Gelmi in bull. soc. bot. ital. XXI. p. 447; Fritsch in z. b. G. 1894 p. 120. — *R. gracilis* Ch. et B. Exp. p. 157, Fl. Pelop. p. 35, non Schleich. — *R. Agerii* Bert. mem. sopra due sp. nov. p. 5 t. 1, Fl. Ital. V. p. 524; Friedr. Reise p. 279; Bois. Fl. or. suppl. p. 6. — *R. peloponnesiacus* Bois. Diagn. I. p. 63, Fl. or. I p. 28; Spreitz in z. b. G. 1877 p. 719. — Exsicc.: Orph. Fl. gr. n. 233; Heldr. Herb. gr. norm. n. 676; Reverch. Pl. Cret. n. 215; Baen. Herb. europ. n. 9321. —

Viridis, patule pilosus vel inferne glaber; grumis ovatis; foliis radicalibus ambitu rotundis, trilobis vel tripartitis, partitionibus obtuse lobatis; spica ovata, carpellis ovatis, tenuissime tuberculatis; in rostrum eis brevius rectum subrecurvum abeuntibus.

In herbidis montanis. In mt. Parnasso (Heldr.); mt. Parnes Atticae (Orph.); Argolis: inter Corinthum et Mykenas (Bois.); Arcadia: mt. Trikorfo pr. Sinano (Friedr.); Messenia: a Kyparissia usque Methone et pr. Petalidion (Chaub.); Laconia: in reg. media mt. Taygetos (Bois.); Cephalonia: mt. Aenos (Heldr.); Corcyra: mt. Salvatore et Deca (Spreitz.); Creta: pr. Askyphos (Raul.), mt. Volokia (Reverch.). — Apr. Maio. ♃.

Obs. An huc ducendum: *R. nivalis* Pieri Fl. Corc. p. 71, e Corcyra.

13. **R. rumelicus** Griseb. Spic. I. p. 305; Bois. Fl. or. I. p. 30; Hal. Beitr. Fl. Epir. p. 8; Form. in deutsch. bot. Mon. p. 33; Heldr. Chlor. Parn. p. 12. — *R. psilostachys* Janka in ö. b. Z. 1870 p. 111, non Griseb. — Exsicc.: Orph. Fl. gr. n. 232; Heldr. Herb. gr. norm. n. 677; Sint. Iter. thessal. n. 97.

Adpresse hirsutus, canescens; grumis oblongis; foliis radicalibus ambitu subrotundis, trilobis vel tripartitis, partitionibus cuneato-ovatis, obtuse lobatis; spica ovata, carpellis suborbiculatis, minute tuberculatis. in rostrum eis longius erecto-patulum abeuntibus.

In herbidis montanis. Attica: mt. Parnes (Orph.), mt. Pentelicon (Heldr.); mt. Parnassus (Heldr.); Thessalia: mt. Ossa (Form.), mt. Hag. Stephanos pr. Kalabaka (Sint.). — Apr. Maio. ♃.

14. **R. psilostachys** Griseb. Spic. I. p. 304; Bois. Fl. or. I. p. 31 cum. var. *graecus*; Haussk. Symb. p. 2; Hal. Beitr. Fl. Epir. p. 7, Beitr. Fl. Achaia p. 9; Bald. riv. coll. bot. Alb. 1896 p. 7. — Exsicc.: Hal. It. gr. sec. a. 1893; Sint. It. thessal. n. 584; Bald. It. Alb. Epir. IV. n. 2.

Adpresse sericeo-canus; grumis cylindricis; foliis radicalibus ambitu rotundatis, profunde tripartitis, partitionibus cuneatis, inciso-lobatis; spica

cylindrica, carpellis ovatis, parce verrucosis, in rostrum eis aequilongum; rectum vel subpatens abeuntibus.

In herbidis montanis usque in regionem alpinam adscendens. Epirus: mt. Micikeli et Olycika (Bald.), mt. Peristeri supra Kalarrytes (Hal.); Thessalia: in mt. Ghavellu (Haussk.) et in mt. Tragopetra pr. Malakasi in Pindo (Sint.); Aetolia: mt. Korax (Leon.); Achaia: mt. Panachaicon (Hal.); Laconia: ad Arachova (Bois.), mt. Taygetos (Heldr.), mt. Malevo (Orph.) — Jun. Julio. ♃.

β. Calyx adpressus vel patens.

× Folia radicalia heteromorpha, primordialia rotundata integra, dentata vel trifida, reliqua tripartita vel trisecta, segmentis varie divisis, medio longe petiolulato.

15. **R. flabellatus** Desf. Fl. Atl. I. p. 438 t. 114; S. et Sm. Pr. I. p. 383; Sieb. avis p. 4, rem. p. 5, in Flora I. p. 273; Freyn in ö. b. Z. 1876 p. 128; Heldr. Fl. Ceph. p. 19, Fl. Aegin. p. 231, Chlor. Thera. p. 7; Gelmi in bull. soc. bot. it. XXI. p. 447. — *R. chaerophyllus* Marg. et R. Fl. Zante p. 26; Friedr. Reise p. 270 et 271; Raul. Cret. p. 700; Weiss in z. b. G. 1869 p. 50; Bois. Fl. or. I. p. 31; Spreitz. in z. b. G. 1877 p. 719; Forsyth in Bull. Bois. III p. 87, non L. — *R. asiaticus* Ch. et B. Exp. p. 158, Fl. Pelop. p. 35; Fraas. Fl. Class. p. 131, non L. — ? *R. leptaleus* Ch. et B. l. c., non DC. — Icon: Fl. gr. t. 520. — Exsicc.: Orph. Fl. gr. n. 449 et 681; Heldr. Herb. norm. n. 168.

Adpresse sericeo-hirsutus; grumis ovatis; foliis primordialibus saepe deficientibus, caeteris varie divisis; caule 7—30 cm. alto, 1—3 floro; spica fructifera ovato-oblonga, carpellis minute setulosis, in rostrum dimidio brevius subrecurvopatens abeuntibus.

In collibus siccis regionis inf. et montanae, frequens. Attica: pr. Athenas (Heldr.), in colle Lycabetto (Orph.) et Turcobuni, in mt. Pentelicon (Heldr.), pr. Piraeum (Pichler); ins. Aegina et Poros (Friedr.), Syra et Tenos (Weiss), Keos (Heldr.), Melos (Leonis), Thera (Heldr.); Laconia: mt. Malevo (Orph.); Creta: pr. Canea (Raul.); Messenia: pr. Methone et Pylos (Chaub); Zante (Marg.); Cephalonia: in oropedio Omala (Heldr.); Corcyra: pr. Potamos (Grimburg), mt. Deca (Spreitz). — Mart. Maio. ♃.

×× Folia radicalia homomorpha.

○ Folia orbiculata, ampla, obtuse lobata; caulis elatus multiflorus

16. **R. creticus** L. Sp. p. 550; Sieb. avis 4, rem. p. 4, in Flora I p. 271; Raul. Cret. p. 700; Bois. Fl. or. I p. 32. — *R. tuberosus* Sieb avis p. 4, rem. p. 4, cf. Flora V. 2 p. 639. — Icon: Clus. Hist. I p. 239, f. 1. — Exsicc.: Reverch. Pl. Cret. n. 6.

Patule molliterque villosus; caule 30—50 cm. alto; foliis radicalibus 10—12 cm latis; floribus magnis, spica fructifera 13 mm longa, 10 mm lata; carpellis ovatis in rostrum breve, uncinato-cricinnatum abeuntibus.

In rupestribus regionis inferioris et montanae Cretae: mt. Malaxa pr. Cydonia (Raul.), mt. Homalos (Rev.), mt. Aphendi-Kavutsi (Heldr.) — Mart. Maio. ♃.

⊙○ Folia radicalia 3-partita vel 3-secta, segmentis obtuse lobatis.

. Plantae elatiores plerumque valde hirsutae, caulibus ramosis, floribus magnis, spicis oblongis vel ovatis, carpellis triangularibus in rostrum subaequilongum rectum vel patulo-incurvum abeuntibus.

17. **R. Sprunerianus** Bois. Diagn. I. p. 64; Raul. Cret. p. 700; Bois. Fl. or. I. p. 32; Weiss in z. b. G. 1869 p. 50; Spreitz. in z. b. G. 1877 p. 718; Heldr. Fl. Cephal. p. 19, Chlor. Parn. p. 12; Haussk. Symb. p. 2; Hal. Beitr. Fl. Achaia p. 9. — *R. divergens* Jord. Obs. VI. p. 14; Haussk. Symb. p. 2. — *R. oxyspermus* Friedr. Reise p. 275. — Icon: Forsyth et Barb. Samos. t. 4. — Exsicc.: Heldr. Herb. gr. norm. p. 1202; Orph. Fl. gr. n. 228 et 677; Rev. Pl. Cret. p. 214; Sint. Iter Thessal. n. 1339.

Hirsutus, grumis cylindricis; foliis radicalibus ambitu orbiculatis, tripartitis, partitionibus obtuse lobatis, intermedia cuneata; caule divaricatim ramoso; spica oblonga, carpellis triangularibus, tuberculis piligeris obsitis, in rostrum subaequilongum, patulo incurvum, apice uncinatum abeuntibus.

β. **subglaber** Hal. Beitr. Fl. Achaia p. 9. Caule inferne glabro, foliis parce hirsutis. — Exsicc.: Hal. Iter. graec. sec. a. 1893.

In collibus et montibus. Attica: pr. Athenas, in valle Cephissi, mt. Pentelicon (Heldr.), mt. Hymettus, ad Phalerum (Orph.), mt. Kerata supra Eleusis, pr. Kamariza (Haussk.); Boeotia: pr. Oropos (Bois.); mt. Parnassus (Heldr.); Argolis: mt. Arachneon (Sprun.), Poros (Friedr.); Achaia: in reg. abietina mt. Panachaicon (Hal.); Thessalia: pr. Kalabaka (Sint.), Velestinos (Heldr.); Cycladum ins. Syra (Orph.), Tenos (Weiss); Creta: mt. Ida (Raul.), mt. Volokia (Rev.); Cephalonia: pr. Balsamita oropedii Omala et pr. coenobium in mt. Atro (Heldr.). Var. *β.* in mt. Panachaicon et Olenos Achaiae (Hal.) — Mart. Maio, in reg. altioribus Jun. ♃.

18. **R. Heldreichianus** Jord. Obs. VI. p. 14; Bois. Fl. or I. p. 34. Exsicc.: Heldr. pl. exs. Fl. Hellen. a. 1879.

Adpresse hirsutus, grumis ovatis; foliis radicalibus ambitu ovalibus vel orbiculatis, trisectis, segmentis cuneatis, inciso-lobatis, intermedio longe petiolulato; caule ramoso; spica ovata, carpellis punctulatis, hispidulis, in rostrum rectum, apice incurvum abeuntibus.

Attica: mt. Parnes (Heldr.); Argos et pr. Kastanitza in mt. Malevo (Heldr.). — Apr. Maio. ♃.

.. Planta tenella, glabrescens, caule 1—2 floro, floribus parvis, spica globosa carpellis orbiculatis, rostro brevissimo apice subrecurvo apiculatis.

19. **R. cadmicus** Bois. Diagn. I. p. 65; Hal. Beitr. Fl. Achaia p. 9. — Exsicc.: Hal. Iter. gr. secund. a. 1893.

Grumae oblongae, caulis 6—10 cm. altus, folia radicalia parva tripartita, segmentis obtuse lobatis.

Rarissime in rupestribus calcareis madidis regionis alpinae mt. Kyllene supra pagum Gura Achaiae, alt. 2000 m. (Hal.). — Junio. ♃.

ↄↄↄↄ Folia radicalia 3—5 -partita, segmentis multisectis, laciniis oblongo-linearibus.

. Petala 5, obovata, spica ovata vel oblonga.

20. **R. cupreus** Bois. et Heldr. Diagn. VIII. p. 3; Raul. Cret. p. 700 t. 1; Bois. Fl. or. I. p. 35. — Exsicc.: Heldr. Pl. Cret. n. 1444. Habitu et characteribus sequenti valde affinis et ab eo, uti videtur, petalis extus rubello-cupreis et carpellorum rostro longiore solum differt.

In saxosis mt. Cavutsi eparchiae Sitia Cretae orientalis, rarissime, alt. 1600 m. circa (Heldr.). — Apr. Maio. ♃.

21. **R. millefoliatus** Vahl. Symb. II. p. 63, t. 37; S. et Sm. Pr. I. p. 383; Weiss in z. b. G. 1869 p. 50; Bois. Fl. or. I. p. 35; Gelmi in bull. soc. bot. ital. XXI. p. 447; Boissieu in bull. bot. France 1896 p. 283. — *R. garganicus* Ten. Fl. Nap. IV. p. 344 (forma foliorum laciniis latioribus). — *R. Canuti* Coss. Comp. Fl. Atl. p. 26. — Icon: Fl. gr. t. 521. — Exsicc.: Heldr. herb. gr. norm. n. 377; Orph. Fl. gr. n. 680.

α. **typicus.** Calyce glabro, carpellis in rostrum eis dimidio brevius apice uncinato-recurvum abeuntibus. Planta graeca medium tenet inter formam cum foliorum laciniis angustissimis, ab auctoribus multis uti *R. millefoliatus* verus consideratam et inter *R. garganicum*, cujus foliorum laciniae latiores sunt, qui autem meo sensu ab eo specifice non diversus et formis intermediis ei conjunctus est.

β. **brevirostris** Bois. Fl. or. I. p. 35. Calyce glabro, rostrum carpellorum brevissimum tantum curvatum. — Exsicc.: Sint. Iter Thessal. n. 173, sec. determinationem cl. Freyn. (Carpella in specimimibus a me visis immatura sunt.)

γ. **Spreitzenhoferi** Heldr. ap. Spreitz. in z. b. G. 1877 p. 719, in ö. b. Z. 1678 p. 50, Bois. Fl. or. suppl. p. 8, pro specie. — *R. Canuti* Heldr. in ö. b. Z. 1888 p. 344. — *R. millefoliatus* Gelmi in bull. soc. bot. it. XXI. p. 447. — Exsicc.: Spreitz. It. Ion. a. 1877; Baenitz Herb. europ. n. 9325 Calyce hirsuto, carpellis in rostrum vix recurvum eis vix brevius attenuatis.

In montosis, 200—1400 m. alt. Attica: mt. Corydalus et Parnes (Heldr.); Peloponnesus (Sibth.): mt. Malevo et. Kyllene (Orph.); Zante: mt. Scopo (Weiss): Var. *β.* in Messenia: pr. Methone (Gittard ex Bois. Fl. or.); Thessalia: pr. Kalabaka (Sint.). Var. *γ.* in Corcyra: mt. Deca et mt. Pantocrator (Spreitz.); formam analogam (calyce hirsuto) etiam e Dalmatia vidi. Apr. Maio. ♃.

.. Petala 7—12, obovato-oblonga, spica cylindrica.

22. **R. Millii** Bois. et Heldr. Fl. or. I. p. 35, Suppl. p. 8. — Icon: Rouy Ill. p. 1, t. 1. — *R. millefoliatus* Ch. et B. Exp. p. 158, Fl. Pelop. p. 35 sec. descript. verosimiliter huc pertinet. — Exsicc.: Lacaita a. 1883.

Ab antecedentibus caule crassiusculo, foliorum laciniis acutis, petalis numerosis obovato-oblongis, spica cylindrica et rostro brevissimo distinctissima.

In collibus, ad vias, rarissime. Laconia: infra pagum Levetzova inter Spartam et Gythium (Mill) et in Messenia: inter Pylos et mt. Ithome (Lacaita). — Apr. Maio. ♃.

ꟹꟹꟹ Pedunculi oppositifolii; radix saepissime fibrillosus.

. Folia integra.

7. Sectio. *Flammula* Webb in Spach. Hist. VII. p. 208. Petala 5, basi vel ad medium fovea nectarifera squamula tecta vel nuda instructa; spica globosa, carpellis compressiusculis vel subconvexibus, carinatis, laevibus, punctulatis vel tuberculatis, rostro brevissimo terminatis. — Plantae perennes vel annuae.

a. Plantae perennes, folia omnia oblongo-lanceolata vel oblonga; carpella laevia vel impresse punctulata.

23. **R. lingua** L. Sp. p. 549; Ch. et B. Exp. p. 155, Fl. Pelop. p. 34. — Icon: Rchb. f. 4596.

In paludosis Peloponnesi. Prope Korone, Methone, Messene, Chimova, Kardamyli et Argos (Chaub.). Postea a nemini lectum. — Jun. Jul. ♃.

24. **R. flammula** L. Sp. p. 548; S. et Sm. Pr. I. p. 380. — Icon: Rchb. f. 4595.

In aquosis Peloponnesi secundum Sibthorp. — Maio, Aug. ♃.

b. Planta annua, folia inferiora cordato-ovata, superiora oblongo-lanceolata; carpella tuberculata.

25. **R. ophioglossifolius** Vill. Dauph. IV. p. 732, t. 49; Ch. et B. Exp. p. 156, Fl. Pelop. p. 34; Marg. et R. Fl. Zante p. 26; Raul. Cret. p. 701; Ung. Reise p. 131; Bois. Fl. or. I. p. 53; Haussk. Symb. p. 4; Hal. Beitr. Fl. Aetol. p. 3. — *R. ophioglossoides* Sieb. avis p. 4, rem. p. 5. — Exsicc.: Orph. Fl. gr. n. 682.

In paludosis. Attica: pr. Phyle (Heldr.); Euboea: in stagno Suvala ad cacumen Tympanon mt. Telethrion, alt 1100 m. (Heldr); Argolis: ad Lernam (Sprun.), pr. Tirynthum (Orph.); Messeniae: pr. Arcadia et Methone (Chaub.); Zante (Marg.), Corcyra (Unger); Aetolia: ad lacum Lysimachiae p. Sikya (Heldr.), pr. Krionerion (Hal.); Thessalia: pr. Korona, Sermenikon (Haussk.); Creta: in palude Tuzla ad sinum Suda (Raul.) — Apr. Jun. ☉.

.. Folia palmatipartita.

8. Sectio. *Euranunculus* G. et G. Fl. Fr. I. p. 29. Petala 5, basi fovea nectarifera squama tecta vel nuda instructa; spica globosa vel ovata, carpellis lenticulari-compressis, marginatis, carinatis vel margine obtusis, rostro subulato terminatis. — Plantae perennes.

A. Axis hirsuta.

a. Carpella circumcirca margine carinante utrinque sulco impresso cincta.

α. Calyx reflexus.

26. **R. neapolitanus** Ten. Adnot. ad sem. catal. 1825 p. 11, Append. quint ad Fl. neap. Prodr. p. 16; Bois. Fl. or. I. p. 38; Raul. Cret. p. 701; Weiss in z. b. G. 1869 p. 50; Haussk. Symb. p. 3; Hal. Beitr. Fl. Epir. p. 11. — *R. Tommasinii* Rchb. Herb. norm. Nr. 2479 (forma minor). — Cf. Janka in ö. b. Z. 1857 p. 329 et 1875 p. 249; Freyn in ö. b. Z. 1865 p. 113 et 1875 p. 113, 1876 p. 156, 1878 p. 72, in Flora 1880 p. 211. — Exsicc.: Heldr. Herb. gr. norm. n. 902; Reverch. Pl. Cret. n. 4.

Rhinzomate fibras napuliformes, incrassatas edente.

In umbrosis, dumosis humidiusculis. Attica: pr. Athenas (Sprun.), pr. Pikermi, Cephissia et in mt. Pentelicon (Heldr.); prope Kalamaki in isthmo Corinthiaco (Haussk.); Thessalia; in mt. Pelion pr. Milies (Heldr.), pr. monasterium Korona in Pindo (Haussk.); Epirus: mt. Tsumerka (Hal.); Creta: pr. Nerokuru, Malaxa (Raul.), Kissamos (Reverch). ad fl. Jardanus pr. Canea (Weiss). — Apr. Mai, in reg. altioribus usque Julio. ♃.

Obs. Forsan huc pertinet *R. bulbosus* Pieri Fl. Corc. p. 72 (e Corcyra) et Ch. et B. Fl. Pelop. p. 35 (e Laconia).

27. **R. eriophyllus** C. Koch in Linn. XIX. p. 46; Bois. Fl. or. Suppl. p. 9; Haussk. Symb. p. 3. — *R. palustris* Bois. Fl. or. I. p. 37; Spreitz. in z. b. G. 1877 p. 719; Heldr. Fl. Cephal. p. 20, non L.

Rhizomate fibras fasciculatas, non incrassatas edente.

In humidis. Attica (Bois.): mt. Pentelicon ad monast. Mendeli (Haussk.); Argolis (Bois.); Cephalonia: pr. Argostoli (Heldr.); Corcyra: pr. urbem (Spreitz.). — Apr. Maio ♃. N. v.

β. Calyx patens.

28. **R. repens** L Sp. p. 554; S. et Sm. Pr. I. p. 382; Ch. et B. Exp. p. 157, Fl. Pelop. p. 35; Bois. Fl. or. I. p. 39; Haussk. Symb. p. 3. — Icon: Rchb. f. 4610.

In inundatis, fossis. Achaia (Sibth.); in mt. Ghavellu et Karava Pindi dolopici (Haussk.). — Maio, Junio. ♃. N. v.

b. Carpella circumcirca carinata vel margine obtusa, nec bisulcata.

× Folia radicalia ampla (eis Hellebori viridis subsimilia), 3—5 secta, segmentis 2—3 partitis, inciso-serratis, plerumque petiolulatis; carpella carinata in rostrum aequilongum abeuntia. Planta elata.

29. **R. brutius** Ten. Fl. Nap. I. p. 315, t. 50; Bois. Fl. or. I. p. 45. — Exsicc.: Heldr. exs. n. 2164; Sint. Iter. Thessal. n. 643.

In regione abietina, rarissime. Achaia: in mt. Kyllene supra Phlamburitza, alt. 1500 m. (Heldr.); Thessalia: in mt. Mikrigura pr. Chaliki in Pindo (Sint.). — Jun. Jul. ♃.

×× Folia radicalia multo minora, 3—5-partita vel 3-secta, segmentis acute incisis lobatisve, non serratis; carpella rostro brevi superata. Plantae minus elatae vel pumilae.

○ Carpella margine carinata.

30. **R. oreophilus** M. B. Fl. Taur. Cauc. III. p. 383 sensu ampl. Species polymorpha et forsan e pluribus composita.

α. **typicus.** Caule 2—25 cm. alto, 1—2 floro, ad basin petiolisque plus minus dense villoso; foliis radicalibus subtus pilis sparsis adpresse hirtis, partitionibus in lacinias latiusculas, oblongas vel oblongo-lineares ad tertiam partem vel usque medium fissis. — *R. oreophilus* Bois. Diagn. Ser. 2, Nr. 1, p. 8; Form. in Verh. Brünn 1896 p. 75. — *R. Villarsii* Bois. Fl. or. I. p. 40, non DC. (cujus planta carpellorum rostris longioribus gaudet.) — *R. Sartorianus* Haussk. Symb. p. 98. — — *R. concinnatus* Hal. Beitr. Fl. Epir. p. 10, Beitr. Fl. Thessal. p. 6, an Schott. — *R. lapponicus* Bald. Riv. Coll. bot. Alb. 1895 p. 4, 1896 p. 7. — Exsicc.: Orph. Fl. gr. exs. n. 231; Hal. It. gr. sec. a. 1893; Sint. Iter Thessal. n. 644.

In pascius subalpinis, nec non ad nives deliquestens regionis alpinae, usque 2200 m. — Epirus: mt. Olycika (Bald.), Peristeri, Tsumerka (Hal.); Thessalia: mt. Tringia (Hartl), ad Gion Skala supra Sermeniko, mt. Ghavellu, Karava, Zygos (Haussk.) et Dokimi in Pindo (Sint.), Oeta (Heldr.), Pelion (Form.); Aetolia: mt. Korax (Leon.); Achaia: mt. Kyllene (Orph.) — Jun. Jul.

β. **velatus** Hal. Beitr. Fl. Epir. p. 9, t. 1. pro sp. Caule 20—40 cm. alto, 1—2 floro petiolisque sparsim piloso; foliis radicalibus subglabris, partitionibus in lacinias latiores oblongas ad tertiam partem vel usque medium fissis. — Exsicc.: Hal. It. gr. sec. a. 1893; Bald. It. Alb. Epir. IV. n. 3.

In herbidis humidiusculis regionis superioris mt. Olycika (Bald.) et mt. Tsumerka supra pagum Theodoriana in Epiro, alt. 1600. (Hal.), in subalpinis mt. Olenos Achaiae (Grimb.), forma foliis amplioribus. — Jun. Jul.

γ. **villifrons.** Caule 20 cm. alto, 1—2 floro, petiolisque adpresse hirsutis; foliis utrinque dense adpresse-hirsutis, partitionibus in lacinias oblongas ad medium usque fissis. Exsicc.: Hal. It. gr. a. 1888.

Doris: in cacumine mt. Kiona, alt. 2500 m. — Junio. ♃.

δ. **Sartorianus** (Bois. et Heldr.) Caule 5—20 cm. alto, unifloro, ad basin, petiolisque patentim hirsuto; foliis radicalibus subtus pilis sparsis adpresse hirtis, partitionibus in lacinias angustas, oblongo-lineares ad medium usque fissis. *R. Sartorianus* Bois. et Heldr. Diagn. Ser. 2, Nr. 1, p. 8; Hal. in z. b. G. 1888. p. 748, Beitr. Fl. Achaia p. 9. — *R. Villarsii β. Sartorianus* Bois. Fl. or. I. p. 41. — Exsicc.: Orph. Fl. gr. exs. n. 675.

In regione superiori mt. Olympi Thessaliae pr. Mavro-Longhos (Orph.); Achaia: mt. Kyllene (Heldr.), Chelmos (Hal.). — Jun. Julio. ♃.

○ ○ Carpella margine obtusa.

31. **R. demissus** DC. Syst. I. p. 275; Bois. fl. or. I. p. 41, Suppl. p. 10.

In montibus Drakona Cretae (Reverch. ex. Bois. Fl. or. Suppl.) N. v.

β. **hellenicus** Hal. in Beitr. Fl. Epir. p. 11, in ö. b. Z. 1897. p. 281. — *R. demissus β. graecus* Bois. Fl. or. I. p. 42; Hal. in z. b. G. 1888. p. 48. Bald. riv. coll. bot. Alb. 1896. p. 7. — Exsicc.: Orph. Fl. gr. exs. n. 1126. — *R. Sartoriano* simillimus et ab eo florendi tempore aegre discernendus, differt autem foliis trisectis (nec tripartitis) et carpellis margine obtusis.

In regione alpina, plerumque ad nives. Doris: mt. Kiona (Hal.); mt. Korax (Tuntas); Epirus: mt. Smolika (Bald.), in cacunine mt. Peristeri (Hal.); Achaia: mt. Kyllene, Chelmos et Olenos (Heldr.); Laconia: mt. Taygetos (Psarides) — Jun. Jul. ♃.

B. Axis glabra.

a. Calyx patens.

× Folia heteromorpha, radicalia petiolata, cordato-reniformia, 3—5 partita, caulina sessilia digitatim partita, laciniis linearibus.

32. **R. binatus** Kit. in Rchb. Fl. germ. exc. p. 723. — *R. auricomus*, L. Sp. p. 551 var. *binatus* Haussk. Symb. p. 3.

Habitus *R. auricomi* L., sed gracilior floresque minores.

In scaturiginosis jugi subalpini Zygos in Pindo tymphaeo (Haussk.). — April, Mai. ♃. N. v.

×× Folia homomorpha, palmatipartita.

33. **R. lanuginosus** L. Sp. p. 554; S. et Sm. Pr. 1. p. 383; Friedr. Reise p. 131; Bois. Fl. or. I. p. 48. — Icon: Fl. Gr. t. 519.

Caule foliisque pilis patulis villosus; foliis inferioribus tripartitis, segmentis trifidis vel inciso-dentatis; carpellis in rostrum eis dimidio brevius abeuntibus.

In umbrosis Graeciae borealis et Peloponnesi (Sibth.); Arcadia: in mt. Diaforti pr. Andrizena (Friedr.). A recentioribus non lecta. — Maio. Jun. ♃. N. v.

34. **R. serbicus** Vis. Cat. hort. Patav. suppl. a. 1858, solum nomen, Plant. Serb. Pempt. p. 6, t. 2; Bois. Fl. or. Suppl. p. 13. — *R. Orphanidis* Bois. et Heldr. in Bois. l. c.; cf. Hal. in z. b. G. 1894, Sitzb. p. 35 et Fritsch in z. b. G. 1895 p. 369. — Exsicc.: Heldr. Iter. gr. septentr. a. 1879; Sint. It. Thessal. n. 1325.

Caule petiolisque adpresse hirsutus; foliis subtus sericeo-cinereis, inferioribus trisectis, segmentis petiolutatis, acute inciso-dentatis; carpellis in rostrum eis triplo brevius abeuntibus. Petalis ut videtur pallidioribus.

Thessalia: in pascuis alpinis mt. Oeta (Heldr.) et in uliginosis mt. Pelion (Sint.) — Jun. Aug. ♃.

b. Calyx reflexus.

35. **R. velutinus** Ten. Sem. 1825 hort. Neap. p. 12, Fl. Nap. IV. p. 350 t. 147; Marg. et R. Fl. Zante p. 26; Raul. Cret. p. 701; Bois. Fl. or. I. p. 49; Heldr. Fl. Ceph. p. 20; Haussk. Symb. p. 3; Gelmi in bull. bot. ital. 1889 p. 447; Hal. in ö. b. Z. 1895 p. 122. — *R. lanuginosus* Ch. et B. Exp. p. 156, Fl. Pelop. p. 34 et Fraas Fl. Class. p. 131, non L. — *R. acris* Dallap. Prosp. p. 78, non L. — Exsicc.: Orph. Fl. gr. n. 678; Heldr. Herb. norm. n. 1001; Sint. It. Thessal. p. 235.

A R. neapolitano, quocum saepe confunditur, fibris rhizomatis non napuliformibus et axi glabra facile distinguitur.

In pascuis humidis. Attica: in reg. inferiori mt. Parnes pr. Chassia et Tatoi (Heldr.); Boeotia: pr. Thebas (Heldr.); Aetolia: pr. Krionerion (Reiser); Zante (Marg.); Cephalonia: pr. Argostoli (Heldr.); Corcyra (Haussk.); Thessalia: ad Metochi pr. Kalabaka (Sint.); Peloponnesus: pr. Tyrinthum (Orph.), Methone in Messenia et in Maina Laconiae (Chaub.); Creta: ad Takodopora pr. Canea, inter Perama et Damasta (Raul). — Apr. Maio. ♃.

9. Sectio. *Echinella* DC. Prodr. I. p. 41. Petala 5, basi fovea nectarifera squama tecta vel nuda instructa; spica globosa, carpellis plano-compressis, marginatis, saepissime tuberculatis vel echinatis, rostro subensiforme vel subulato terminatis. Plantae annuae.

a. Calyx patens, axis hirsuta.

36. **R. arvensis** L. Sp. p. 555; S. et Sm. Pr. I. p. 384; Ch. et B. Exp. p. 158, Fl. Pelop. p. 35; Friedr. Reise p. 272; Raul. Cret. p. 701; Bois. Fl. or. I. p. 57; Heldr. Fl. Aeg. 231. — *R. arvensis var. squamosa* Form. in deutsch. bot. Monatsschr. 1898 p. 79. — Icon: Rchb. f. 4614. — Exsicc.: Heldr. Fl. Hellen. exs. a. 1881.

Occurrit carpellis utraque facie plus minus longe spinosis vel margine solum spinosis et disco tuberculatis. Formam carpellis tuberculatis espinosis (*R. tuberculatus* DC. Prodr. I. p. 41) vel inermibus reticulatis (*R. reticulatus* Schmitz et Reg. Fl. Bonn. p. 339) e ditione non vidi.

In cultis. Argolis: pr. Argos (Chaub.), Vromolimni (Friedr.); Aegina: pr. Mesagros (Heldr.); Arcadia: pr. Tripolis (Reiser); Laconia (Sibth.): ad radices Taygeti (Zahn); pr. Messene (Chaub.); Creta: pr. Nerokuru, Canea, Katharos (Raul.); Corcyra: pr. Panteleimon (Baenitz.); Thessalia: pr. Velestinos (Heldr.) — Apr. Maio. ☉

b. Calyx reflexus.

α. Axis hirsuta.

× Petala obovata, calyce duplo longiora.

○ Carpella anguste marginata, rostro eis multo breviore apiculata.

37. **R. sardous** Cr. Strip. Austr. II. p. 84; Haussk. Symb. p. 4; Form. Ver. Brünn 1896 p. 75. — *R. philonotis* Retz Obs. VI. p. 31, Ehrh. Beitr. II. p. 145; Ch. et B. Exp. p. 157, Fl. Pelop. p. 35;

Marg. et R. Fl. Zante p. 26; Raul. Cret. p. 701; Bois. Fl. or. I. p. 55; Weiss in z. b. G. 1869 p. 50; Spreitz. in z b. G. 1878 p. 719; Gelmi in bull. soc. bot. it. 1889 p. 447. — *R. parvulus* L. mant. I. p. 79; Pieri Fl. Corc. p. 72 (forma nana subuniflora).

α. **typicus.** Plus minus hirsutus, carpellis laevibus. — Exsicc.: Baen. Herb. europ. n. 9323 et 9324.

β. **intermedius** Poir. Dict. VI. p. 116 pro sp.; DC. Pr. I. p. 41. Glaber vel sparse pilosus, carpellis laevibus vel ad marginem elevatim punctulatis — Exsicc.: Heldr. Herb. norm. n. 814.

γ. **hirsutus** Curt. Fl. Lond. II. t. 40; S. et Sm. Pr. I. p. 382 pro sp; Freyn in Willk. et L. Pr. Fl. Hisp. III. p. 940. Plus minus villosus, carpellis ad marginem tuberculatis. — Exsicc.: Sint. It. Thessal. n. 96.

δ. **pseudotrachycarpus.** Plus minus hirsutus vel glabrescens, carpellis toto disco tuberculatis. *R. trachycarpus* Hal. Beitr. Fl. Achaia p. 9, in ö. b. Z. 1897 p. 60, non Fisch. et. M., a quo carpellis minoribus et rostro brevi diversus.

In locis humidiusculis, paludosis, per totum territorium, ut videtur, vulgare. α. in Attica: pr. Ergostiria Laurii (Haussk.); Argolis: pr. Nauplia (Haussk.); Thessalia: pr. Pharsalus (Form.), Orman Magula, Aivali, Korona in Pindo (Haussk.); Corcyra: pr. Potamos (Grimburg), Castrades (Baen.); Creta: pr. Canea (Weiss); β. pr. Athenas (Heldr.); Orman-Magula (Haussk.); Zante (Marg.). γ. Thessalia: pr. Volo (Sint.); Peloponnesus (Sibth.). δ. Achaia: pr. Patras et Hag. Vlasios (Hal.); Aetolia: pr. Krionerion (Heldr.); ad lacum Vrachori (Reis.); Thessalia: mt. Pelion pr. Paxades (Heldr.); Sporadum ins. Skopelos (Leonis). — Mart. Jun. ⊙.

OO Carpella majora, latiuscule marginata, rostro lanceolato eis triplo breviore terminata.

38. **R. trachycarpus** Fisch. et Mey. Ind. hort. Petrop. p. 46; Bois. Fl. or. I. p. 55; Heldr. Fl. Cephal. p. 20; Haussk. Symb. p. 4; Boissieu in Bull. bot. Fr. 1896 p. 283; Form. Ver. Brünn 1897 p. 55. — Exsicc: Orph. Fl. gr. n. 679.

In humidis, paludosis. Athenae, Eleusis, Nauplia (Haussk.), Tyrinth (Orph.), Kalamaki in isthmo corinthiaco, cum var. *stenopetala* Haussk. l. c. (Haussk.); Cephalonia: pr. Argostoli (Heldr.); Zante (Boissieu). Una vel altera localitas verosimiliter ad var. δ. praecedentis pertinet, quacum haec species facillime confundi potest. — Mart. Jun. ⊙.

×× Petala oblonga, calyce vix longiora.

O Carpella parva, disco crebre tuberculata, rostro eis multo breviore apiculata.

39. **R. trilobus** Desf. Fl. Atl. I. p. 437, t. 113; S. et Sm. Pr. I. p. 380; Bois. Fl. or. I. p. 54.

In herbario Sibthorpiano, sed locus specialis non memoratur. — Apr. Aug. ⊙

OO Carpella majuscula, disco crebre echinata, rostro eis subaequilongo terminata.

40. **R. muricatus** L. Sp. p. 555; S. et Sm. Pr. I. p. 384; Urv. Enum. p. 61; Sieb. Avis p. 4, rem. p. 4; Ch. et B. Exp. p. 159, Fl. Pelop. p. 35; Friedr. Reise p. 272; Fraas Fl. Class. p. 131; Raul. Cret. p. 701; Ung. Reise p. 131; Bois. Fl. or. I. p. 56; Weiss in z. b. G. 1869. p. 50; Spreitz. in z. b. G. 1877 p. 719. et 1887 p. 654; Heldr. Fl. Cephal. p. 20, Fl. Aegin. p. 231; Haussk. Symb. p. 4. — *R. graecus* Griseb. Spic. I. p. 314. — *R. muricatus β. graecus* Heldr. et Sart. in Bois. l. c.; Haussk. Symb. l. c. — Exsicc.: Heldr. Herb. norm. n. 570; Sint. It. Thessal. n. 99; Baen. Herb. europ. n. 9322. — Icon: Fl. gr. t. 522.

In humidis, ad fossas. Attica: in oliveto Athenarum, in mt. Pentelicon, Hymettus pr. Caesariani (Heldr.); isthmus Corinthiacus: pr. Kalamaki (Haussk.); Argolis: pr. Vromolimni in peninsula Methana, pr. Nauplia (Haussk.); Troezene (Friedr.); ins. Aegina: pr. Konto, Perivolia (Heldr.); ins. Melos (Urv.), Syra (Weiss); Laconia (Chaub.); Creta (Sieb.): pr. Canea, Tuzla in sinu Suda, Candia, Askyphos, Anopolis (Raul.); Zante (Weiss); Cephalonia: pr. Argostoli (Heldr.); Corcyra (Ung.): pr. urbem et in mt. S. Deca (Spreitz.); Thessalia: pr. Volo (Sint.) — Mart. Maio. ⊙.

β. Axis glabra.

41. **R. chius** DC. Syst. I. p. 299; Friedr. Reise p. 284; Raul. Cret. p. 701; Bois. Fl. or. I. p. 54; Weiss in z. b. G. 1869 p. 51; Heldr. Fl. Cephal. p 20, Fl. Aegin p. 231; Haussk. Symb. p. 4; Fritsch in z. b. G. 1894 p. 130; Hal. in ö. b. Z. 1897 p. 60. — Icon: Guss. Enum. pl. Inarim. t. 1, f. 1. — Exsicc.: Heldr. Herb. mus. Athen. n. 1873; Sint. It. Thessal. p. 236.

Pedunculis fructiferis clavato-incrassatis, capitulo 3—4 plo longioribus, petalis oblongis, carpellis in rostrum eis dimidio brevius abeuntibus.

In locis umbrosis, lapidosis. Attica: pr. Athenas, ad fl. Ilyssum, mt. Pentelicon et Hymettus (Heldr.); Boeotia (Bois.); pr. Kalamaki in isthmo Corinthiaco (Haussk.); Argolis: mt. Palamidi pr. Nauplia (Haussk.), pr. Epidaurus (Friedr.); Aegina: pr. Conto (Heldr.); ins. Syra (Weiss); Skopelos (Leonis); Creta: pr. Murnies, Malaxa (Raul.), Canea (Weiss); Cephalonia; in oropedio Omala (Heldr.); Thessalia: pr. Velestinos (Heldr.), Kalabaka (Sint.). — Mart. Maio. ⊙.

42. **R. parviflorus** L. Sp. ed. 2. p. 780; S. et Sm. Pr. I. p. 384; Ch. et B. Exp. p. 159, Fl. Pelop. p. 35; Bois. Fl. or. I. p. 54. — Icon: Rchb. f. 4616.

Pedunculis fructiferis vix incrassatis, capitulo multoties longioribus, petalis oblongo-obovatis, carpellis in rostrum eis triplo brevius abeuntibus.

In Achaiae et Peloponnesi arvis (Sibth.). — Mart. Maio. ⊙. N. v.

7. **Cypri anthe** Spach. Hist. VII. p. 220.

1. **C. asiatica** (L.) Freyn. in Willk. et L. Pr. Fl. Hisp. III. p. 942. — *Ranunculus asiaticus* L. Sp. p. 552; Sieb. Avis p. 4, rem.

p. 4; Raul. Cret. p. 700; Bois. Fl. or. I. p. 31; Weiss in z. b. G. 1869 p. 50. — *C. anemonoides* Spach. l. c. — Icon: Fl. gr. t. 518. Exsicc.: Heldr. Pl. Cret. n. 1331; Reverch. Pl. Cret. n. 5 et 203, in Magn. Fl. sel. n. 164, in Baen. Herb. europ. n. 5057.

Flores magni, flavi, albi, rosei vel punicei.

In incultis, collibus apricis regionis inferioris Cretae: pr. Kissamos (Rev.), pr. Suda, cap Meleka, Malaxa, Khalepa, Askyphos, Canea, Platania (Raul.). Secundum DC. Pr. I. p. 29 etiam in Archipelago, sed a recentioribus ibi non lecta fuit. — Mart. Maio. ♃.

8. **Ficaria** Dill. Nov. Gen. p. 108.

a. Folia integra vel sinuata, carpella pubescentia.

1. **F. grandiflora** Rob. Cat. Toulon p. 57; Haussk. Symb. p. 2. Hal. in z. b. G. 1899 p. 701. — *F. calthaefolia* G. et G. Fl. Fr. I. p. 39; Clem. Sert. p. 6; Ung. Reise p. 131; Spreitz. in z. b. G. 1877. p. 719. — *F. verna* Haussk. Symb. p. 2. — *F. ranunculoides* Friedr. Reise p. 267; Marg. et R. Fl. Zante p. 26. — *Ranunculus ficaria* S. et Sm. Pr. I. p. 380; Ch. et B. Exp. p. 156, Fl. Pelop. p. 34; Fraas Fl. Class. p. 132; Bois. Fl. or. I. p. 24 quoad pl. gr.; Heldr. Fl. Cephal. p. 19. — *R. calthaefolius* Jord. Obs. VI. p. 2; Bois. l. c.; Heldr. Fl. Cephal. p. 19. — Exsicc.: Orph. Fl. gr. n. 74.

Specimina omnia, quae vidi, habent folia plerumque ampla lobis baseos plus minus divergentibus vel approximatis, sed nunquam incumbentibus, flores majusculos sepalis albolutescentibus scariosis et carpella hispidula, sunt in toto plantae Europae mediae robustiora et pertinent sine dubio potius ad F. grandifloram, quam ad F. vernam, a me typice e ditione non observatam, qua de causa omnes formas supra citatas, sine ulla dubitatione ut synonyma huc duxi.

In graminosis, subhumidis regionis inferioris et montanae frequens. In Attica: pr. Athenas (Orph.), in valle Cephissi (Friedr.), in regione inferiori mt. Parnes pr. Tatoi (Held.), mt. Hymettus (Bois.); Peloponnesus (Chaub.): Elis (Fraas), mt. Taygetos (Psarides); Zante (Marg.): Cephalonia: mt. Aenos (Hel.); Corcyra (Sagburg); Thessalia mt. Pelion versus Megarheuma (Heldr.); ins. Melos (Leonis). — Febr. Maio. ♃.

b. Folia inciso-lobata, carpella glabra.

2. **F. ficarioides** (Ch. et B.). — *Ranunculus ficarioides* Ch. et B. Exp. p. 156, t. XV, f. 2, Fl. Pelop. p. 34. t. XVI. f. 2; Bois. Fl. or. I. p. 24; Hal. Beitr. Fl. Achaia p. 9; Fritsch in z. b. G. 1894 p. 120. — *Ficaria Boryi* Heldr. Pl. gr. exs. a. 1844. — *F. peloponnesiaca* Nym. Syll. Fl. Europ. p. 179. — Exsicc: Heldr. Pl. gr. a. 1844; Hal. iter. gr. sec. a. 1893.

In lapidosis regionis alpinae, nec non ad nives, in Peloponneso. Mt. Panachaicon et Chelmos (Hal.), Kyllene (Orph.), Taygetos (Chaub.), alt. 1600—2000 m. — Maio, Jun. ♃.

IV. Tribus. HELLEBOREAE DC. Syst. I. p. 306.

§ 1. Flores regulares.

9. Nigella L. Gen. n. 685.

1. Sectio. *Erobatos* DC. Pr. I. p. 49. Calyx petaloideus, corolla major; carpella 5, inflata, bilocularia, in capsulam 10-locularem ad apicem usque coalita, loculis 5 externis vacuis, rostrum elongatum.

1. **N. damascena** L. Sp. p. 534; S. et Sm. Pr. I. p. 373; Pieri Fl. Corc. p. 69; Ch. et B. Exp. p. 153, Fl. Pelop. p. 34; Marg. et R. Fl. Zante p. 26; Friedr. Reise p. 282; Raul. Cret. p. 702; Ung. Reise p. 131; Bois. Fl. or. I. p. 68; Weiss in z. b. G. 1869 p. 51; Spreitz. in z. b. G. 1877 p. 719 et 1887 p. 654; Heldr. Fl. Cephal. p. 20, Fl. Aegin. p. 231; Form. in deutsch. bot. Monatschr. 1891 p. 33, in Ver. Brünn 1895 p. 38, 1896 p. 75, 1897 p. 55; Haussk. Symb. p. 4; Hal. Beitr. Fl. Epir. p. 11. — Icon: Fl. Gr. t. 509. — Exsicc.: Orph. Fl. Gr. n. 721; Sint. It. Thessal. n. 516.

In cultis et collibus vulgaris ab Epiro et Thessalia, per Graeciam mediam et Peloponnesum usque ad Cretam, etiam in insulis Corcyra, Ithaca, St. Maura, Cephalonia, Zante, Aegina, Syra et Euboea et in Pharmacusis. — Maio, Junio. ⨀.

2. Sectio. *Nigellaria* DC. l. c. Calyx petaloideus, corolla major; carpella vix compressa, in capsulam 5-locularem plus minus alte connata, loculis omnibus seminiferis, rostrum elongatum.

2. **N. tuberculata** Griseb. Spic. I. p. 318; Brand in Huth Abhandl. Naturw. IV., IX. p. 33. — *N. arvensis β glauca* Bois. Fl. or. I. p. 66. — *N. arvensis γ. involucrata* Bois. l. c. pro p.; *N. arvensis* Form. in deutsch. bot. Monatschr. 1891 p. 33, in Ver. Brünn 1895 p. 38, 1896 p. 75, 1897 p. 55; Haussk. Symb. p. 4. — Exsicc.: Heldr. It. quart. Thessal. a. 1879; Sint. et Bornm. It. turc. n. 146; Sint. It. Thessal. n. 1239; Orph. Fl. gr. exs. n. 670.

Caule erecto, ramis suberectis; foliis caulinis laciniatis; floribus nudis vel breviter involucratis; carpellis vix ad medium coalitis, intra 3 nervos rugulosis, extra nervos granulato-scabris, rostris junioribus circinnato-recurvatis; seminibus eximie triquetris.

In campis, herbosis, cultis. Frequens in Thessalia a mt. Pelion et Olympo per planitiem totam usque in Pindo et Epiro, etiam in Eurytania pr. Karpenisi (Heldr.). — Jun. Aug. ⨀.

3. **N. aristata** S. et Sm. Pr. I. p. 373; Ch. et B. Fl. Pelop. p. 34; Fraas Fl. class. p. 132; Ung. Reise p. 131; Heldr. Chlor. Thera p. 7. — *N. arvensis ε. involucrata* Bois. Fl. or. I. p. 66 pro p.; Weiss in z. b. G. 1869 p. 51; Haussk. Symb. p. 4; Form. in Deutsch. bot. Mon. 1898 p. 79. — *N. Huthii β. aristata* Brand l. c. p. 34. — Icon: Fl. gr. t. 510. — Exsicc.: Heldr. Herb. norm n. 1203.

Caule saepissime a basi ramoso, ramis suberectis; foliis caulinis laciniatis; floribus involucratis; carpellis ad vel supra medium coalitis, intra et extra 3 nervos crebre tuberculatis, rostris patentibus, seminibus compresso-triquetris.

In campis, arvis, collibus siccis. Frequens in Attica: pr. Athenas (Sibth.), Phaleron, Kallitea, Pnyx, Philopappus, Pyrgos Heptalophos (Heldr.), Lycabettus, Turcovuni (Haussk.), Hymettus (Ung.); Isthmus Corinthiacus (Heldr.); Cyclades: ins. Syra (Weiss), Naxos (Sart.), Thera (Heldr.). — Maio, Jul. ☉.

4. **N. cretica** Mill. Gard. Dict. ed. 8, n. 4. — *N. cretensis* Stev. in Bull. Soc. nat. Mosc. I. p. 282. — *N. sativa β. cretica* DC. Syst. I. p. 357, Pr. I. p. 49. — *N. arvensis δ. macrocarpa* Bois. Fl. or. I. p. 66; Raul. Cret. p. 701. — *N. arvensis ε. microcarpa* Bois. Fl. or. Suppl. p. 16; Brand l. c. p. 33. Icon: Fl. gr. t. 512. — Exsicc.: Heldr. pl. Cret. a. 1846; Reverch. pl. Cret n. 216.

Caule e basi ramoso, ramis adscendentibus; foliis caulinis brevissimis, vix laciniatis; floribus minoribus, nudis; carpellis ad medium coalitis, intra 3 nervos transverse rugulosis, extra nervos tuberculatis, rostris patentibus; seminibus triquetris.

In aridis Cretae rara, pr. Canea (Heldr.), Kissamos (Rev.). — Maio, Julio. ☉.

Obs. *N. sativa* L. Sp. p. 534; S. et Sm. Pr. I. p. 373; Fraas Fl. Class. p. 132; Raul. Cret. p. 702; Heldr. Nutzpfl. p. 45; Bois. Fl. or. I. p. 68, Suppl. p. 16. Antheris submuticis, carpellis ad apicem usque connatis. Nullibi spontanea, sed colitur hinc inde ad usum oeconomicum.

3. Sectio. *Garidella* Tourn. inst. 655. Calyx non petaloideus, corolla brevior; carpella 2—4, inflata, in capsulam 2—4 locularem ad medium usque connata, loculis omnibus seminiferis, rostrum brevissimum.

5. **N. nigellastrum** (L.) Willk. Pr. Fl. Hisp. III. p. 963. — *N. garidella* Spenn. Monogr. Nig. p. 11. — *Garidella nigellastrum* L. Sp. p. 425; S. et Sm. Pr. I. p. 307; Sieb. avis p. 3, rem. p. 4; Ch. et B. Fl. Pelop. p. 28; Raul. Cret. p. 701; Weiss in z. b. G. 1869 p. 51. — Icon: Fl. gr. t. 443. — Exsicc.: Rev. Pl. Cret. a. 1883.

In campestribus. Creta (Sibth.): pr. Canea (Weiss); Messenia: pr. Kalamata (Gittard sec. Fl. Pelop.). — Maio, Junio. ☉.

10. Helleborus L. Gen. n. 702.

× Bracteae ovales, pallidae; flores albi.

1. **H. niger** L. Sp. p. 558; S. et Sm. Pr. I. p. 583; Dallap. Prosp. p. Ch. et B. Exp. p. 160, Fl. Pelop. p. 35; Fraas Fl class. p. 132; Bois. Fl. or. I. p. 61. — *H. macranthus* Schiffn. Monogr. p. 76.

In regione abietina mt. Oeta, Korax, Parnassus, Tymphrestus. Dirphys sec. Fraas, nec non in Cephalonia sec. Dallaporta et Laconia sec. Sibth.; postea a nemini lectum. Graeciae civis dubia et probabiliter cum H. cyclophyllo confusa — Jan. Mart. ♃.

× Bracteae foliis similes; flores virides.

2. **H. cyclophyllus** A. Br. Ind. sem. Berol. 1861 p. 14 pro var. *H. viridis*; Bois. Fl. or. I. p. 61; Heldr. Chlor. Parn. p. 12; Hal. in ö. b. Z. 1892 p. 368, 1897 p. 60, Beitr. Fl. Epir. p. 11, Beitr. Fl. Thessal. p. 6; Haussk. Symb. p. 4; Form. in Ver. Brünn 1896 p 75, 1897 p. 55; Rouy Ill. p. 25, t. 77. — *H. officinalis* S. et Sm. Pr. I p. 386; Fraas Fl. class. p. 132. — *H. viridis* Pieri Fl. Corc. p. 73; Ung. Reise p. 131; Gelmi in bull. bot. XXI. p. 147. — *H. orientalis* Heldr. Nutzpfl. p. 45. — *H. odorus* Form. in deutsch. bot. Mon. 1891 p. 33, in Ver. Brünn 1895 p. 38. — Exsicc.: Heldr. Herb. norm. n. 647; Orph. Fl. gr. n. 1052; Baen. Herb. europ. n. 9767; Sint. It. Thessal. n. 237.

H. odoro Kit. valde affinis, differt autem carpellis liberis (in isto basi connatis).

In silvis montanis usque in regionem alpinam (2000 m.) adscendens, nec non in olivetis regionis inferioris. Vulgatissime in Pindi epirotici et thessalici montibus omnibus, ubi in regione sup. saepe areas extensas obtegit, dein in mt. Olympo pr. Hag Dionysios (Sint.), mt. Pelion (Heldr.), mt. Othrys (Form.); in Euboea: mt. Dirphys (Sibth.) et Telethrion (Heldr.), pr. Kyme (Sart.); Sporadum insula Skiathos (Leonis); Boeotia: mt. Helicon (Orph.); mt. Oeta (Heldr.), Parnassus (Guicc.), Korax et Tymphrestus (Fraas); Achaia: mt. Olenos (Heldr.); Corcyra: pr. Govino (Reis.), Scripero (Baen.), S. Pantaleone (Spreitz.). — Febr. Mart., in montibus usque Junio. ♃.

11. Caltha L. Gen. n. 703.

1. **C. laeta** Schott. Nym. et Kty. Anal. p. 32. — *C. palustris* Bois. Fl. or. Suppl. p. 15; Form. in d. b. Monatschr. 1891 p. 33; Haussk. Symb. p. 5. — *C. laeta* v. *alpestris* Form. in Ver. Brünn 1896 p. 75. — Exsicc.: Heldr. It gr. septentr. a. 1879 et in It. quart. Thessal. a. 1885 sub *C. Freyniana*; Sint. It. Thessal. n. 585.

Carpella dorso subrecta, in rostrum rectum demum patulum abrupte abeuntia. C. palustris L. carpellis dorso curvatis gaudet.

In scaturiginosis regionis subalpinae mt. Ghavellu (Heldr.), Karava (Haussk.), Said Paseta et Zygos (Form.) et in mt. Tragopetra prope Malakasi (Sint) in Pindo; Aetolia: mt. Korax (Leon.). — Haud dubito, quin C. palustris S. et Sm. Pr. I. p. 387, Bois. Fl. or. I. p. 59 (e Laconia) et Ch. et B. Exp. p. 160, Fl. Pelop. p. 35 (ad fontes fluvii Pamisus) huc pertineat. — Apr. Maio. ♃.

12. **Aquilegia** L. Gen. n. 275.

1. **A. Amaliae** Heldr. in Bois. Diagn. Ser. 2, I. p. 11; Bois. Fl. or. I. p. 71; Hal. in z. b. G. 1888 p. 748. — Exsicc.: Heldr. Herb. n. 2400; Orph. Fl. gr. exs. n. 683; Hal. It. gr. a. 1888.

Pube brevi glandulosa obsita; foliolis cuneatis, sessilibus subsessilibusve, 2—3 fidis, laciniis 2—3 lobis; sepalis acutis, pallide coeruleis, corolla parum longioribus; petalis albidis, apice rotundatis, calcaribus subincurvis; staminibus corollae subaequilongis; stylis sub anthesi stamina aequantibus.

In rupibus excelsis humidinsculis regionis abietinae et alpinae, alt. 1300—2500 m., rarissime. Thessalia: in mt. Olympo (Heldr.); Doris: in mt. Kiona supra paqum Segditza loco Platylithos dicto. — Julio. ♃.

2. **A. taygetea** Orph. in atti congr. Firenze 1876 p. 214. — *A. Ottonis* Bois. Fl. or. suppl. p. 16. — *A. vulgaris* S. et Sm. Pr. I. p. 372. — Exsicc.: Heldr. herb. gr. norm. n. 1401.

Patule et breviter glanduloso-viscida; foliolis minoribus, cuneatis, sessilibus subsessilibusve, 2—3 fidis, lacinis 2—3 lobis; sepalis acutis, pallide-coeruleis, corolla vix longioribus; petalis pallidis, apice rotundatis, calcaribus incurvis; staminibus corollae subaequilongis; stylis jam sub anthesi stamina valde superantibus.

In regione abietina superiori l. d. Vathia Lakka montis Taygetos (Psarides). — Julio, Aug. ♃.

3. **A. Ottonis** Orph. in Bois. Diagn. Ser. 2, I. p. 11. — *A. Othonis* Bois. Fl. or. I. p. 71; Heldr. Chlor. Parn. p. 12. — Exsicc.: Heldr. Herb. norm. n. 612.

Patule et breviter glanduloso-viscida; foliolis lateralibus cuneatis, sessilibus, mediis petiolulatis, basi rotundatis, 3 fidis, laciniis 3—5 lobis; sepalis apice attenuatis, laete coeruleis, apice virescentibus, corolla quarta parta superantibus; petalis pallidis, apice truncatis, calcaribus incurvis; staminibus corollae longioribus; stylis sub anthesi staminibus aequilongis.

In regione alpina mt. Chelmos Peloponnesi inter Palaeomonastiri et Kastraki (Orph.) et in faucibus umbrosis mt. Parnassus loco Dypotamo dicto (Heldr.). — Julio. ♃.

§ 2. Flores irregulares.

13. **Aconitum** L. Gen. 682.

1. **A. napellus** L. Sp. p. 532; S. et Sm. Pr. I. p. 372; Ch. et B. Exp. p. 150, Fl. Pelop. p. 34; Bois. Fl. or. I. p. 95. — Cf. Fraas Fl. class. p. XIV. et p. 134.

In Laconia (Sibth.). Postea a nemini lectum. Civis valde dubia Graeciae. — Jul. Aug. ♃.

14. **Delphinium** L. Gen. 681.

1. Sectio. *Staphisagria* DC. Syst. I. p. 362. Carpella 3; petala 4, libera, superiora falcata, breviter calcarata, lateralia unguiculata; semina pauca magna, globoso-trigona, areolato-rugosa.

1. **D. staphisagria** L. Sp. p. 531; S. et Sm. Pr. I. p. 371; Sieb. avis p. 4, rem. p. 4; Dallap. Prosp. p. 76; Ch. et B. Exp. p. 150, Fl. Pelop p. 34; Marg. et R. Fl. Zante p. 27; Friedr. Reise p. 277; Fraas Fl. class. p. 134; Raul. Cret. p. 702; Bois. Fl. or. I. p. 94; Weiss in z. b. G. 1869 p. 51; Heldr. Fl. Cephal p. 20; Form. in deutsch. bot. Mon. 1891 p. 33; Heldr. in ö. b. Z. 1898 p. 183. — Icon: Fl. gr. t. 508. — Exsicc.: Orph. Fl. gr. n. 667.

In ruderatis, sepibus. Thessalia: pr. Hadzi Obasi, Baba, Ambelakia (Form.); Euboea: pr. Dipso (Fraas); Poros (Friedr.), Keos (Heldr.), Syra et Naxos (Orph.), Tenos (Chaub.); Peloponnesus: ad Pamisum, pr. Lutro, Marathonisi, Scala, Helos (Chaub.); Creta: pr. Canea (Weiss), Murnies, Alikampos, Prosnero, Anopolis, Aradhena, Voriza, Embaro (Raul.); Zante (Sihth.); Cephalonia (Marg.): pr. Drapano, Kontogionata (Heldr.); Leukas (Fraas); Corcyra: pr. Kastellani (Bicknell). — Apr. Maio. ☉.

2. Sectio. *Delphinellum* DC. Syst. I. p. 396. Carpella 3; petala 4, libera, superiora retusa, in calcaria attenuata, lateralia unguiculata; semina sphaerico-depressa, transverse lamellata, lamellis superne in cupulam centro apertam imbricatis.

a. Petalorum lateralium lamina orbiculata, basi cordata, abrupte in stipitem attenuata.

2. **D. halteratum** S. et Sm. Pr. I. p. 371; Bois. Fl. or. I. p. 86; Heldr. in Sitzungsb. preuss. Akad. Wiss. 1883 p. 160; Form. in deutsch. bot. Monatsschr. 1891 p. 33, in Ver. Brünn 1896 p. 76, 1897 p. 56; Haussk. Symb. p. 5; Hal. Beitr. Fl. Epir. p. 11, Beitr. Fl. Thessal. p. 6, in ö. b. Z. 1895 p. 124. — Icon: Fl. gr. t. 507. — Exsicc.: Orph. Fl. gr. n. 668; Sint. et Bornm. It. turc. n. 1151 et 1152; Sint. It. Thessal. n. 1010 b.

Pube crispulo dense obsito; ramis fastigiatis, foliosis; foliis omnibus laciniatis; racemis densis, bracteis pedicello longioribus; petalorum lateralium lamina late orbiculata; carpellis longe et patente hirsutis.

In dumetis, campis regionis inf. et montanae. Thessalia: in mt. Olympo pr. Litochoron, Skala (Orph.), Katherine (Sint.), mt. Pelion pr. Koryza, Volo (Form.), mt. Ossa pr. Spilaea (Heldr.), pr. Lechonia, Povelci, Verenci, Kastri, Velestinos, Pharsala, Trikala, Kalabaka, Vlachava, Kerasia Sina, Karditza, Kalabaka, Malakasi, Klinovo, Larissa, Tyrnavos Ruzo, Palaeokastro, Vlazda, Kastania, Kataphygi (Form.), Korona (Haussk.), ad meridiem usque Stylida, Lamia, Limogardi et Metalion (Form.); Epirus: pr. Arta, Kalentini (Hal.). — Jnni, Aug.

3. **D. peregrinum** L. Sp. p. 531, ed. 2. p. 749; Hal. in ö. b. Z. 1895 p. 123. — *D. longipes* Moris Fl. Sard. I. p. 59; Bois. Fl. or. Suppl. p. 18.

Caule pube brevi obsito vel superne glabro; ramis junceis, nudiusculis; foliis superioribus plerumque indivisis; racemis laxis, bracteis pedicello, brevioribus vel eo aequilongis; petalorum lateralium lamina obovata; carpellis puberulis vel glabris.

α. **typicum.** Caulibus, pedicellis, bracteis et carpellis puberulis.

β. **medium.** Caulibus, pedicellis et bracteis puberulis, carpellis glabris. — *D. halteratum* Ch. et B. Exp. p. 149, Fl. Pelop. p. 33. — *D. junceum* Hal. in ö. b. Z. 1899 p. 24. — Exsicc.: Chaub. Herb. „Pont d'Eurotas"; Reiser Pl. gr. a. 1898.

γ. **peloponnesiacum** Hal. in ö. b. Z. 1895 p. 124. — *D. junceum* Spreitz. in z. b. G. 1887 p. 654. — Exsicc.: Heldr. Fl. gr. exs. a. 1854.

In dumetis, campis regionis inferioris. Messenia (Sart. sec. Bois.). *β.* ad fluvium Eurotas (Chaub.), probabiliter huc etiam planta Chaubardi pr. Vitylos lecta; Strophadum insula (Reiser); *γ.* in aridis maritimis insulae Poros (Heldr.); Cythera: pr. S. Nicolo, ubi etiam var. *albiflora* provenit. (Spreitz) — Maio, Jul. ☉.

b. Petalorum lateralium lamina ovata vel elliptica, sensim in stipitem attenuata.

α. Calcar petalis pallide violaceis duplo longius.

4. **D. junceum** DC. Fl. fr. V. p 641, Syst. nat. I. p. 348; Marg. et R. Fl. Zante p. 27; Friedr. Reise p. 274; Clem. Sert. p. 7; Hal. in ö. b. Z. 1895 p. 122; Form. in Ver. Brünn 1895 p. 38, in deutsch. bot. Mon. 1898 p. 79. — *D. peregrinum* L. herb. ex DC. Syst. l. c.; S. et Sm. Pr. I. p. 371 p. p.; Sieb. Avis. rem. p. 4; Fraas Fl. Class. p. 133; Raul. Cret. p. 702; Bois. Fl. or. I. p. 87; Heldr. Fl. Cephal. p. 20; Hal. in z. b. G. 1888 p. 748; Form. deutsch. bot. Mon. 1891 p. 33; Haussk. Symb. p. 5 cum var. *ramosissimum.* — Icon: Fl. gr. t. 506. — Exsicc.: Orph. Fl. gr. n. 171.

Caulibus pruinosis, superne pedicellisque glabris; racemis laxifloris; pedicellis fructiferis carpellis longioribus; bracteis pedicellis brevioribus; floribus saturate violaceis; carpellis glabris.

In campis, locis siccis, cultis. Frequens in Attica: ubique pr. Athenas, in colle Philopappo, ad Phalerum, pr. Kallitea, Kephissia; Doris: pr. Amphissa (Hal.), Granitza (Tuntas); Eurytania: pr. Karpenisi (Heldr); Thessalia: ad Pharsalum, Tyrnavos, mt. Pelion supra Volo (Haussk.), Kapurna (Form.); Argolis: pr. Vromolimni in penins. Methana (Heldr.), Poros (Friedr.); Creta (Sieb.); Zante (Marg.); Corcyra (Clem.): pr. Alipu, Kanali, Gasturi, Potamos, Europuli, Afra, Kontokali (Form.). — Mai, Aug. ☉.

5. **D. eriocarpum** Bois. Fl. or. I. p. 87; Weiss in z. b. G. 1869 p. 51; Hal. in ö. b. Z. 1895 p. 122; pro var. *D. peregrini.* — *D. subvelutinum* Heldr. in Sched. et in Bois. Fl. or. suppl. p. 19, ö. b. Z. 1898 p. 183, non *D. junceum β. subvelutinum* DC. Fl. Fr. V. p. 641, quod varietatem caule foliisque velutino-pubescentibus carpellis glabrisque sistit. — *D. cardiopetalum* Urv. enum. p. 57. — Exsicc.: Heldr. et Hal. Fl. Aeg. a. 1889.

Caulibus, pedicellis et bracteis pube crispulo dense obsitis; foliis subglabris; pedicellis fructiferis carpellis subaequilongis; bracteis pedicellos superantibus; floribus sordide violaceis; carpellis pubescentibus.

β. **transiens.** Caulibus superne carpellisque glabrescentibus.

In Cycladum insulis Syra (Weiss), Andros (Sart.), Ios, Paros, Naxos (Heldr.), Makaria (Leonis). — Maio, Jul. ⊙.

β. Calcar petalis aequilongum.

6. **D. Hirschfeldianum** Heldr. et Holzm. in Bois. Fl. or. suppl. p. 19; Heldr. Fl. Aegin. p. 231. — Exsicc.: Heldr. pl. exs. a. 1881.

Glaucescens, brevissime puberulum; racemis laxifloris, bracteis pedicello sublongioribus; floribus saturate coeruleis; petalorum lateralium lamina subquadrata, late truncata, crenato-dentata.

Insula Aegina: ad vias (Heldr.); ins. Cythnos (Tuntas) — Apr. Maio.

3. Sectio. *Consolida* DC. Syst. I. p. 341. Carpellum 1; petala in unicum calcaratum coalita; semina pyramidato-tetragona, transverse squamosa vel lamellato-rugosa.

a. Capsula hirta.

× Calcar sepala aequans.

7. **D. ajacis** L. Sp. p. 531; Ch. et B. Exp. p. 149, Fl. Pelop. p. 33; Bois. Fl. or. I. p. 79; Heldr. Fl. Cephal. p. 20; Form. in d. bot. Mon. 1891 p. 33, in Ver. Brünn 1896 p. 76; Haussk. Symb. p. 5; Hal. Beitr. Fl. Epir. p. 11, Beitr. Fl. Achaia p. 9; Bald. Riv. coll. bot. Alban. 1895 p. 5; Heldr. Fl. Aegin p. 232; Huth monogr. p. 374. — *D. consolida* S. et Sm. Pr. I. p. 370; Dallap. Prosp. p. 76; Pieri Fl. Corc. p. 68; Marg. et R. Fl. Zante p. 27 p. p. — Icon: Rchb. f. 4669. — Exsicc.: Orph. Fl. gr. n. 172.

Floribus coeruleis; bracteolis parvis a flore remotis; capsula apice sensim attenuata; seminibus nigricantibus. Formam floribus roseis vel coeruleis e Graecia non vidi.

In aridis regionis inferioris et montanae, usque 1200 m. alt. Epirus: pr. Vulgarelion in mt. Tsumerka (Hal.), pr. Syraku in mt. Peristeri, pr. Janina (Bald.); Thessalia: pr. Kastania, Velitsena, Koturi (Form.), Pharsalus, Orman Magula (Haussk.); Phocis: mt. Parnassus (Heldr.); Boeotia (Sibth.); in Petalium ins. Tragonisi (Holzm.), in ins. Aegina (Heldr.) et Poros (Wiedem.); Argolis: pr. Nauplia (Heldr.); Laconia: mt. Malevo (Orph.), in Maina (Chaub.); Messenia (Sibth.); Arcadia (Chaub.): pr. Zulatika (Nieder); Achaia: mt. Kyllene (Heldr.), Chelmos, Olenos et Panachaicon (Hal.); Zante (Sibth.); Cephalonia: in oropedio Omala (Heldr.); Corcyra: pr. Pelleka (Bickn.). — Apr. Jul. ⊙.

8. **D. orientale** Gay in Desm. Catal. Dord. p. 12; Huth. Monog. p. 375. — Exsicc.: Orph. Fl. gr. n. 669; Sint. It. Thessal. n. 519.

Floribus intense violaceis; bracteolis flore approximatis, basin floris saepissime multum superantibus; capsula apice abrupte mucronata; seminibus rufescentibus.

In agris, campis regionis inferioris et submontanae. Thessalia: pr. Kalabaka (Sint.); Pharsalus (Heldr.), Catherina (Orph.); Boeotia: pr. Mulki ad lacum Copais (Heldr.); Argolis: pr. Nauplia (Heldr.); Cephalonia (Heldr. sec. Huth). — Apr. Jul. ⊙.

×× Calcar sepalis duplo brevius.

9. **D. brevicorne** Vis. Fl. Dalm. III. p. 90 et Suppl. p. 116 t. VI. f. 2; Bois. Fl. or. suppl. p. 17; Heldr. Fl. Cephal. p. 20; Huth Monogr. p. 378. — *D. ajacis* Spreitz. in z. b. G. 1877 p. 719, 1889 p. 654. — Exsicc.: Heldr. Reliqu. Orph. a. 1887 emissae; Spreitz. It. Jon. II. a. 1878.

Floribus violaceis; bracteolis parvis, a flore remotis capsula apice abrupte macronata; seminibus nigricantibus.

In arvis. Hucusque solum in insulis Jonicis: Ithaca: pr. Vathy (Spreitz.); Leucas: pr. Amaxichi (Spreitz.); Cephalonia: pr. Same (Schrad.). — Maio. Jun. ⊙.

b. Capsula glabra.

10. **D. paniculatum** Host. Fl. Austr. II. p. 65; Huth Monogr. p. 384; Hal. in ö. b. Z. 1897 p. 60. — *D. consolida* Fraas Fl. Class. p. 133; Form. in Ver. Brünn 1897 p. 56; Bald. riv. coll. bot. Alb. 1896 p. 8. — *D. consolida, β. micranthum* Bois. Fl. or. I. p. 78; Haussk. Symb. p. 5; Form. in Ver. Brünn 1896 p. 76. — *D. consolidà var. Cadetianum* Heldr. Herb. gr. norm. n. 815; Form. in d. bot. Mon. 1891 p. 33.

Adpresse puberulum; calcare sepalis duplo longiore; capsula semioblonga, 8—10 mm. longa. A. *D. consolida* L., cujus non nisi subspecies considerandum, caule elatiori, ramosiori, floribus saturatioribus, plerumque minoribus, carpellis plus minus curvatis, saepe fere semilunaribus, differt.

In agris neglectis, inter segetes. Thessalia: pr. Malakasi (Heldr.), Kalabaka, Trikala (Haussk.), Asproklisia, Kucuro, Kritsotades, Mavreli (Form.); Epirus: pr. Lapsista distr. Janina (Bald.); in Sporadum insula Jura (Leonis); prope Lamia, Thebas et Lebadia, si planta Fraasiana huc pertinet. — Jun. Jul. ⊙.

11. **D. tenuissimum** S. et Sm. Pr. I. p. 370; Fraas Fl. Class. p. 133; Unger Reise p. 131; Bois. Fl. or. I. p. 78; Huth Monogr. p. 385. — Icon: Fl. gr. t. 505. — Exsicc: Orph. Fl. gr. n. 666; Heldr. Herb. gr. norm. n. 634.

Multo gracilius, superne patenter hirtum; floribus dimidio minoribus, calcare sepalis sesquilongiore, capsula semiorbiculari, 5—8 mm. longa.

In saxosis montanis. In mt. Hymetto (Sibth.), pr. Sunium (Sprun.) mt. Parnes et Hag. Elias in Euboea (Fraas); mt. Parnassus (Klistow ex Huth). Secundum Unger etiam in Ithaca. — Maio. Jun. ⊙.

V. Tribus. **ACTAEEAE** Rouy et Fouc. Fl. Fr. I. p. 54.

15. **Actaea** L. Gen. n. 644.

1. **A. spicata** L. Sp. p. 504; S. et Sm. Pr. I. p. 356; Ch. et B. Exp. p. 144; Fl. Pelop. p. 32. — Icon: Rchb. f. 4739.

In Laconiae montibus nemorosis (Sibth.). A recentioribus non lecta. — Jun. Jul. ♃.

VI. Tribus. **PAEONIEAE** Benth. et Hook. Gen. 1 p. 10.

16. **Paeonia** L. Gen. 678.

× Folia biternata, foliolula ovata vel ovato-oblonga, 3—5 cm. lata, integra, acuta.

1. **P. corallina** Retz. Obs. III. p. 34; S. et Sm. Pr. I. p. 370; Fraas Fl. Class. p. 134 p. p. — *P. corallina α. typica* Huth Monogr. p. 267. — *P. peregrina β. latifolia* Hal. in z. b. G. 1899 p. 701. Icon: Rchb. f. 4745. — Exsicc: Heldr. Fl. Hell. a. 1895; Leonis pl. exs. a. 1896.

Foliolulis ovatis, subtus glabris.

In regione abietina montium. Attica: mt. Parnes, rarissime (Heldr.); Phthiotis; mt. Oeta (Fraas); Euboea: mt. Dirphys (Leonis); Zante (Sibth.); Laconia: mt. Taygetos (Zahn); Creta: mt. Ida (teste Huth sec. Anders.). — Apr. ♃.

2. **P. Russi** Biv. man. sic. IV. p. 12. — *P. officinalis* S. et Sm. Pr. I. p. 369 p. p.; Dall. Prosp. p. 76; ? Fraas Fl. Class. p. 135 Heldr. Chlor. Parn. p. 12. — *P. corallina* Fraas Fl. Class. p. 134 p. p. — *P. peregrina γ. latifolia* Bois. Fl. or. I. p. 98; Heldr. Fl. Cephal. p. 20. — *P. corallina ε. Russi* Huth Monogr. p. 267. — Icon: Moris Fl. Sard. t. 4. — Exsicc.: Orph. Fl. gr. n. 445.

Foliolulis oblongo-ellipticis, subtus dense puberulis.

In regione abietina montium. In mt. Parnasso (Orph); Achaia: in mt. Kyllene et prope Kalavryta (Fraas); Cephalonia: mt. Aenos (Heldr.). — Apr. ♃.

β. Folia triternata, foliola pinnatifida, laciniis lanceolatis acuminatis.

3. **P. officinalis** L. sp. p. 530 (α.) — *P. peregrina* Mill. Dict. n. 3. — *P. peregrina v. glabra* Bald. riv. coll. bot. Alb. 1895 p. 5, 1896 p. 8. — Exsicc.: Bald. It. Alb. Epir. IV. n. 53.

Folia subtus et interdum etiam supra ad nervos parce pilosula; carpella tomentosa. Epirus: mt. Murga distr. Paramythia et mt. Ciuka supra Muspina distr. Janina (Bald.). — Maio. Jun. ♃.

4. **P. cretica** DC. Syst. I. p. 394; Sab. in bot. Reg. X. p. 819; Tausch in Flora XI. p. 88. — *P. arietina* Anders. in Trans. Linn. Soc. XII. p. 275 p. p., in Spreng. Syst. veg. II. p. 615. — *P. officinalis* S. et Sm. Pr. I. p. 369 p. p.; Sieb. avis rem. p. 4. — *P. peregrina* Raul. Cret. p. 702; Spreitz in z. b. G. 1890 p. 293. — *P. peregrina β. glabra* Bois. Fl. or. t. p. 97. — *P. peregrina δ. cretica* Huth Monogr. p. 270. — Exsicc.: Rev. Pl. Cret. n. 3.

Foliola angustiora, glaberrima, carpella demum glabrescentia.

Creta: mt. Lakus et Omalo (Rev.), ad Hag. Nicolaos infra Samaria, Niato pr. Askyphos in mt. Sphacioticis (Raul.), pr. Males in mt. Lassiti (Raul.). — Apr. Maio. ♃.

II. Ordo. Berberidaceae Vent. Tabl. III. p. 83.

1. Berberis L. Gen. n. 142.

1. **B. cretica** L. Sp. p. 331; S. et Sm. Pr. I. p. 242; Sieb. Avis 3, rem. p. 4; Fraas Fl. Class p. 130; Clem. Sert. p. 8; Raul. Cret. p. 703; Bois. Fl. or. I. p. 103; Heldr. in Sitzb. preuss. Akad. 1883 p. 4; Chlor. Waldverh. p. 30; Spreitz. in z. b. G. 1688 p. 293; Form. in deutsch. bot. Mon. 1891 p. 33, in Ver. Brünn 1896 p. 76; Haussk. Symb. p. 5; Bald. Risult. bot. viagg. Creta p. 29. — Icon: Fl. Gr. t. 342. — Exsicc.: Orph. Fl. gr. n. 337: Rev. Pl. Cret. n. 7; Bald. It. cret. n. 51; Sint. It. Thessal. n. 1297; Heldr. Herb. norm. n. 1302.

Humilis, foliis parvis, integris vel subserratis, spinas vix aequantibus; racemis paucifloris; baccis nigris.

In regione abietina et superiore, 900—1500 m. Thessalia: mt. Godaman in Olympo et mt. Ossa (Form.), mt. Pelion (Heldr.); Euboea: mt. Dirphys (Sibth.); Attica: mt. Parnes (Fraas); insula Paros (Sibth.); Laconia: mt. Taygetos (Heldr.); Creta: mt. Sphaciotici, mt. Psiloriti, mt. Lassiti, mt. Aphendi Kavutsi (Raul.). — Apr. Jun. ♄.

2. **B. vulgaris** L. Sp. p. 330; S. et S. Pr. I. p. 242; Ch. et B. Exp. p. 106, Fl. Pelop. p. 24. — Icon: Rchb. f. 4486.

Procera, foliis majusculis, ciliato-serratis, spinas multo superantibus; racemis multifloris; baccis rubris.

In montosis Laconiae (Sibth.) et Messeniae (Chaub.). — Apr. Maio. ♄. N. v.

2. Leontice L. Gen. n. 423.

1. **L. leontopetalum** L. Sp. p. 312; S. et Sm. Pr. I. p. 234; Sieb. Avis p. 3, rem. p. 3; Ch. et B. Exp. p. 103, Fl. Pelop. p. 23; Friedr. Reise p. 266; Fraas Fl. Class. p. 129; Clem. Sert. p. 8; Bois. Fl. or. I. p. 99; Heldr. in Sitzb. preuss. Akad. 1883 p. 8; Haussk. Symb. p. 5; Form. in Ver. Brünn 1896 p. 76. — Icon: Lam. Ill. t. 254. — Exsicc.: Heldr. Herb. norm. n. 357 et 1105; Orph. Fl. gr. n. 48.

Elata, racemo composito, multifloro; petali squamula orbiculata, retusa, breviter stipitata; capsula magnitudinis nucis, inflata, demum irregulariter lacera.

In arvis, inter segetes regionis inferioris. In Thessaliae planitie: pr. Velestinos (Heldr.), Pharsalus, Karditza (Haussk.); Attica: ubique circa Athenas (Orph.); in Peloponneso (Bois.) sine loci spec. indicatione; Cycladum insula: Andros et Tenos (Chaub.); Creta: pr. Candia et ad pedem mt. Psiloriti (Raul.). — Jan. Mart. ♃.

2. **L. altaica** Pall. Act. Petrop. II. p. 255; Hal. in Beitr. Fl. Achaia p. 9. — *L. alpina* Hal. l. c. — Icon: Lam. Ill. t. 254. — Exsicc.: Hal. Iter gr. secund. a. 1893.

Humilis, racemo simplici, paucifloro; petali squamula cuneato-linearis, apice truncata utrinque dente horizontali mucronata; capsula parva, magnitudinis pisi, apice demum in lobos fissa.

In saxosis regionis superioris mt. Panachaicon loco Beiku Vrisi dicto Achaiae (Hal.). — Apr. Maio ♃.

III. Ordo. Nymphaeaceae DC. Syst. II. p. 39.

1. Nymphaea L. Gen. n. 653.

1. **N. alba** L. Sp. p. 510; S. et Sm. Pr. I. p. 360; Fraas Fl. Class. p. 129; Bois. Fl. or. I. p. 104. — Bald. Riv. Coll. bot. Alban. 1895 p. 5. — Icon: Rchb. f. 117.

Specimina in herbariis rare occurrunt et semper sine fructibus, quam ob rem determinatio exacta formarum vix efficienda.

α. **typica.** Folia ampla, flores magni. *N. alba v. polystigma* Casp. in ö. b. Z. 1863 p. 288 (err. typogr. 188), in Miq. Ann. Mus. Lugd. Bat. II. p. 250. — *N. Dioscoridis* Heldr. Herb. Fl. Hell. a. 1878 et in Bois. Fl. or. Suppl. p. 20 solum nomen (forma maxima).

β. **minor** Besl. Hort. Eyst. vern. ord. VII. t. 3, f. 2; Heldr. Herb. gr. norm. n. 1106. Folia parva, flores parvi.

In aquis, lacubus. In Thessalia (Sibth.); Epirus: lacus Janina (Bald.); Boeotia: in lacu Topolias (Fraas); Euboea: in stagno Suvala ad cacumen Tympanon mt. Telethrion alt. 1100 m (Heldr.); Argolis (Sibth.); Aetolia; in lacu Lysimachiae (Heldr.); Zante (Sibth.) — Maio, Jun. ♃.

2. Nuphar S. et Sm. Pr. I. p. 361.

1. **N. luteum** L. Sp. p. 510 sub *Nymphaea*; S. et Sm. Pr. I. p. 360; Bois. Fl. or. I. p. 104. — Bald. Riv. coll. bot. Alban. 1895 p. 5. — Icon: Rchb. f. 113.

In aquis Thessaliae (Sibth.) et Graeciae (Bois.); Epirus: lacus Janina. — Maio, Jul. ♃.

IV. Ordo. Papaveraceae DC. Syst. II. p. 67.

1. Papaver L. Gen. n. 448.

a. Capsula glabra.

α. Folia caulina amplexicaulia; filamenta versus apicem clavato-dilatata.

1. **P. setigerum** DC. Fl. fr. V. p. 585. — *P. somniferum* S. et Sm. Pr. I. p. 359, Fl. Gr. t. 491; Ch. et B. Exp. p. 146, Fl. Pelop. p. 32. — *P. somniferum α. setigerum* Bois. Fl. or. I. p. 116; Heldr. Chlor. Thera p. 7.

Caule et foliis subtus setigeris; capsula obovata, ad basin valde contracta.

In Peloponnesi agris (Sibth.); ins. Thera: mt. Profetae Elias (Heldr.) — Mart. Apr. ⊙. N. v.

Obs. *P. somniferum* L. Sp. p. 508; Dallap. Prosp. p. 71; Fraas Fl. Class. p. 127; Heldr. Nutzpfl. p. 45, Fl. Cephal. p. 20. Caule foliisque glabris, capsula exacte globosa. — Colitur hinc inde ad usum oeconomicum et ornamenti gratia.

β. Folia caulina non amplexicaulia, filamenta filiformia.

× Capsula subglobulosa, ovata vel suboblonga.

2. **P. rhoeas** L. Sp. p. 507; S. et Sm. Pr. I. p. 359; Pieri Corc. Fl. p. 65; Dall. Prosp. p. 75; Ch. et B. Exp. p. 146, Fl. Pelop. p. 33; Marg. et R. Fl. Zante p. 27; Friedr. Reise p. 269; Fraas Fl. Class. p. 127; Raul. Cret. p. 703; Heldr. Nutzpfl. p. 45; Ung. Reise p. 131; Bois. Fl. or. I. p. 113; Weiss in z. b. G. 1869 p. 51; Hal. in z. b. G. 1888 p. 703, in Beitr. Fl. Epir. p. 11; Form. in d. bot. Mon. 1891 p. 33; Haussk. Symb. p. 5; Heldr. Fl. Aegin. p. 232, Chlor. Thera p. 7. — Icon: Rchb. f. 4470. — Exsicc.: Heldr. Herb. gr. norm. n. 786.

Species quoad magnitudinem, indumentum, foliorum divisionem et capsularum formam valde variabilis. Formas graviores, mirum in modum intermediis conjunctas, enumero:

α. **agrivagum** Jord. Diagn. p. 96 pro. sp. Elatius, patule setosum; foliorum laciniis latis, dentatis vel incisis, terminali valde elongata; floribus majusculis; capsula late ovata.

β. **erraticum** Jord. l. c. p. 95 pro sp. Patule setosum, foliis inciso-dentatis, laciniis lanceolatis, terminali vix elongata; floribus mediocribus; capsula obovata. Huc *P. rhoeas* v. *Dodonaei* et *Fuchsii* Haussk. Symb. p. 5.

γ. **multicaule** Haussk. l. c. Humile, caulibus numerosis; foliorum laciniis angustis; pedunculis adpresse setosis; floribus minoribus, interdum atropurpureis (v. *atropurpurea* Haussk. l. c.); capsula obovata. Huc *P. rhoeas* f. *pusilla* Ung. l. c.

δ. **oblongatum** Bois. Fl. or. I. p. 113; Haussk. l. c. Capsula obovato-oblonga, basi attenuata.

In collibus et cultis regionis inferioris et submontanae per totum erritorium vulgare. — Maio. Jul. ⊙.

×× Capsula oblongo-clavata.

3. **P. dubium** L. Sp. p. 1196; S. et Sm. Pr. I. p. 359; Ch. et B. Exp. p. 145, Fl. Pelop. p. 33; Bois. Fl. or. I. p. 115; Haussk. Symb. p. 5. — Icon: Rchb. f. 4477. — Exsicc.: Heldr. Fl. Thessala a. 1883.

Ad caules inferne patule, ad folia et pedunculos adpresse setosum; foliis pinnati-vel bipinnatipartitis, laciniis lineari-lanceolatis; sepalis sparse pilosis, petalis parvis; capsula pallide nervata; disci crenis non incumbentibus, stigmatibus 8—10.

In incultis. Thessalia: in mt. Pelion (Heldr.) pr. Pharsalus, Korona (Haussk.); Argolis, Laconia et Messenia (Sibth.). — April. Jul. ⊙.

4. **P. laevigatum** M. a B. Taur. Cauc. III. p. 364; Bois. Fl. or. I. p. 114. — Exsicc.: Heldr. Pl. Fl. Hellen. a. 1898.

Glabrum vel parce setulosum; foliis pinnatipartitis, laciniis ovatis vel oblongis, obtusis; pedunculis subglabris; sepalis glabris; petalis minutis; capsula pallide nervata; disci crenis non incumbentibus; stigmatibus 8—10.

In cultis insulae Salamis et Keos (Held.). — Apr. Maio. ⊙.

5. **P. pinnatifidum** Moris Fl. Sard. I. p. 74; Haussk. Symb. p. 6.

Parce setulosum; foliis pinnatipartitis, laciniis ovatis vel oblongis, acutis, divaricatis, pedunculis adpresse setulosis; sepalis vix ciliatis; petalis parvis; capsula angusta, nervis nitidulis, prominulis percursa; disci crenis margine incumbentibus, stigmatibus 5—8.

In rupinis calcareis mt. Pentelicon Atticae (Haussk.) — Apr. Maio. ⊙. N. v.

b. Capsula setosa; filamenta apicem versus dilatata.

× Pedunculis densissime longe patuleque setosis.

6. **P. siculum** Guss. Fl. Sic. Syn. II. p. 6. — *P. hybridum β. siculum* Haussk. Symb. p. 6. — Exsicc.: Heldr. Fl. Hellen. a. 1875.

Erectum, elatum; caule valido, fere ad apicem foliato; capsula exacte globosa, setis patentibus arcuatis obsita; stigmatibus 6—8.

In arvis, inter segetes pr. Athenas (Heldr.), pr. Eleusis (Haussk.). — Apr. Maio. ⊙.

×× Pedunculis adpresse setulosis.

7. **P. hybridum** L. Sp. p. 506; S. et Sm. Pr. I. p. 358; Ch. et B. Exp. p. 145, Fl. Pelop. p. 32; Marg. et R. Fl. Zante p. 27; Friedr. Reise p. 269 et 278 (var. *latiloba*); Fraas Fl. Class. p. 127; Bois. Fl. or. I. p. 117; Weiss in z. b. G. 1869 p. 51; Haussk. Symb. p. 6; Hal. in ö. Z. 1897 p. 60; Heldr. Fl. Aegin. p. 232; Bald. riv. coll. bot. Alb. 1896 p. 9. — Icon: Rchb. f. 4476. — Exsicc.: Heldr. Fl. Hellen. a. 1877 et 1892.

Erectum, pedunculis elongatis, superne nudis; capsulo ovato-globosa vel ovata, basi rotundata, setis patentibus arcuatis obsita; stigmatibus 5—7.

In collibus, cultis. Attica: pr. Piraeum, Trakones (Heldr.), Athenas, Eleusis, Laurion (Haussk.); in ins. Aegina et propre Nauplia (Friedr.); ins. Syra, Tenos (Weiss); Laconia: pr. Androvista (Chaub.); Creta: pr. Canea (Weiss); Achaia: pr. Patras (Hal.); Zante (Marg.); Epirus: pr. Janina (Bald.); Thessalia: pr. Volo (Heldr.); ins. Skopelos (Leonis). — Mart. Apr. ⊙.

8. **P. apulum** Ten. Syll. p. 255; Bois. Fl. or. I. p. 117; Haussk. Symb. p. 6; Gelmi in Bull. soc. bot. Ital. XXI. p. 448. — Icon: Ten. Fl. Nap. t. 238. — Exsicc.: Heldr. Herb. norm. n. 816.

Pumilum, ramis gracilibus, adscendentibus, superne nudis; capsula oblongo-elliptica, setis erecto-patentibus obsita; stigmatibus 4—7.

In collibus siccis. Attica: pr. Tatoi (Heldr.); Achaia: pr. Neo- et Acrocorinthum (Heldr.); Argolis: pr. Vromolimni in peninsula Methana, Nauplia (Haussk.), Argos (Heldr.); ins. Mykonos; Corcyra (Gelmi). — Apr. Maio. ⊙.

9. **P. argemone** L. Sp. p. 506; S. et Sm. Pr. I. p. 358; Ch. et B. Exp. p. 145, Fl. Pelop. p. 32; Fraas Fl. Class. p. 127; Raul. Cret. p. 703; Bois. Fl. or. I. p. 118; Heldr. Fl. Cephal. p. 20. — Icon: Rchb. f. 4475.

Erectum vel adscendens, pedunculis elongatis, nudis; capsula oblongo-cylindrica, clavata, setis erecto-patentibus obsita; stigmatibus 5—7.

In arvis, collibus siccis. Attica et Argolis (Sibth.); Cyclades (Chaub.); Creta: pr. Damasta (Raul.); Cephalonia: pr. Argostoli, Pessada (Heldr.). — Apr Maio. ⊙. N. v.

2. Roemeria Med. in Ust. Ann. III. 1872 p. 15.

1. **R. hybrida** (L.) DC. Syst. II. p. 92; Fraas Fl. Class. p. 128; Bois. Fl. or. I. p. 118; Weiss in z. b. G. 1869 p. 51; Haussk. Symb. p. 6; Heldr. Fl. Aegin. p. 232. — *Chelidonium hybridum* L. Sp. p. 506; Ch. et B. Exp. p. 145, Fl. Pelop. p. 32. — *G. violaceum* S. et Sm. Pr. I. p. 358. — *R. refracta* Friedr. Reise p. 269. — Icon: Fl. gr. t. 490. — Exsicc.: Orph. Fl. gr. n. 1092.

Flores violacei; capsulae lineares, pedunculo vix latiores et plerumque longiores, glabrae vel sparse setosae.

In arvis. Attica: pr. Athenas (Orph.), Callithea (Heldr.), in districtu Laurion, in planitie Mesogia (Haussk.); Euboea (Fraas); Aegina (Friedr.): pr. Perivolia (Heldr.); Corinthus (Weiss); Argolis (Sibth.); Laconia (Chaub.); Syra, Tenos (Weiss); Thessalia: pr. Volo (Heldr.), Pharsalus (Haussk.). -- Apr. Maio ⊙.

3. Glaucium Tourn. Inst. t. 130.

× Pedunculi glabri; capsulae glabrae, laeves vel tuberculis sparsis scabridulae; flores flavi.

1. **G. flavum** Cr. Stirp. II. p. 141; Fraas Fl. Class. p. 127; Haussk. Symb. p. 6; Spreitz. in z. b. G. 1888 p. 293; Form. Ver. Brünn 1895 p. 38. — *Chelidonium glaucium* L. Sp. p. 506; Pieri Corc. Fl. p. 65; Ch. et B. Exp. p. 144, Fl. Pelop. p. 32. — *G. luteum* Scop. Fl. Carn. ed. 2, I. p. 369; S. et Sm. Pr. I. p. 357; Sieb. Avis p. 4; Raul. Cret. p. 703; Bois. Fl. or. I. p. 122; Weiss in z. b. G. 1869 p. 51; Heldr. Fl. Cephal. p. 20. — *G. leiocarpum* Heldr. Fl. Aegin. p. 232, ö. b. Z. 1898 p. 183, Chlor. Thera p. 7, an Bois. Fl. or. I. p. 122. — Icon: Rchb. f. 4468.

α. **typicum.** Petala flava. --- Exsicc.: Heldr. Pl. Fl. Hellen. a. 1877.

β. **Serpierii** Heldr. in Gartenfl. 1873 p. 323, t. 776. Cf. Haussk. in Mitth. Thür. bot. Ver. II. p. 67 et Symb. p. 6. — Petala flava, basi violaceo maculata. Exsicc.: Heldr. Herb. gr. norm. n. 1107. Directori plumbi fodinarum J. B. Serpieri dedicatum.

γ. **plenum** Haussk. Symb. p. 6. Floribus plenis, diminutis. Exsicc.: Heldr. Pl. Fl. Hellen. a. 1895.

In arenosis maritimis, nec non in lapidosis montanis usque 500 m. In Cephalonia: pr. Lixuri, Hagios Soter, Argostoli, Dilinata, Kastro (Heldr.); Corcyra (Pieri): pr. Kontokali (Form.); Euboea (Fraas); Attica: pr. Sunium (Fraas); Aegina et in parva adjacente insula Angistri (Heldr.); Cycladum insula: Andros (Sart.), Naxos (Leonis), Delos (Chaub.), Thera, Therasia et Kameni (Heldr.); Corinthus (Heldr.); Laconia: prope Astros, in planitie Helos (Chaub.); Messenia: pr. Korone, Methone, Kyparissia (Chaub.); Creta: pr. Kissamos, Canea, Candia, Grabusa, insula Gaidaronisi (Raul.); *β.* et *γ.* pr. Ergostiria in districtu Laurion Atticae (Heldr.). — Maio, Jun. ⊙.

×× Pedunculi plerumque pilosi; capsulae plus minus hispido-scabrae.

2. **G. corniculatum** (L.) Curt. Fl. Lond. VI. t. 32; Bois. Fl. or. I. p. 119; Weiss in z. b. G. 1869 p. 51. — *Chelidonium corniculatum* L. Sp. p. 506; Ch. et B. Exp. p. 144, Fl. Pelop. p. 32. — *G. phoeniceum* Cr. Stirp. II. p. 141; S. et Sm. Pr. I. p. 357; Haussk. Symb. p. 6; Form. in Ver. Brünn 1896 p. 76. — Icon: Fl. Gr. t. 489.

α. **typicum.** Flores aurantiaci, basi saepe purpureo-maculati. Exsicc.: Heldr. Fl. Thessal. a. 1883.

β. **rubrum** S. et Sm. Pr. I. p. 357, Fl. Gr. t. 488 pro sp.; Bois. Fl. or. I. p. 120. Flores aurantiaco rubri, basi maculati; capsulae demum glabrescentes. Exsicc.: Orph. Fl. gr. n. 63.

Color florum in exsiccatione difficile conservandum, qua de causa *α.* et *β.* in herbario aegre distinguendae.

γ. **flaviflorum** DC. Pr. I. p. 122; Bois. Fl. or. l. c.; Heldr. Fl. Aegin. p. 232. — Flores flavi. — Exsicc.: Heldr. Pl. Fl. Hellen. a. 1890; Sint. It. Thessal. n. 1083.

In arvis, ruderatis. Attica: pr. Athenas (Orph.), mt. Hymettus (Heldr.), Laurion (Haussk.); Thessalia: pr. Volo (Heldr.), Velestinos (Form.), Pharsalus (Haussk.); Syra, Tenos (Weiss), Keos (Heldr.), Melos (Leonis); Messenia: pr. Messene (Despr.). *γ.* in Thessalia: ad Kalamaki pr. Tyrnovo (Sint.); Attica: ad Phalerum (Heldr.); ins. Aegina: pr. monasterium (Heldr.). — Mart. Juli. ⊙.

4. Chelidonium L. Gen. n. 641.

1. **C. majus** L. Sp. p. 505; S. et Sm. Pr. I. p. 356; Fraas Fl. Class. p. 126; Bois. Fl. or. I. p. 124; Bald. riv. coll. bot. Alb. 1896

p. 9. — Icon: Rchb. f. 4466. — Exsicc.: Bald. It. Alb. Epir. IV. n. 264.

In umbrosis montanis (Sibth.); in mt. Korax Aetoliae (Fraas); Epirus: mt. Vratedon distr. Zagorion (Bald.). — Maio, Jun. ⊙.

5. **Hypecoum** L. Gen. n. 171.

× Petala 2 exteriora a basi cuneata, triloba; 2 interiora minora, trifida, lacinia intermedia stipitata, cochleariformi, ciliata; lomenta arcuata, erectiuscula.

1. **H. grandiflorum** Benth. Cat. Pyr. p. 91; Clem. Sert. p. 8; Bois. Fl. or. I. p. 125; Haussk. Symb. p. 6; Fritsch in z. b. G. 1894 p. 302; Forsyth in Bull. Bois. III. p. 87. — *H. aequilobum* Heldr. Fl. Aegin. p. 232, non Viv. Fl. Lyb. p. 7 (petalis exterioribus unguiculatis). — *H. glaucescens* Ch. et B. Exp. p. 58, Fl. Pelop. p. 11 sec. descript. — Exsicc.: Orph. Fl. gr. n. 507.

Caulibus erectis vel adscendentibus; foliorum segmentis angustis; sepalis lanceolatis, acuminatis, integris; petalis majusculis, croceis; antheris $1^1/_2$—2 mm longis; lomentis vix secedentibus.

β. **caesium** Haussk. Symb. p. 6. Foliis intense caesiis, laciniis paulo latioribus; lomentis longius rostratis. — Exsicc.: Holzm. pl. gr. a. 1880.

In campis, collibus, inter segetes. Attica: pr. Athenas (Orph.), pr. Kallithea (Leonis), ad Piraeum (Heldr.), Eleusis (Haussk.); Argolis (Sprun.): pr. Nauplia (Haussk.); Corinthus (Haussk.); Arcadia: pr. Tegea (Zahn); Aegina: ad monasterium (Heldr.); ins. Syra (Fors.), Melos, Naxos (Chaub); Laconia: ad fl. Eurotas, pr. Marathonisi (Chaub.). *β.* in Acropoli Athenarum (Haussk.) in Petalium ins. Xeronisi (Holzm.). — Mart. Maio. ⊙.

2. **H. procumbens** L. Sp. p. 124; S. et Sm. Pr. I. p. 107; Urv. Enum. p. 18; Ch. et B. Exp. p. 58, Fl. Pelop. p. 11; Friedr. Reise p. 266; Raul. Cret. p. 703; Bois. Fl. or. I. p. 124; Weiss in z. b. G. 1869 p. 51. — Icon: Fl. Gr. t. 155. — Exsicc.: Heldr. Pl. Cret. n. 1322.

Caulibus adscendentibus vel prostratis; foliorum segmentis brevioribus, latioribus, sepalis ovatis, mucronatis, saepius dentatis; petalis duplo minoribus, luteis; antheris 1 mm. longis.

β. **glaucescens** Guss. Fl. rar. p. 79, t. 15; Haussk. Symb. p. 6, pro sp.; Heldr. Fl. Aegin. p. 232. — *H. litorale* Clem. Sert. p. 8; ? Ant. ion. IV. p. 952. — ? *H. erectum* Pieri Corc. Fl. p. 21. — Foliis magis glaucis, laciniis latioribus, obovato-cuneiformibus. — Exsicc.: Heldr. Herb. norm. n. 139 et 1108; Orph. Fl. gr. n. 64.

In arenosis et maritimis. Attica: ad Piraeum (Weiss), Phalerum (Orph.), Ilyssum (Friedr.); Aegina (Heldr.); Cycladum insula: Syra, Tenos (Weiss), Melos (Urv.), Mykonos (Sart.); Laconia: pr. Kardamyle,

ad promontorium Hieraki (Chaub.); Creta: pr. Canea (Heldr.); ? Corcyra: pr. Palaeokastrizza, Porto Timone (Mazz.). — Mart. Maio. ⊙.

×× Petala 2 exteriora ovali-oblonga, integra; 2 interiora subminora, ultra medium trifida, lacinia intermedia stipitata, suborbiculari, ciliata; lomenta rectiuscula, refracta.

3. **H. pendulum** L. Sp. p. 124; Bois. Fl. or. I. p. 125. — Icon: Lobel. t. 742, f. 2. — Exsicc.: Heldr. Fl. Hellen. a. 1875 et 1889.

In campis, arvis, rare. Attica: Eleusis, Ano Liosia et pr. Lamprica Mesogeae (Heldr.). — Apr. Maio. ⊙.

V. Ordo. Fumariaceae DC. Syst. II. p. 105.

1. Corydalis Vent. in DC. Fl. fr. IV. p. 636.

1. Sectio. *Bulbocapnos* Bernh. in Linn. VII. p. 604. Rhizoma tuberosum; caulis erectus, 1—2 phyllus; racemus terminalis.

a. Caulis basi squama destitutus.

× Folia caulina opposita.

1. **C. uniflora** Sieb. Reise II. p. 320, t. 8 sub *Fumaria*. — *C. rutaefolia β. subuniflora* Bois. et Heldr. Diagn. VIII. p. 11; Raul. Cret. p. 703. — Exsicc.: Heldr. Pl. cret. n. 1495.

Caule fere filiformi, foliis minoribus, racemo 1—2 flavo, calcare tenuiori longiori a *C. rutaefolia* S. et Sm. Pr. II. p. 49 (sub *Fumaria*) ut videtur sat distincta.

In regione alpina mt. Psiloriti et Lassiti Cretae (Sieb.). — Maio, Jun. ♃.

×× Folia caulina alterna.

2. **C. blanda** Schott in ö. b. Wochenbl. VII. p. 149; var. *purpurea*. Hal. in Beitr. Fl. Epir. p. 12. — Exsicc.: Ital. It. gr. sec. a. 1893.

Glaucescens; caule erecto, elato; foliis caulinis longe petiolatis, laciniis oblongo-lanceolatis, acutatis; corolla purpurea.

Specimina albiflora non vidi. *C. cavae* (L.) affinis, ab ea glaucedine, foliorum laciniis acutatis, calcare graciliori, capsulis brevioribus latioribusve, longius pedicellatis differt.

Epirus. In herbidis regionis alpinae inferioris mt. Tsumerka, alt. 1000 m. (Hal.) — Jun. Jul. ♃.

3. **C. parnassica** Orph. et Heldr. in Bois. Diagn. Ser. 2, VI. p. 9; Fl. or. I. p. 128; Hal. in Beitr. Fl. Achaia p. 10. — Exsicc.: Orph. Fl. gr. n. 325; Hal. It. gr. sec. a. 1893.

Intense glauca; caule decumbente, humili; foliis parvis, caulinis subsessilibus vel breviter petiolatis, laciniis ellipticis obtusis. Species in vivo insignis.

In lapidosis reg. alpinae mt. Parnassus (Orph.) et Chelmos (Hal.), rare. — Jun. Jul. ♃.

b. Caulis basi folio squamiformi munitus.

4. C. **densiflora** Presl. Del. Prag. I. p. 10; Ung. Reise p. 132; Spreitz. in z. b. G. 1877 p. 719; Hal. Beitr. Fl. Achaia p. 10. — *C. solida* S. et Sm. Pr. II. p. 49. — *C. solida β. densiflora* Bois. Fl. or. I. p. 129; Heldr. Fl. Cephal. p. 21. — *C. bulbosa* v. *densiflora* Bald. Coll. bot. Alb. 1895 p. 5. — *Fumaria bulbosa* Pieri Corc. Fl. p. 96. — *F. solida* B. et Ch. Exp. p. 200, Fl. Pelop. p. 45. — Exsicc.: Heldr. Herb. norm. n. 806.

Ab affini *C. solida* (L.) Sw. foliorum laciniis angustioribus, bracteis profundius incisis laciniis saepe dentatis, racemo densiore, floribus pallidioribus et capsulis angustioribus differt.

β. **tenuisecta** (Bois.) Hal. l. c. — *C. solida γ. tenuisecta* Bois. Fl. or. I. p. 129. — ? *C. tenuis* Schott. Anal. p. 43. Foliorum laciniae lineari-lanceolatae, 2 mm. latae. — Exsicc.: Hal. It. gr. II. a. 1893.

In regione montana et alpina. In mt. Parnasso (Heldr.); Boeotia (Sibth.): in mt. Helicon (Orph.); Attica: in cacumine mt. Parnes (Heldr.); Euboea: mt. Dirphys (Heldr.); Thessalia: ad nives in mt. Pelion (Heldr.); Epirus: mt. Olycika et Micikeli (Bald.); Aetolia: mt. Korax (Leon.); Laconia (Sibth.): mt. Taygetos (Chaub.); Achaia: mt. Chelmos et Panachaicon (Hal.); Cephalonia: mt. Aenos (Spreitz.); Corcyra (Pieri). *β.* ad nives in mt. Chelmos (Hal.). — Mart. Jun. ♃.

2. Sectio. *Capnoides* Bernh. in Linn. VII. p. 605. Radix fibrosa; caulis erectus vel scandens, foliosus; racemi plures, laterales.

7. C. **claviculata** (L. Sp. p. 701; S. et Sm. Pr. I. p. 51; Ch. et B. Exp. p. 200, Fl. Pelop. p. 45 sub *Fumaria*); DC. Fl. Fr. IV. p. 638.

Gracilis scandens, habitu Fumariae.

In agro Argolico (Sibth.) et alibi (Chaub). A recentioribus non lecta. Ditionis civis dubia. — Jun. Aug. ☉.

2. **Fumaria** L. Gen. n. 849 ex p.

Dispositio specierum:

§ 1. Pedicelli fructiferi recurvati.

a. Fructus globosus, obtusus.

α. Foliorum laciniae latuisculae, oblongae, obtusae; flores majusculi, 1 cm. longi, albidi, petalis apice fuscopurpureis.

1. F. **capreolata** L. 2. F. **flabellata** Gasp.

β. Foliorum laciniae anguste-lineares, acuminatae; flores parvi, 5—6 mm. longi, rosei, petalis apice fusco-purpureis.

3. F. **anatolica** Bois.

b. Fructus ovato-globosus, acutiusculus, laeviter rugulosus.

4. F. **Thureti** Bois.

§ 2. Pedicelli fructiferi erecti vel erecto-patuli.

a. Fructus globosus vel ovato-globosus, apice obtusus vel apiculatus.

α Flores majusculi, 7—12 mm. longi.

× Sepala corolla angustiora.

○ Sepala e basi latiore setaceo-acuminata, corolla multo angustiora; fructus obtusus, non compressus.

5. F. macrocarpa Parl.

○○ Sepala ovato-lanceolata, breviter acuminata, corolla triplo angustiora; fructus obtusus, carinato-compressus.

6. F. major Bad. **7. F. amarysia** Bois. et Heldr.

×× Sepala ovata, corollae aequilata vel sublatiora.

8. F. Petteri Rchb. **9. F. pikermiana** Bois. et Heldr.

β. Flores parvi, 4—6 mm. longi.

× Sepala corolla latiora.

10. F. densiflora DC.

×× Sepala corolla angustiora.

11. F. parviflora Lam. **12. F. Vaillantii** Lois.

b. Fructus obcordatus, transverse latior, apice retusus vel truncatus.

13. F. officinalis L.

§ 1. Pedicelli fructiferi recurvati.

a. Fructus globosus, obtusus.

α. Foliorum laciniae latiusculae, oblongae, obtusae; flores majusculi, 1 cm longi, albidi, petalis apice fusco-purpureis.

1. **F. capreolata** L. Sp. p. 701; S. et Sm. Pr. II. p. 50; Ch. et B. Exp. p. 200, Fl. Pelop. p. 45; Marg. et R. Fl. Zante p. 27; Friedr. Reise p. 266; Fraas Fl. Class. p. 125; Ung. Reise p. 132; Bois. Fl. or. I. p. 136; Weiss in z. b. G. 1869 p. 51; Spreitz. in z. b. G. 1877 p. 719; Heldr. Fl. Cephal. p. 21; Gelmi in Bull. soc. bot. Ital. XXI. p. 448; Haussk. Symb. p. 8; Form. in d. bot. Mon. 1898 p. 79. — Icon: Rchb. f. 4456. — Exsicc.: Heldr. Herb. norm. n. 1003; Baen. Herb. europ. n. 9258.

Sepalis ovatis, corolla aequilatis et ea dimidio brevioribus; fructu laevissimo, nitido.

α. **speciosa** Jord. in Cat. Grenob. 1849 p. 15 pro sp.; Ham. Monogr. p. 25. — *F. capreolata α. grandiflora* Haussk. in Flora 1873 p. 541. Racemis densiusculis, floribus magnis, sepalis latioribus, longioribusque. Forma vernalis.

β. **pallidiflora** Jord. in Bill. Arch. p. 305. — *F. capreolata β. parviflora* Haussk. l. c. — Floribus minoribus, pallide-flavescentibus, laxis. Forma aestivalis.

Ad sepes, in umbrosis, vineis. Attica: pr. Athenas, Kephissia (Heldr.), Geraka (Haussk.); Argolis: in litore Poros opposito (Heldr.), pr. Nauplia (Haussk.); Messenia: pr. Kalamata (Zahn), Methone, ins. Sapienza, Pylos, mt. Diaforti (Chaub.); Arcadia: pr. Karithena (Chaub.); Aetolia: mt. Taphiassos (Hal.); Zante (Marg.); Cephalonia: pr. Koriana, Pessada, Francata (Heldr.); Corcyra: pr. Kastrades (Baen.), Mon Repos (Spreitz.); Creta: pr. Canea (Weiss). — Mart. Jun. ⊙.

2. **F. flabellata** Gasp. in Rend. Real. Acad. Nap. I. p. 51; Haussk. in Flora 1873 p. 542; Bois. Fl. or. Suppl. p. 28. — Exsicc.: Sint. It. Thess. n. 195.

Sepalis ovatis, corolla aequilatis et ea triplo brevioribus; fructu ruguloso, pedicellis partim patulis, partim recurvis.

Ad sepes, in locis umbrosis. Corcyra: pr. urbem (Sagburg); Aetolia: pr. Krionerion (Reis.); Thessalia: ad Lechonia pr. Volo (Sint.). — Mart. Maio. ⊙.

β. Foliorum laciniae anguste-lineares, acuminatae; flores parvi, 5—6 mm. longi, rosei, petalis apice fusco-purpureis.

3. **F. anatolica** Bois. in Schultz. Fl. Gall. exs. a. 1847, Diagn. VIII. p. 14, Fl. or. I. p. 136; Haussk. in Flora 1873 p. 505, Symb. p. 7; Heldr. Chlor. Parn. p. 12, Fl. Aegin. p. 232. — *F. Kraliki* Jord. Cat. Dijon 1848 p. 19. — *F. Thureti var. congesta* Heldr. Fl. Aegin. p. 232 ob flores parvos, fructus subglobosos, sublaeves huc spectare videtur. Icon: Hamm. Fum. Mon. t. 2. — Exsicc.: Heldr. Herb. norm. n. 1004.

Sepalis ovatis, acuminatis, corolla sublatioribus, dimidioque brevioribus; fructu laevi.

In vinetis, dumetis, cultis. Attica: mt. Kerata pr. Eleusis (Haussk.), ad Ilyssum pr. Guti, ad radices mt. Pentelicon et Hymettus, pr. Raphina, Porto Raphti, in Patalium insula Megalikyra, in mt. Hag. Nicolaos ins. Salamis (Heldr.); Boeotia (Bois.); mt. Parnassus (Heldr.); Argolis: penins. Methana, ins. Hydra (Heldr.); ins. Aegina: pr. Perivolia (Heldr.); ins. Paros (Leonis); Thessalia: pr. Volo, Velestinos (Heldr.). — Mart. Maio. ⊙.

b. Fructus ovato-globosus, acutiusculus, laeviter rugulosus.

4. **F. Thureti** Bois. Diagn. Ser. 2, I. p. 15, Fl. or. I. p. 137; Weiss in z. b. G. 1869 p. 51; Haussk. in Flora 1873 p. 494; Spreitz. n z. b. G. 1877 p. 719; Heldr. Fl. Cephal. p. 21. — *F. Reuteri* Bois. Pug. p. 4 sec. Haussk. in ö. b. Z. 1877 p. 51, Symb. p. 7 (f. *simplex*). Cf. Bois. Fl. or. Suppl. p. 28. — Exsicc.: Heldr. Herb. norm. n. 349, 903 et 1005.

Foliorum laciniis oblongo-linearibus, acutis; sepalis corolla sublatioribus et 2—3-plo brevioribus; floribus purpureis, sat magnis. Ab affini *F. anatolica* Bois. foliorum laciniis latioribus, floribus duplo majoribus et fructibus ovato-globosis, rugulosis differt.

α. **typica.** Caule erecto vel procumbente, saepe pumilo, simplici vel parum ramoso; floribus speciosis, purpureis.

β. **Heldreichii** Bois. Diagn. Ser. 2, I. p. 16 pro sp.; Fl. or. I. p. 137. — *F. Thureti β. laxa* Haussk. in Flora 1873 p. 496. — *F. Reuteri β. laxa et umbrosa* Haussk. Symb. p. 7. Elatior, laxa, erecta vel scandens, floribus pallide roseis, pedicellis abbreviatis.

In cistetis et pinetis regionis submontanae, nec non in collibus reg. inferioris. Attica: ad Patissia, Heptalophos, mt. Pentelicon, mt.

Parnes, mt. Corydalus (Heldr.), ad Cephissum, mt. Kerata pr. Eleusis, Kamariza in distr. Laurion (Haussk.), ins. Salamis, Petalium ins. Tragonisi (Heldr.); Boeotia: mt. Helicon (Orph.), Onion (Heldr.); Thessalia: pr. monast. Korona in Pindo (Haussk.), mt. Pelion supra Makrinitza (Heldr.); Argolis: pr. Tyrinthum, Nauplia (Haussk.); Achaia: mt. Kyllene pr. Trikala (Orph.); Zante (Weiss); Cephalonia: in oropedio Omala (Spreitz.). — Apr. Maio. ⊙.

§ 2. Pedicelli fructiferi erecti vel erecto patuli.

a. Fructus globosus vel ovato-globosus, apice obtusus vel apiculatus.

α. Flores majusculi, 7—12 mm. longi.

× Sepala corolla angustiora.

○ Sepala e basi latiore setaceo-acuminata, corolla multo angustiora; fructus obtusus, non compressus.

5. **F. macrocarpa** Parl. Pl. nov. p. 5; Clem. Sert. p. 9; Bois. Fl. or. I. p. 137; Raul. Cret. p. 704; Weiss in z. b. G. 1869 p. 51; Heldr. Fl. Cephal. p. 21; Haussk. in Flora 1873 p. 559, Symb. p. 8. — *F. megalocarpa* Bois. et Spr. Diagn. I. p. 68; Heldr. Fl. Aegin. p. 232. — Icon: Ham. Fum. Monog. t. 6. — Exsicc.: Heldr. Herb. norm. n. 348, Herb. Fl. Hellen. n. 69.

Foliorum laciniis oblongo-lanceolatis; floribus albo-roseis, apice virescentibus, sepalis lanceolato-linearibus, paucidentatis; fructu maximo (3—4 mm.), vix carinato, valde tuberculoso-rugoso.

α. **typica.** Caulibus erectis vel procumbentibus, simplicibus vel parum ramosis; foliorum laciniis angustioribus, obtusiusculis; floribus 8—12 mm. longis. *F. macrocarpa β. aprica* Haussk. Symb. p. 8.

β. **oxyloba** Bois. Diagn. VIII. p. 14 pro sp.; Bois. Fl. or. I. p. 138. — *F. macrocarpa β. laxa* Bois. et Heldr. in Raul. Cret. p. 704. — *F. macrocarpa β. laxa* et *γ. umbrosa* Haussk. in Flora 1873 p. 560, *α. umbrosa* Haussk. Symb. p. 8.

In cultis, rupestribus, campis. Attica: pr. Athenas non rara (Lycabettus, Acropolis, Hymettus, Pentelicon, Kerata); Thessalia: ad radices mt. Pelion pr. Volo (Heldr.); pr. Acrocorinthum et in peninsula Methana Argolidis (Haussk.); ins. Aegina (Heldr.), Syra et Tenos (Weiss); Cephalonia: ad radices mt. Aeni pr. Balsamata (Heldr.); Creta: pr. Kladiso, Perivolia, Anopolis, Hodighitria, Candia, Kaenuriokorio (Raul.). — Mart. Maio. ⊙.

○○ Sepala ovato-lanceolata, breviter acuminata, corolla triplo angustiora; fructus obtusus, carinato-compressus.

6. **F. major** Bad. in Moretti Bot. Ital. I. p. 10; Haussk. in Flora 1873 p. 555, Symb. p. 8; Bois. Fl. or. Suppl. p. 28. — *F. agraria* Bois. Fl. or. I. p. 138; Raul. Cret. p. 704; Weiss in z. b. G. 1869 p. 51, non Lag. Elench. hort. Matrit. 1816 p. 21, quae

differt sepalis longe acuminatis, paucidentatis, valde carinatis, bracteis longioribus et fructibus acuminatis. — ? *F. media* Marg. et R. Fl. Zante p. 28. — Icon: Rchb. f. 4455. — Exsicc.: Heldr. Herb. norm. n. 532, Fl. Hellen. n. 68; Dörfl. Fl. Aeg. n. 96.

Foliorum laciniis oblongo-lanceolatis; floribus roseis, apice atropurpureis, sepalis circumcirca dentatis; fructo magno, subcompresso, tuberculato-rugoso, apice subretuso. — A praecedente sepalis latioribus, circumcirca dentatis, floribus apice atropurpureis, fructibus minoribus, carinato-compressis diversa.

Ad sepes, vias, in vinetis, olivetis. Attica: pr. Athenas in oliveto versus Phalerum, pr. Amarysia (Heldr.), ad Cephissum (Raul.); Argolis: pr. Nauplia, in peninsula Methana (Haussk.); ins. Mykonos (Sart.), Paros, Melos (Leonis); Creta: pr. Canea (Heldr.); Zante (Marg.) — Mart. Maio ⊙.

7. **F. amarysia** Bois. et Heldr. in Fl. or. I. p. 138; Haussk. in Flora 1873 p. 551, Symb. p. 8. — Exsicc.: Heldr. Herb. Fl. Hellen. a. 1899. Specimina in Heldr. Herb. norm. n. 817 distributa ad speciem praecedentem pertinere videntur.

Foliorum laciniis oblongo-lanceolatis; floribus pallide roseis, apice purpurascentibus, sepalis irregulariter dentatis, basi incisis; fructu parvo, compresso, tuberculato-rugoso, obtuso. Praecedenti valde affinis et ab ea praesertim floribus et fructibus minoribus (an specifice) diversa.

Attica: in vinetis pr. Amarysia (Heldr.), ad Kephissum pr. Athenas et in mt. Kerata pr. Eleusis (Haussk.). — Mart. Maio. ⊙.

×× Sepala ovata, corollae aequilata vel ea sublatiora.

8. **F. Petteri** Rchb. Icon: Fl. Germ. III. p. 1, f. 4453 b, non aliorum! — *F. Gussonii* Bois. Diagn. VIII. p. 13; Haussk. Symb. p. 8; Hal. in z. b. G. 1899 p. 701. — Exsicc.: Heldr. Herb. Fl. Hellen. n. 66.

Foliorum laciniis oblongo-linearibus; racemis laxifloris; floribus roseis, 9—10 mm. longis, apice purpureis; sepalis circumcirca denticulatis, corollae tubo aequilatis; fructu parvo, globoso; subcompresso, ruguloso, bracteis pedicello plus duplo brevioribus.

In cultis, olivetis. Attica: pr. Athenas (Haussk.), in oliveto et pr. Kephissia (Heldr.); ins. Paros, Melos (Leonis); Corcyra (Sagb.) — Mart. Apr. ⊙.

9. **F. pikermiana** Bois. et Heldr. Diagn. Ser. 2, VI. p. 9; Haussk. in Flora 1873 p. 493, Symb. p. 7. — Icon: Steph. Fors. et Barb. Samos t. 5. — Exsicc.: Heldr. Herb. norm. n. 771.

Foliorum laciniis linearibus; racemis laxifloris; floribus roseis, 7—8 mm. longis, apice purpureis; sepalis irregulariter denticulatis, corollae tubo sublatioribus; fructu parvo, ovato, acutiusculo, subcompresso, tenuiter ruguloso, bracteis pedicello longioribus vel eis aequilongis. A sequentibus racemis laxifloris, floribus paulum majoribus et fructu ovato, nec globoso facile distinguitur.

In cultis, rare. Attica: pr. Pikermi et Chelidoni (Heldr.), Laurion, Kamariza (Haussk.); Petalium ins. Tragonisi (Heldr.); Argolis: ad Vromolimni in peninsula Methana (Haussk.). — Mart. Maio. ☉.

β. Flores parvi, 4—6 mm. longi.

× Sepala corolla latiora.

10. **F. densiflora** DC. Cat. hort. Monsp. p. 113; Marg. et R. Fl. Zante p. 28; Ung. Reise p. 132; Haussk. in Flora 1873 p. 508, Symb. p. 7; Heldr. Fl. Aegin. p. 232. — *F. micrantha* Lag. Elench. hort. Matrit. 1816 p. 21; Clem. Sert. p. 9; Bois. Fl. or. I. p. 136. — *F. parviflora* S. et Sm. Pr. II. p. 50, Fl. gr. t. 668. — Exsicc.: Heldr. Herb. norm. n. 133 et 1205.

Foliorum laciniis tenuissimis; racemis densifloris; sepalis orbiculari-ovatis, corolla vix dimidio brevioribus; floribus purpureis; fructu globoso, ruguloso.

In arvis, cultis. Attica: pr. Athenas (Heldr.), Kallithea (Leonis), Eleusis, mt. Hymettus (Haussk.); Thessalia: pr. Velestinos (Heldr.); pr. Corinthum (Haussk.); ins. Melos (Leonis); Zante (Marg.); Corcyra (Ung.). — Mart. Apr. ☉.

×× Sepala corolla angustiora.

11. **F. parviflora** Lam. Enc. II. p. 567; Ch. et B. Exp. p. 200, Fl. Pelop. p. 45; Friedr. Reise p. 267; Ung. Reise p. 132; Raul. Cret. p. 704; Bois. Fl. or. I. p. 135; Weiss in z. b. G. 1869 p. 51; Heldr. Fl. Cephal. p. 21, Fl. Aegin. p. 233; Haussk. in Flora 1873 p. 456, Symb. p. 7. — *F. leucantha* Viv. Fl. Cors. I. p. 12. — Icon: Rchb. f. 4451. — Exsicc.: Heldr. Herb. gr. norm. n. 132 et 1206, Herb. Fl. Hellen. n. 65; Baen. Herb. europ. n. 9261.

Foliorum laciniis tenuissime linearibus; racemis densiusculis; pedicellis apice incrassatis, bracteas aequantibus; sepalis erosulis, corollae tubo subaequilatis, ea 6-plo brevioribus; petalis albis, rarius roseis, apice purpureis, lamina petalorum superiorum obovata, retusa, mucronulata; fructu globoso, ruguloso, vix mucronulato.

In campis, vinetis, cultis. Attica: pr. Athenas, ad Phalerum (Heldr.), ad Ilyssum (Friedr.); pr. Corinthum et in Argolide (Haussk.); ins. Aegina (Heldr.), Syra et Tenos (Weiss); Messenia: pr. Pylos (Chaub.); Creta: pr. Canea, Guves (Raul.); Zante (Marg.); Cephalonia: pr. Argostoli (Heldr.); Corcyra (Ung.): pr. Kastrades (Baen.); Thessalia: pr. Volo, Aivali, Orman-Magula, Pharsalus (Haussk.). — Mart. Jun. ☉.

12. **F. Vaillantii** Lois. Not. p. 102; Bois. Fl. or. I. p. 135; Heldr. Chlor. Parn. p. 12; Haussk. Symb. p. 7. — Icon: Rchb. f. 4452. — *F. Wirtgeni β. minor* Haussk. in Flora 1873 p. 419 p. p. — Exsicc.: Heldr. Fl. gr. exs. n. 2649; Bald. It. Alb. Epir. IV. n. 55.

Foliorum laciniis lineari-lanceolatis; racemis paucifloris; pedicellis apice subincrassatis, bracteis sublongioribus; sepalis obsolete denticulatis, corollae tubo multo angustioribus, ea 8—10plo brevioribus; petalis

roseis, superiorum lamina obovata, crenula instructa; fructu globoso, ruguloso, obtuso.

In arvis. Prope Rachova in reg. inferiori Parnassi (Heldr.); Thessalia: pr. Pharsalum (Hausk.); Epirus: pr. Muspina distr. Janina (Bald.). — Mart. Jun. ⊙.

12. × 13. **F. Vaillantii × officinalis** Symb. p. 7. *F. abortiva* Haussk. l. c. „Humilis, glauca, divaricato-ramosa; racemis abbreviatis paucifloris; foliorum laciniis acutis; nuculis abortivis, mox deciduis, junioribus apicutalis, pedicellis eis *F. officinalis* brevioribus, crassioribus, bractea aequilongis, sepalis minoribus". — Rarissime inter parentes pr. Pharsalum (Haussk.).

b. Fructus obcordatus, transverse latior, apice retusus vel truncatus.

13. **F. officinalis** L. Sp. p. 700; S. et Sm. Pr. II. p. 50; Pieri Corc. Fl. p. 96; Dallap. Prosp. p. 95; Ch. et B. Exp. p. 200, Fl. Pelop. p. 45; Friedr. Reise p. 268 et 270; Fraas Fl. Class. p. 125; Bois. Fl. or. I. p. 134; Weiss in z. b. G. 1869 p. 51; Raul. Cret. p. 704; Heldr. Fl. Cephal. p. 21, Fl. Aegin. p. 232; Haussk. Symb. p. 6; Hal. in Beitr. Fl. Achaia p. 10; Bald. Riv. Coll. Alb. 1895 p. 6. — Icon: Rchb. f. 4454. — Exsicc.: Heldr. Herb. norm. n. 1204.

Virens, foliorum laciniis oblongo-linearibus; racemis densiusculis, sepalis ovatis, acuminatis, corolla triplo brevioribus; floribus mediocribus, purpureis.

β. **minor** Koch Syn. ed. 2 p. 1018. — *F. Wirtgeni, β. minor* Haussk. in Flora 1873 p. 419 p. p. — Glauca, floribus fere dimidio minoribus, albido-roseis. — Exsicc.: Orph. Fl. gr. n. 519. — Occurrunt ceterum formae, uti fere in omnibus speciebus enumeratis, depauperatae vel robustae, plus minus laxae, erectae vel scandentes, pauciflorae vel floribundae etc.

In vinetis, arvis regionis inf. et montanae, usque 1000 m. Attica: in oliveto et Acropoli Athenarum (Heldr.), pr. Eleusis, mt. Kerata, ad Cephissum (Haussk.), pr. Amarysia (Friedr.), mt. Hymettus (Fraas); Euboea: pr. Kastaniotissa (Heldr.), Petalium ins. Megalonisi (Holzm.); ins. Aegina: promont. Perdicca (Friedr.); ins. Syra (Weiss), Mykonos (Sart.); Peloponnesus (Chaub.): ad radices mt. Olenos pr. Hag. Vlasios (Hal.); Cephalonia: pr. Argostoli (Heldr.); Corcyra (Pieri): pr. Kastrades, Hag. Deka (Baen.); Epirus: mt. Murga distr. Janina (Bald.); Thessalia: pr. Pharsalus, Karditza, Korona (Haussk.); Creta: pr. Canea, Theriso (Raul.). *β.* Laconia: mt. Malevo (Orph.); ins. Keos (Heldr.). — Mart. Sept. ⊙.

VI. Ordo. Cruciferae Juss. Gen. p. 237.

I. Series. *Latiseptae* Willk. et L. Pr. Fl. Hisp. III. p. 748. Siliqua vel silicula, per totam longitudinem dehiscens (rarissime apice indehiscens); valvae intus continuae, rarius septiferae, planae vel concavae, nec septo contrarie compressae, septo cum valvis aequilato.

1. Tribus. *Arabideae* Wettst. in ö. b. Z. 1889 p. 328. Siliqua angusta, elongata, rarissime siliculaeformis, seminibus saepissime uniseriatis; cotyledones accumbentes vel incumbentes, rectae, convolutae vel transverse (nec longitudinaliter) plicatae.

a. Cotyledones saepissime accumbentes.

1. **Arabis** L. Gen. n. 818.

§ 1. Ala seminis latissima; siliquae decurvatae.

1. Sectio. *Lomaspora* DC. Syst. II. p. 234. Calyx basi aequalis; petalorum lamina patens; glandulae valvariae annulares, placentariae obsoletae.

1. **A. turrita** L. Sp. p. 665; Ch. et B. Exp. p. 187; Bois. Fl. or. I. p. 177; Form. in Ver. Brünn 1896 p. 80. — Icon: Rchb. f. 4345. — Exsicc.: Sint. et Bornm. Iter turc. n. 1159.

Pube ramosa puberula; caule erecto subsimplici; foliis denticulatis, radicalibus ellipticis, in petiolum attenuatis, caulinis oblongis, cordato-amplexicaulibus; racemo bracteato; floribus lutescentibus; siliquis in pedicello erecto decurvatis.

In regione abietina. Thessalia: in mt. Olympus (Orph.), in valle Tempe (Form.); Laconia: mt. Malevo (Orph.), Taygetos (Chaub). — Apr. Maio. ⊙ et ♃.

2. **A. Dörfleri** Hal. in Dörfl. Fl. gr. exs. n. 359. Inferne pube ramosa puberula, superne glabra, glaucescens; caule erecto, simplici vel ramoso; foliis radicalibus oblongis, grosse profundeque dentatis vel sublyratis, caulinis ovato-oblongis vel oblongis, cordato-auriculatis, integris vel subintegris; racemo ebracteato; floribus roseis; siliquis (junioribus) in pedicello patulo vel refracto decurvatis. — Habitu praecedentis sed gracilior et notis indicatis, praesertim floribus roseis ab ea diversissima.

In regione abietina mt. Korax loco dicto Kritaria Aetoliae (Leon.) — Maio. ⊙.

§ 2. Alla seminis nulla vel angustissima; siliquae erectae vel erecto-patulae.

a. Caulis foliatus.

α. Folia caulina glaberrima.

2. Sectio. *Conringioides* Bois. Fl. or. I. p. 165. Calyx basi aequalis; petala oblongo-linearia, erecta; glandulae valvariae annulares, placentariae obsoletae.

× Semina biseriata.

3. **A. glabra** (L.) Weinm. in Cat. Hort. Dorp. 1810 p. 18. — *A. perfoliata* Lam. Dict. I. p. 219; Haussk. Symb. p. 11. — *Turritis glabra* L. Sp. p. 666; Ch. et B. Exp. p. 188, Fl. Pelop. p. 42; Form. in Ver. Brünn 1897 p. 57. — *A. pseudoturritis* Bald. riv. coll. bot. Alb.

1896 p. 11. — Icon: Rchb. f. 4376. — Exsicc.: Bald. It. Alb. Epir. IV. n. 5.

In montanis et subalpinis. Thessalia: mt. Ghavellu et Karava Pindi dolopici (Haussk.), Phlambures et Mitriza in mt. Chassia (Form.); Epirus: mt. Micikeli distr. Janina (Bald.); Messenia: pr. Messene et Phigalia (Chaub.). — Maio, Jul. ⊙.

×× Semina uniseriata.

4. **A. pseudoturritis** Bois. et Heldr. Diagn. Ser. 2, I. p. 20; Bois. Fl. or. I. p. 168; Heldr. Chlor. Parn. p. 12. — *A. crepidipoda* Hal. in Beitr. Fl. Thessal. p. 7, an Griseb. in ö. b. Z. 1873 p. 268. — Icon: Coss. Fl. Atl. t. 12. — Exsicc.: Orph. Fl. gr. n. 650 et 651; Sint. It. Thessal. n. 222.

Caule elato, simplici vel parce ramoso; racemis laxissimis; petalis pallide-ochroleucis; siliquis strictissimis, compressis. — Racemo laxissimo et seminibus uniseriatis a praecedente differt.

In regione subalpina et alpina, rarissime. Thessalia: in mt. Oxya (Hal.) et pr. Vitomo in Pindo (Sint.), in Olympo supra Hag. Dionysios (Heldr.); in Parnasso (Heldr.); Laconia: mt. Malevo (Orph). — Maio, Jul. ⊙.

5. **A. laxa** S. et Sm. Pr. II. p. 28; Ch. et B. Exp. p. 187, Fl. Pelop. p. 42; Bois. Fl. or. I. p. 168.

Caule elato, ramoso; racemis densiusculis; petalis albis; siliquis patulis, tetragono-compressis.

In agro Laconico (Sibth.). ♃ sec. Sibthorp, ⊙ sec. Boissier. N. v.

β. Folia caulina hirsuta vel ciliata.

3. Sectio. *Turritella* C. A. Mey. in Led. Fl. Alt. III. p. 13. Calyx basi subaequalis; petala oblongo-linearia vel obovato-oblonga, erecta; glandulae valvariae geminatae vel obsoletae, placentariae annulares.

× Folia caulina sagittata.

○ Flores albi vel ochroleuci.

. Biennes vel perennes; pedicelli fructiferi erecti.

6. **A. constricta** Griseb. Spic. I. p. 249; Haussk. Symb. p. 11. — *A. hisuta. β. glabrescens* Bois. Fl. or. I. p. 170. — Exsicc.: Heldr. It. IV. Thessal. a. 1885 sub *A. Haussknechtiana* n. sp.; Sint. It. Thessal. n. 796.

Radice perenni, stolones foliosos, repentes edente; caule spithameo, glaberrimo; foliis utrinque glabris vel subglabris, margine ciliatis; floribus confertis; petalis obovato-oblongis, albis.

In pratis subalpinis et alpinis. In mt. Ghavellu et Karava Pindi Dolopici (Haussk.) et in mt. Zygos Pindi Tymphaei (Sint.). — Jun. Jul. ♃.

7. **A. hirsuta** (L. Sp. p. 666; S. et Sm. pr. II. p. 29 *Turritis*); Ch. et B. Exp. p. 187, Fl. Pelop. p. 42; Bald. riv. coll. bot. Alb.

1896 p. 12. — *A. sagittata* Bert. Am. It. p. 185 (*Turritis*); DC. Fl. Fr. V. p. 592; Bois. Fl. or. I. p. 170; Haussk. Symb. p. 11; Hal. in z. b. G. 1899 p. 701.

Radice bienni, estolonosa; caule elato, foliisque plus minus hirsuto; floribus confertis; petalis anguste oblongo-linearibus, albis.

In regione montana et subalpina, rare. Thessalia: in oropedio Neuropolis et in mt. Ghavellu et Karava in Pindo (Haussk.), in mt. Pelion (Heldr.); Laconia (Sibth.): mt. Malevo (Orph.), Taygetos (Zahn); Messenia: pr. Korone et Methone (Chaub.); Corcyra (Sagburg); Epirus: mt. Micikeli, pr. Kastrica distr. Janina (Bald.). — Apr. Maio. ⊙.

8. **A. ochroleuca** Bois. et Heldr. Diagn. Ser. 2, 1, p. 21; Bois. Fl. or. I. p. 171; Hal. in Beitr. Fl. Achaia p. 10. — Exsicc.: Heldr. n. 2161; Orph. Fl. gr. n. 247; Hal. It. gr. sec. a. 1893.

Radice perenni, estolonosa; caule pumilo, 10—15 cm. alto, basi hirto caeterum glabro; foliis caulinis parce hirtulis; floribus remotiusculis, petalis oblongo-linearibus, ochroleucis.

Rarissime in regione alpina mt. Korax Aetoliae (Leon.), mt. Kyllene (Heldr.) et Panachaicon (Hal.) Achaiae, alt. 1800—2100 m. — Jun. Jul. ♃.

.. Annua; pedicelli fructiferi patuli.

9. **A. auriculata** Lam. Dict. I. p. 219; Raul. Cret. p. 705. — Icon: Rchb. f. 4334.

Creta: in cacumine mt. Lazaro in montibus Lassiti (Heldr.). — Maio ⊙.

○○ Flores lilacini.

10. **A. verna** (L. Sp. p. 664; S. et Sm. Pr. II. p. 27 *Hesperis*); Ch. et B. Exp. p. 188, Fl. Pelop. p. 42; Friedr. Reise p. 269 et 277; Ung. Reise p. 132; Bois. Fl. or. I. p. 168; Raul. Cret. p. 705; Weiss in z. b. G. 1869 p. 51; Spreitz. in z. b. G. 1877 p. 720; Heldr. Fl. Cephal. p. 21, Fl. Aegin. p. 234; Hausskn. Symb. p. 11; Gelmi in Bull. soc. bot. Ital. 1889 p. 448; Hal. in ö. b. Z. 1897 p. 60; Fors. in Bull. Bois. III. p. 87. — Icon: Fl. Gr. t. 641. — Exsicc.: Heldr. Herb. gr. dimorph. n. 96; Sint. It. Thess. n. 64.

In cultis, arenosis, saxosis reg. inferioris et montanae usque 1000 m. Attica: in mt. Pentelicon et Hymettus (Heldr.), Kerata (Haussk.); pr. Acrocorinthum (Haussk.); Argolis: pr. Argos (Chaub.), Potamia (Friedr.), Nauplia (Haussk.); ins. Aegina (Friedr.): pr. Conto (Heldr.); Cycladum ins. Tenos (Weiss), Syra (Forsyth), Melos (Leon.); Euboea: pr. Kurbatzi (Willd); Sporadum ins.: Skopelos et Skiathos (Leon.); Laconia et Messenia (Sibth.): pr. Phigalia (Chaub.); Creta: pr. Akroteri, Prosnero, Askyphos, Anopolis (Raul.); Cephalonia: mt. Aenos (Ung.) et Atro (Heldr.); Corcyra: mt. Deka (Ung.), Pantocrator (Spreitz.); Thessalia: pr. Kalabaka (Sint.); Aetolia: mt. Korax (Leon.). — Mart. Maio ⊙.

×× Folia caulina basi rotundata.

11. **A. muralis** Bert. Pl. rar. dec. II. p. 37; Bois. Fl. or. I. p. 171; Spreitz. in z. b. G. 1877 p. 720; Form. in d. bot. Mon. 1891 p. 34; Heldr. Chlor. Parn. p. 12; Haussk. Symb. p. 11; Fritsch in z. b. G. 1894 p. 310; Hal. Beitr. Fl. Epir. p. 12, Fl. Achaia p. 10, in z. b. G. 1899 p. 701; Bald. riv. coll. bot. Alb. 1896 p. 12. — Icon: Rchb. f. 4339. — Exsicc.: Heldr. Fl. Gr. n. 3277.

β. **cretica** Bois. et Heldr. Diagn. VIII. p. 20 pro sp.; Bois. Fl. or. I. p. 172.

Differt a typo indumento multo minus copioso, pilis partis superioris simplicibus. Huc pertinet probabiliter *A. bellidifolia* Sieb. Reise I. p. 437.

In rupestribus regionis abietinae. Corcyra: mt. Pantocrator supra Barbati (Spreitz.); Epirus: mt. Olycika (Bald.), pr. Kalarrytes (Hal.); Thessalia: pr. Chaliki, Lepeniza (Form.), Malakasi, mt. Zygos (Haussk.); Aetolia: mt. Korax (Leon.), mt. Parnassus (Heldr.); Euboea: mt. Dirphys (Pichl.); Achaia: pr. Megaspilaeon (Hal.), mt. Chelmos (Orph.); Laconia: mt. Taygetos (Zahn). *β*. Creta: pr. Askyphos, mt. Volakia in mt. Sphacioticis, pr. Lazaro in mt. Lassiti (Raul). — Mai. Jun. ♃.

4. Sectio. *Euarabis* C. A. Mey. in Ledeb. Fl. Alt. III. p. 13. Calyx bisaccatus; petalorum laminae dilatatae, patentes; glandulae valvariae utrinque deflexae elongatae, placentariae solitariae, rarius bipartitae vel nullae. Species perennis, surculos steriles edens.

12. **A. caucasica** Willd. En. hort. Berol. Suppl. p. 45; Hal. Beitr. Fl. Epir. p. 12; Bald. riv. coll. bot. Alb. 1896 p. 12. — *A. albida* Stev. Cat. hort. Gorenk. p. 51; Bois. Fl. or. I. p. 174; Raul. Cret. p. 705; Heldr. Chlor. Parn. p. 12; Hausskn. Symb. p. 11. — *A. alpina* S. et Sm. Pr. II. p. 27, non L. Sp. p. 664, a qua nostra rosulis sterilibus numerosioribus et floribus fere dimidio majoribus differt; ejus subspecies austroorientalis. — Exsicc.: Orph. Fl. Gr. n. 374; Sint. It. Thessal. n. 805.

Specimina graeca gaudent plerumque caulibus elongatis, teneris, magis caespitosis, foliis minoribus, minus vestitis (*A. albida β. umbrosa* Bois. l. c.) et dentatis, atque floribus minoribus.

In rupestribus regionis alpinae. Epirus: mt. Olycika, mt. Kuruna, mt. Papignon (Bald.), mt. Peristeri (Hal.); Thessalia: in valle Negerli (Sint.), mt. Karava (Haussk.); Aetolia: mt. Tymphrestus (Sprun.); Doris: mt. Kiona (Hal.), mt. Parnassus (Heldr.); Euboea: mt. Dirphys (Heldr.); Achaia: mt. Kyllene (Orph.), Chelmos (Hal.); Creta: mt. Psiloriti (Sibth.), Lassiti et mt. Sphaciotici (Raul). — Mai. Jul. ♃.

b. Caules aphylli. Planta pulvinari-caespitosa.

5. Sectio. *Drabopsis* Griseb. Spic. I. p. 247. Calyx bisaccatus; petalorum lamina dilatata, patens; glandulae valvariae geminatae, placentariae annulares.

13. **A. bryoides** Bois. in Ann. sc. nat. 1842 I. p. 55; Bois. Fl. or. I. p. 173; Hal. in z. b. G. 1888 p. 748, in ö. b. Z. 1897 p. 282;

Heldr. Chlor. Parn. p. 12. — *A. drabiformis* Griseb. in It. Rum. I. p. 312 (1841) solum nomen, Spicil. Fl. Rum. I. p. 248 (1843). — Icon: Rouy Ill. pl. rar. X. p. 75, t. 227. — Exsicc.: Heldr. Fl. Hellen. n. 2162; Hal. It. gr. anni 1888.

Habitus Drabae, a quo genere differt siliqua lineari, seminibus uniseriatis et calyce bisaccato.

In rupestribus regionis alpinae, rarissime. In mt. Korax (Tuntas), Kiona (Hal.), Parnassus (Heldr.), Olympus (Orph.), Chelmos et Olenos (Heldr.). Jun. Jul. ♃.

2. Cardamine L. Gen. n. 812.

1. Sectio. *Eucardamine* Bois. Fl. or. I. p. 160. Funiculi tenues; siliqua linearis.

a. Flores rosei, petalorum lamina obovata, patens; antherae luteae.

1. **C. acris** Griseb. Spic. I. p. 253; Heldr. in Sitzb. Acad. Wiss. Berlin 1883 p. 4; Hal. in ö. b. Z. 1895 p. 125; Haussk. Symb. p. 12. — Exsicc.: Heldr. Fl. Thessal. a. 1883.

Caule sulcato, crassiusculo (inferne 4—6 mm. diam.); foliis 2—5 jugis, foliolis foliorum imorum et caulinorum conformibus, ovali-subrotundis, repandis, terminali maximo (usque 7 cm. lato) cordato-orbiculari; siliquis patentibus, pedicello duplo longioribus.

Planta graeca differt a diagnosi Grisebachii, nec non a speciminibus macedonicis et thracicis, foliis imis amplioribus, caulinis pauci-(1—2) jugis et caule jam a medio longe ramoso.

In scaturiginosis et ad rivulos. In mt. Pelion pr. Portaria, alt. 700—1500 m. Thessaliae (Heldr.); mt. Dirphys Euboeae (Heldr.); mt. Vardusia Aetoliae (Leon.). — Apr. Mai. ♃.

2. **C. pratensis** L. Sp. p. 656; Dallap. Prosp. p. 89; Haussk. Symb. p. 12. — Icon: Rchb. f. 4308.

Caule tenui, striato; foliis 3-plurijugis, foliolis difformibus, foliorum imorum subrotundis, subdentatis, caulinorum lineari-oblongis, siliquis erectis pedicello longioribus. Priori omnibus partibus multo minor.

In alpinis ad rivulos mt. Ghavellu et Karava Pindi Dolopici (Haussk.) et in Cephalonia: pr. Livato (Dallap.) — Apr. Mai. ♃.

b. Flores albi.

α. Petalorum lamina oblongo-cuneata, patens, antherae violaceae.

3. **C. barbaraeoides** Hal. in Beitr. Fl. Epir. p. 12, t. 1; Fritsch in z. b. G. 1895 p. 372. — *C. acris* Bald. riv. coll. bot. Alb. 1896 p. 9. — Exsicc.: Hal. It. Gr. sec. a. 1893; Sint. It. Thessal. n. 793; Bald. It. Alb. Epir. IV. n. 200.

Glabra; rhizomate repente; caule elato, crassiusculo, sulcato, 50—80 cm. alto, simplici vel apice parce ramoso; foliis crassiusculis, imis 2—3 jugis, caulinis 1—2 jugis, foliolis ovato-oblongis, repandis, terminali multo majore, cordato-orbiculari; racemis confertis, demum elongatis;

petalis angustis; siliquis erecto-patentibus, pedicello duplo longioribus, in stylum siliquae latitudine aequilongum attenuatis.

Proxima *C. amarae* L., habitu graciliore, foliis 2—4 jugis, foliolo terminali lateralibus aequi magno vel submajore, petalis majoribus obovato-cuneatis, stylo siliquae latitudine subduplo longiori, distinctae.

Ad rivulos regionis subalpinae et alpina. Epirus: mt. Smolika (Bald.), mt. Peristeri supra Syraku (Hal.), mt. Turnara supra Chaliki (Sint.). — Apr. Maio. ♃.

Obs. *C. amara* L. Sp. p. 656 secundum Friedr. Reise. p. 275 in insula Poros vel in litore adjacenti Argolico crescere dicitur, sed certe immerito vel ex confusione.

β. Petalorum lamina anguste oblongo-cuneata, erecta; antherae luteae.

× Petioli basi auriculati.

4. **C. pectinata** Pall. in DC. Syst. II. p. 264; Bois. Fl. or. I. p. 160. — Exsicc.: Herb. Heldr. n. 2402.

Habitu *C. impatientis* L., a qua foliis 2—3 jugis, floribus duplo majoribus, petalis calyce 2½plo longioribus et siliquis latioribus differt.

In pinetis umbrosis mt. Olympi Thessaliae (Heldr.) rare. — Maio. Jun. ⊙.

×× Petioli non auriculati.

5. **C. hirsuta** L. Sp. p. 655; S. et Sm. Pr. II. p. 18; Ch. et B. Exp. p. 187, Fl. Pelop. p. 42; Marg. et R. Fl. Zante p. 28; Friedr. Reise p. 267 et 273; Clem. Sert. p. 11; Ung. Reise p. 132; Bois. Fl. or. I. p. 160; Weiss in z. b. G. 1869 p. 51; Heldr. Fl. Cephal. p. 21, Fl. Aegin. p. 234; Haussk. Symb. p. 12; Hal. in ö. b. Z. 1897 p. 60. — Icon: Rchb. f. 4304. — Exsicc.: Heldr. Pl. Fl. Hellen. a. 1879, 1891, 1894; Heldr. et Hal. Fl. Sporad. a. 1896.

In umbrosis. Attica: pr. Athenas (Friedr.), in mt. Kerata pr. Eleusis (Haussk.), in valle Cephissi pr. Podoniphti et in mt. Hymetti faucibus (Heldr.); Argolis (Sibth.): pr. Troezene (Friedr.); ins. Aegina: pr. Perivolia (Heldr.); Laconia: mt. Taygetos (Zahn); Messenia: pr. Methone, Corone, Messene (Chaub.); Zante (Marg.); Cephalonia: mt. Aenos (Heldr.); Corcyra (Ung.): pr. urbem (Sagburg); Epirus: pr. Janina (Bald.); Thessalia: mt. Zygos in Pindo (Haussk.); Sporadum ins. Scopelos (Leonis); Cycladum ins. Syra (Weiss). — Febr. Apr. ⊙.

2. Sectio. *Chelidonia* Bois. Fl. or. I. p. 163. Funiculi plus minus dilatati; siliquae lanceolatae.

a. Foliola subsessilia, integra.

6. **C. glauca** Spreng. in DC. Syst. II. p. 266; Haussk. Symb. p. 12; Fritsch in z. b. G. 1894 p. 323; Bald. riv. coll. bot. Alb. IV. p. 10. — Exsicc.: Heldr. It. IV. Thessal. a. 1885; Sint. It. Thessal. n. 572; Bald. It. Alb. Epir. IV. n. 203.

Glauca, glabra; caulibus erectis vel adscendentibus; foliorum caulinorum foliolis oblongis; pedicellis fructiferis elongatis, divaricatis, interdum recurvis; siliquis glabris, stylo latitudine siliquae longiori terminatis; placentis margine carinatis.

In umbrosis, subalpinis. Epirus: mt. Smolika (Bald.); mt. Zygos supra Metzovo (Heldr.) et in mt. Tragopetra pr. Malakasi (Sint.) in Pindo. — Jun. Jul. ⊙.

7. **C. carnosa** W. et K. Pl. Hung. II. p. 137, t. 129; Bois. Fl. or. I. p. 163. — *Pteroneurum carnosum* DC. Syst. II. p. 270. — Exsicc.: Heldr. Herb. n. 2408; Orph. Fl. gr. n. 631.

Pubescens; caulibus diffusis; foliolis obovatis; pedicellis fructiferis brevibus, erecto-patulis; siliquis pubescentibus, stylo latitudine siliquae aequilongo terminatis; placentis margine obtusis.

Ad nives deliquescentes in regione alpina mt. Olympi Thessaliae, rare (Heldr.). — Jul. Aug. ⊙.

b. Foliola petiolulata, lobata vel partita.

8. **C. graeca** L. Sp. p. 655; S. et Sm. Pr. I. p. 18; Pieri Corc. Fl. p. 90; Ch. et B. Exp. p. 187, Fl. Pelop. p. 42; Bois. Fl. or. I. p. 164; Raul. Cret. p. 704; Heldr. Fl. Cephal. p. 21, Chlor. Parn. p. 12; Haussk. Symb. p. 12; Fritsch in z. b. G. 1894 p. 325; Hal. in ö. b. Z. 1895 p. 125; Bald. riv. coll. Alb. 1895 p. 6; Boissieu in Bull. soc. bot. Fr. 1896 p. 283. — *Pteroneurum graecum* DC. Syst. II. p. 270; Friedr. Reise p. 281; Ung. Reise p. 132; Spreitz. in z. b. G. 1877 p. 720. — Icon: Fl. gr. t. 631. — Exsicc.: Orph. Fl. gr. n. 630; Sint. It. Thess. n. 63.

β. **eriocarpa** DC. Syst. II. p. 270 pro var. *Pteroneuri graeci*. — *P. graecum v. trichocarpum* Rchb. Pl. crit. IV. t. 397. — *P. trichocarpum* Jord. Diagn. p. 132. — *P. creticum* Jord. Diagn. p. 133. — *P. graecum β. lasiocarpum* Bois. et Held. Diagn. VIII. p. 20. — *C. graeca β. lasiocarpa* Bois. Fl. or. I. p. 164; Raul. Cret. p. 704. — Siliquae papillis albis obsitae.

In rupestribus regionis inferioris et montanae. Attica: mt. Hymettus (Orph.), Parnes (Heldr.), Kerata pr. Eleusis (Haussk.); mt. Parnassus (Sibth.); Laconia: mt. Taygetos (Bois.); pr. Androvista (Chaub.); Arcadia: mt. Diaforti (Friedr.); Messenia: pr. Messene, Phigalea (Chaub.); Achaia: pr. Psatopyrgos (Reis.), Patras (Chaub.); Cephalonia: mt. Aenos (Ung.); Corcyra (Pieri); Thessalia: pr. Kalabaka (Boissieu), mt. Pelion (Heldr.). — *β.* mt. Lassiti supra Malea in Creta (Heldr.). — Apr. Maio. ⊙.

3. Ricotia L. Gen. n. 810.

1. **R. cretica** Bois. et Held. Diag. VIII. p. 29; Bois. Fl. or. I. p. 255; Raul. Cret. p. 707, t. 3. — *Cardamine cretica* Griseb. Fl. europ. fragm. p. 53. — Exsicc.: Heldr. Pl. Cret. n. 1368.

Habitu paulo *Cardaminis graeci*, sed caules teneriores, elongati, flores majores, rosei, siliqua lata.

In rupestribus regionis inf. et montanae, usque 1000 m., Cretae pr. Hag. Paulos, inter Prosnero, Askyphos et Anopolis, pr. Hag. Joannes-Kaimenos (Raul.). — Mart. Apr. ⊙.

4. Dentaria L. Gen. p.

1. **D. bulbifera** L. Sp. p. 653; Ung. Reise p. 132; Bois. Fl. or. Suppl. p. 32; Haussk. Symb. p. 12; Fritsch in z. b. G. 1894 p. 327. — Icon: Rchb. f. 4318. — Exsicc.: Orph. Fl. gr. n. 1124; Heldr. Fl. Thessal. a. 1883.

In regione silvatica montium. Thessalia: mt. Ghavellu Pindi Dolopici (Haussk.), mt. Pelion pr. Mures (Heldr.); Euboea (Ung.): mt. Dirphys (Orph.). — Apr. Maio. ♃.

5. Nasturtium R. Br. Hort. Kew. ed. 2. IV. p. 109.

1. **N. fontanum** Lam. Dict. II. p. 185 (*Cardamine*); Aschers. Fl. Brand. p. 32; Hal. in ö. b. Z. 1895 p. 125, 1897 p. 60, in z. b. G. 1899 p. 701; Heldr. Fl. Aegin. p. 234. — ***Sisymbrium nasturtium*** L. Sp. p. 657; Dall. Prosp. p. 99; Ch. et B. Exp. p. 188, Fl. Pelop. p. 42. — *N. officinale* R. Br. l. c. p. 110; Marg. et R. Fl. Zante p. 26; Friedr. Reise p. 278; Fraas Fl. Class. p. 118; Bois. Fl. or. I. p. 178; Raul. Cret. p. 705; Weiss in z. b. G. 1869 p. 51; Heldr. Fl. Cephal. p. 21; Hal. in Beitr. Fl. Achaia p. 10; Bald. in nov. giorn. bot. 1894 p. 92. — Icon: Rchb. f. 4359. — Exsicc.: Heldr. et Hal. Fl. Sporad. a. 1896; Dörfl. Fl. Aeg. n. 31.

In aquis stagnantibus vel lente fluentibus. Attica: in regione media mt. Pentelicon (Heldr.), Parnes et Hymettus (Fraas); Argolis: in lacu Lerna (Friedr.); Achaia: pr. Kalavryta (Hal.); Messenia (Chaub.): pr. Kalamata (Zahn); Creta: ad fluvium Jardanus (Weiss), pr. Canea, Askyphos, Anopolis (Raul.); Zante (Marg.); Cephalonia: pr. Kutavo, in stagno Akoli, pr. Pessada (Heldr.); Corcyra: ad radices mt. Deca (Bald.); Aetolia: pr. Krionerion (Reis.), Musinitza (Leon.); Sporadum ins. Skopelos et Cycladum ins. Paros (Leon.). — Apr. Maio ♃.

6. Barbarea R. Br. Hort. Kew. IV. p. 109.

a. Flores ebracteati.
  α. Folia lyrata, summa cuneato-flabellata, incisa vel dentata.
    × Racemi fructiferi elongati.
      ○ Pedicelli fructiferi crassi, patentes, siliqua 8plo breviores; stylus crassiusculus, siliquae latitudine sublongior.

1. **B. macrophylla** Hal. in Beitr. Fl. Thessal. p. 6 pro var. *B. vulgaris*; Hal. in z. b. G. 1899 p. 130. — Exsicc.: Hal. It. gr. secund. a. 1893.

Caule elato, 70—80 cm. alto, a medio longe-ramoso; foliis radicalibus amplis, adultis cum petiolis 30 cm. longis, lobo terminali maximo, 10 cm. diametro, ovato-orbiculari, basi profunde cordato; floribus ignotis; siliquis 3—4 cm. longis, rigidis, carinatis, subtorulosis. Hisce notis, ut videtur, ab affini *B. vulgari* specifice distincta.

In regione media mt. Pelion supra urbem Volo (Leon.). — Maio, Jun. ⊙.

○○ Pedicelli fructiferi erecti vel erecto-patuli, siliqua 5—6plo breviores; stylus tenuis, siliquae latitudine 2—3plo longior.

2. **B. vulgaris** R. Br. Hort. Kew. IV. p. 109; Hal. in z. b. G. 1899 p. 130. — *Erysimum barbarea* L. Sp. p. 660; S. et Sm. Pr. II. p. 22; Ch. et B. Exp. p. 189, Fl. Pelop. p. 43. — Icon: Rchb. f. 4356.

Racemis sub anthesi densis; siliquis junioribus rectis, adultis erecto-patulis, vix torulosis.

In agro Laconico (Sibth.), pr. Kalamata et Messene Messeniae (Chaub.). — Apr. Maio. ⊙. N. v.

3. **B. arcuata** Opiz in Presl. Fl. Cech. p. 138 (*Erysimum*); Rchb. Fl. germ. exc. p. 683; Hal. in z. b. G. 1899 p. 130. — *B. arcuata β. brachycarpa* Haussk. Symb. p. 10. — *B. Haussknechtii* Hal. Beitr. Fl. Thessal. p. 7. — Icon: Rchb. f. 4357. — Exsicc: Heldr. It. IV. Thessal. a. 1885; Sint. It. Thessal. n. 791.

Racemis sub anthesi laxis; siliquis junioribus arcuatis, adultis erectis, rachidi fere adpressis, subtorulosis.

Thessalia: in oropedio Neuropolis (Heldr.) Pindi Dolopici, in regione subalpina mt. Ghavellu et Karava adscendens (Haussk.). — Maio, Junio. ⊙.

××. Racemi fructiferi brevissimi, in corymbos terminales congesti.

4. **B. conferta** Bois. et Heldr. in Fl. or. Suppl. p. 36; Hal. in z. b. G. 1899 p. 130. — Exsicc.: Heldr. Fl. Hellen. n. 3646.

Floribus parvis, pallide luteis, petalis lineari-oblongis; siliquis valde confertis, rigidis, carinatis, vix torulosis, stylo earum latitudine longiore.

Ad rivulos regionis mediae mt. Kyllene supra Trikala Achaiae (Heldr.). — Maio, Julio. ⊙.

β. Folia caulina, saltem media et superiora regulariter pinnatisecta, foliolis lineari-oblongis.

5. **B. sicula** Presl. Del. Prag. p. 17; Hal. Beitr. Fl. Epir. p. 12, in z. b. G. 1899 p. 130; Bald. riv. coll. bot. Alban. 1895 p. 7, 1896 p. 13. — Icon: Lojac. Fl. Sic. I. t. 13. — Exsicc.: Hal. It. gr. sec. a. 1893; Sint. It. Thessal. n. 787.

Humilior, foliis, radicalibus parvis, lyratis, lobo terminali orbiculato; floribus flavis, petalis oblongo-cuneatis; siliquis compressis, ancipitibus, vix torulosis, patentibus, stylo siliqua latitudine subduplo longioribus. Species distincta.

In herbidis humidiusculis. Epirus: in regione alpina inferiore mt. Tsumerka supra pag. Theodoriana (Hal.), nec non in ejus jugo Kakardista, in mt. Smolika et Papignon (Bald.); Thessalia: in mt. Said Pascha Pindi tymphaei (Sint.). — Jun. Jul. ⊙.

b. Flores bracteati.

6. **B. bracteosa** Guss. Fl. Sic. Pr. II. p. 257; Haussk. Symb. p. 11; Hal. Beitr. Fl. Epir. p. 12, in z. b. G. 1899 p. 130. — Icon:

Lojac. Fl. Sic. I. t. 14. — Exsicc.: Heldr. It. IV. Thessal. a. 1885; Sint. It. Thessal. n. 790.

Humilior, foliis imis lyratis, caulinis adscendendo simplicibus, sessilibus, ovato-cuneatis, dentatis, sursum in bracteis abeuntibus; floribus parvis; siliquis erectis, rachi adpressis, subtorulosis, stylo brevi apiculatis.

In subalpinis et alpinis. Epirus: mt. Peristeri (Hal.); Thessalia: mt. Zygos (Heldr.) et Oxya (Sint.) Pindi tymphaei. — Jun. Jul. ⨀.

7. Matthiola R. Br. Hort. Kew. IV. p. 119.

1. Sectio. *Pachynotum* DC. Syst. II. p. 63. Siliqua compressa, late linearis, lobis stigmatosis dorso incrassatis, rarissime breviter cornigeris; semina late alata. Flores purpurei, violocci vel albi.

1. **M. incana** (L. Sp. p. 662; S. et Sm. Pr. II. p. 24 [*Cheiranthus*]); R. Br. l. c.; Fraas Fl. Class. p. 116; Bois. Fl. or. I. p. 148; Raul. Cret. p. 704; Hal. in ö. b. Z. 1897 p. 60. — *Ch. annuus* L. Sp. p. 662; Pieri Corc. Fl. p. 90 (forma annua). — Icon: Rchb. f. 4354. — Exsicc.: Heldr. et Hal. Fl. Sporad. a. 1896; Heldr. Fl. Hellen. a. 1898.

Caule basi suffruticoso, cicatricoso, foliorum fasciculo terminato; foliis lanceolato-oblongis, integris; pedicellis siliquisque adpresse albo-tomentosis, eglandulosis.

β. **graeca** Pers. Syn. II. p. 201 (*Cheiranthus*) pro sp. — *M. incana β. glabra* Bois. Fl. or. I. p. 948. Foliis utrinque glabris, subviridibus.

γ. **fenestralis** L. fil. Dec. 31 t. 16; S. et. Sm. Pr. II. p. 24 (*Cheiranthus*) pro sp. — *M. fenestralis* R. Br. Hort. Kev. IV. p. 119; Bois. Fl. or. I. p. 148; Raul. Cret. p. 704. — Icon: Jacq. Hort. Vind. II. t. 179. — Foliis obovatis undulatis; siliqua crassiori, vix compressa.

In rupibus maritimis, rara. Attica: ad Sunium (Auch.); Argos (Fraas); ins. Keos (Heldr.), Skopelos (Leon.); Creta: pr. Canea, Khalepa (Raul.); Corcyra (Pieri). *β.* in Graecia sine indicatione loci (ex DC.). *γ.* in Creta (Sibth.). Varietates a recentioribus non lectae. — Apr. Maio. ♃.

2. **M. sinuata** (L. Sp. ed. 2 p. 926; Urv. Enum. p. 82; Ch. et B. Exp. p. 191, Fl. Pelop. p. 43 [*Cheiranthus*]); Friedr. Reise p. 268 et 270; Bois. Fl. or. I. p. 148; Raul. Cret. p. 704; Hal. in ö. b. Z. 1895 p. 171; Heldr. Fl. Aegin. p. 233, in ö. b. Z. 1898 p. 183, Chlor. Thera p. 8. — *M. sinuata β. glabrescens* Conti in Bull. Bois. V. p. 318. — Icon: Fl. gr. t. 640. — Exsicc.: Heldr. Pl. Hellen. a. divers.

Caule herbaceo, folioso; foliis oblongo-lanceolatis, saltem inferioribus pinnatifidis vel pinnatipartitis; pedicellis tomento laxiore, glandulis stipitatisque vestitis; siliquis tomentellis et glanduloso muricatis. Planta graeca differt a forma occidentali saepe foliis profundius partitis et indumento tenuiore.

β. **cornigera.** Lobis stigmatosis breviter cornigeris. — Exsicc.: Heldr. Fl. Hellen. a. 1876.

γ. **bracteata** Bois. et Heldr. Diagn. VIII. p. 15; Bois. Fl. or. I. p. 149; Raul. Cret. p. 704. Pedicelli bractea lineari integra suffulti; lobi stigmatosi fere cornigeri.

In rupibus maritimis. Attica: ad Piraeum, in scopulo Rhaphti, in Petalium insulis Megalonisi et Prasias (Heldr.); ins. Aegina: ad promont. Perdicca (Friedr.); Cycladum ins.: Melos (Leon.), scop. St. Istad pr. Kimolos (Urv.), scop. Pantelonisi pr. Paros (Leon.), Naxos et scop. adjac. Strongyle (Reis.), Mykonos (Sart.), Andros (Heldr.), Thera et scop. Palaia Kameni (Heldr.); Laconia: pr. Skala, Marathonisi, Mavrovuni (Chaub.). — *β.* ad Piraeum (Heldr.). — *γ.* pr. Suda Cretae (Heldr.). — Mart. Jul. ♃.

2. Sectio. *Acinotum* Willk. in Pr. Fl. Hisp. III. p. 811. Siliqua teretiuscula, anguste linearis, lobis stigmatosis dorso saepissime cornigeris.

a. Semina late alata; flores lividi vel sordide purpurascentes sessiles.

α. Perennes; lobi stigmatosi gibba vel cornu brevi siliquae latitudine aequilongo aucti.

× Sepala apice in mucronem patulum abeuntia.

3. **M. varia** S. et Sm. Pr. II. p. 25 (*Cheiranthus*); Bois. Fl. or. I. p. 152. — Icon: Fl. gr. t. 636.

Caule simplici subaphyllo; foliis lineari-oblongis, integerrimis; petalis fuscescentibus; siliquis . . . . .

In maritimis, loco non notato (Sibth.). ♃. N. v.

×× Sepala obtusa.

4. **M. tristis** (L. Sp. ad. 2, p. 925; S. et Sm. Pr. II. p. 25; Ch. et B. Exp. p. 342, Fl. Pelop. p. 43 [*Cheiranthus*]); Bois. Fl. or. I. p. 153; Haussk. Symb. p. 9; Heldr. Fl. Aegin. p. 233; Bald. riv. coll. bot. Alb. 1896 p. 9.

Basi suffrutescens; foliis linearibus, integris vel utrinque 1—3 dentato-lobatis; petalis lividis vel sordide-purpurascentibus; siliquis 5—8 cm. longis, patulis, lobis stigmatosis utrinque gibba vel cornu horizontali auctis.

α. **integrifolia** Haussk. Symb. p. 9. Folia integra vel subintegra. *M. tristis var. coronopifolia subv. corinthiaca* Conti in Bull. Bois. 1897, p. 47. — Exsicc.: Heldr. Fl. Hellen. e rupib. Scironicis; Orph. Fl. gr. n. 375.

β. **coronopifolia** S. et Sm. Pr. II. p. 25; B. et Ch. Fl. Pelop. p. 43 (*Cheiranthus*) pro sp.; Haussk. Symb. p. 9. — *M. coronopifolia* DC. Syst. II. p. 173; Friedr. Reise p. 269. — Icon: Fl. gr. t. 637. — Exsicc.: Heldr. Herb. norm. n. 61 et 819; Magn. Fl. sel. n. 8 bis. — Foliis utrinque 1—3 dentato-lobatis.

γ. **glandulifera** Haussk. Symb. p. 9. Caules et folia praeter indumentum glandulis sparsis obsita.

δ. **Thessala** Bois. et Orph. Fl. or. I. p. 153 pro sp.; Conti in Bull. Bois. 1897, p. 47. Folia integra vel utrinque lobulo irregulariter aucta; siliquae strictae, lobis stigmatosis utrinque cornu brevi sursum curvato auctis. Exsicc.: Orphan. n. 3695; ?Bald. It. Alb. Epirot. IV. n. 267.

In collibus apricis, in saxosis. *α*. Attica: ad Phalerum, in colle Turcovuni pr. Athenas (Haussk.); ad rupes Scironicas pr. Megara (Heldr.); Corinthus: inter Zugra et Corfi (Orph.) *β*. Attica: pr. Athenas (Sibth.), ad Phalerum et Piraeum (Orph.); in regione Laurii l. d. Kamariza (Heldr.); Corinthus (Chaub.): pr. Kalamaki, in Acrocorintho (Haussk.): ins. Aegina (Friedr.); *γ*. in colle Turcovuni pr. Athenas (Haussk.); *δ*. ad Hag. Dionysias in Olympo (Orph.); mt. Smolika in Epiro (Bald.). — Mart. Maio. ♃.

4 × 5. **M. tristis × bicornis.** *M. hybrida* Haussk. Symb. p. 9. — Perennis, biennis vel annua; habitu et foliorum forma nunc ad *M. tristem*, nunc ad *M. bicornem* vergens, sed siliquis semper abbreviatis abortivis, cornubus vix indicatis vel 1—3 mm. longis. — Inter parentes in regione Laurii pr. Kamariza et in isthmo Corinthiaco pr. Kalamaki (Haussk.). N. v.

4 × 6. **M. tristis × tricuspidata.** *M. abortiva* Haussk. Symb. p. 10. „Biennis vel perennaus, tomentoso canescens; ramis valde elongatis, e basi prostrata adscendentibus; foliis fasciculatis, pinnatifidis, lobis brevissimis, angustis, obtusis; petalorum ovato-oblonga, pallide rosea vel roseo-livida; siliquis in statu juniore pro parte deciduis, stigmate obtuso, cornubus horizontaliter patentibus, obtusis, brevissimis; antherarum pollinibus pellucidis, deformatis.“ Rarius inter parentes in arenosis Phaleri Atticae. N. v.

β. Annua; lobi stigmatosi in cornu horizontale vel arcuatum, subulatum, diametro siliquae 4—5plo longius producti.

5. **M. bicornis** S. et Sm. Pr. II. p. 26 (*Cheiranthus*); DC. Syst. II. p. 177; Bois. Fl. or. I. p. 155; Haussk. Symb. p. 9; Heldr. Fl. Aegin. p. 234. — *Cheiranthus tristis β*. Ch. et B. Exp. p. 342, Fl. Pelop. p. 43. — Exsicc.: Heldr. Herb. norm. n. 365 et 1109; Orph. Fl. gr. n. 157.

Foliis oblongo-lanceolatis pinnatifidis, superioribus linearibus integris; petalis lividis vel sordide purpurascentibus; siliquis patulis vel reflexis, 6—8 cm. longis.

β. **pumilio** S. et Sm. Pr. II. p. 26 pro sp. (*Cheiranthus*); Bois. Fl. or. I. p. 155. — Icon: Fl. gr. t. 638. — Caulis nanus, cornua abbreviata, obtusiora.

In arvis, vinetis, inter segetes. Attica; pr. Athenas (Orph.), mt. Lycabettus, pr. Kallitea, ad Phalerum (Heldr.), Kamariza Laurii (Hausk.);

Corinthus (Lac.); ins. Salamis (Chaub.) et Aegina (Heldr.). β. in scopulo Kalogeros ad meridiem ins. Sikinos (Sibth.). — Apr. Maio ⊙.

b. Semina subaptera; flores laete purpurei, pedicellati.

6. **M. tricuspidata** (L. Sp. p. 663; S. et Sm. Pr. II. p. 26; Pieri Corc. Fl. p. 90; Sieb. avis p. 4, rem. p. 5; Urv. Enum. p. 81; Ch. et B. Exp. p. 191, Fl. Pelop. p. 43 (*Cheiranthus*); R. Br. Hort. Kew. IV. p. 120; Friedr. Reise p. 286; Bois. Fl. or. I. p. 154; Raul. Cret. p. 704; Weiss in z. b. G. 1869 p. 51; Heldr. Fl. Cephal. p. 21, Fl. Aegin. p. 234; Haussk. Symb. p. 10; Bald. in nuov. giorn. bot. ital. 1894 p. 92; Form. in D. bot. Mon. 1898 p. 79. — Icon: Fl. Gr. t. 639. — Exsicc.: Orph. Fl. gr. n. 156.

Tomentoso-canescens; foliis sinuato-pinnatifidis, lobis rotundatis, siliquis patentibus, 3—5 cm longis, lobis stigmatosis basi in cornu horizontali subulatum, siliquae diametro aequilongum auctis.

In arenosis maritimis. Attica: ad Phalerum (Heldr.), Laurion, Sunium (Haussk.), in Pharmacusarum insula Lero (Heldr.), in Petalium ins. Ponticonisi (Holzm.); Cycladum ins.: Kythnos (Tunt.), Poros (Wied.), Mykonos (Sart.), Melos et Kimolos (Urv.), Syra, Tenos (Weiss); ins. Aegina et Metopi (Heldr.); isthmus Corinthiacus (Orph.); Messenia: pr. Methone, Kubeh (Chaub.); Creta: pr. Kissamos, Canea, Rethymo (Raul.); Cephalonia: pr. Lixuri (Heldr.); Corcyra (Pieri): pr. Pyrgi et Ipso (Bald.). — Mart. Jul. ⊙.

8. **Cheiranthus** R. Br. Hort. Kew. IV. p. 118. (Cotyledones interdum incumbentes.)

1. **C. Cheiri** L. Sp. p. 661; S. et Sm. Pr. II. p. 23; Ch. et B. Exp. p. 190, Fl. Pelop. p. 43; Fraas Fl. Class. p. 117; Bois. Fl. or. I. p. 185; Weiss in z. b. G. 1869 p. 51. — *Ch. fruticulosus* L. Mant. p. 94; S. et Sm. l. c.; Ch. et B. Fl. Pelop. p. 43. — Icon: Rchb. f. 4347.

α. **typicus.** Foliis lanceolatis; siliquis tetragono-compressis, 3 mm. latis, stylo siliquae latitudine subbreviore. — Exsicc.: Orph. Herb. n. 552; ? Heldr. Herb. norm. n. 1008 B. et Dörfl. Fl. Aeg. n. 140.

β. **Senoneri** Heldr. et Sart. Cat. Hort. Athen. 1862; Reut. Cat. Hort. Genev. 1866 p. 4; Bois. Fl. or. I. p. 186; Rouy Ill. p. 42, t. 128; Heldr. in ö. b. Z. 1898 p. 183, pro sp. — Exsicc.: Sart. Herb. a. 1859; ? Heldr. Herb. norm. n. 1008 A. — Foliis oblongo-lanceolatis; siliquis linearibus compressis, 7 mm. latis, stylo siliquae latitudine sublongiore. Formis intermediis ad typum transit. Huc, et non uti volui in D. b. Monat. 1898 p. 116 ad var. sequentem pertinet etiam *Erysimum bisaccatum* Form. in D. b. Monat. 1898 p. 79 = *Ch. corinthius* Hal. in ö. b. Z. 1897 p. 281.

γ. **corinthius** Bois. Diagn. Ser. 2, I. p. 18, Fl. or. I. p. 186 pro sp.; Haussk. Symb. p. 10. — Exsicc.: Orph. Fl. gr. n. 451. — Foliis lanceolatis; siliquis plano compressis, 4 mm. latis, stylo siliquae latitudine triplo breviore.

Quod ad latitudinem siliquarum et longitudinem stylorum attinet, varietates enumeratae sat distinctae videntur, in foliis, colore florum, seminum alis autem, atque in antherarum longitudine differentias constantes videre nequeo.

In rupium fusuris in regione inferiori. Aetolia: in Echinadum ins. Oxya (Reis.); Attica: pr. Athenas (Sibth.), sed sec. Fraas hic non crescit; Laconia (Sibth.): ad radices mt. Taygetos pr. Pigadia (Orph.); Cycladum insulae: Andros (Sart.), Melos et Syra (Fraas), Tenos (Wied.), Amorgos (Orph.); γ. in Acrocorintho (Bois.) et pr. Nauplia Argolidis (Sart.). — Mart. Apr. ♃.

Obs. Sp. dubia: *Ch. tenuifolius* Pieri Corc. Fl. p. 91 e Corcyra.

b. Cotyledones incumbentes.

9. Erysimum L. Gen. n. 814. (Cotyledones interdum accumbentes).

1. Sectio. *Cheiropsis* C. A. Mey. in Led. Fl. Alt. III. p. 147. Siliqua a dorso compressa.

a. Pili bipartiti.

α. Bienne; petalorum ungues calyce duplo longiores.

1. **E. olympicum** Bois. Fl. or. I. p. 191; Haussk. Symb. p. 13. — Exsicc.: Heldr. Fl. Hellen. n. 2403; Sint. It. Thessal. n. 220.

Caule erecto, simplici vel superne ramoso; foliis lineari-lanceolatis, infimis runcinato-dentatis, ceteris integris; siliquis pedicello tenui brevi suffullis, erecto-patulis, 7—9 cm. longis, stylo latitudine siliquae sublongiori, stigmate brevissimo, bilobo.

Thessalia: in regione silvatica mt. Olympus pr. Mavrolongos (Heldr.), pr. Servia (Stephanu), in mt. Zygos (Haussk.) et ad monasterium Vitomo in Pindo tymphaeo (Sint.). — Maio, Jun. ⊙.

β. Perennia; petalorum ungues calyce parum longiores.

× Stylus siliquae latitudine aequilongus vel sublongior.

2. **E. pusillum** Ch. et B. Exp. p. 190, t. 23 (quoad folia mala). — *E. rupestre* Ch. et B. Fl. Pelop. p. 43, t. 25, non DC. — *E. Boryanum* Bois. et Spr. Diagn. I. p. 71; Fl. or. I. p. 205; Ung. Reise p. 133; Heldr. Fl. Cephal. p. 21, Chlor. Parn. p. 12; Hal. Beitr. Fl. Achaia p. 10; Haussk. Symb. p. 14. — Exsicc.: Orph. Fl. gr. n. 56; Heldr. Herb. gr. norm. n. 1011.

Dense caespitosum, canescens; caulibus pumilis, 3—15 cm. altis, adscendentibus, simplicibus; foliis anguste linearibus lanceolatisve, integris vel infimis oblongo-spathulatis, subdenticulatis; racemis paucifloris, subcapitatis; floribus mediocribus; siliquis 6—7 cm longis, 1—1½ mm latis, erecto-patulis, stigmate capitato.

β. **pindicum** Haussk. in Sint. It. Thessal. n. 707b. Virescens, e basi suffruticosa multicaule; caulibus erectis, elatis, saepe ramosis; foliis latioribus. — *E. Boryanum* var. *major* Hal. in Beitr. Fl. Epir. p. 13; Bald. Coll. bot. Alban. 1895 p. 7. — *E. Boryanum* v. *parnassicum* Bald. l. c. et 1896 p. 13. — Exsicc.: Hal. It. gr. sec. n.

1893; Bald. It. Alb. Epirot. a. 1895 n. 104, 1896 n. 59; Sint. It. Thessal. n. 707b. et 1349; ? Dörfl. Fl. Aeg. n. 69.

In rupestribus. Attica: mt. Pentelicon (Orph.), Parnes (Heldr.), Citheron (Bois.); mt. Parnassus (Heldr.); Achaia: mt. Panachaicon, Chelmos (Hal.); Arcadiae montes (Bois.): Laconia: mt. Taygetos, pr. Vitilos, Chimova (Chaub.); Cephalonia: mt. Aenos (Heldr.); Cycladum insula Mykonos (Sart.). β. Epirus: mt. Micikeli (Bald.); in Pindo: pr. Kalarrytes (Hal.), Syraku (Bald.), mt. Salatura pr. Chaliki (Sint.), mt. Karava (Haussk.); Aetolia: mt. Korax (Leon.); Cycladum insula Naxos (Leon.). — Maio, Jul. ♃.

Obs. *E. microstylum* Haussk. Symb. p. 13 ab auctore in mt. Ghavellu, Karava et Zygos indicatum, mihi species dubia; sec. descriptionem *E. Boryano* affine et ab eo foliis integerrimis, siliquis ad angulos demum vix glabrescentibus, valvis apice abrupte rotundatis, stylo brevissimo et stigmate excavato-applanato distinctum dicitur.

×× Stylus siliquae latitudine 2—4plo longior.

3. **E. Parnassi** Bois. et Heldr. Diagn. Ser. 2, I. p. 18 (*Cheiranthus*); Haussk. Symb. p. 14. — *E. Boryanum γ. parnassicum* Bois. Fl. or. I. p. 205; Heldr. Chlor. Parn. p. 13. — *E. Boryanum* Hal. in z. b. G. 1888 p. 748. — Exsicc.: Heldr. Herb. gr. norm. n. 713.

E. pusillo maxime affinis, sed siliquis erectis, 2 mm. latis in stylum siliquae latitudine duplo longiorem abeuntibus ab eo diversum.

β. **atticum** Heldr. et Sart. in Bois. Diagn. Ser. 2, I. p. 25 pro sp.; Bois. Fl. or. I. p. 205. Elatius, caulibus erectis, parce ramosis, foliis latioribus, inferioribus runcinatis. — Exsicc: Heldr. Pl. gr. a. 1848.

In regione abietina et superiori mt. Parnassus (Heldr.), mt. Kiona (Hal.); in mt. Karava (Heldr.) et supra Chaliki in Pindo (Haussk.). — β. mt. Hysmettus, Corydalus et Parnes Atticae (Heldr.) et mt. Onion Boestiae (Heldr.). — Jun. Jul. ♃.

4. **E. mutabile** Bois. et Heldr. Diagn. VIII. p. 24, Fl. or. I. p. 201; Walp. Annal. II. p. 49; Raul. Cret. p. 706, t. 4. — Exsicc.: Heldr. Pl. Cret. n. 1492; Bald. It. Cret. alt. n. 153.

Caespitosum, virens; caulibus filiformibus, nanis, simplicibus, procumbentibus; foliis oblongo-spathulatis, integris vel parce dentatis; racemis 2—5 floris, subcapitatis, floribus luteis, tandem purpurascentibus; siliquis (junioribus solum notis) patulis, in stylum longum, eis triplo breviorem attenuatis; stigmate capitato. Species pulchella, distinctissima.

In saxosis regionis alpinae mt. Lassiti et Psiloriti cretae (Heldr.). — Maio, Jun. ♃.

Obs. *E. aciphyllum* Bois. Fl. or. I. p. 204 ab Orphanides in ins. Chios lectum (Fl. gr. exs. n. 634) in Cycladibus querendum.

b. Pili bipartiti et pluripartiti mixti.

5. **E. creticum** Bois. Diagn. Ser. 2, I. p. 26, Fl. or. I. p. 192; Raul. Cret. p. 705. — Exsicc.: Heldr. Pl. Cret. n. 1363.

Bienne, canescens; caule elato, crasso, sulcato; foliis late linearibus, integris vel remote denticulatis, canaliculatis, saepe recurvis; floribus majusculis; siliquis pube 3—5partita canescentibus, pedicello brevi crasso suffultis; stigmate sessili, capitato.

In collibus Cretae: pr. Takodopora, Rhamni et Istakria (Heldr.). Mart. Apr. ⊙.

2. Sectio. *Erysimastrum* DC. Syst. II. p. 494. Siliqua exacte tetragona.

a. Pili bipartiti.

α. Siliquae strictae, axi adpressae.

6. **E. Raulini** Bois. Fl. or. I. p. 192; Raul. Cret. p. 705. — Exsicc.: Rev. Pl. Cret. n. 218.

Virens; caule elato, ramoso; foliis radicalibus oblongo-lanceolatis, denticulatis, ceteris linearibus integris; floribus majusculis; siliquis 25—30 mm. longis, in stylum siliquae latitudine 2—3plo longiorem abeuntibus, stigmate capitato retuso.

In rupestribus montanis Cretae: pr. Takodopora, inter Askyphos et Anopolis, Omalos (Raul.), in mt. Volokia, Lakus (Rev.). — Mai. Jun. ⊙.

β. Siliquae erecto-patulae vel patentes.

7. **E. australe** Gay. Erysimor. Diagn. p. 6. — (Probabiliter huc pertinent: *E. canescens* Haussk. Symb. p. 13; Form. in D. bot. Mon. 1891 p. 34 quoad pl. Thessal. — *E. Boryanum* Form. l. c. — *E. graecum* Form. Ver. Brünn 1896 p. 18, 1897 p. 57.) — Exsicc.: Heldr. Fl. Thessal. a. 1883 e mt. Pelion; Heldr. It. IV. Thessal. a. 1885 (e Pindo).

Perenne vel bienne, canescens; rhizomate radiciforme, turiones foliosos et caules erectos, simplices vel ramosos edente; foliis lineari-lanceolatis, integris; siliquis 45—60 mm. longis, erecto-patulis, laeviter arcuatis, stylo siliquae latitudine breviori vel eo aequilongo, stigmate retuso.

E. canescente Roth. maxime affinis, ab eo radice perenni, fasciculos foliorum steriles gerente et siliquis longioribus, crassioribus distinctum.

In rupestribus montanis. Thessalia: mt. Ghavellu supra Sermenikon, pr. monast. Korona (Heldr.), mt. Karava, Zygos et Baba in Pindo (Haussk.), mt. Pelion (Heldr.), pr. Larissa et in mt. Othrys (Form.); Attica: mt. Pentelicon (Heldr.); mt. Parnassus pr. Rachova (Heldr.). — Maio, Jun. ♃ et ⊙.

8. **E. graecum** Bois. et Heldr. Diagn. Ser. 2, I. p. 27, Fl. or. I. p. 193; Haussk. Symb. p. 13; Form. in D. bot. Mon. 1898 p. 79. — ? *E. diffusum* S. et Sm. Pr. II, p. 23. — *E. canescens* Ch. et B. Exp. p. 190, Fl. Pelop. p. 43 sec. Bois Fl. or. l. c.; Friedr. Reise p. 265 et 268; Ung. Reise p. 133. — *E. australe* Gay Erysim. Diagn. p. 6 quoad loca Pelop. — Exsicc.: Heldr. Herb. norm. n. 452 et 1010; Orph. Fl. gr. n. 450.

Bienne, canescens; turionibus foliosis nullis; caule erecto, ramoso; foliis lineari-lanceolatis, integris, axillis saepe fasciculiferis; siliquis 6—7 cm. longis, patentissimis, demum recurvatis, stylo siliquae latitudine aequilongo, stigmate retuso.

In cultis, ruderatis regionis inferioris. Attica: pr. Athenas vulgatissime (Heldr.); Euboea: pr. Chalkis (Heldr.); Corinthus (Orph.); Argolis: pr. Nauplia, Tyrinthum, Argos (Chaub.); ins. Hydra (Heldr.), ins. Tenos (Chaub.); Creta: pr. Kissamos (Rev.). — Apr. Jul. ⊙.

b. Pili bipartiti et pluripartiti mixti.

α. Biennia vel perennia; pedicelli fructiferi siliquae tenuiores.

9. **E. asperulum** Bois. et Heldr. Diagn. Ser. 2, VI. p. 11, Fl. or. I. p. 194, Suppl. p. 38; Hal. Beitr. Fl. Achaia p. 10. — Exsicc.: Heldr. It. Graec. septent. a. 1879; Hal. It. Graec. secund. a. 1893.

Bienne vel perenne, canescens; caulibus ramosis; foliis lineari-lanceolatis, remote denticulatis; siliquis erecto-patulis, 45—60 cm. longis, pube stellata asperulis, stylo siliquae latitudine aequilongo, stigmate bilobo. — Habitu *E. australis*, sed heterotrichum.

In rupestribus montanis. Eurytania: in pago Karpenisi (Samarit.), mt. Korax pr. Musinitza (Heldr.); Achaia: mt. Panachaicon et mt. Olenos pr. Hag. Vlasios (Hal.). — Maio. Jul. ⊙ et ♃.

10. **E. pectinatum** Ch. et B. Exp. p. 189, t. 24 f. 1, Fl. Pelop. p. 43, t. 26 f. 1; Bois. Fl. or. I. p. 208; Haussk. Symb. p. 14; Hal. Beitr. Fl. Achaia p. 10. — Exsicc.: Orph. Fl. gr. n. 635; Heldr. Herb. norm. n. 1402.

Perenne, virens; caulibus simplicibus vel ramosis; foliis runcinato-pinnatipartitis vel pinnatifidis; siliquis strictis, 3—4 cm. longis, pilis stellatis et bipartitis adpresse puberulis, stylo siliquae latitudine vix longiore, stigmate capitato.

β. **tenuifolium** Ch. et B. l. c. f. 2. Foliis gracilibus, intermediis remote dentato-pinnatifidis, superioribus integris, lineari-subulatis.

γ. **intermedium** Ch. et B. l. c. f. 3. Foliis attenuatis, gracilibus, lobis incisis. Inter has varietates occurrunt formae intermediae.

In rupestribus montanis. Laconia: mt. Malevo pr. Kastanitza (Orph.), mt. Taygetos pr. Megali-Anastasova (Heldr.), pr. Androvista (Chaub.), pr. Chimova in Maina (Chaub.); Messenia: pr. Phigalia (Chaub.); Achaia: mt. Panachaicon pr. Patras (Hal.); Thessalia: mt. Korona in Pindo (Haussk.). — Apr. Jun. ♃.

β. Annuum; pedicelli fructiferi incrassati, siliquae latitudinem aequantes.

11. **E. repandum** L. Amoen. III. p. 415; S. et Sm. Pr. II. p. 22; Haussk. Symb. p. 14. — ? *E. rigidum* Friedr. Reise p. 279 non DC. — Icon: Rchb. f. 4384.

Virens; caule simplici vel ramoso; foliis lanceolatis, repando-dentatis; siliquis patulis, 6—7 cm. longis, pilis bi-et pluripartitis sparse obductis, stylo siliquae latitudine aequilongo vel longiore, stigmate retuso.

In cultis, ruderatis. Graecia borealis (Sibth.), pr. Pharsalum et Aivali Thessaliae (Haussk.); Arcadia: mt. Parthenion pr. Tripolitza (Friedr.). — Apr. Junio. ⊙. N. v.

3. Sectio. *Cuspidaria* DC. Syst. II. p. 493. Siliqua a latere valde compressa, anceps, stylo filiformi, elongato, stigmate capitato.

12. **E. cuspidatum** M. B. Beschreib. Land, Casp. Meer. p. 182 (*Cheiranthus*); DC. Syst. II. p. 493; Bois. Fl. or. I. p. 199; Heldr. Chlor. Parn. p. 13; Haussk. Symb. p. 14; Hal. Beitr. Fl. Achaia p. 10, ö. b. Z. 1897 p. 282; Form. in Ver. Brünn 1897 p. 57. — *Syrenia cuspidata* Rchb. Fl. germ. exc. p. 689. — Icon: Rchb. f. 4399. — Exsicc.: Orph. Fl. gr. n. 627.

Bienne, heterotrictum; caule simplici vel superne ramoso; foliis oblongis, infimis lyratis, caulinis dentatis; siliquis adpressis, 20—25 mm. longis.

In regione subalpina et alpina. Thessalia: mt. Zygos in Pindo tymphaeo (Heldr.), Mavrika, Katasara et Jurti in mt. Othrys (Form.); mt. Korax (Tuntas), Parnassus (Heldr.); Achaia: pr. Megaspilaeon (Sart.), in jugo Durduvana mt. Chelmos (Hal.); Laconia: mt. Malevo pr. Canalus (Orph.). — Maio. Aug. ⊙.

10. **Conringia** Adans. Fam. II. p. 418 (errore typogr. Couringia).

1. **C. orientalis** L. sp. p. 666 (*Brassica*); Andrz in DC. Syst. II. p. 508; Heldr. Fl. Cephal. p. 21, Fl. Aegin. p. 235; Haussk. Symb. p. 14. — *Erysimum perfoliatum* Cr. Stirp. I. p. 27; Friedr. Reise p. 270. — *Erysimum orientale* R. Br. Hort. Kew. IV. p. 117. — Icon: Rchb. f. 4382.

In arvis. Cephalonia: pr. Francata in oropedio Omala (Heldr.); Argolis: pr. Nauplia (Haussk.); ins. Aegina: ad promontor. Perdicca (Friedr.). — Maio. Jul. ⊙. N. V.

11. **Alliaria** Adans. Fam. II. p. 418.

1. **A. officinalis** Andrz. in M. B. Fl. Taur. Cauc. III. p. 445; Bois. Fl. or. I. p. 212; Haussk. Symb. p. 13; Hal. Beitr. Fl. Achaia p. 10. — *Erysimum alliaria* L. Sp. p. 660. — Icon: Rchb. f. 4379. — Exsicc.: Heldr. Fl. Thessal. a. 1883.

Ad rivulos in fruticetis regionis inf. et montanae, rara. Thessalia: ad monast. Korona in Pindo (Haussk.), pr. Velestinos (Heldr.); Aetolia: mt. Korax (Leon.); Arcadia (Heldr.), pr. pagum Syvista in valle Aroania (Hal.); Laconia: mt. Malevo (Orph.). — Apr. Maio. ⊙.

12. **Sisymbrium** L. Gen. n. 813.

1. Sectio. *Velarum* DC. Syst. II. p. 459. Siliquae subulatae, subspicatae, rachidi adpressae, ebracteatae.

1. **S. officinale** (L. Sp. p. 660; S. et Sm. Pr. II. p. 22; Dallap. Prosp. p. 99; Ch. et B. Exp. p. 189, Fl. Pelop. p. 43 [*Erysimum*]); Scop. Fl. Carn. ed. 2, II. p. 26; Marg. et R. Fl. Zante p. 29; Bois. Fl. or. I. p. 220; Weiss in z. b. G. 1869 p. 52; Raul. Cret. p. 706; Spreitz. in z. b. G. 1877 p. 720; Heldr. Fl. Cephal. p. 21, Fl. Aegin. p. 235; Form. in D. bot. Mon. 1891 p. 34, in Ver. Brünn 1895 p. 38; Haussk. Symb. p. 14; Hal. in Beitr. Fl. Epir. p. 13, Beitr. Fl. Achaia p. 11. — Icon: Rchb. 4401. — Exsicc.: Orph. Fl. gr. n. 373.

In ruderatis, olivetis, ad vias, in incultis regionis inferioris et montanae. Attica: in oliveto Athenarum (Heldr.); Corinthus: mt. Korfi pr. Xylocastron (Orph.); ins. Aegina: pr. Perivolia (Heldr.), ins. Syra (Weiss); Messenia: pr. Kalamata (Zahn), Messene, Methone (Chaub.); Achaia: pr. Kalavryta, Patras (Hal.); Zante (Marg.); Cephalonia: pr. Argostoli (Spreitz.); Corcyra: pr. urbem (Sagburg); Epirus: pr. Ephemiades (Form.), Theodoriana, Melisurgi, Kalarrytes (Hal.); Thessalia: ad monast. Korona in Pindo (Haussk.), mt. Ossa (Form.); Aetolia: pr. Musinitza (Leon.); Creta: pr. Canea (Weiss). — Apr. Jul. ⊙.

2. Sectio. *Irio* DC. Syst. II. p. 463. Siliquae teretiusculae, pedicellatae, patulae, ebracteatae.

a. Folia saltem inferiora runcinato-pinnatipartita; siliquarum valvae 3 nerviae.

α. Pedicelli fructiferi incrassati, siliquae diametro aequilati.

2. **S. orientale** L. Amoen. IV. p. 322; S. et Sm. Pr. II. p. 21; Urv. Enum. p. 80; Ch. et B. Exp. p. 189, Fl. Pelop. p. 43 (cum var. *S. taraxifolium*, non DC.); Friedr. Reise p. 271; Haussk. Symb. p. 14; Hal. Beitr. Fl. Achaia p. 10, ö. b. Z. 1897 p. 61; Form. in Ver. Brünn 1897 p. 56, in D. b. Mon. 1898 p. 80; Heldr. Fl. Aegin. p. 235. Chlor. Thera p. 8. — *S. Columnae* Jacq. Fl. Austr. IV. p. 12 t. 323; Friedr. Reise p. 269 et 280; Bois. Fl. or. I. p. 216; Weiss in z. b. G. 1869 p. 52; Raul. Cret. p. 706; Form. in D. b. Mon. 1891 p. 34, in Ver. Brünn 1896 p. 79; Bald. in Nuov. giorn. ital. 1894 p. 12. — ? *S. glaucum* Sieb. avis p. 4, rem. p. 5. — Exsicc.: Sint. It. thessal. n. 525; Reverch. Pl. Cret. a. 1883.

Foliis runcinato-pinnatipartitis vel pinnatifidis, laciniis sinuato-dentatis vel integris, terminali elongata hastata, summis saepe integris; petalis sulfureis.

α. **typicum.** Siliquis puberulis.

β. **leiocarpum** DC. Syst. II. p. 469. Siliquis glabris.

γ. **macroloma** Pomel. Mat. Fl. Atl. p. 368 ex Rouy. et Fouc. Fl. Fr. II. p. 326, pro sp. Siliquis longissimis, pedicello 20plo longioribus.

In cultis et ruderatis ut videtur ubique vulgaris. Indicatur: Epirus: pr. Delvinon (Bald.); Thessalia: pr. Kalabaka (Sint.) pr. monast. Korona in Pindo (Haussk.), pr. Trikala, Selicany in Ossa, Tafilvris in Olympo

(Form.); Aetolia: pr. Musinitza (Leon.); Attica: pr. Athenas, ad Piraeum (Heldr.), Laurion (Haussk.); Argolis: pr. Nauplia, penins. Methana (Haussk.) ins. Poros et Aegina (Friedr.); Messenia; pr. Messene, Phigalia, Gortys (Chaub.); Arcadia: pr. Carithena (Chaub.), Leontari (Heldr.), Sudena (Hal.); Zante (Sibth.); Corcyra (Haussk.); Creta: pr. Khalepa, Canea et Candia (Raul.); Cyclades: Thera, Cimolos, Melos (Urv.), Syra, Tenos (Weiss), Jos, Keos (Heldr.); Sporadum ins. Skopelos (Leonis). — Maio. Jul. ⊙.

3. **S. altissimum** L. Sp. p. 659; Nym. Consp. p. 43. — *S. sinapistrum* Cr. Stirp. ad. 2. I. p. 52; Form. in Ver. Brünn 1897 p. 57. — *S. pannonicum* Jacq. Coll. I. p. 70, Icon I. t. 123. — Exsicc.: Heldr. Fl. Thessal. a. 1883.

Foliis inferioribus runcinato-pinnatipartitis, laciniis dentatis, superioribus pinnatisectis laciniis anguste linearibus; petalis pallidis.

Thessalia: ad radices mt. Pelion pr. Volo (Heldr.) et prope Kerasia Sina (Form.). — Apr. Maio. ⊙.

β. Pedicelli fructiferi non incrassati, siliquae diametro tenuiores.

4. **S. Loeselii** L. Amoen. IV. p. 279; S. et Sm. Pr. II. p. 21; Form. in Ver. Brünn 1896 p. 79. — Icon: Rchb. f. 4409. — Exsicc.: Form. Fl. Thessal. a. 1896.

Caule pilis patulis vel reversis obsito; foliis sublyrato-runcinatis, sparse hispidis; floribus majusculis, 4—6 mm. longis, aureis; siliquis pedicello 3—4plo longioribus, junioribus racemo brevioribus.

Thessalia: pr. Trikala (Form.); sec. Sibthorp in agro Argolico, Laconico et Messeniaco. — Jun. Jul. ⊙.

5. **S. irio** L. Sp. p. 659; S. et Sm. Pr. II. p. 20; Ch. et B. Exp. p. 189, Fl. Pelop. p. 42; Friedr. Reise p. 267 et 278; Bois. Fl. or. I. p. 217; Weiss in z. b. G. 1869 p. 52; Haussk. Symb. p. 14; Form. in Ver. Brünn p. 79; Heldr. Fl. Aegin. p. 235. — Icon: Rchb. f. 4408. — Exsicc.: Heldr. Fl. Hellen a. 1878.

Caule glabro vel puberulo; foliis runcinato-pinnatipartitis, glabris; floribus minutis, 2—3 mm. longis, pallidis; siliquis pedicello 5—7plo longioribus, junioribus racemum superantibus.

In ruderatis. Frequens in Thessalia, Attica (Haussk.) et in ins. Aegina (Heldr.); Argolis (Sibth.): ad lacum Lerna (Friedr.); ins. Syra (Weiss). — Febr. Jun. ⊙.

Obs. *S. austriacum* Jacq. Fl. Austr. III. p. 35 indicatur a Friedrichsthal (Reise p. 266) ad Ilyssum Atticae, probabiliter ex confusione.

b. Folia bi-tripinnatisecta, laciniis anguste linearibus vel lineari-lanceolatis; siliquarum valvae 1-nerviae.

6. **S. sophia** L. Sp. p. 659; S. et Sm. Pr. II. p. 20; Ch. et B. Exp. p. 189, Fl. Pelop. p. 42; Friedr. Reise p. 279; Ung. Reise p. 133; Bois. Fl. or. I. p. 216; Haussk. Symb. p. 14; Bald. riv. coll. bot. Alb. 1896 p. 14. — Icon: Rchb. f. 4405. — Exsicc.: Heldr. Fl. Thessal. a. 1883.

In ruderatis: Epirus: pr. Janina (Bald.); Thessalia: ad monast. Korona (Haussk.), pr. Volo (Heldr.); Euboea: pr. Chalkis (Ung.); Phocis: pr. Delphi (Leon.); Peloponnesus (Sibth.): pr. Megalopolis, mt. Diaforti (Chaub.), in valle Alphei pr. Carithena (Friedr.), pr. Kiveri (Reis.), Kastanitza in mt. Malevo (Leonis) et probabiliter alibi. — Apr. Jul. ⊙.

3 Sectio. *Kibera* DC. Syst. II. p. 477. Siliquae lineares, pedicelli basi bracteati.

7. **S. polyceratium** L. Sp. p. 658; S. et Sm. Pr. II. p. 19; Ch. et B. Exp. p. 188, Fl. Pelop. p. 42; Friedr. Reise p. 275; Fraas Fl. Class. p. 119; Bois. Fl. or. I. p. 220; Weiss in z. b. G. 1869 p. 52; Raul. Cret. p. 706; Heldr. Fl. Cephal. p. 22, Fl. Aegin. p. 235, ö. b. Z. 1898 p. 183, Chlor. Thera p. 8; Haussk. Symb. p. 14; Hal. in ö. b. Z. 1892 p. 368, 1897 p. 61; Form. in Ver. Brünn 1895 p. 39. — Icon: Rchb. f. 4403. — Exsicc.: Orph. Fl. gr. n. 641; Heldr. Herb. dimorph. n. 10; Sint. Iter. Thessal. n. 566; Baen. Herb. europ. n. 9344; Dörfl. Fl. Aeg. n. 55.

In ruderatis. Thessalia: pr. Kalabaka (Sint.), Karditza, Korona (Haussk.), Letochori (Sint.); Sporadum ins. Skopelos (Leon.); Euboea: pr. Kastaniotissa (Heldr.); Attica: pr. Athenas (Heldr.); Argolis: pr. Nauplia (Haussk.), Poros (Friedr.), Hydra, Aegina (Heldr.); Cycladum ins. Paros (Leon.), Tenos (Weiss), Jos, Palia Kameni pr. Thera, Amorgos (Heldr.); Laconia: mt. Malevo pr. Kastanitza (Orph.); Messenia: pr. Methone, Corone, Kardamyle (Chaub.); Creta: pr. Canea (Weiss), Anatoli (Heldr.); Achaia: pr. Patras (Hal.); Cephalonia: pr. Argostoli, Pessada (Heldr.); Corcyra: pr. Kanali, Kanoni, Gasturi, Evropuli, Afra, Kontokali (Form.), San Deka (Baen.). — Apr. Oct. ⊙.

13. **Stenophragma** Celak. Kvet. okol. praz. 1870 et in Flora 1872 p. 442.

1. **S. Thalianum** (L. Sp. p. 665; S. et Sm. Pr. II. p. 28; Ch. et B. Exp. p. 187, Fl. Pelop. p. 42; Friedr. Reise p. 284 (*Arabis*); Celak. l. c.; Hal. Beitr. Fl. Epir. p. 13, Beitr. Fl. Thessal. p. 7, ö. b. Z. 1897 p. 61, 1899 p. 701; Heldr. Fl. Aegin. p. 235. — *Sisymbrium Thalianum* Gay. in Ann. sc. nat. 1826 p. 399; Bois. Fl. or. I. p. 214. — Icon: Rchb. f. 4380. — Exsicc.: Heldr. et Hal. Fl. Aeg. n. 1889.

In arenosis et lapidosis regionis inferioris usque in regionem alpinam adscendens. Epirus: mt. Tsumerka, Peristeri (Hal.); Thessalia: mt. Oxya (Hal.), mt. Pelion (Heldr.); Sporadum ins. Skopelos et Skiathos (Reis.); Euboea: mt. Dirphys (Heldr.); Attica: mt. Pentelicon (Heldr.); Corinthus (Chaub.); ins. Aegina, Melos (Heldr.); Laconia: mt. Malevo pr. Hag. Petros (Friedr.), pr. Gythion (Chaub.); Messenia: pr. Kalamata (Zahn), ins. Sapienza (Chaub.) — Febr.—Juli. ⊙.

14. Hesperis L. Gen. n. 817.

a. Flores lividi.

1. **H. dalmatica** Fourn. Monogr. Hesp. in Bull. soc. bot. France XIII. p. 335. — *H. glutinosa* Vis. in Ergänzbl. bot. Zeit. I. p. 16 p. p. — *H. secundiflora* Bois. et Spr. Diagn. I. p. 70, Fl. or. I. p. 235 p. p.

Siliquis crassissimis, tetragonis, forsan indehiscentibus, adultis fere glabris, in stigma bilobum lobis acutis conniventibus, dorso non incrassatis abeuntibus.

In Graecia loco non notato (sec. Fourn. l. c.). N. v.

2. **H. secundiflora** Bois. et. Spr. l. c. emend.; Fourn. l. c. p. 338; Haussk. Symb. p. 12. — *H. glutinosa* Bois. Fl. or. suppl. p. 45, non Vis., cujus planta sec. Fourn. l c. partim ad spec. praecedentem, partim ad alteram, *H. Visianii* demoninatam, petalis brevioribus latioribusque, stigmatibus in acumen conicum arcte conniventibus, dorso non incrassatis a *H. secundiflora* diversam, pertinet. — *H. laciniata* Friedr. Reise p. 285, non. All. — Exsicc.: Orph. Fl. gr. n. 284; Heldr. Herb. gr. norm. n. 138.

Siliquis plano-compressis, dehiscentibus, stigmatibus subdivergentibus, dorso incrassatis.

α. **typica** Siliquis glabris.

β. **scabricarpa** Bois. Diagn. I. p. 70. Siliquis pube eglandulosa scabridis.

In faucibus umbrosis. Attica: mt. Hymettus (Orph.), Parnes et Kerata (Heldr.); Euboea: mt. Dirphys (Heldr.); mt. Parnassus infra pag. Rachova (Guicc.), mt. Korax (Leon.), Argolis: pr. Nauplia (Friedr.); Corcyra: mt. Pantocrator (Baen.). — Apr. Maio. ♃.

b. Flores purpurei.

3. **H. matronalis** L. sp. p. 663. — *H. silvestris* Cr. Stirp. Austr. I. p. 34. — Icon: Rchb. f. 4377. — Exsicc.: Sint. It. Thessal. n. 221 (specim. florifera).

Pilis simplicibus et ramosis obsita; foliis dentatis, inferioribus lanceolatis, in petiolum attenuatis, superioribus ovato-lanceolatis, sessilibus; pedicellis calyce longioribus.

In silvaticis ad monasterium Witomo in Pindo tymphaeo (Sint.). — Maio, Jun. ⊙ et ♃.

Obs. Forsan huc pertinet: *H. Steveniana* Bois. Fl. or. I. p. 233, pr. Phigalea in Peloponneso indicata.

c. Flores nivei.

4. **H. dinarica** Beck in Dörfl. Jahreskat. Wien. bot. Tauschver. 1894 p. 6. — Exsicc.: Sint. It. Thessal. n. 1344 (specim. deflorata).

Pilis simplicibus, ramosis et glandulosis obsita, subviscida; foliis lanceolatis, dentatis, inferioribus petiolatis, superioribus basi truncata sessilibus; pedicellis calyce aequilongis.

In mt. Tragopetra prope Malakasi in Pindo tymphaeo (Sint.). — Maio, Juni. ♃.

15. **Wilckia** Scop. Introd. ed. hist. nat. p. 317 (1777). — Malcolmia R. Br. Hort. Kew. ad. 2, IV. p. 121 (1812).

1. Sectio. *Euwilckia* Bois. Fl. or. I. p. 277 (Eumalcolmia). Calyx bisaccatus; siliqua tarde dehiscens, in stylum sensim attenuata, stigmate plus minus acuto.

a. Flores, saltem inferiores, foliis majusculis ovatis angulato-dentatis, foliis inferioribus similibus, bracteati.

1. **W. angulifolia** Bois. et Orph. Diagn. Ser. 2, V. p. 19 (*Malcolmia*); Hal. in ö. b. Z. 1895 p. 176. — *M. cymbalaria* Heldr. et Sart. in Bois. Fl. or. I. p. 227. — Exsicc.: Heldr. Herb. gr. norm. n. 728.

A basi ramosissima; caulibus elongatis, flexuosis; floribus mediocribus, roseis; siliquis arcuatis, patulis, stellato-hirtis, stylo earum latitudine parum longiore mucronatis.

In rupibus mt. Parnassi reg. abietina, in antro Tripia-Spilaea rarissima (Guicc.), alt. 1300 m.; huc forsan etiam planta a Leonis in mt. Korax lecta. — Jun. Aug. ⊙.

b. Flores ebracteati. (In speciebus fere omnibus hujus subsectionis occurrunt formae quasi intermediae, saepe difficillime extricandae, quae earum infirmitatem demonstrant.).

α. Pedicelli fructiferi valde incrassati, siliquae crassae fere latiores.

2. **W. flexuosa** (S. et Sm. Pr. II. p. 24; Ch. et B. Fl. Pelop. p. 43 [*Cheiranthus*]); Hal. ö. b. Z. 1895 p. 171, 1897 p. 61. — *Malcolmia flexuosa* S. et Sm. Fl. gr. p. 33, t. 634; Bois. Fl. or. I. p. 227; Raul. Cret. p. 706 cum *β. cuspidata*; Haussk. Symb. p. 12; Fors. et Barb. in Bull. Bois. III. p. 87; Heldr. Fl. Aegin. p. 234, ö. b. Z. 1898 p. 183, Chlor. Thera p. 8. — *Cheiranthus maritimus* Sieb. avis p. 4, rem. p. 5, non L. — *Malcolmia incrassata* DC. Syst. II. p. 441; Clem. Sert. p. 11; Ung. Reise p. 133; Weiss in z. b. G. 1869 p. 51; Gelmi in Bull. soc. bot. ital. 1889 p. 448. — *Cheiranthus incrassatus* Ch. et B. Exp. p. 191. — *Hesperis incrassata* Urv. Enum. p. 82. — Exsicc.: Orph. Fl. gr. n. 163; Heldr. Herb. norm. n. 150, Fl. Hellen. n. 117; Rev. Pl. Cret. n. 8.

A basi ramosa; caulibus adscendentibus; foliis obovatis, oblongisque, integris vel remote denticulatis; floribus majusculis, roseis; siliquis 5—8 cm. longis, saepe recurvis, pilis bipartitis obsitis, stylo earum latitudine 2—3plo longiore mucronatis.

β. **cephallenica** Heldr. Fl. Cephal. p. 22. Foliis tenuioribus; floribus fere dimidio minoribus, saturatioribus; siliquis brevioribus. Formis intermediis ad typum transit.

In arenosis maritimis. Attica: ad Piraeum (Clem.), Phalerum (Orph.), Sunium, Kamariza Laurii (Haussk.), Pharmacusarum ins. Megali- et Mikra-Kyra (Heldr.); Petalium ins. Platera (Holzmann); Euboea: pr. Kurbatzi (Wild); Sporadum ins. Skopelos (Leon.); Cycladum ins. Mykonos (Sart.), Naxos (Heldr.), Kimolos (Urv.), Thera (Heldr.), Syra (Forsyth), Hydra, Aegina et scop. adj. Angistri (Heldr.); Argolis: pr. Vromolimni in penins. Methana (Haussk.); Laconia: promont. Matapan usque Methone Messeniae (Chaub.), ins. Sapienza (Chaub.); Creta: pr. Kissamos (Rev.), Suda (Weiss), Canea, Khalepa, Dramia, Retymo, ins. Gaidaronisi (Raul.); Corcyra: pr. Palaeokastrizza (Ung.), Signes, Scripero (Gelmi). — β. in reg. inferiore mt. Aeni pr. coenobium Hag. Gerasimos in valle Omala usque ad 600 m. alt, nec non in Cycladum ins. Keos (Heldr.) et Sproradum ins. Peristeri (Reis.). — Mart. Jun. ⊙.

β. Siliquae graciles, pedicellis parum incrassatis.

× Stylus siliquae latitudine pluries longior.

3. **W. maritima** (L. Amoen. acad. IV. p. 280; S. et Sm. Pr. II. p. 24; Ch. et B. Exp. p. 191, Fl. Pelop. p. 43 [*Cheiranthus*]); Hal. ö. b. Z. 1895 p. 172, 1897 p. 61, 1897 p. 24. — *Malcolmia maritima* R. Br. Kew. IV. p. 121; Marg. et R. Fl. Zante p. 28; Friedr. Reise p. 278; Bois. Fl. or. I. p. 228, Suppl. p. 44; Weiss in z. b. G. 1869 p. 51; Spreitz. in z. b. G. 1887 p. 654. — Icon: Rchb. f. 4372. — Exsicc.: Baen. Herb. europ. n. 9286.

A basi ramosa, rarius simplex; caulibus adscendentibus; foliis obovato-oblongis, subintegris; pedicellis calyce 6—10 mm. longo dimidio brevioribus, petalis violaceis, retusis; siliquis patulis, arcuatis. — Formis gracilioribus *W. flexuosae*, siliquis nondum maturis, saepe difficile distinguitur.

β. **macrocalyx.** Floribus majoribus, calyce 10—13 mm. longo, petalis laete roseo-violaceis, basi aurantiacis. — Exsicc.: Heldr. et Hal. Flora Sporad. a. 1896.

In arenosis praesertim maritimis. Attica: ad Phalerum (Boiss.); Euboea: ad Kumi (Vourlich ex Bois.); in Archipelago (Sibth.); Peloponnesus: ad lacum Lerna Argolidis (Friedr.), a Phigalea usque ad mt. Taygetos cum var. lyrata (Chaub.), pr. Kalamata (Fauché); Strophades (Reis.); ins. Oxya Echinadum (Reis.); Zante: pr. Litakia (Marg.), mt. Scopo (Weiss); Cephalonia (Heldr. sec. Bois. Suppl., deest in Heldr. Fl. Ceph.); Leucas: pr. Amaxichi (Spreitz.); Corcyra: mt. Pantocrator (Grimburg), in jugo Panteleimon (Baen.). — β. in Sporadum ins Skopelos et Skiathos (Leon.). — Apr. Maio. ⊙.

×× Stylus siliquae latitudine aequilongus vel parum longior.

○ Petala violacea.

. Petalorum lamina majuscula, calyce pluries latior.

4. **W. graeca** (Bois. et Spr. Diagn. I. p. 71, Fl. or. I. p. 228; Haussk. Symb. p. 12; Boissieu in Bull. bot. Fr. 1896 p. 283; Heldr. Fl. Aegin. p. 234 [*Malcolmia*]); Hal. ö. b. Z. 1895 p. 172. —

Cheiranthus lyratus Ch. et B. Exp. p. 191, Fl. Pelop. p. 43 pro p. sec. Bois. Fl. or. l. c. — *Malcolmia lyrata* Friedr. Reise p. 270, sec. Heldr. Fl. Aeg. p. 234. — Exsicc.: Orph. Fl. gr. n. 162; Heldr. Herb. gr. norm. n. 149 et 1110.

Foliis ovato-oblongis, lyratis, superioribus lanceolatis, dentatis; pedicello calycem subaequanti; petalis majusculis, retusis; siliquis plerumque pube ramosa obsitis.

β. **integrifolia** Bois. Fl. or. I. p. 228; Haussk. Symb. p. 12; Heldr. Fl. Aegin. p. 234. — Exsicc.: Heldr. Fl. gr. n 139.

γ. **tenuior** Haussk. Symb. p. 13. A basi ramosissimus, folia oblonga, in petiolum longe angustata integerrima vel irregulariter paucidentata; flores minores. A *W. veluchensi* floribus submajoribus, petalis violaceis, retusis et siliquis gracilioribus longioribusque differt. Transitum praebet ad speciem sequentem. — *W. bicolor* var. *veluchensis* Hal. ö. b. Z. 1895 p. 172 pro p. — Exsicc.: Heldr. Fl. Hellen. a. 1885.

In collibus et rupestribus montanis. Attica: mt. Lycabettus (Orph.), Pentelicon (Heldr.), Hymettus (Bois.), ad Phalerum (Haussk.); Boeotia: mt. Helicon (Orph.), pr. Larmes (Boissieu); ins. Aegina (Heldr.); Arcadia: pr. Arachova (Heldr.). — *β.* Attica: mt. Lycabettus (Bois.), Corydalus (Heldr.), Kerata, Hymettus (Haussk.); mt. Parnassus (Bois.), pr. Delphi (Leon.); Acrocorinthus, penins. Methana (Haussk.); ins. Aegina (Heldr.); Laconia: mt. Malevo (Orph.); Arcadia: pr. Tripolizza (Heldr.). — *γ.* Attica: ad Kamariza in distr. Laurion (Haussk.), mt. Hymettus (Hal.). — Mart. Jun. ☉.

2 × 4. **W. flexuosa × graeca.** *W. hybrida* Haussk. Symb. p. 13 (*Malcolmia*). Forma intermedia, nunc *W. graecam* spectans, sed rami robustiores, rigidiores, folia integerrima, integumentum fere totum e pilis bipartitis constans; nunc ad *W. flexuosam* accedens, sed pube ramosa obsita. Siliquae abortivae. — Inter *W. flexuosam* et *W. graecam* *γ. tenuiorem* ad Kamariza distr. Laurion (Haussk.). N. v.

5. **W. serbica** Panc. Fl. Princ. Serb. p. 129 (*Malcolmia*); Hal. in ö. b. Z. 1895 p. 174; Bald. riv. coll. bot. Alb. 1896 p. 14. — *W. illyrica* Hal. l. c. — *Malcolmia graeca* Hal. in Beitr. Fl. Epir. p. 13. — *M. bicolor* Bald. coll. bot. Alb. 1895 p. 7, 1896 p. 14. — Exsicc.: Hal. It. gr. sec., a. 1893; Bald. Iter. Alb. Epirot. IV. n. 224.

Foliis oblongis oblongo-lanceolatisve, integris vel denticulatis; pedicello calycem subaequanti; petalis minoribus, integris vel parum emarginatis; siliquis pube bipartita vel ramosa obsitis. — *W. veluchensi*, petalis roseis, siliquis rigidis brevioribus distinctae, maxime affinis.

In rupestribus regionis abietinae montium. Epirus: pr. Kalentini, Vulgarelion, Melisurgi (Hal.), mt. Milikeli in distr. Janina (Bald.); Aetolia: mt. Korax (Leon.). — Jun. Jul. ☉ vel ⊙.

. . Petalorum lamina parva, calyce parum latior.

6. **W. chia** L. Sp. p. 661 (*Cheiranthus*); Hal. ö. b. Z. 1895 p. 177. — *Malcolmia chia* DC. Syst. II. p. 440; Friedr. Reise p. 279; Ung. Reise p. 133; Bois. Fl. or. I. p. 228; Raul. Cret. p. 706; Spreitz. in z. b. G. 1877 p. 720, 1887 p. 654; Heldr. Fl. Cephal. p. 22. — Exsicc.: Rev. Pl. Cret. n. 9.

Simplex vel ramosa; foliis obovatis vel obovato-oblongis, integris vel denticulatis; pedicello calyce breviori; petalis emarginatis; siliquis pilis fere omnibus bipartitis obsitis.

In rupestribus. Boeotia: pr. Oropos (Bois.); Argolis: pr. Poros (Friedr.); Arcadia: pr. Tripolizza (Friedr.); Creta: pr. Hag. Rumeli, Lutro, Malaxa, ad promont. Meleka, inter Askyphos et Anopolis (Raul.); Cephalonia: in oropedio Omala (Spreitz.), pr. Argostoli (Spreitz.); Corcyra: pr. Spartilla, Barbati, Scripero, Palaeokastrizza (Spreitz.). — Apr. Maio. ⊙.

○○ Petala rosea, basi lutea.

. Folia inferioria lyrata; petala emarginata; siliquae graciles, arcuatae.

7. **W. hydraea** Heldr. et Hal. in ö. b. Z. 1895 p. 176. — *Malcolmia hydraea* Heldr. et Hal. in Heldr. Fl. Aegin. p. 234. — Exsicc.: Heldr. et Hal. Fl. Aeg. a. 1889; Heldr. Herb. gr. norm. n. 1009.

A basi ramosa, caulibus elongatis, tenuibus; foliis inferioribus lyratis vel obovato-cuneatis, superioribus oblongis, integris; pedicello calycem subaequanti; petalis mediocribus; siliquis pube bipartita obsitis.

In saxosis mt. Eros in ins. Hydra ad Argolidem (Heldr.); Achaia: mt. Omplo pr. Patras (Heldr.). — Apr. Maio. ⊙.

. . Folia subintegra; petala integra; siliquae rigidae, breves.

8. **W. bicolor** (Bois. et Heldr. Diagn. VI. p. 10; Fl. or. I. p. 229; Hal. Beitr. Fl. Achaia p. 7 [*Malcolmia*]); Hal. ö. b. Z. 1895 p. 172. — Exsicc.: Heldr. Pl. gr. a. 1844.

Caulibus adscendentibus, parce ramosis; foliis ovatis, ovato-lanceolatisque, subintegris; pedicello calycem vix bisaccatum aequanti; petalis mediocribus; siliquis pube bipartita scabris. Species petalis basi luteis, dein ad limbi basin albidis extremitate roseis elegans.

β. **veluchensis** Bois. et Heldr. Diagn. Ser. 2, VI. p. 10. Hal. z. b. G. 1888 p. 748 (*Malcolmia* pr. spec.); Hal. in ö. b. Z. 1895 p. 172, 1897 p. 282. — *Malcolmia bicolor β. veluchensis* Bois. Fl. or. I. p. 229; Hal. Beitr. Fl. Aetol. et Acarn. p. 3. — Exsicc.: Orph. Fl. gr. n. 164; Heldr. Fl. Hellen. n. 2160; Hal. It. gr. sec. a. 1893. A basi ramosissima, floribus dimidio minoribus; siliquis pube bipartita vel ramosa obsitis, stigmate brevissimo.

In rupestribus montanis usque in regionem alpinam adscendens. In mt. Taygetos, Kyllene, Panachaicon (Heldr.), Chelmos (Hal.). — *β.* Achaia: mt. Kyllene (Orph.); mt. Kiona (Hal.); Aetolia: mt. Ta-

phiassos (Hal.), pr. Guritza (Reis.); mt. Korax (Tunt.), Tymphrestus (Guicc.); Acarnania: pr. Kravassaras ad sinum Ambracicum (Hal.). — Maio, Jul. ⊙.

2. Sectio. *Rigidae* Bois. Fl. or. I. p. 222. Calyx basi aequalis; siliqua rigida, aegre vel sero dehiscens, in stigma acutum sensim attenuata.

9. **W. africana** L. Sp. p. 663 (*Hesperis*); Hal. in ö. b. Z. 1895 p. 215. — *Malcolmia africana* R. Br. Hort. Kew. IV. p. 121; Bois. Fl. or. I. p. 223; Haussk. Symb. p. 13. — Icon: Rchb. n. 4371. — Exsicc.: Orph. Fl. gr. n. 1094; Heldr. Herb. gr. norm. n. 1111.

In arvis, locis aridis, rara. Attica: ad Phalerum (Orph.), in valle Cephissi, pr. Kukuvaones (Heldr.). — Apr. Maio. ⊙.

3. Sectio. *Sisymbrioideae* Bois. Fl. or. I. p. 221. Calyx bisaccatus; siliqua cito dehiscens, stylo cylindrico ab ea distincto apiculata, stigmate obtuso.

10. **W. parviflora** DC. Fl. Fr. IV. p. 654 (*Hesperis*); Hal. in ö. b. Z. 1895 p. 215. — *Malcolmia parviflora* DC. Syst. II. p. 442; Bois. Fl. or. I. p. 221. — *Cheiranthus ramosissimus* Ch. et B. Fl. Pelop. p. 43. — Icon: DC. Pl. Gall. rar. t. 35.

Stylo latitudine siliquae longiori, apice bifido lobis conniventibus.

Ad litora occident. Peloponnesi (Gittard.). — Apr. Maio. ⊙ N. v.

11. **W. confusa** (Bois. Fl. or. I. p. 221; Haussk. Symb. p. 13; Heldr. Fl. Aegin. p. 235 [*Malcolmia*]); Hal. in ö. b. Z. 1895 p. 215. — Exsicc.: Orph. Fl. gr. n. 1093; Heldr. Herb. norm. n. 550 et 820.

Stylo latitudine siliquae subbreviori, stigmate truncato, retuso. Habitu praecedenti simillima.

In arenosis maritimis. Aetolia: pr. Mesolongion (Nieder); Attica: ad Phalerum (Orph.), ad promont. Hagios Cosmas (Heldr.); ins. Aegina (Sprun.). — Apr. Maio. ⊙.

2 Tribus. *Brassiceae* Benth. et Hook. Gen. p. 62. Siliqua angusta, elongata, rarissime silicula, seminibus 1—2 seriatis; cotyledones incumbentes, longitudinaliter conduplicatae.

16. Brassica L. Gen. n. 820.

1 Sectio. *Melanosinapis* Bois. Fl. or. I. p. 390. Siliquae subtetragonae, rachidi adpressae, stylo tenui aspermo. Calyx patens.

1. **B. nigra** (L. Sp. p. 668; S. et Sm. Pr. II. p. 31; Dallap. Prosp. p. 91; Ch. et B. Exp. p. 192, Fl. Pelop. p. 43; Heldr. Nutzpfl. p. 47; Weiss in z. b. G. 1869 p. 52; Haussk. Symb. p. 15; Bald. nuov. giorn. bot. 1894 p. 92; Form. in Ver. Brünn 1896 p. 79 (*Sinapis*); Koch Deutschl. Fl. IV. p. 713; Bois. Fl. or. I. p. 390; Heldr. Fl. Cephal. p. 23. — Icon: Rchb. f. 4427. — Exsicc.: Sint. It. Thessal. n. 929; Baen. Herb. europ. n. 9220.

Colitur ad usum oeconomicum et occurrit hinc inde ut subspontanea. Attica: pr. Geraka ad radices mt. Pentelicon (Heldr.); Boeotia: pr. Lebadea (Heldr.); in agro Argolico (Sibth.); pr. Koturi (Form.) Malakasi (Sint.), Karditza et Korona (Haussk.) Thessaliae; Corcyra: pr. Hag. Matthia (Bald.), San Deca (Baen.); Cephalonia (Dall.); Creta: pr. Canea (Weiss). — Apr. Jul. ⊙.

2 Sectio. *Eubrassica* Bois. Fl. or. I. p. 391. Siliquae cylindricae, patulae, rostro nullo vel conico, aspermo. Calyx rectus.

a. Glaberrimae, basi lignosae.

2. **B. cretica** Lam. Dict. I. p. 747; S. et Sm. Pr. II. p. 30; Sieb. avis p. 4, rem. p. 5, Flora I. p. 271; Fraas Fl. Class. p. 122; Bois. Fl. or. I. p. 391; Raul. Cret. p. 710; Spreitz. in z. b. G. 1887 p. 654, 1890 p. 293; Haussk. Symb. p. 14. — Icon: Fl. Gr. t. 645. — Exsicc.: Heldr. Herb. norm. n. 413.

Foliis carnosis, inferioribus ovato-oblongis crenato-dentatis, basi interdum lobo auriculiformi auctis; floribus luteis, rostro brevi, lanceolato.

β. **aegaea** Heldr. et Hal. in ö. b. Z. 1895 p. 216. Racemis densioribus, floribus minoribus, brevius pedicellatis. — Exsicc.: Heldr. et Hal. Fl. Aeg. a. 1889; Dörfl. Fl. Aeg. n. 145.

In rupium fissuris. Attica: mt. Hymettus (Heldr.), mt. Kerata (Haussk.); Acrocorinthus (Haussk.); Creta: ad Palaeokastro pr. Suda, Hag. Rumeli pr. Samaria (Raul.), in valle Nipros (Spreitz.); Leukas: prom. Zuana pr. Amaxichi (Spreitz.). — *β*. Cycladum ins. Tenos (Heldr.); Sporadum ins. Jura (Reis.), specimina medium tenent inter typum et varietatem. — Apr. Jun. ♃.

3. **B. nivea** Bois. et Sprun. Diagn. I. p. 72, Fl. or. I. p. 391. — Exsicc.: Orph. Fl. gr. n 59.

Foliis carnosis, inferioribus lyratis, lobis lateralibus 1—3 parvis auriculaeformibus, terminali maximo, ovato, repando-crenato; floribus niveis; rostro lanceolato brevi. A praecedente male distincta, nam color florum atque characteres differentiales foliorum vix firmi videntur. Cf. etiam Haussk. in Symb. p. 14, qui in loco classico *B. niveae* specimina flaviflora sola vidit.

In fissuris rupium verticalium Acrocorinthi (Bois.). — Apr. Maio. ♃.

b. Herbaceae, foliis margine setulosis.

4. **B. nivalis** Bois. et Heldr. Diagn. Ser. 2, I. p. 32; Fl. or. I. p. 392. — Exsicc.: Heldr. Pl. gr. n. 2559.

Caulibus tenuibus, simplicibus, subaphyllis, 25 cm. altis; foliis inferioribus sublyrato-pinnatipartitis, segmentis obtusissimis; racemis floriferis densis, floribus mediocribus luteis; siliquis (junioribus) linearibus, in stylum eis dimidio breviorem abeuntibus. Habitu *B. Gravinae* Ten.

In rupibus ad nives Olympi Thessaliae rarissima. — Jul. ♃.

Obs. *B. oleracea* L., *B. napis* L. et *B. rapa* L. coluntur ad usum culinarem.

3. Sectio. *Brassicoides* Bois. Fl. or. I. p. 392 emend. Siliquae a dorso subcompressae, patulae, rostro aspermo vel basi seminifero. Calyx rectus.

5. **B. Tournefortii** Gou. Ill. p. 44, t. 20; Bois. Fl. or. I. p. 393; Raul. Cret. p. 710; Haussk. Symb. p. 15. — ? *Diplotaxis erucoides* Friedr. Reise p. 267. — Exsicc.: Orph. Fl. Gr. n. 58; Heldr. Herb. norm. n. 216; Rev. Pl. Crat. n. 222.

Foliis radicalibus rosulatis, hirtis, runcinato lyratis, segmentis dentatis, caulinis paucis linearibus; floribus pallide flavis, parvis, siliquis 4—6 cm. longis, rostro basi seminifero siliqua dimidio breviori.

In arenosis maritimis. Attica: ad Phalerum (Heldr.), Laurion, Sunium (Haussk.); Creta (Tourn.): pr. Kissamos (Rev.) — Mart. Apr. ⊙.

6. **B. fruticulosa** Cyr. Pl. rar. II. p. 7, t. 1; Bois. Fl. or. I. p. 393. — *B. cadmea* Heldr. Herb. gr. norm. n. 821. — *Sinapis radicata* S. et Sm. Pr. II. p. 32. — Icon: Fl. gr. t. 648.

Foliis radicalibus rosulatis, scabris, lyratis, segmentis dentatis, caulinis paucis, oblongis, incisis, summis linearibus; floribus pallide flavis, parvis; siliquis torulosis, 20—25 mm. longis, rostro aspermo, latitudine siliquae duplo longiori.

In collibus argillosis (Sibth.); pr. Thebas Boeotiae (Heldr.) — Mart. Apr. ♃.

17. Sinapis L. Gen. 821.

1. Sectio. *Ceratosinapis* DC. Syst. II. p. 394. Siliqua rostro subconico superata.

1. **S. pubescens** L. Mant. p. 95; S. et Sm. Pr. II. 31; Ung. Reise p. 133; Bois. Fl. or. I. p. 394. — Icon: Ard. specim. I. t. 9.

Villoso-pubescens, foliis radicalibus lyrato-pinnatis, supremis crenato-dentatis; siliquis rachidi subadpressis, villosis, rostro eis subaequilongo, basi saepius 1-spermo, nervis valvarum parum prominentibus.

In insula Zacyntho (Sibth.) et ad Rheitro pr. Eleusis Atticae (Ung.) — Mart. Maio. ♃. N. v.

2. **S. arvensis** L. Sp. p. 668; S. et Sm. Pr. II. p. 31; Urv. Enum. p. 82; Ch. et B. Exp. p. 192, Fl. Pelop. p. 43; Marg. et R. Fl. Zante p. 29; Friedr. Reise p. 269; Ung. Reise p. 133; Bois. Fl. or. I. p. 394; Raul. Cret. p. 710; Weiss in z. b. G. 1869 p. 52; Haussk. Symb. p. 15; Heldr. Fl. Aegin. p. 235. — Icon: Rchb. f. 4425. — Exsicc.: Heldr. et Hal. Fl. Aeg. a. 1889.

Plus minus hirsuta, foliis ovatis, inaequaliter dentatis, radicalibus interdum lyratis; siliquis erecto-patulis, rostro eis subaequilongo, aspermo, nervis valvarum promimentibus.

α. **typica.** Siliquae glabrae.

β. **orientalis** L. Amoen. IV. p. 280 pro sp.; Sieb. avis p. 4, rem. p. 5; Raul. Cret. p. 710. — Siliquae retrorsum hispidae.

In cultis, ad vias, in ruderatis. Attica: pr. Athenas (Haussk.); Thessalia: pr. Korona, Karditza (Haussk.), Velestinos (Heldr.); Peloponnesus (Sibth.): pr. Nauplia (Haussk.); ins. Aegina (Friedr.), Syra (Urv.), Melos (Leon.); Creta: pr. Canea (Weiss); Zante (Marg.); Corcyra (Ung.). — Mart. Maio. ⊙.

2. Sectio. *Leucosinapis* DC. Syst. II. p. 620. Siliqua rostro ensiformi compresso subulata.

3. **S. dissecta** Lag. Cat. Matrit. 1816 p. 20; Bois. Fl. or. I. p. 395; Raul. Cret. p. 710. — Icon: Moris Fl. Sard. t. 12.

Foliis pinnatipartitis, segmentis laciniatis, obtusis; siliquis in pedicello arcuato-patulo, siliqua ipsa longiore erectis, cum rostro aspermo 15—25 mm. longis; siliqua ovali vel oblonga, inflata, rostro dimidio aut subduplo breviore, glabra vel retrorsum hispida.

In campis ad Takodopora et Rhamni Cretae (Heldr.). — Mart. Apr. ⊙. N. v.

4. **S. alba** L. Sp. p. 668; S. et Sm. Pr. II. p. 31; Ch. et B. Exp. p. 192, Fl. Pelop. p. 43; Fraas Fl. Class. p. 122; Heldr. Nutzpfl. p. 47; Bois. Fl. or. I. p. 395; Raul. Cret. p. 710. — Icon: Rchb. f. 4424. — Exsicc.: Heldr. Fl. Hellen. a. 1866.

Foliis lyrato-pinnatisectis, segmentis inaequaliter sinuato-dentatis; siliquis cum pedicello recto, siliquam ipsam subaequante patentissimis, cum rostro saepe seminifero 3—4 cm. longis; siliqua cylindrica, rostro breviore, saepissime hispida.

In arvis, ruderatis. Attica: pr. Athenas (Heldr.); Argolis, Messenia (Sibth.); Creta: pr. Canea, Candia, Guves (Raul.) et certe alibi. — Mart. Apr. ⊙.

18. Hirschfeldia Moench. Meth. p. 264.

1. **H. incana** (L. Amoen. IV. p. 481; Marg. et R. Fl. Zante p. 29; Fraas Fl. Class. p. 122; Heldr. Nutzpfl. p. 47 [*Sinapis*]); Heldr. in ö. b. Z. 1898 p. 183, Chlor. Thera p. 8. — *H. adpressa* Moench. l. c.; Bois. Fl. or. I. p. 390; Raul. Cret. p. 710; Weiss in z. b. G. 1869 p. 52; Spreitz. in z. b. G. 1877 p. 720, 1887 p. 654; Heldr. Fl. Cephal. p. 23; Haussk. Symb. p. 15; Form. in D. bot. Mon. 1891 p. 34, in Ver. Brünn 1896 p. 79, 1897 p. 55; Heldr. Fl. Aegin. p. 235. — *Condylocarpus pubescens* S. et Sm. Pr. II. p. 23. — *Erucastrum incanum* Koch. Syn. p. 61. — Icon: Rchb. f. 4423. — Exsicc.: Heldr. Herb. dimorph. n. 8; Dörfl. Fl. Aeg. n. 6.

Habitu Brassicae nigrae non absimilis, ab ea praeter alias notas siliquis brevibus, pedicello incrassato suffultis, rostro crassiusculo conico, basi constricto, media parte seminifero, siliqua subaequilato et ea saepe parum breviore statim diagnoscenda.

In ruderatis, campis, arvis, ad vias regionis inf. et submontanae in continenti tota, nec non in insulis Jonicis Corcyra, Cephalonia et

Zante, in ins. Cythera, Creta, Aegina, in Cycladum insulis Thera, Amorgos, Naxos, Tenos, Syra. Mire deest in Ch. et B. Fl. Pelop. — Mart. Jul. ⊙.

18. Diplotaxis DC. Syst. II. p. 628.

1. **D. viminea** (L. Sp. p. 658; Ch. et B. Exp. p. 189, Fl. Pelop. p. 43 [*Sisymbrium*]); DC. Syst. II. p. 635; Marg. et R. Fl. Zante p. 29; Bois. Fl. or. I. p. 387; Hal. in ö. b. Z. 1899 p. 701. — *Sisymbrium murale* B. et Ch. Fl. Pelop. p. 43 sec. Bois. l. c. non L. — Icon: Rchb. f. 4416. — Exsicc.: Heldr. Herb. norm. n. 1403 var. integrifolia.

α. **typica.** Foliis sinuato-lyratis.

β. **Prolongi** Bois. Voy. Esp. p. 33 pro sp. — *D. viminea* v. *integrifolia* Lange Pug. p. 273. Foliis spathulato-oblongis, dentatis, crenatis vel subintegris.

In ruderatis, collibus saxosis rara. Attica: pr. Megara et pr. Chazani ad promont. Kolias (Heldr.); Achaia: pr. Patras (Chaub.); Zante (Marg.); Messenia: pr. Arcadia, Pylos et Methone (Chaub.). — Nov. — Junio. ⊙.

Obs. *D. harra* Forsk. Fl. Aeg. p. 118 (*Sinapis*); Bois. Fl. or. I. p. 388, indicatur in Raul. Cret. p. 710 sec. Tournefort in Creta. A recentioribus non lecta.

19. Moricandia DC. Syst. II. p. 626.

1. **Moricandia arvensis** (L. Mant. p. 95; S. et Sm. Pr. II. p. 29 [*Brassica*]); DC. l. c.; Ung. Reise p. 133; Heldr. Fl. Cephal. p. 23. — Icon: Fl. gr. t. 644.

Foliis glaucis, glaberrimis, caulinis cordato-oblongis, basi auriculata amplexicaulibus, petalis violaceis a congeneribus diversissima.

In arvis humentibus Graeciae (Sibth.); certe in Cephalonia: pr. Lixuri (Ung.) et in eparchia Palike tota (Heldr.). — Apr. Jun. ⊙.

20. Eruca DC. Syst. II. p. 636.

1. **E. sativa** Lam. Fl. Fr. II. p. 496; Marg. et R. Fl. Zante p. 29; Friedr. Reise p. 266; Fraas Fl. Class. p. 123; Heldr. Nutzpfl. p. 47; Bois. Fl. or. I. p. 396; Weiss in z. b. G. 1869 p. 52; Raul. Cret. p. 710; Heldr. Fl. Cephal. p. 23, Fl. Aegin. p. 235; Haussk. Symb. p. 15; Form. in D. bot. Mon. 1898 p. 80. — *Brassica eruca* L. Sp. p. 667; S. et Sm. Pr. II. p. 30; Dallap. Prosp. p. 91; Ch. et B. Exp. p. 191, Fl. Pelop. p. 43; Clem. Sert. p. 11. — Icon: Fl. Gr. t. 646. — Exsicc.: Heldr. Herb. norm. n. 525, 1207 et 1207b; Baen. Herb. europ. n. 2369 et 9254.

Species polymorpha (cf. DC. l. c.). Vidi specimina segmentis foliorum, nec non petalis angustioribus et latioribus, albidis et flavidis,

siliquis glabris et parce hispidulis, rostro eis breviore, longiore vel aequilongo, seminibus regulariter vel obscurius biseriatis, junioribus fuscis, maturis nigrescentibus, margine non vel angustissime alatis. Tales formas infirmas sistunt. *E. longirostris* Uecht. in ö. b. Z. 1874 p. 133. *E. permixta et glabrescens* Jord. Diagn. p. 193.

In cultis, olivetis, collibus saxosis, olivetis, ad vias. Attica: ubique pr. Athenas vulgatissima (Heldr.); pr. Corinthum (Heldr.); in Thessaliae planitie et in Argolide (Haussk.); ins. Aegina (Heldr.), Syra, Tenos (Weiss.); Creta: pr. Canea, Retymo, Candia (Raul.); Laconia: inter Kytriais et Zarnate (Chaub.); Zante (Marg.); Cephalonia (Dall.): pr. Argostoli (Heldr.); Corcyra: pr. Kastrades (Baen.). Colitur saepe ad usum culinarium. — Mart. Maio. ⨀.

21. Carrichtera DC. Syst. II. p. 641.

1. **C. annua** (L. Sp. p. 641; S. et Sm. Pr. II. p. 4; Friedr. Reise p. 266 [*Vella*]); Aschers. et Schweinf. Ill. Fl. Aegypt. p. 42; Heldr. Fl. Aegin. p. 235. — *C. Vellae* DC. l. c.; Friedr. Reise p. 266; Clem. Sert. p. 15; Bois. Fl. or. I. p. 397; Haussk. Symb. p. 19. — Icon: Lam. Ill. t. 555, f. 1. — Exsicc.: Orph. Fl. Gr. n. 6; Heldr. Herb. norm. n. 622, Herb. Gr. dimorph. n. 6, in Baen. Herb. europ. n. 2350.

A collo ramosa, foliis bipinnatisectis, laciniis linearibus brevibus, floribus parvis, ochroleucis, violaceo-venosis, siliculis subsecundis. In Brassiceis nostris fructu parvo, siliculiformi ovato, stylo foliaceo eo sublongiore insignis.

In collibus aridis. Attica: ad Piraeum (Orph.), Phalerum et Sunium (Haussk.); Aegina: in maritimis (Heldr.). — Febr. Apr. ⨀.

3. Tribus. *Alyssineae* Wettst. in ö. b. Z. 1889. p. 328. Silicula rarissime siliqua, seminibus biseriatis aut geminis vel solitariis; cotyledones accumbentes vel incumbentes

a. Cotyledones saepissime accumbentes.

22. Lunaria L. Sp. n. 809.

1. **L. pachyrrhiza** Borb. in ö. b. Z. 1891 p. 422 et in Természet. Füz. 1895 p. 93. — *L. annua* Friedr. Reise p. 280; Gelmi in Bull. soc. bot. Ital. 1889 p. 448; Haussk. Symb. p. 15; Hal. in ö. b. Z. 1897 p. 61 et 282; Bald. riv. coll. bot. Alb. p. 14; non L. Sp. p. 653. — *L. biennis* Bois. Fl. or. I. p. 256, suppl. p. 48; Raul. Cret. p. 707; Spreitz. in z. b. G. 1877 p. 720; Heldr. in Sitzb. Acad. Berlin 1883 p. 6, Chlor. Parn. p. 13; Boissieu in Bull. bot. France 1896 p. 283; Form. in D. b. Monat. 1898 p. 80; non Moench Meth. p. 261. — *L. rediviva* S. et Sm. Pr. II. p. 16; Ch. et B. Exp. p. 186, Fl. Pelop. p. 42. — Exsicc.: Orph. Fl. Gr. n. 626; Sint. It. Thessal. n. 59.

Habitus omnino *L. annuae* L., plantae Europae occidentalis (Baen Herb. europ. n. 4048, e Helvetia), cujus fortasse nil nisi subspecies orientalis, et ab ea differt fibris radicis tuberoso-incrassatis, foliis saepissime

oppositis, summis exceptis petiolatis, floribus saepe subminoribus, siliculis ellipticis vel elliptico-lanceolatis, plerumque basi et apice acutis. Ulterius observanda.

β. **corcyrea** DC. Syst. II. p. 283 pro var. *L. annuae.* — *L. biennis* v. *corcyrea* Ung. Reise p. 132. Siliculis suborbiculatis. Intermediis ad typum transit. — Exsicc.: Baen. Herb. europ. n. 9284.

In rupestribus, fruticetis, silvaticis montanis. Attica: mt. Parnes (Heldr.), Kerata (Sart.); Phocis: mt. Parnassus (Heldr.), pr. Delphi (Leon.); Euboea: mt. Ocha pr. Karysto (Münter); Sporadum ins. Skiathos (Leon.); Thessalia: mt. Ossa, mt. Pelion pr. Praxedes (Heldr.), pr. Kalabaka (Boissieu); Epirus: pr. Kastrica, et mt. Micikeli (Bald.); Aetolia: mt. Chalkis pr. Krionerion (Reis.), pr. Mesolongion (Nied.); Corcyra: pr. urbem (Sagburg), pr. Pelleka (Baen.); Ithaca: pr. Vathy (Spreitz.); Messenia: pr. Arcadia, Methone (Chaub.); Arcadia: pr. Leontarion (Heldr.), Karithena (Friedr.); Acrocorinthus (Orph.); Creta: ad Palaeokastro pr. Suda (Raul.) — Mart. Maio ⊙ et ♃.

23. Fibigia Med. Gen. I. p. 90.

1. **F. eriocarpa** DC. Syst. II. p. 288 (*Farsetia*); Bois. Fl. or. I. p. 258; Hal. in z. b. G. 1899 p. 701. — *Alyssum clypeatum* S. et Sm. Pr. II. p. 14; Ch. et B. Exp. p. 184, Fl. Pelop. p. 41. — *Farsetia clypeata* Fraas Fl. Class. p. 118; Hal. Beitr. Fl. Achaia p. 11; ? Bald. riv. coll. bot. Alb. 1896 p. 14. — *Fibigia clypeata* Bois. Fl. or. I. p. 257 quad pl. graec.; Heldr. Chlor. Parn. p. 13. — *Farsetia clypeata β. pindicola* Haussk. Symb. p. 15; Form. Ver. Brünn 1897 p. 56. — *F. clypeata* v. *eriocarpa* Fourn. in Bull. soc. bot. France XI. p. 60. — Exsicc.: Heldr. Herb. norm. n. 345; Orph. Fl. gr. n. 1054.

Herbacea, foliis oblongo-lanceolatis, dentatis vel repandis; racemis fructiferis valde elongatis, laxis; pedicellis brevissimis; siliquis ellipticis, stellato-tomentosis et pilis longis simplicibus villosis. — *F. clypeata* L. Sp. p. 651 (*Alyssum*) differt siliculis tomento brevi stellato asperis.

In rupestribus montanis, usque 1200 m. — Thessalia: ad monast. Korona in Pindo (Haussk.); Epirus: mt. Micikeli (Bald.); Eurytania: mt. Chelidoni supra Mikrochorio (Heldr.); mt. Parnassus (Guicc.); Boeotia: mt. Helicon (Orph.); Attica: mt. Citheron, Hymettus (Heldr.), Parnes (Fraas); pr. Corinthum (Pichl.); Laconia: mt. Taygetos (Zahn); Messenia: pr. Phigalea (Chaub.); Achaia: mt. Kyllene (Heldr.), Panachaicon (Hal.), pr. Patras (Chaub.) — Maio, Jun. ♃.

2. **F. lunaroides** Willd. Sp. III. p. 461 (*Alyssum*); Sibth. et Sm. Fl. gr. t. 625; Bois. Fl. or. I. p. 258. — *Farsetia lunaroides* R. Br. Hort. Kew. IV. p. 96. — Exsicc.: Orph. Fl. gr. n. 1125.

Fruticulosa, foliis confertis, oblongis vel oblongo-obovatis, integris; racemis fructiferis brevibus, densiusculis; pedicellis silicula dimidio brevioribus; siliculis ovatis, tomento brevi stellato asperis.

In rupibus Cycladum: ins. Pholegandros (Orph.), Calogeros (Tourn.), Stenosa, Anaphi (Willdenow). — Apr. Maio. ♃.

24. Aubrietia Adans. Fam. II. p. 420.

Dispositio specierum de forma alarum atque dentium staminum parum idonea est (cf. Wettst. in Bibl. bot. fasc. 26 p. 21), cum illae notae uno eodemque flore post anthesin mutentur. Forma indumentoque autem fructuum sufficientes notae, species enumeratae (parvae) modice distinguendae adesse videntur.

1. **A. gracilis** Sprun. in Bois. Diagn. I. p. 74; Bois. Fl. or. I. p. 250. — *A. deltoidea* v. ? *gracilis* et v. *Degeniana* Bald. riv. coll. bot. Alb. 1896 p. 15. — Exsicc.: Heldr. Pl. gr. n. 3354; Bald. It. Alb. Epir. IV. n. 278.

Virescens; foliis lanceolatis, integris; siliquis linearibus, plano-compressis, latitudine sua multoties longioribus, valvis prominenter uninerviis et reticultato-venosis, subnitentibus, pilis stelligeris minimis non contiguis obductis.

In rupestribus regionis alpinae. — Eurytania: mt. Tymphrestus (Sprun.); Epirus: mt. Smolika pr. Konitza, mt. Gamila et Papignon (Bald.). — Jul. ♃.

2. **A. thessala** Boissieu in Bull. soc. bot. France 1896 p. 288. — *A. gracilis* Haussk. Symb. p. 16; Hal. Beitr. Fl. Epir. p. 13, Beitr. Fl. Thessal. p. 7. — *A. deltoidea* v. *gracilis* Bald. Coll. bot. Alb. 1895 p. 8. — Exsicc.: Heldr. It. Thessal. a. 1885; Hal. It. gr. II. a. 1893; Bald. It. Alb. Epir. III. n. 299; Sint. It. Thessal. n. 800.

Virescens; foliis oblongis vel oblongo-obovatis, integris vel utrinque denticulo auctis; siliquis compressis, latitudine sua multoties longioribus, valvis prominenter uninerviis, obsolete venoso-reticulatis, pilis stelligeris minimis contiguis dense obductis.

In rupestribus regionis subalpinae et alpinae. Epirus: mt. Tsumerka et Peristeri (Hal.); Thessalia: mt. Turnara pr. Chaliki (Sint.), mt. Tringia (Hartl), mt. Ghavellu (Haussk.), mt. Karava (Heldr.) in Pindo, mt. Olympus (Boissieu). — Jun. Jul. ♃.

3. **A. intermedia** Heldr. et Orph. in Bois. Diagn. Ser. 2, I. p. 36; Bois. Fl. or. I. p. 251; Heldr. Chlor. Parn. p. 13; Haussk. Symb. p. 16; Form. in Ver. Brünn 1897 p. 56. — *A. deltoidea* Hal. in Beitr. Fl. Achaia p. 11. — Exsicc.: Orph. Fl. gr. n. 372; Sint. It. Thessal. n. 486; Sint. et Bornm. It. turc. n. 1158.

Cinerascens; foliis oblongis, obovatis vel rhombeis, saepius utrinque denticulo auctis; siliquis compresso-turgidis, latitudine sua 3—5plo longioribus, valvis basi uninerviis eveniis, pilis stellatis dense velutinis.

In rupestribus regionis subalpinae et alpinae. Thessalia: mt. Ghavellu et Karava (Haussk.), pr. Kalabaka (Sint.), pr. Litochorion in Olympo (Sint.), mt. Othrys (Form.); Euboea: mt. Hag. Elias pr.

Karysto (Sart.), mt. Dirphys (Heldr); mt. Parnassus et mt. Onion Boeotiae (Heldr.); Achaia: mt. Panachaicon, mt. Kastro pr. Kalavryta, mt. Chelmos (Hal.), pr. Megaspilaeon (Heldr.), mt. Kyllene supra Trikala (Orph.); Laconia: mt. Taygetos (Reiser). — Apr.Jun. ♃.

Obs. Hybridam, forma foliorum atque indumento intermediam inter *A. thessalam* et *intermediam* in mt. Karava Haussknecht se observavisse indicat. *A. hybrida* (*gracilis* ×·*intermedia*) Haussk. Symb. p. 16.

4. **A. deltoidea** (L. Sp. ed. 2 p. 908; S. et Sm., Pr. II. p. 15 [*Alyssum*]); DC. Syst. II. p. 294; Ch. et B. Exp. p. 186, Fl. Pelop. p. 42 (an *A. intermedia*?); Friedr. Reise p. 268; Fraas Fl. Class. p. 118; Ung. Reise p. 132; Bois. Fl. or. I. p. 252; Raul. Cret. p. 706; Haussk. Symb. p. 15; Bald. in Malpigh. IX. p. 29; Form. in Ver. Brünn 1896 p. 79. — ?*A. delloidea* v. *croatica* Bald. Riv. coll. bot. Alb. 1896 p. 14. — *A. gracilis* Heldr. in Acad. Wiss. Berlin 1883 p. 4. — *A. graeca* Griseb. Spic. I. p. 268. — Icon: Fl. gr. t. 628. — Exsicc.: Heldr. Herb. gr. norm. n. 214; Orph. Fl. gr. n. 245.

Cinerascens; foliis ovatis vel rhombeis, utrinque 1—2 dentatis; petalis interdum retusis; siliquis turgidis, latitudine sua 2—4plo longioribus, valvis subenerviis, eveniis, praeter indumentum stellatum densum pilis simplicibus patulis hirtis.

β. **integrifolia** Fisch. et Mey. Ann. sc. nat. Ser. 4, I. p. 30; Haussk. Symb. p. 15, pro sp. — *A. deltoidea β. microphylla* Bois. Fl. or. I. p. 252; Heldr. Fl. Cephal. p. 22. — Exsicc.: Sint. It. Thessal. n. 1136. — Foliis minoribus, lineari-ellipticis, saepius integris.

In saxosis regionis montanae et alpinae. Aetolia: mt. Korax (Leon.); Attica: mt. Hymettus (Heldr.), Pentelicon (Orph.), Parnes, Citheron (Heldr.); Thessalia: in valle Tempe (Form.), mt. Pelion (Heldr.), in Acropoli ad Pharsalum (Haussk.); Sporadum ins. Skiathos (Leon.); Cycladum ins Paros (Wiedem.); Laconia: mt. Malevo (Orph.), Taygetos (Bois.); Arcadia: pr. Tripolizza (Friedr.); Creta: in mt. Sphacioticis (Sibth.), pr. Askyphos (Raul.),[1] mt. Omalo (Bald.), Drakona (Rev.); *β.* Cephalonia: mt. Aenos (Heldr.); Thessalia: mt. Ghavellu (Sint.); Attica: mt. Kerata (Haussk.). — Apr. Jun. ♃.

25. Berteroa DC. Syst. II. p. 290.

a. Silicula ovata, subinflata, tomentella; semina anguste marginata; petala alba.

1. **B. stricta** Bois. Diagn. Ser. 2, I. p. 35; Hal. Beitr. Fl. Achaia p. 11. — *B. orbiculata β. stricta* Bois. Fl. or. I. p. 291. — *B. incana* Heldr. in Sitzungsb. Acad. Wiss. Berl. 1883 p. 4. — Exsicc.: Orph. Fl. gr. n. 649; Heldr. It. Thessal. n. 34; Sint. It. or. a. 1889 p. 925.

B. incanae (L.) siliculis ellipticis inflatis simillima, ab ea siliculis ovatis vix inflatis an satis diversa. — *B. orbiculata* DC. Syst. II. p. 293, in ditione non obvia, floribus lutescentibus, siliculis fere orbiculatis est species diversissima.

β. **pindicola.** Perennans, humilis, virescens, caulibus adscendentibus simplicibus vel subsimplicibus, petalis submajoribus. Siliculas maturas non vidi. — *B. obliqua* Hal. in Beitr. Fl. Epir. p. 13. — *B. graeca* Haussk. in Sint. It. Thessal. n. 808. — *B. mutabilis* Bald. Riv. Coll. bot. Alb. 1895 p. 9.

In regione inferiore et montana, rara. Thessalia: pr. Caterina ad Olympum (Orph.), mt. Pelion (Heldr.). — *β.* Epirus: mt. Tsumerka (Bald.), in cacumine mt. Peristeri (Hal.) in subalpinis mt. Turnara pr. Chaliki (Sint.). — Jun. Sept. ⊙.

b. Silicula elliptica, plano-compressa; semina alata; petala alba adulta saepe rosea.

× Silicula glaberrisma.

2. **B. mutabilis** Vent. Hort. Cels. p. et t. 85 (*Alyssum*); DC. Syst. II. p. 292; Bois. Fl. or. I. p. 290, suppl. p. 52; Heldr. Fl. Cephal. p. 22; Bald. Riv. coll. bot. Alb. 1892 p. 9; Hal. Beitr. Fl. Epir. p. 11. — *Farsetia mutabilis* R. Br. Hort. Kew. IV. p. 96. — *B. obliqua* Form. in D. bot. Mon. 1891 p. 34, Ver. Brünn 1895 p. 39, 1896 p. 79, 1897 p. 56. — *B. obliqua* v. *leiocarpa* Haussk. Symb. p. 15. — *Allyssum incanum* Pieri Corc. Fl. p. 89. — Exsicc.: Heldr. It. gr. septentr. a. 1879; Bald. It. Alb. 1892 p. 252; Sint. It. Thessal. n. 1013.

B. procumbens Port. En. pl. Dalm. p. 15, species dalmatica biennis, differt a nostra: caulibus tenuioribus, saepe procumbentibus, foliis latioribus, floribus semper albis et pedicellis patentibus (non erecto-patulis).

In regione inferiore et montana. Corcyra (Pieri); Cephalonia: mt. Aenos pr. Hagia Eleutheria (Heldr.); Epirus: pr. Mitika in distr. Prevesa (Bald.), pr. Prevesa, Nikopolis, Mitikas, Janina, Sadovica, mt. Micikeli et Prosgoli, pr. Han. Balduna (Form.); Thessalia: pr. Malakasi (Sint.), Kalabaka, Meteora (Haussk.), Povelci, Kopraena, Kastri, Vlachava (Form.); Eurytania: pr. Karpenisi (Heldr.); Aetolia: pr. Musinitza ad radices mt. Korax (Heldr.). — Jun. Aug. ♃.

×× Silicula stellato puberula.

3. **B. obliqua** S. et Sm. Pr. II. p. 12 (*Alyssum*); Hal. Beitr. Fl. Achaia p. 11. — *B. graeca* Bois. Diagn. Ser. 2 I. p. 35. — *B. mutabilis β. obliqua* Bois. Fl. or. I. p. 291. — *Alyssum lunarioides* Ch. et B. Exp. p. 184, Fl. Pelop. p. 41. — Icon: Fl. gr. t. 623. — Exsicc.: Orph. Fl. gr. n. 41.

In regione inferiore et submontana. Aetolia (Bois.); Achaia: ad coenobium Omplo pr. Patras (Heldr.), pr. Lopesi (Hal.), Kalavryta, ad lac. Pheneon (Heldr.); Arcadia: pr. Andrizena (Heldr.); Laconia: mt. Taygetos (Pichl.), pr. Klukines (Orph.); Messenia: pr. Gargaliano (Chaub.). — Jun. Sept. ♃.

26. Lobularia Desv. Journ. III. p. 162.

1. **L. maritima** L. Sp. p. 652 (*Clypeola*); Desv. l. c. — *Alyssum maritimum* Lam. Dict. I. p. 98; S. et Sm. Pr. II. p. 10; Ch. et B. Fl. Pelop. p. 42. — *Koniga maritima* R. Br. in Denh. voy. III. p. 265; Bois. Fl. or. I. p. 289. — Icon: Fl. gr. t. 621.

In maritimis Graeciae et Archipelagi (Sibth.), pr. Messene (Chaub.). — Maio. Jun. ♃. N. v.

27. Ptilotrichum C. A. Mey. in Led. Fl. Alt. III. p. 64.

a. Rhizoma crassum, dense caespitosum; silicula non inflata.

1. **P. rupestre** (Ten. Fl. Nap. Prodr. I. p. 37, t. 60; Bald. Riv. Coll. bot. Alb. 1895 p. 8, 1896 p. 19 [*Alyssum*]); Bois. Fl. or. I. p. 288. — *Koniga rupestris* Nym. Syll. p. 200; Hal. Beitr. Fl. Epir. p. 13. — Exsicc.: Hal. It. gr. secund. a. 1893; Sint. Fl. Thessal. n. 809; Bald. It. Alb. Epirot. IV. n. 156.

Lepidoto-argenteum; caulibus simplicibus, foliis radicalibus rosulatis, lanceolatis, caulinis paucis linearibus, multo minoribus; siliculis obovatis vel orbiculatis, valvis convexis, lepidotis, stylo brevi apiculatis; seminibus auguste marginatis.

β. **scardicum** Griseb. It. II. p. 304 pro sp. (*Koniga*). — *Ptilotrichum cyclocarpum* Bois. An. sc. nat. 1842 p. 159. — *K. rupestris* Hal. Fl. Achaia p. 12. — Siliculis glabris.

In rupestribus regionis alpinae. Epirus: mt. Tsumerka, Peristeri (Hal.), mt. Plaka pr. Chaliki (Sint.), mt. Nimercka (Bald.). — *β.* in mt. Kyllene supra pag. Gura rarissime (Hal.). — Jun. Jul. ♃.

b. Suffrutescentia, ramis lignosis, diffusis, tortuosis; siliculae membranaceae, inflatae, glaberrimae.

2. **P. Baldaccii** Deg. in ö. b. Z. 1896 p. 413; Bald. riv. coll. bot. Alb. 1896 p. 19. — Exsicc.: Bald. It. Alb. Epirot. IV. n. 211.

Pilis bipartitis sparse obsitum, viride; ramis elongatis, surculos foliosos, caulesque floriferos humiles simplices nudos edentibus; foliis lineari-lanceolatis, carnosulis; racemis fructiferis densiusculis, brevibus; siliculis ovatis, stylo punctiforme apiculatis, seminibus anguste marginatis. Habitu Iberidis saxatilis L.

In saxosis alpinis mt. Smolika pr. Konitza in Epiro (Bald.). — Jul. ♃.

3. **P. tymphaeum** Heldr. et Haussk. in Heldr. It. IV. Thessal. a. 1885; Form. in D. bot. Mon. 1891 p. 34 (*Alyssum*). — *Vesicaria tymphaea* Haussk. Symb. p. 112. — *Bornmüllera tymphaea* Haussk. in Mitth. thür. bot. Ver. XI. p. 72; Form. in Ver. Brünn 1896 p. 78. — Exsicc.: Heldr. l. c.; Sint. It. Thessal. n. 569 et 569 b.

Pilis densissimis sericeo-argenteum; ramis elongatis, surculos foliosos, caulesque floriferos elatos, corymboso-ramosos, remote foliatos edentibus;

foliis oblongo-spathulatis; racemis fructiferis elongatis, laxis; siliculis ovatis, stylo brevi apiculatis, seminibus marginatis. Species pulchra.

In collibus schistosis in valle superiore fluminis Penei inter Tsunger et Uranaeos, pr. Malakasi (Haussk.), in mt. Zygos supra Metzovo (Heldr.), mt. Said Pascha et Dokimi (Form.), mt. Tragopetra (Sint.). — Maio. Jun. ♃.

Obs. *P. spinosum* L. Sp. p. 650 (*Alyssum*); Bois. Fl. or. I. p. 289. — Indicatur a Ch. et B. Fl. Pelop. p. 42 pr. Kalamata Messeniae, sed erronee.

28. Vesicaria Lam. Ill. t. 559 p. p.

1. **V. graeca** Bois. in Cat. Hort. Genev. 1855 p. 4, Fl. or. I. p. 262; Heldr. Chlor. Parn. p. 13. — Icon: Fl. Gr. t. 627. — Exsicc.: Orph. Fl. gr. n. 452; Heldr. pl. gr. n. 2406, Herb. gr. norm. n. 1303.

Maxime affinis *V. utriculatae*, a qua differt indumento saepissime bipartito (nec stellato), foliis caulinis ciliatis, interdum denticulatis, pedicellis siliculis aequilongis et seminum ala sublatiore.

In rupibus regionis abietinae in mt. Parnasso l. d. Gurna et Clistozasteno (Orph.), mt. Parnes Atticae et in Olympo (Heldr.). — Maio. Jun. ♃.

29. Alyssum L. Gen. n. 805.

Dispositio specierum.

1. Sectio. *Scleroptychis* Bois. Silicula globosa, coriacea, loculis 6-ovulatis: filamenta omnia dentata vel appendiculata. — Species fruticosa.

1. A. creticum L.

2. Sectio. *Aurinia* Desv. Silicula inflata vel plana, loculis 2—6-ovulatis; filamenta edentula, saepius basi gibbo calliformi aucta. — Species perennes.

a. Silicula inflata, loculis 2—4-ovulatis.

2. A. corymbosum Grisb. **3. A. petraeum** Ard.

b. Silicula plano-compressa, loculis 2-ovulatis.

4. A. saxatile L.

3. Sectio. *Odontarrhena* C. A. Mey. Silicula convexa vel plana, loculis 1-ovulatis; filamenta dentata vel appendiculata. — Species perennes vel monocarpicae.

a. Caules e basi suffrutescente erecti, elati, corymboso-fastigiati; semina alata.

5. A. murale W. et K. **6. A. Heldreichii** Haussk. **7. A. chalcidicum** Jka.

b. Caules e basi suffrutescente adscendentes, tortuoso-diffusi, humiles, racemis abbreviatis; semina immarginata.

× Siliculae majusculae, 4 mm. latae, planae.

8. A. tenium Hal.

×× Siliculae parvae, 2—3 mm. latae, medio convexae.

9. A. euboeum Hal. **10. A. suffrutescens** Bois. **11. A. nebrodense** Tin.

4. Sectio. *Eualyssum* Bois. Silicula convexa, loculis 2-ovulatis: filamenta alata, dentata vel appendiculata, rarissime edentula. — Species perennes vel annuae.

a. Perennia.

α. Filamenta longiora alata, 1—2-dentata; siliculae lepidotae.

× Caules basi suffrutescentes, adscendentes; siliculae orbiculatae vel obovatae, 3—4 mm. latae, stylo eis aequilongo vel breviori.

○ Virescentes, pilis stellatis majusculis dissitis obsiti; pedicelli praeter tomentum adpressum saepissime pilis longis patulis hispidi.

12. A. virescens Hal. **13. A. repens** Baumg.

○○ Virescentes vel canescentes, pilis stellatis parvis, saepe sublepidotis vel lepidotis dense obsiti, pedicelli adpresse tomentosi.

. Racemi erecti; flores mediocres, 5—6 mm. longi.

14. A. scardicum Wettst. **15. A. montanum** L.

. . Racemi ante authesin nutantes; flores minuti, 3 mm. longi.

16. A. thessalum Hal.

×× Caespitosi, caules herbacei, breves; siliculae magnae, orbiculatae vel ovales, 5—6 mm. latae.

17. A. taygeteum Heldr. **18. A. sphacioticum** Bois. et Heldr.

β. Filamenta longiora edentula, ala sensim attenuata; siliculae glaberrimae, caesiae.

19. A. idaeum Bois. et Heldr.

b. Annua.

α. Petala vitellina, calyce duplo longiora.

20. A. rostratum Stev. **21. A. fulvescens** S. et Sm.

β. Petala pallida, calycem parum excedentia vel eo aequilonga.

× Silicula glabra.

○ Calyx mox post authesin deciduus.

22. A. desertorum Stapf.

○○ Calyx diu persistens.

23. A. minutum Schlecht. **24. A. foliosum** Ch. et B.

×× Silicula pube stellata obsita.

25. A. umbellatum Desv. **26. A. campestre** L.

5. Sectio. *Psilonema* C. A. Mey. Silicula convexa, loculis 2-ovulatis; filamenta subulata, edentula. — Species annua.

27. A. alyssoides L.

1. Sectio. *Scleroptychis* Bois. Fl. or. I. p. 266. Silicula globosa, coriacea, loculis 6-ovulatis; filamenta omnia dentata vel appendiculata. Species fruticosa.

1. **A. creticum** L. Sp. p. 651; Sieb. avis p. 4, rem. p. 5; Bois. Fl. or. I. p. 266; Raul. Cret. p. 707. — *Vesicaria cretica* Poir. Dict. VIII. p. 570. — Icon: Jaub. et Sp. Ill. V. t. 432. — Exsicc.: Heldr. Pl. Cret. a. 1870.

Lepidoto-argenteum; ramis lignosis, tortuosis, apice foliosis; foliis obovato-oblongis; filamentis majoribus supra medium dente unilaterali auctis, minoribus ad basin appendice longa obsitis; racemis fructiferis laxis; siliculis piso submajoribus, seminibus late alatis.

In collibus et rupestribus alpinis Cretae: mt. Lazaro et Aphendi-Kristo in Lassiti (Raul.), mt. Ida (Heldr.), alt. 2000 m., in ins. Dhia (Sieb.). — Maio, Jun. ♃.

2. Sectio. *Aurinia* Desv. Journ. bot. III. p. 162 pro gen.; Bois. Fl. or. I. p. 265. Silicula inflata vel plana, loculis 2—6-ovulatis. Filamenta edentula, saepius basi gibbo calliformi aucta. Species perennes.

a. Silicula inflata, loculis 2—4-ovulatis.

2. **A. corymbosum** Griseb. Spic. I. p. 271 (*Aurinia*); Bois. Fl. or. I. p. 265; Form. in D. b. Mon. 1891 p. 34, in Ver. Brünn 1895 p. 39; Bald. riv. coll. bot. Alb. 1896 p. 18. — Exsicc.: Orph. Fl. gr. n. 629; Sint. It. Thessal. n. 927.

Caulibus herbaceis, pedalibus, apice corymloso-paniculatis; foliisque pube brevi stellata velutinis; foliis imis rosulatis, spathulatis, integris vel repandis, caulinis parvis, lanceolatis, integris; racemis fructiferis abbreviatis, densis; petalis bifidis; siliculis subglobosis, glabris, stylo eis 2—3plo breviori superatis, valvis membranaceis; loculis 4-ovulatis; seminibus alatis.

In regione silvatica. Thessalia: mt. Olympus pr. Mavros Longos (Orph.), pr. Selicany et Spilia in mt. Ossa (Form.), pr. Kalabaka, Han Kuraneos, Han Kukleus (Form.) et in mt. Zygos in Pindo (Sint.); Epirus: mt. Gamila (Bald.), mt. Micikeli, pr. Govrica, in valle Dipotami, mt. Prosgoli (Form.). — Jun. Jul. ♃.

3. **A. petraeum** Ard. animadv. bot. specim. alt. p. 30, t. 14. — *A. gemonense* L. Syst. nat. ed. 12, II. p. 437, Mant. pl. p. 92; Bald. riv. coll. bot. Alb. 1896 p. 18.

Caulibus herbaceis, superne paniculatis, foliisque incano-pubescentibus; foliis inferioribus spathulatis, sinuatis vel repandis, caulinis lanceolatis, subintegris; racemis fructiferis elongatis; petalis bifidis; siliculis ellipticis, margine planis, ad medium inflatis, glabris, stylo eis dimidio breviori superatis, valvis membranaceis; loculis biovulatis; seminibus anguste alatis.

In saxosis calcareis. Epirus: ad Perama et in mt. Micikeli distr. Janina (Bald.). Maio. ♃. N. v.

b. Silicula plano-compressa, loculis 2-ovulatis.

4. **A. saxatile** L. Sp. p. 650 (habitat in Creta!); S. et Sm. Pr. II. p. 11; Sieb. Avis p. 4; Form. in D. bot. Mon. 1890 p. 34. — *A. orientale* Ard. Sp. II. p. 32, t. 15, f. 1; S. et Sm. Pr. II. p. 13; Friedr. Reise p. 265 et 275; Ung. Reise p. 132; Bois. Fl. or. I. p. 266; Raul. Cret. p. 707; Weiss in z. b. G. 1869 p. 52; Spreitz. z. b. G. 1877 p. 720; Haussk. Symb. p. 17; Gelmi in Bull. soc. bot. Ital. 1889 p. 448; Heldr. Chlor. Parn. p. 13 (var. *planifolium*); Hal. in Beitr. Fl. Aetol. p. 3, Fl. Achaia p. 12, ö. b. Z. 1897 p. 61; Form. in Ver. Brünn 1897 p. 56. — *Aurinia orientalis* Griseb. Spic. I. p. 272; Clem. Sert. p. 11. — Icon: Fl. Gr. t. 623. — Exsicc.: Orph. Fl. gr. n. 276; Heldr. Herb. norm. n. 412 et 1112, Herb. dimorph. n. 3; Sint. et Bornm. It. Turc. n. 1156, It. Thessal. 69, 70 et 537; Bald. It. Alb. Epirot. IV. n. 155; Baen. Herb. europ. n. 2322 et 9201.

Basi suffrutescens, caulibus herbaceis ramosis, corymboso-paniculatis, foliisque incano-pubescentibus; foliis inferioribus spathulatis, sinuato-dentatis, caulinis lineari-lanceolatis integris; racemis fructiferis densiusculis, elongatis; petalis retusis; siliculis orbiculatis vel transverse

latioribus, glabris, stylo brevi apiculatis, valvis coriaceis, seminibus alatis. — *A. saxatile* Aut. pl. (*A. Arduini* Fritsch Exc. Fl. p. 253), Europae mediae incola, differt a nostro corymbo densiore, siliquis minoribus.

β. **majus** Haussk. Symb. p. 17. Caulibus elatioribus, sesquipedalibus, stricte erectis; foliis inferioribus minoribus, saepe integris, virescentibus. Formis intermediis ad typum transit.

γ. **alpinum** Hal. in Beitr. Fl. Achaia p. 12. Rhizomate crasso, dense caespitoso; foliis parvis, subintegris, cano-tomentosis; caulibus nanis, 3—8 cm. altis, simplicibus; siliculis ovatis. — Forma distinctissima. — Exsicc.: Hal. It. gr. secund. a. 1893.

In saxosis regionis inferioris et montanae. Attica: pr. Athenas, in colle Lycabetto, Philopappo, in Acropoli, mt. Parnes pr. Tatoi, mt. Hymettus (Heldr.), mt. Kerata (Haussk.); Phocis: pr. Delphi (Leon.), mt. Parnassus (Heldr.); Thessalia: pr. Stylida, Neraida, Kastri, Volo (Form.), Litochorion (Sint.), Kalabaka (Form.), Korona (Heldr.), Meteora, Malakasi, mt. Zygos (Haussk.); Epirus: mt. Gamila in distr. Zagorion (Bald.); Corcyra: mt. Deca (Spreitz.), pr. Scripero (Gelmi), Palaeokastrizza (Ung.), in jugo Panteleimon (Baen.); Zante: mt. Scopo (Weiss); Aetolia: mt. Chalkis et Taphiassos ad sinum Patranum (Hal.); Achaia: pr. Lopezi, Kalanistra, Megaspilaeon (Hal.); Messenia: pr. Arcadia, Pylos, Methone, ins. Sapienza, pr. Messene (Chaub.); Creta: pr. Suda, ad monasterium Hag. Joannes in penins. Akroteri (Raul.), mt. Sphaciotici (Sibth.); Laconia (Sibth.); Argolis (Sibth.): pr. Poros (Friedr.); Euboea: pr. Chalkis (Ung.); Sporadum ins. Skiathos (Leon.). — γ. in regione media et superiori mt. Kyllene supra pagum Gura, 1500—2000 m. (Hal.). — Mart. in montibus usque Junio. ♃.

Obs. Sintenis et Bornmüller legerunt in valle Megarema Olymp, speciem Alyssi probabiliter hujus sectionis novam, jam in statu emarcidoi foliis surculorum novorum oblongo-cuneatis, integris, acutis, 10—15 mm. longis et 5 mm. latis, utrinque densissime stellato-tomentosis, caulibus adscendentibus, 20—25 cm. altis, foliis destitutis, racemis elongatis aperte corymbosis, siliculis suborbiculatis biovulatis, lepidotis, medio convexis, pro maxima parte valvis jam destitutis, stylo eis breviore apiculatis, in herbario nostro sub nomine *A. olympicum* asservatam. — Exsicc.: Sint. et Bornm. It. turc. n. 1154.

3. Sectio. *Odontarrhena* C.A. Mey. in Led. Fl. Alt. III. p. 58 pro gen.; Bois. Fl. or. I. p. 267. — Silicula convexa vel plana, loculis 1-ovulatis; filamenta dentata vel appendiculata. Species perennes vel monocarpicae.

a. Caules e basi suffrutescente erecti, elati, corymboso-fastigiati; semina alata.

5. **A. murale** W. et K. Pl. rar. Hung. I. p. 5, t. 6; S. et Sm. Pr. II. p. 12; Bois. Fl. or. suppl. p. 50. — *A. alpestre* Ch. et B. Fl. Pelop. p. 42. — *A. argenteum* Ung. Reise p. 132; Bois. Fl. or. I. p. 700; Form. in D. bot. Monat. 1891 p. 34; Heldr. Chlor. Parn.

p. 13. — *A. argenteum* v. *murale* Bald. riv. coll. bot. Alb. 1896 p. 16. — Exsicc.: Orph. Fl. gr. n. 294.

Multicaule, ramulis sterilibus paucis; foliis obovato-oblongis lanceolatisve, pube stellata adpressa sublepidota canis; siliculis ovato-orbiculatis, planis, pube stellata adpressa obsitis; seminibus late alatis. — *A. argenteum* Vitm. Summa IV. p. 30, planta italica, racemis elongatis laxioribus, siliculis ovalibus apice acutis ab *A. murale* diversum.

In montosis. Epirus: mt. Smolika (Bald.); Thessalia; pr. Selicany et Spilia in mt. Ossa, mt. Pelion (Form.); Euboea: pr. Steni (Ung.), mt. Dirphys (Heldr.); Attica: pr. Athenas (Sibth.); mt. Parnassus (Heldr.); Achaia: mt. Kyllene (Orph.), pr. Kalavryta (Hal.). — Maio. Jun. ♃.

6. **A. Heldreichii** Haussk. Symb. p. 18; Form. in Ver. Brünn 1896 p. 78. — *A. argenteum* Hal. Beitr. Fl. Thessal. p. 7. — Exsicc.: Heldr. It. Thessal. a. 1885; Sint. It. Thessal. n. 218 et 574; Dörfl. Herb. norm. n. 3402 (v. *astrotrichocarpum* Haussk., siliculis pilis stellatis densius obsitis).

Multicaule, ramulis sterilibus numerosis, foliis obovato-oblongis vel oblongo-lanceolatis, utrinque argenteo-lepidotis; siliculis obovatis, basin versus cuneatis, medio convexiusculis, laevigatis vel pube stellata parce obsitis; seminibus anguste alatis.

In montosis, collibus schistosis. Thessalia: in valle Penei inter Tsungeri et Uranaeos, pr. Malakasi (Haussk.), mt. Said Pascha (Form.), pr Witomo (Sint.) et in mt. Zygos (Heldr.) in Pindo tymphaeo. — Specimina parum diversa legerunt Sint. et Bornm. pr. Litochorion in Olympo (It. Turc. n. 1155). — Maio. Jul. ♃.

6 × 7. **A. Heldreichii × chalcidicum.** Ab *A. Heldreichii* siliculis pellucidis sterilibus, minoribus, basi magis rotundatis, nec cuneatis: ab *A. chalcidico* caulibus ramulis sterilibus, proceditis, racemis magis elongatis, siliculis in statu juniore emarcidis differt. — *A. chlorocarpum × Heldreichii* (*A. fallacinum*) Haussk. Symb. p. 19.

Inter parentes inter Tsungeri et Malakasi (Haussk.). — N. v.

7. **A. chalcidicum** Janka in ö. b. Z. 1872 p. 175; Bois. Fl. or. Suppl. p. 50. — *A. chlorocarpum* Haussk. Symb. p. 18; Form. in Ver. Brünn 1896 p. 78. — Exsicc.: Sint. It. Thessal. n. 218 b. et 488.

Multicaule, ramulis sterilibus multis; foliis oblongo-lanceolatis linearibusve, pube stellata canescentibus; siliculis orbiculatis, pube stellata minuta dissita obsitis; seminibus latiuscule alatis. A. praecedentibus radice bienni, caule exaltato (sec. Haussk. usque 60 cm., sec. Janka usque 120 cm. alto), ramulis sterilibus nullis, siliculis orbiculatis, fere duplo minoribus diversum.

In collibus schistosis in valle superiori flum.. Peneios inter Tsungeri et Uranaeos, pr. Malakasi, in jugo Zygos (Haussk.), et Said Pascha (Form.) in Pindo tymphaeo, pr. Kucuro in mt. Chassia (Form.). — Maio. Jul. ⚇.

b. Caules e basi suffrutescente adscendentes, tortuoso-diffusi, humiles, racemis abbreviatis; semina immarginata.

× Siliculae majusculae, 4 mm. latae, planae.

8. **A. tenium.** — *Odontarrhena diffusa.* Jord. et Four. Brev. pl. nov. II, p. 5, non *A. diffusum* Ten. app. hort. neap. 1815 p. 58. — Exsicc: Sart. Pl. gr. n. 2873.

Foliis orbiculato- vel obovato-spathulatis, obtusissimis, subtus argenteo-lepidotis, supra pube stellata canescentibus; racemis corymbosis; petalis flavis; siliculis obovato-orbiculatis, lepidotis, valvis planis. — *A. obtusifolio* Stev. in DC. Syst. p. 305, Bull. Mosc. 1856 I, p. 295 maxime affinis, ab eo, siliculis majoribus, fere orbiculatis, nec obovato-ellipticis differt. — Transitum praebet ad gregem praecedentem.

In Cycladum insula Tenos: mt. Tziknia (Sart.). — Maio. Jun. ♃.

×× Siliculae parvae, 2—3 mm. latae, medio convexae.

9. **A. euboeum.** Multicaule, ramulis sterilibus numerosis; foliis obovato-spathulatis, obtusis, utrinque adpressissime argenteo-lepidotis; racemis simplicibus, vix corymbosis, brevibus; siliculis ovato-orbiculatis, densiuscule lepidotis, apice acutiusculis. — Caules 15—20 cm. alti, folia 5—8 mm. longa, racemus fructifer 20—25 mm. longus, siliculae 3 mm. latae. — A. sequente ramis elatioribus, dumoso-caespitosis, lignosis, foliis adpressissime lepidotis, racemis brevibus, plerumque simplicibus, siliculis submajoribus apice non rotundatis optime distinctum.

In Euboea septentrionali, pr. Mantudi (Sart.). Probabiliter huc spectat etiam planta a cl. Wild pr. Kurbatzi in statu juvenili lecta. — Aestate. ♃.

10. **A. suffrutescens** Bois. Fl. or. I. p. 268 pro var. *A. alpestris.* — *A. tortuosum β. orientale* DC, Syst. II. p. 306. — *A. tortuosum* Haussk. Symb. p. 18. — Multicaule, ramulis sterilibus paucis; foliis obovato-spathulatis, acutiusculis utrinque pilis stellatis albopannosis; racemis corymbosis; petalis flavis; siliculis obovato-orbiculatis, dense lepidotis, apice rotundatis. — *A. tortuosum* W. et K. differt, caulibus minus suffrutescentibus, indumento tenuiore, foliis longioribus angustioribusque, siliculis subminoribus, obovato-cuneatis; *A. alpestre* L. Mant. p. 92 racemis simplicibus.

α. **typicum.** Racemis elongatis, subdistantibus. Exsicc.: Orph. Fl. gr. n. 83; Heldr. Herb. gr. norm. n. 706.

β. **epirotum.** *A. alpestre* v. *suffrutescens* Bald. riv. coll. bot. Alb. 1896 p. 17. — Racemis brevibus, confertis, exacte fastigiatis. Exsicc.: Bald. It. Alb. Epir. IV. n. 101.

In collibus apricis, arenosis. Inter Lutraki et Kalamaki in isthmo Corinthiaco (Heldr.), ad Corinthum et Acrocorinthum (Haussk.). — *β.* ad fluvium Sarandaporos distr. Ljaskovik in Epiro (Bald.) — Apr. Maio. ♃.

11. **A. nebrodense** Tin. Pug. I. p. 12; Hal. in z. b. G. 1899 p. 704. — Exsicc.: Bald. It. Alb. Epir. IV. p. 206.

Humile, multicaule; foliis obovato-spathulatis, obtusis, utrinque pilis stellatis cano-tomentosis; racemis brevibus, corymbosis; petalis aureis; siliculis minutis, ellipticis, dense lepidotis, basi et apice acutis. — Silicularum forma a praecedentibus distinctissimum.

β. **fragillimum** Bald. Viagg. Cret. p. 30 pro var. *A. alpestris*. Caulibus humillimis, foliis minimis, racemo simplici, paucifloro. — Exsicc.: Bald. It. Cret. n. 174. — Formas analogas legit Strobl in nebrodibus.

In rupestribus regionis alpinae. Epirus: in mt. Smolika (Bald.). *β*. mt. Spathi Hag. Pneuma Cretae (Bald.). — Jun. Jul. ♃.

4. Sectio. *Eualyssum* Bois. Fl. or. I. p. 274. Silicula convexa, loculis 2-ovulatis; filamenta alata, dentata vel appendiculata, rarissime edentula. Species perennes vel annuae.

a. Perennia.

α. Filamenta longiora alata, 1—2 dentata; siliculae lepidotae.

× Caules basi suffrutescentes, adscendentes; siliculae orbiculatae vel obovatae, 3—4 mm. latae, stylo eis aequilongo vel breviore.

○ Virescentes, pilis stellatis majusculis dissitis obsiti; pedicelli praeter tomentum adpressum saepissime pilis longis patulis hispidi.

12. **A. virescens.** Foliis oblongis vel oblongo-lanceolatis, majusculis, 15—35 mm. longis, 3—8 mm. latis; caulibus 15 cm. altis, simplicibus; petalis pallidis; racemis fructiferis brevibus, siliculis orbiculatis, lepidotis, pedicellis eis aequilongis vel parum longioribus; stylo siliculae maturae subdimidio breviore; seminibus angustissime marginatis. — Sequenti affine, ab eo foliis multo majoribus, petalis pallide ochroleucis, racemis fructiferis pedicellisque brevioribus distinctum.

In declivibus mt. Ghavellu Pindi supra Sermeniko, alt. 1500 m., substratu schistoso (Heldr. It. IV. per Thessal. a 1885 sub *A. repens*). — Jun. Jul. ♃.

13. **A. repens** Baumg. En. Trans. II. p. 237; Bois. Fl. or. I. p. 275; Hal. Beitr. Fl. Achaia p. 12. — Exsicc.: Hal. It. gr. a. 1893. Foliis obovato-oblongis vel oblongo-lanceolatis, 2 cm. longis, 5 mm. latis; caulibus simplicibus; petalis aureis; racemis fructiferis elongatis; siliculis orbiculatis, lepidotis, pedicellis eis duplo longioribus; stylo siliculae maturae subdimidio breviore, seminibus angustissime marginatis.

β. **stenophyllum.** Folia minora, angustiora. Transitum praebet ad var. *α*. *A. montani*, pedicellis adpresse tomentosis diversam. — *A. montanum* Hal. Beitr. Fl. Epir. p. 13. Beitr. Fl. Achaia p. 12; Bald. Coll. bot. Alb. 1895 p. 8. — ? *A. spathulataefolium* Form. Ver. Brünn 1897 p. 56. — Exsicc.: Hal. It. gr. II. a. 1893; Sint. It. Thessal. n. 794.

In subalpinis. Achaia. mt. Olenos (Hal.), pr. Megaspilaeon (Heldr.); Arcadia: mt. Maenalus (Heldr.). — *β*. Epirus: mt. Micikeli, Peristeri. mt. Olycika (Bald.), mt. Tsumerka (Hal.); Thessalia: mt. Turnara pr. Chaliki in Pindo (Sint.). in jugo Čuka mt. Chassia, (Form.); Aetolia; mt. Korax (Leon.); Achaia: mt. Panachaicon (Hal.), mt. Kyllene (Heldr.). — Maio. Jun. ♃.

○○ Virescentes vel canescentes, pilis stellatis parvis, saepe sublepidotis vel lepidotis dense obsiti; pedicelli adpresse tomentosi.

. Racemi erecti, flores mediocres 5—6 mm. longi.

14. **A. scardicum** Wettst. Beitr. Fl. Alb. p. 25, t. 1. — *A. Wulfenianum* v. *scardicum* Bald. riv. coll. bot. Alb. 1896 p. 17.

Canescens; foliis obovato-cuneatis vel obovato-lanceolatis, stellatim pilosis; floribus capitatim congestis, pallide-luteis; racemo fructifero paullo elongato; siliculis lepidotis, ovalibus, apice emarginatis, pedicello eis subduplo longiori suffullis, stylo eis parum breviori apiculatis.

In schistaceis summis mt. Smolika distr. Konitza in Epiro, alt. 2574 m. (Bald.). — Jul. ♃. N. v.

15. **A. montanum** L. Sp. p. 650; Ch. et B. Exp. p. 185, Fl. Pelop. p. 42; Bois. Fl. or. I. p. 274; Bald. Coll. bot. Alb. 1895 p. 8; Form. in Ver. Brünn 1896 p. 78.

Speciei polymorphae formas sequentes e ditione observavi:

α. **graecum.** Canescens; folia oblonga vel oblongo-linearia, pilis sublepidotis plus minus obsita; flores pallide lutei; siliculae orbiculatae, apice distincte emarginatae, pedicello paulo breviores, stylo eis parum breviori apiculatae — A planta Europae mediae floribus pallidioribus, siliculis orbiculatis emarginatis, sepalis longe persistentibus diversum. Exsicc.: Heldr. Fl. Hellen. a. 1875, 1876 et 1883.

β. **brachyphyllum.** Canescens; folia brevia, obovata vel obovato-oblonga, pilis stellatis dense obsita; flores saturatiores; siliculae ignotae. — Exsicc.: Orph. Fl. gr. n. 647.

γ. **hymettium** Bois. Fl. or. I. p. 274, Suppl. p. 50. — *A. Spruneri* Jord. et Fourr. Brev. pl. nov. II. p. 12. — *A. montanum* v. *angustifolium* Heldr. Chlor. Parn. p. 13. — Argenteum folia linearia, pilis lepidotis dense obsita; flores pallide-ochroleuci; siliculae orbiculatae, apice emarginatae, pedicello paulo breviores, stylo eis breviori apiculatae. — Exsicc.: Heldr. Pl. Hellen. a. 1879 et 1880; Dörfl. Fl. Gr. n. 97.

In regione montana et subalpina. Thessalia: mt. Dokimi in Pindo (Form.), mt. Pelion (Heldr.); Euboea: mt. Dirphys (Heldr.); Attica: mt. Hymettus, Parnes (Heldr.); mt. Parnassus (Heldr.); Achaia: mt. Kyllene (Heldr.). — *β.* Laconia: mt. Malevo (Orph.). — *γ.* mt. Oeta, Hymettus, Parnes, Pentelicon, Citheron, Pateras (Heldr.), Parnassus (Leon.), Taygetos (Zahn). — Apr. Jun. ♃.

.. Racemi ante anthesin nutantes; flores minuti, 3 mm. longi.

16. **A. thessalum.** Pilis stellatis canescens, ramis basi vix lignescentibus; caulibus herbaceis, pumilis, adscendentibus; foliis oblongo-linearibus, linearibusve; racemis simplicibus; floribus minimis, petalorum calyce subduplo longiorum lamina obovato-cuneata, retusa, pallide-lutea; filamentis majoribus ala unilaterali supra medium in 2 dentes abeunti,

minoribus basi appendice libera integra auctis; racemo fructifero densiusculo; siliculis orbicularibus, velutinis, apice emarginatis, pedicello patentissimo parum brevioribus, stylo dimidio breviori apiculatis; seminibus (junioribus) emarginatis. — *A. montanum* v. *erigens* Haussk. in Sint. It. Thessal. n. 219, non Jord. et Fourr. Brev. II. p. 9, quod radice vix perennante, caulibus erectis, elatis, racemis elongatis, floribus majoribus, siliculis subminoribus pedicellis minus patulis suffultis differt. — Species ut videtur optima, ab omnibus formis *A. montani* enumeratis, ramulis vix fructescentibus, racemis densiusculis, ante anthesin nutantibus et praecipue floribus duplo minoribus diversa.

In mt. Pelion pr. Milies (Heldr.) et inter Metochi et Witomo pr. Kalabaka Thessaliae (Sint.). Maio. ♃.

××Caespitosi, caules herbacei, breves; siliculae magnae, orbiculatae vel ovales, 5—6 mm. latae.

17. **A. taygeteum** Heldr. Herb. gr. norm. n. 1405; Hal. z. b. G. 1899 p. 703.

Pulvinari caespitosum, densissime lepidoto-argenteum; caulibus simplicibus; foliis oblongo-linearibus, obtusiusculis; racemis fructiferis brevibus, densis, subcorymbosis (floribus ignotis); siliculis ovalibus, 6—7 mm. longis, dense lepidotis, pedieellis rigidis, erectis, eis aequilongis vel brevioribus sulfuttis, stylo eis multo breviore apiculatis; seminibus angustissime marginatis.

In regione alpina mt. Taygetos: in cacumine mt. Hagios Elias (Heldr.). — Jul. ♃.

18. **A. sphacioticum** Bois. et Heldr. Diagn. VIII. p. 35, Fl. or I. p. 276; Raul. Cret. p. 707; Spreitz. in z. b. G. 1890 p. 293. — *A. atlanticum* S. et Sm. Pr. II. p. 12; Sieb. Reise. p. 321, non Desf. Fl. Atl. II. p. 71. — Exsicc.: Heldr. Pl. Cret. a. 1846.

Caespitosum, densissime sublepidoto-argenteum; caulibus simplicibus dense foliosis; foliis ovatis oblongisve, obtusis; racemis ob pedicellos inferiores elongatos subcorymbosis; petalis sulfureis; racemis fructiferis laxis, siliculis orbiculatis, dense lepidotis, pedicellis rigidis, patulis, eis duplo longioribus suffultis, stylo eis breviore apiculatis; seminibus angustissime marginatis.

Creta (Sibth.): in regione alpina mt. Stravopodia, Hagion Pneuma, Hagios Theodoros et Mavri in mt. Sphacioticis, 2300 m. (Heldr.). — Jun. Jul. ♃.

β. Filamenta longiora edentula, ala sensim attenuata; siliculae glaberrimae, caesiae.

19. **A. idaeum** Bois. et Heldr. Diag. VIII. p. 35, Fl. or. I p. 277; Raul. Cret. p. 708, t. 5; Bald. viagg. Creta p. 30. — Exsicc. Heldr. pl. Cret. n. 1509; Bald. It. Cret. n. 174.

Caudiculis filiformibus numerosis, procumbeutibus, apice foliosis; caulibus simplicibus, remote foliatis; foliis ovato-oblongis, lepidoto-canis;

petalis pallidis; racemo fructifero contracto; siliculis magnis, ovato-orbiculatis, retusis, pedicello eis aequilongo suffultis, stylo brevi apiculatis; seminibus anguste alatis.

In lapidosis mobilibus mt. Idae Cretae, alt. 2000 m. (Heldr.). — Maio. Jun. ♃.

b. Annua.

α. Petala vitellina, calyce duplo longiora.

20. **A. rostratum** Stev. in Mem. Ac. Petrop. III. p. 295, t. 15; Bois. Fl. or. I. p. 280. — Exsicc.: Sart. Pl. graec.

Caulibus erectis vel adscendentibus simplicibus vel parce ramosis; foliis oblongo-lanceolatis canescentibus; sepalis deciduis; siliculis orbiculatis, convexis, stellato-pubescentibus, stylo breviori apiculatis; seminibus alato-marginatis.

Radice annua, caulibus crassioribus, racemis floriferis confertissimis, floribus siliculisque majoribus et habitu robustiore a formis *A. repentis* distinctissima. — Planta graeca, mihi e speciminibus paucis incompletis floriferis solum nota, tauricae gracilior et sistit forsan speciem propriam.
Inter Corinthum et Trikala Peloponnesi (Sart.) — Apr. ☉.

21. **A. fulvescens** S. et Sm. Pr. II. p. 13; Bois. Fl. or. I. p. 280. — *A. flavescens* Ch. et B. Exp. p. 185, Fl. Pelop. p. 42. — Icon: C. A. Mey. Libell. t. 2.

Caulibus numerosis, filiformibus, adscendentibus, simplicibus; foliis obovatis vel oblongis, brevibus, canescentibus; sepalis diu persistentibus; siliculis orbiculatis vel ovato-orbiculatis, subinflatis, glaberrimis, stylo breviore apiculatis; seminibus apteris.

In Peloponneso (Sibth.) loco non notato. Ibidem a recentioribus non lectum. Vidi specimina ab Orphanides in insula Chios (Fl. gr. n. 645) lecta. — Apr. Maio. ☉.

β. Petala pallida, calycem parum excedentia vel eo aequilonga.

× Silicula glabra.

○ Calyx mox post anthesin deciduus.

22. **A. desertorum** Stapf in Denkschr. Acad. Wiss. Wien 1886 p. 34. — *A. minimum* Ch. et B. Exp. p. 184, Fl. Pelop. p. 42; Friedr. Reise p. 266; Bois. Fl. or. I. p. 281, non L. — Icon: Rchb. f. 4268. — Exsicc.: Heldr. Fl. thessal. a. 1883, Pl. exs. Fl. Hellen. an. 1876.

Pumilum, pube sublepidota canescens; caule simplici vel a basi, interdum etiam superne ramoso; racemis fructiferis elongatis; siliculis orbiculatis, retusis, pedicello erecto suffultis, stylo eis 6-plo breviore apiculatis.

In arenosis regionis inferioris. Thessalia: pr. Volo et Velestinos (Heldr.); Attica: pr. Athenas (Friedr.), ad Kephissiam (Heldr.), in isthmo Corinthiaco et in ins. Aegina (Chaub.). — Mart. Apr. ☉.

○○ Calyx diu persistens.

23. A. **minutum** Schlecht. in DC. Syst. II. p. 316; Bois. Fl. or. I. p. 288, Suppl. p. 52; Spreitz. in z. b. G. 1877 p. 720; Heldr. Fl. Cephal. p. 22; Hal. Beitr. Fl. Achaia p. 12. — Icon: C. A. Mey. Libell. t. 1. — Exsicc.: Heldr. It. Thessal. a. 1883.

Pumilum, pube stellata patule hirtum; caule simplici vel a basi ramoso; racemis brevibus, non involucratis; siliculis orbiculatis, retusis, pedicello patulo suffultis, stylo eis 4-plo breviori apiculatis; seminibus angustissime membranaceo-marginatis.

In rupestribus regionis mediae et superioris. Cephalonia: mt. Aenos (Heldr.); Achaia: mt. Panachaicon (Hal.); Attica: mt. Pentelicon, Parnes (Heldr.); Thessalia: mt. Pelion (Heldr.). — Apr. Maio. ⊙.

24. A. **foliosum** Ch. et B. Exp. p. 185, t. 23, Fl. Pelop. p. 42, t. 25; Bois. Fl. or. I. p. 282. — *A. Aucheri* Bois. in Ann. sc. nat. 1842 p. 156. — *A. subtumidum* Bois. et Heldr. in Heldr. exs. n. 1967. — Exsicc.: Orph. Fl. gr. n. 643 et 646; Heldr. Herb. norm. n. 755.

Pumilum, pube sublepidota canescens; caule simplici vel a basi ramoso; racemis confertis, foliis superioribus involucratis; siliculis ovato-orbiculatis, inflatis, pedicello patulo suffultis, stylo brevissimo apiculatis; seminibus latiuscule marginatis.

In rupestribus montanis. Attica: mt. Hymettus, Parnes (Heldr.), mt. Pentelicon (Orph.); Laconia: mt. Malevo (Orph.); Messenia: pr. Phigalea (Chaub.). — Mart. Maio. ⊙.

×× Silicula pube stellata obsita.

25. A. **umbellatum** Desv. Journ. bot. III. p. 173; Bois. Fl. or. I. p. 282; Heldr. Chlor. Thera p. 8. — Exsicc.: Sart. pl. gr. n. 3369; Heldr. et Hal. Fl. Aeg. a. 1889.

Pumilum, pube stellata hirtum; caule simplici vel a basi ramoso; calyce mox post anthesin deciduo; petalis retusis; racemis fructiferis confertissimis, umbelliformibus; siliculis ovatis obtusis, stylo brevi apiculatis; seminibus angustissime marginatis. — Habitu praecedentis.

In rupestribus insulae Mykonos (Sartori), Tenos (Leonis), Thera (Heldr.). — Mart. Apr. ⊙.

26. A. **campestre** L. Sp. ed. 2 p. 909; S. et Sm. Pr. II. p. 13; Ch. et B. Exp. p. 184, Fl. Pelop. p. 42; Friedr. Reise p. 267; Ung. Reise p. 132; Bois. Fl. or. I. p. 283; Weiss in z. b. G. 1869 p. 52; Gelmi in bull. soc. bot. ital. 1889 p. 448; Hal. in ö. b. Z. 1897 p. 61; Heldr. Fl. Aegin. p. 235, Chlor. Thera p. 8; Bald. riv. coll. bot. Alb. 1896 p. 16. — Icon: Fl. gr. t. 626.

Pumilum vel elatius, pube stellata hirtum; caule simplici vel a basi, interdum etiam superne ramoso; calyce mox post anthesin deciduo; petalis bifidis; racemis fructiferis elongatis, stylo brevi apiculatis; seminibus anguste marginatis.

α. **typicum.** Filamenta longiora saepius 1-dentata; siliculae pilis stellatis parvis obductae; racemi fructiferi saepius densiusculi. Exsicc.: Heldr. Fl. Thessal. a. 1883; Heldr. et Hal. Fl. Aeg. a. 1889.

β. **micropetalum** (Fisch. in DC. Syst. II. p. 313; Friedr. Reise p. 268; Ung. Reise p. 132; pro sp.); Bois. Fl. or. I. p. 284; Heldr. Fl. Cephal. p. 22. — Exsicc.: Heldr. Herb. dimorph. n. 2 (cum typo mixto); Heldr. et Hal. Fl. Spor. a. 1896. Filamenta majora sec. Bois. saepius 2—3 dentata (in speciminibus a me visis saepius 1-dentata); siliculae pilis stellatis majusculis hirsutae; racemi fructiferi longiores, laxiores.

In collibus saxosis, cultis. Epirus: pr. Janina (Bald.); Thessalia: pr. Velestinos (Heldr.); Attica: pr. Athenas (Sibth.), in Lycabetto (Heldr.); ins. Aegina, Thera (Heldr.), Syra, Tenos (Weiss); pr. Sparta, Messene (Chaub.); Achaia: pr. Trikala (Orph.), pr. Hagios Vlasios (Hal.); Cephalonia (Ung.); Corcyra: pr. Signes (Gelmi), in jugo Panteleimon (Baen.). — *β.* pr. Athenas (Sart.), in Lycabetto (Heldr.); pr. Amarysia (Friedr.); Sporadum ins. Skopelos (Leon.); ins. Hydra (Heldr.); Cephalonia: mt. Aenos (Ung.); mt. Taygetos (Zahn). Probabiliter huc pertinet: *A. hirsutum* Ch. et B. Exp. p. 185, Fl. Pelop. p. 42 e Kardamyle Laconiae. — Mart. Apr. ⊙.

5. Sectio. *Psilonema* C. A. Mey. in Led. Fl. Alt. III. p. 50 pro gen; Bois. Fl. or. I. p. 285. Silicula convexa, loculis 2-ovulatis; filamenta subulata, edentula. Species annua.

27. **A. alyssoides** L. Sp. p. 652 (*Clypeola*); L. Syst. ed. X. p. 1130. — *A. calycinum* L. Sp. ed. 2 p. 908; Friedr. Reise p. 275; Bois. Fl. or. I. p. 285; Hal. Beitr. Fl. Achaia p. 12 (var. *pumilum*). — Icon: Rchb. f. 4269. — Exsicc.: Hal. It. gr. II a. 1893.

Habitu *A. campestris*, ab eo calycibus persistentibus facile diagnoscitur.

In regione media mt. Chelmos supra Sudena (Hal.), mt. Kyllene (Orph.); ins. Poros (Friedr.). — Maio, Jun. ⊙.

Species ignota: A. paniculatum Desf. Cor. p. 67, t. 50 (Creta), et Ch. et. B. Exp. p. 184, Fl. Pelop. p. 41 (Tenos). Planta cretensis sec. Bois. Fl. or. I. p. 267 forsan forma major *A. cretici*.

30. Draba L. Gen. n. 800.

1. Sectio. *Aizopsis* DC. Syst. II. p. 332. Perennes, caespitosae, flaviflorae; folia dense rosulata, rigida, pectinato-ciliata; scapus aphyllus; petala integra vel emarginata.

a. Scapus glaber.

α. Stylus siliquae latitudine aequilongus vel longior.

× Silicula glaberrima.

1. **D. affinis** Host. Fl. Austr. II. p. 238; Hal. Beitr. Fl. Achaia p. 11. — Exsicc.: Hal. It. gr. II. a. 1893.

Forma *D. aizoidis* L. Mant. I. p. 91 siliculis anguste-ellipticis, glaberrimis. — Probabiliter huc pertinet *D. aizoides* Heldr. Chlor. Parn. p. 13 et *D. aizoides γ. brevistyla* Bois. Fl. or. I. p. 293 quoad pl. parnassicam, nec non *D. fladnitzensis* Ch. et B. Exp. p. 181, Fl. Pelop. p. 41 c Taygeto.

In rupestribus regionis alpinae mt. Chelmos et Kyllene Achaiae rarissime (Hal.) et in mt. Taygetos (Zahn). — Jun. ♃.

×× Silicula saltem margine adpressiuscule setulosa.

2. **D. scardica** (Grsb. Spic. I. p. 266; Bois. Fl. or. I. p. 293; Haussk. Symb. p. 16; Form. in Ver. Brünn 1896 p. 79, pro var. *D. aizoidis*); Hal. Beitr. Fl. Epir. p. 13. — *D. aizoides* v. *hirsuta* Bald. in nuov. giorn. bot. 1894. p. 109, in Coll. bot. Alb. 1895 p. 9 et 1896 p. 20. — Exsicc.: Hal. It. gr. II. a. 1893; Bald. It. Alb. Epir. III. n. 108, It. Alb. Epir. IV. n. 205.

Foliis abbreviatis, duplo latioribus et multo brevioribus a *D. aizoide* L. diversa.

In rupestribus alpinis. Epirus: mt. Papignon, mt. Gamila, mt. Smolika (Bald.), Peristeri et Tsumerka (Hal.), nec non in mt. Zygos (Haussk.) et Dokimi (Form.) in Pindo. — Jun. ♃.

3. **D. athoa** Griseb. Spic. I. p. 267; Bald. riv. coll. bot. Alb. 1896 p. 21 (pro var. *D. aizoon*); Bois. Diagn. Ser. 2, I. p. 33, Fl. or. I. p. 293; Haussk. Symb. p. 16. — *D. aizoides* v. *horrida* Ces. in Friedr. Reise p. 268, nomen antiquius, sed nudum. — Exsicc.: Heldr. Herb. norm. n. 446 et 1208; Orph. Fl. gr. n. 73.

Flores eis *D. scardicae* fere duplo majores, racemus fructifer laxior, pedicellis longioribus, magis patulis; siliculae majores, densius setosae.

β. **glabrescens.** — Siliculae glabriusculae. *D. aizoon* Bald. Coll. bot. Alb. 1895 p. 9, 1896 p. 20. — Exsicc.: It. Alb. Epirot. 1895 n. 7.

In rupestribus regionis superioris mt. Pentelicon (Friedr.), Parnes, Pateras, Onion (Heldr.); mt. Zygos (Haussk.); mt. Korax (Leon.); mt. Papignon, Gamila et Smolika (Bald.). *β.* mt. Micikeli et Olycika in Epiro (Bald.). — Mart. Apr. ♃.

β. Stylus brevissimus, 1/2 mm. longus.

4. **D. Lacaitae** Bois. Fl. or. suppl. p. 53. — Exsicc.: Lacaita Fl. gr. a. 1883. Habitu omnino convenit praecedentibus, sed stylo fere nullo distinctissima. Petala pallidiora minoraque videntur.

α. **typica.** Siliculae glabrae.

β. **erostra** Hal. in Beitr. Fl. Achaia p. 11 pro sp. — Siliculae dense setulosae. Exsicc.: Hal. It. gr. II. a. 1893.

In rupibus regionis alpinae mt. Chelmos Achaiae, *α.* pr. Kalogeros (Lac.). *β.* supra Sudena (Hal.), rarissime. Specimina ex mt. Kyllene

sub *D. aizoide* v. *brevistyla* Bois. Fl. or. I. p. 293 enumerata, sec. Bois. Suppl. p. 53 huc quoque spectare videntur. — Maio, Jun. ♃.

b. Scapus lanatus.

5. **D. parnassica** Bois. et Heldr. Diagn. Ser. 2, I. p. 34, Fl. or. I. p. 294, Suppl. p. 53; Hal. in z. b. G. 1888 p. 748; Heldr. Chlor. Parn. p. 13. — *D. aizoides* S. et Sm. Pr. II. p. 4 p. p. — *D. Boissieri* Bald. in nuov. giorn. bot. 1894 p. 115 p. p. — Exsicc.: Heldr. Herb. norm. n. 716.

Scapis 1—4 cm. altis; siliculis pilis simplicibus patule velutino-hispidis, stylo earum latitudine breviori apiculatis.

In rupestribus regionis superioris mt. Parnassi l. d. Carcaria et Dakalia (Heldr.) et in jugo Trypios-Vrachos (Hal.), mt. Kiona (Hal.), mt. Dirphys Euboeae (Heldr.). — Jun. Jul. ♃.

6. **D. cretica** Bois. et Heldr. Diagn. VIII. p. 27; Raul. Cret. p. 708, t. 6; Bald. in nuov. giorn. ital. 1894 p. 115, Viagg. Creta p. 31. — *D. aizoides* S. et Sm. Pr. II. p. 4 p. p.

Scapis brevissimis, 1—2 cm. altis; siliculis stellato-tomentellis, stylo brevissimo apiculatis.

α. **lassitica.** Siliculae pilis stellatis adpressiusculis obsitae. — Exsicc.: Heldr. Pl. Cret. n. 1657.

β. **sphaciotica.** Siliculae pilis stellatis patulis obsitae. — Exsicc.: Bald. It. Cret. n. 103.

Creta: mt. Lazaro et Aphendi-Kristo in Lassiti (Heldr.). β. mt. Gigilos Volakia et Hag. Pneuma in mt. Sphacioticis (Bald.); specimina e mt. Ida (Bald.) non vidi. — Maio, Jun. ♃.

2. Sectio. *Drabella* DC. Syst. II. p. 351. Annuae, floribus albis vel flavis; caulis foliatus, folia radicalia rosulata; petala integra vel emarginata.

7. **D. muralis** L. Sp. p. 642; S. et Sm. Pr. II. p. 5; Ch. et B. Exp. p. 182, Fl. Pelop. p. 41; Bois. Fl. or. I. p. 302; Hal. Beitr. Fl. Epir. p. 13, Beitr. Fl. Achaia p. 12. — Icon: Rchb. f. 4235. — Exsicc.: Heldr. Fl. gr. n. 232; Hal. It. gr. a. 1893; Sint. It. Thessal. n. 806; Dörfl. Fl. gr. n. 355.

Petalis integris albis, siliculis pedicellis aequilongis vel duplo longioribus. Affinis *D. nemorosa* L. Sp. p. 643 differt petalis ochroleucis retusis, siliculis pedicellis 2—4plo brevioribus.

In regione media et superiore. Epirus: mt. Tsumerka (Hal.), mt. Salatura pr. Chaliki (Sint.); Aetolia: mt. Korax (Leon); Achaia: mt. Panachaicon (Heldr.), Olenos (Hal.); Messenia: pr. Phigalea, Methone, Corone (Chaub.); Laconia (Sibth.): mt. Taygetos (Bois.), Malevo (Orph.). — Maio, Jun. ⊙.

3. Sectio. *Erophila* DC. Syst. II. p. 356 pro gen.; Koch Syn. p. 65. — Annuae, albiflorae; folia rosulata; scapus aphyllus; petala semibifida.

8. **D. verna** L. Sp. p. 642; S. et Sm. Pr. II. p. 4; Pieri Corc. Fl. p. 87; Ch. et B. Exp. p. 181, Fl. Pelop p. 41; Ung. Reise p. 132; Hal. in z. b. G. 1899 p. 702.

Species polymorpha, formas sequentes e ditione observavi:

a. Pili simplices.

α. **glabrescens** Jord. Pug. p. 10 pro spec. *Erophilae* — Siliculae ovales vel oblongae.

Prope Athenas (Reis.), in Lycabetto, in colle Kolonos et pr. Piraeum Atticae (Heldr.).

b. Pili pro maxima parte 2—3 partiti.

β. **praecox** Stev. mem. soc. Mosq. III. p. 269; Ch. et B. Exp. p. 181, Fl. Pelop. p. 41 pro sp. *Drabae.* — *Erophila praecox* DC. Syst. II. p. 357; Bois. Fl. or. I. p. 303. — Exsicc.: Orph. Fl. gr. n. 91. — Siliculae suborbiculatae.

Prope Athenas (Orph.); ins. Melos (Chaub.).

γ. **vulgaris** DC. Syst. II. p. 356; Raul. Cret. p. 708; Spreitz. in z. b. G. 1877 p. 720; Heldr. Fl. Ceph. p. 22, pro sp. *Erophilae.* — *E. majuscula* Jord. Pug. p. 11; Bois. Fl. or. I. p. 304. — Siliculae ellipticae.

Attica: mt. Hymettus, Pentelicon, Parnes (Heldr.); Achaia: mt. Kyllene (Orph.); Cephalonia: mt. Aenos (Spreitz.), pr. Argostoli (Heldr.); Creta: pr. Askyphos (Raul.).

δ. **Krockeri** Andrz. ap. Bess. Enum. p. 82 pro sp. *Erophilae.* — *E. stenocarpa* Jord. Pug. p. 11. — Siliculae oblongo-lanceolatae.

Attica: mt. Pentelicon (Heldr.); Thessalia: mt. Pelion (Heldr.); mt. Melos (Leon.).

γ. **macrocarpa** Bois. et Heldr. Diagn. VIII. p. 28 sub. sp. *Drabae.* — Siliculae lineari-lanceolatae vel lineares. — Exsicc.: Heldr. Herb. norm. n. 1404.

Messenia: pr. Kalamata (Zahn).

Praeterea *D. verna* L. indicatur: in Arcadia, Argolis, Laconia, (Sibth.), Corcyra (Pieri). — Febr. Apr. ⊙.

31. Kernera Med. in Ust. Ann. VIII. p. 42.

1. **K. saxatilis** L. Syst. ed. X. p. 1125 (*Myagrum*); Rchb. in Mössl. Handb. ed. 2. p. 1142. — *Cochlearia saxatilis* Lam. Fl. Franc. II. p. 471; Ung. Reise p. 133; Bois. Fl. or. I. p. 249. — Icon: Rchb. f. 4264.

In rupestribus regionis superioris mt. Olympus Thessaliae (Heldr.) et mt. Aenos Cephaloniae (Ung.). — Apr. Maio. ♃. n. v.

Obs. *Cochlearia armoracia* L. Sp. p. 698; Heldr. Nutzpfl. p. 47; Dall. Prosp. p. 89. — Colitur in hortis Athenarum (Heldr.) et in Cephalonia (Dall.). — Quid sit *C. officinalis* Dall. Prosp. 89 nescio.

32. Roripa Scop. Fl. Carn. p. 520

a. Siliqua linearis vel oblongo-linearis.

α. Folia caulina pinnatisecta, laciniis oblongo-lanceolatis, dentatis; axis racemi fructiferi recta.

1. **R. prolifera** (Heuff. in Flora 1853 p. 624; Haussk. Symb. p. 11; Form. in Ver. Brünn 1896 p. 80, 1897 p. 57 (*Nasturtium*); Neilz. Aufz. Ung. Slav. Gefässpfl. p. 263. — Icon: Vis. et Panc. pl. serb. dec. III, t. 21. — Exsicc.: Heldr. It. Thessal. IV. an 1885.

Laciniis foliorum latis; racemis congestis, corymbose aggregatis; petalis calycem aequantibus vel parum superantibus; siliquis oblongo-linearibus, pedicello dimidio brevioribus.

In humidis Thessaliae: pr. Ruso, Pharsalus, (Form.), Palaeokastro, Karditza, Trikala, in oropedio Neuropolis, in mt. Ghavellu Pindi (Haussk.). — Jun. Jul. ♃.

2. **R. silvestris** L. Sp. p. 657 (*Sisymbrium*); Bess. En. pl. Vol. hyn. p. 27. — *Nasturtium silvestre* R. Br. Hort. Kew. IV. p. 110: Bois. Fl. or. I. p. 179; Raul. Cret. p. 705; Heldr. Chlor. Parn. p. 12, Haussk. Symb. p. 11; Form. in Ver. Brünn 1896 p. 80. — Icon; Rchb. f. 4368. — Exsicc: Heldr. pl. gr. n. 2650, It. Thessal. IV; a. 1885.

Laciniis foliorum minoribus, racemis elongatis; petalis calyce fere duplo longioribus, siliquis linearibus, pedicello aequilongis vel parum brevioribus.

β. **albanica** Bald. in coll. bot. Alb. 1896 p. 12. — Erecta, simplex vel superne parce ramosa, foliorum segmentis breviter-ovatis, subpetiolulatis. — Exsicc.: Bald. It. Alb. Ep. IV. n. 57.

In humidis Thessalia: pr. Volo (Haussk.), Trikala (Heldr.), mt. Dokimi in Pindo (Form.); mt. Parnassus pr. Livadi (Heldr.); Creta: pr. Kladisto ad Canea (Raul.). β. Epirus: pr. Lapsista distr. Janina. — Jun. Aug. ♃.

β. Folia caulina pinnatisecta, laciniis anguste-linearibus, integris; axis racemi fructiferi infracto-flexuosa.

3. **R. thracica** Grsb. Spic. I. p. 258 pro var. *Nasturtii lippicensis*; Fritsch in z. b. G. 1895 p. 317. — *R. lippicensis* Bald. riv. coll. bot. Alb. 1896 p. 12. — Exsicc.: Bald. It. Alb. Epir. IV. n. 209 (*f. pusilla*).

R. lippicensi (*Wulf.*) maxime affinis, ab ea laciniis setaceis, floribus minoribus et siliquis brevioribus patentissimis differt.

Epirus: mt. Smolika, mt. Papignon (Bald.). — Jun. ♃.

b. Siliculae globosa vel elliptica.

4. **R. amphibia** L. Sp. p. 657 (*Sisymbrium*); Bess. En. Volhyn. p. 27; Hal. in ö. b. Z. 1895 p. 125. — *Nasturtium amphibium* R. Br. Hort. Kew. IV. p. 110; Bois. Fl. or. Suppl. p. 35. — Icon: Rchb. 4363. — Exsicc.: Heldr. Pl. gr. a. 1878; Reiser Fl. gr. a. 1894.

Elata, caule fistuloso, foliis oblongis vel lanceolatis, inferioribus pinnatifidis vel pinnatipartitis, superioribus dentatis vel integris. — Aquarum vel locorum udorum incola.

Ad lacum Lysimachiae pr. Sikya (Heldr.) et ad lacum Trichonis pr. Guritsa (Reis.) Aetoliae. — Apr. Maio. ♃.

5. **R. pyrenaica** L. Syst. nat. ed. 10 p. 1132 (*Sisymbrium*); Rchb. Icon. Fl. Germ. et Helv. II. p. 15; Fritsch in z. b. G. 1894 p. 318. — *Nasturtium pyrenaicum* R. Br. Hort. Kew. IV. p. 110; Bois. Fl. or. I. p. 181; Haussk. Symb. p. 12; Form. in Ver. Brünn 1896 p. 80. — Icon: Rchb. f. 4366. — Exsicc.: Heldr. It. Thessal. IV. a. 1885; Sint. It. Thessal. n. 789.

Gracilis, caule solido; foliis inferioribus ovatis vel lyratis, superioribus profunde pinnatifidis, laciniis linearibus integris. — Collium siccorum incola.

In subalpinis. Thessalia: mt. Dokimi (Sint.), Zygos, Karava, Ghavellu, Korona in Pindo (Haussk.); mt. Olympus (Auch.). — Jun. Jul. ♃.

b. Cotyledones incumbentes.

33. Camelina Cr. Stirp I. p. 18.

1. **C. rumelica** Vel. in Sitzb. böhm. Ges. Wiss. 1887 p. 448. Fl. Bulg. p. 43. — Huc probabiliter: *C. silvestris* Bois. Fl. or. I. p. 311; Haussk. Symb. p. 19; Heldr. Fl. Aegin. p. 235. — Exsicc.: Heldr. Fl. Hell. a. 1878 et 1879.

C. microcarpae Andrz. in DC. Syst. II. p. 517 = *C. silvestris* Wallr. Sched. p. 347 maxime affinis, ab ea caule inferne foliisque longe patule hirto (pilis adpressis stellatis nullis), racemo laxissimo, siliculis submajoribus, basi longiuscule attenuatis differt.

In arvis, ad Skaramanga et Guti pr. Athenas (Heldr.); in herbidis Acrocorinthi (Haussk.); ins. Aegina (Heldr.). — Mart. Apr. ☉.

II Series. *Angustiseptae* Willk. et L. Pr. Fl. Hisp. III. p. 748. Silicula, per totam longitudinem dehiscens (rarissime vix dehiscens); valvae intus continuae, valde concavae, septo contrarie compressae, septum saepe angustissimum.

4. Tribus. *Thlaspideae* Benth. et Hook. Gen. p. 64. Cotyledones accumbentes, rectae.

34. Biscutella L. Gen. n. 808.

1. **B. didyma** L. Sp. p. 653. — Huc refero: *B. apula* S. et Sm. Pr. II. p. 16; Sieb avis p. 4; Ch. et B. Exp. p. 186, Fl. Pelop. p. 42; Ung. Reise p. 133; Gelmi in bull. soc. bot. ital. 1889 p. 445; Haussk. Symb. p. 19. — *B. Columnae* Urv. enum. p. 80; Bois. Fl. or. I. p. 321; Raul. Cret. p. 708; Weiss in z. b. G. 1869 p. 52; Spreitz in z. b. G. 1877 p. 720; Heldr. Fl. Cephal. p. 22, Fl.

Aegin. p. 235; Chlor. Thera p. 8; Haussk. Symb. p. 19; Hal. in ö. b. Z. 1897 p. 61. — *B. ciliata* Marg. et R. Fl. Zante p. 28. — *B. coronopifolia* Ch. et B. Fl. Pelop. p. 42. — *B. eriocarpa* Ch. et B. Exp. p. 186. — *B. laevigata* S. et Sm. Pr. II. p. 16. — *B. leiocarpa* Friedr. Reise p. 266. — *B. lyrata* Pieri. Corc. Fl. p. 89; Ch. et B. Fl. Pelop. p. 42.

Species variabilis, formas sequentes observavi:

α. **ciliata** DC. diss. n. 9, Syst. nat. II, p. 410 pro sp. — Siliculis laevibus, margine ciliatis, scutis mediocribus, 3—4 mm. diametro. — Exsicc.: Rev. Pl. Cret. n. 10.

β. **Columnae** Ten. Pr. fl. nap. p. 38. pro sp. — Siliculis pube minima disco et margine scabris, scutis majusculis, 5— 6 mm. diametro. Exsicc.: Heldr. Fl. Hell. a. 1898.

γ. **apula** L. Mant. p. 254 pro sp. — Siliculis pube minima disco et margine scabris, scutis mediocribus. — Exsicc.: Heldr. Herb. gr. norm. n. 108.

δ. **leiocarpa** DC. diss. n. 16, Syst. nat. II. p. 413 pro sp. — Siliculis glaberrimis, scutis mediocribus.

In collibus siccis et submontosis. Indicatur in: Attica, Corinthus, Argolis, Messenia, Creta, ins. Zante, Cephalonia, Ithaca, Corcyra, Sporadum ins. Skopelos et Skiathos, in Pharmacenarum ins. Leros, in ins. Aegina, in cycladum ins. Melos, Tenos, Syra, Keos, Thera, Kimolos. — Mart. Maio. ⊙.

35. **Iberis** L. Gen. n. 804.

a. Frutescentes; siliculae racemosae.

1. **I. sempervirens** L. Sp. p. 648; S. et Sm. Pr. II. p. 9; Bois. Fl. or. I. p. 333, suppl. p. 59; Raul. Cret. p. 708; Heldr. Chlor. Parn. p. 13; Hal. in z. b. G. 1888 p. 748, Beitr. Fl. Epir. p. 13; Bald. riv. coll. bot. Alb. 1895 p. 10, 1896 p. 23; Form. in Ver. Brünn 1897 p. 56. — *I. garrexiana* All. Fl. Ped. I. p. 250. —*I. serrulata* Vis. Fl. Dalm. III. p. 111, suppl. t. 8, — Icon: Fl. gr. t. 620. — Exsicc.: Heldr. Herb. norm. n. 726 et 1012; Orph. Fl. gr. n. 652; Sint. It. Thessal. n. 798; Bald. It, Alb. Epir. III. n. 10.

In rupestribus regionis mediae et superioris. Epirus: mt. Olycika (Bald.), mt. Peristeri, Strungula (Hal.); Thessalia: mt. Plaka supra Chaliki (Sint.), mt. Ghavellu et Gion-Skala in Pindo (Form), mt. Olympus (Orph.), in valle Megarema (Sint.); Eubaea: mt. Dirphys (Pichl.); Attica: mt. Pentelicon (Heldr.); mt. Parnassus (Heldr.), Kiona (Hal.); Achaia: mt. Olenos (Heldr.); Creta: mt. Hag. Theodoros et Mavri in mt. Sphacioticis (Raul.). — Maio, Jul. ♃.

b. Siliculae in racemum subumbellatum contractae.

α. Folia integra.

2. **I. Tenoreana** DC. Syst. II. p. 404. — *I. attica* Hal. in Beitr. Fl. Aetol. p. 3; Bald. Riv. coll. bot. Alb. 1895 p. 10. —

? *I. amara* Fraas Fl. Class. p. 119. — Exsicc.: Hal. It. gr. II. a. 1893; Bald. Fl. Alb. Epir. III n. 9.

A collo lignescente ramosa; caulibus pumilis vel elatis, usque 35 cm. altis, simplicibus vel parce ramosis, minutissime setulosis; foliis oblongo-spathulatis; floribus albis, rarius pallide purpurascentibus, valde radiantibus, pedicellis superne papilloso-scabris suffultis; siliculis ovatis, apicem versus late alatis, alis obtusiusculis; stylo sinum superanti.

Maxime affinis *I. ciliatae* All. Auct. Fl. Ped. p. 15, radice bienni et siliculae alis acutis (an specifice) diversae. Bene convenit speciminibus italicis a Hut. Port. et Rigo in mt. Stella Calabriae lectis, ex itinere III sub. n. 243 editis. — Affinis *I. attica* Jord. Obs. VI. p. 42, quae sec. Bois. Fl. or I. p. 334 in Graecia non crescit, differt silicularum alis acutiusculis et stylo sinu breviore.

Species secundum Caruel in Parl. Fl. Ital. IX. p. 719 perennis, sed saepe jam anno primo florens.

β. **Spruneri** Jord. Obs. VI. p. 43; Bois. Fl. or. I. p. 334 pro sp. — Humilis, caulibus et praesertim pedicellis dense papilloso-scabris, floribus modice radiantibus, silicularum alis latioribus. — Exsicc.: Orph. Fl. gr. n. 278; Heldr. Herb. norm. n. 904.

In rupestribus regionis montanae. Aetolia: mt. Taphiassos (Hal.); Epirus: mt. Zalongos distr. Prevesa (Bald.); ins. Corcyra et Leucas (Heldr. in litt.). — *β.* Attica: mt. Hymettus (Orph.), Pentelicon (Heldr.). — Maio. Jun. ♃.

3. **I. epirota.** — *I. spathulata* Bald. riv. coll. bot. Alb. 1896 p. 23. — Herbacea, a collo ramosa vel simplex; caulibus nanis, simplicibus, glabris; foliis inferioribus spathulato-subrotundis, superioribus lineari-spathulatis; floribus violaceis, modice radiantibus, pedicellis dense papilloso-scabris suffultis; siliculis elliptico-subrotundis, apicem versus late alatis, alis triangularibus eximie acuminatis; stylo sinum superanti. — Exsicc.: Bald. It. Alk. Epir. IV. n. 212.

Proxima *I. carnosae* W. et K. pl. rar. II. p. 213, pedicellis glabris vel superne solum papilloso-scabris, silicularum alis acutis, stylum aequantibus diversae.

Epirus: in lapidosis mobilibus in summo mt. Smolika distr. Konitza (Bald.). — Jul. ⊙.

β. Folia pinnatifida.

4. **I. acutiloba** Bert. Misc. p. 227, t. 9. f. 1. — *I. odorata* Bois. Diagn. I. p. 75, Fl. or. I. p. 335; Raul. Cret. p. 709; Haussk. Symb. p. 19, vix L. Sp. pl. p. 649 cujus species in alpibus Allobrogicis, id est in Delphinatu et Sabaudia, crescit. — Exsicc.: Heldr. herb. norm. n. 774.

Nana, papilloso-scabra; floribus parvis, albis, vix radiantibus; siliculis ovatis, alis acutis, stylo duplo longioribus.

In collibus, vinetis, olivetis. Attica: in oliveto Athenarum, pr. Hecacleon, Kephissia, Amarysia (Heldr.), Eleusis (Bois.). Indicatur etiam in Creta (Bauhin.), sed a recentioribus non lecta. — Febr. Apr. ⊙.

Obs. *I. linifolia et umbellata* L. probabiliter ex confusione in Graecia indicantur.

36. Thlaspi L. Gen. n. 802.

a. Flores intense violacei.

1. **T. bulbosum** Sprun. in Bois. Diagn. I. p. 74; Bois. Fl. or. I. p. 326; Heldr. Chlor. Parn. p. 13. — Exsicc.: Heldr. Herb. norm. n. 689 et 1209.

In regione abietina mt. Parnassus (Held.), Citheron (Bois.) et Parnes (Sprun.). — Apr. ♃.

b. Flores albi.

α. Perennia vel biennia.

× Antherae violaceae.

2. **T. graecum** Jord. Obs. III. p. 30; Bois. Fl. or. I. p. 327; Hausk. Symb. p. 19; Hal. Beitr. Fl. Achaia p. 13. — *T. montanum* Ch. et B. Exp. p. 183, Fl. Pelop. p. 41; ? Pieri Corc. Fl. p. 88. — *T. taygeteum* Bois. Diagn. VIII. p. 40. — ? *T. cochleariforme* Friedr. Reise p. 282. — Exsicc.: Orph. Fl. or. n. 639; Heldr. Herb. norm. n. 1406; Sint. It. Thessal. p. 931; Bald. It. Cret. alt. n. 53.

Caudiculis brevibus; caulibus 2—20 cm. altis; foliis integris vel denticulatis, radicalibus oblongis petiolatis, caulinis auriculato-amplexicaulibus; racemis demum elongatis; calyce rubello; silicula basi attenuata, apice breviter emarginata, stylo longo superata, loculis 4-ovulatis. — Habitu *T. alpini* Cr. caudiculis elongatis repentibus antherisque flavis diversi. — Specimina pindica sunt elatiora, in statu fructifero tantum nota, qua de causa, deficientibus praesertim antheris, determinatio eorum mihi dubia.

In rupestribus regionis mediae et alpinae. Thessalia: mt. Zygos (Heldr.), mt. Sina pr. Malakasi (Sint.), mt. Dokimi (Form.) in Pindo; Achaia: mt. Panachicon, Chelmos (Hal.), Kyllene (Orph.); Arcadia: mt. Maenalus (Heldr.); Laconia: mt. Malevo (Orph.), Taygetos (Chaub.); Creta: mt. Psiloriti (Bald.). — Apr. Jun. ♃.

3. **T. microphyllum** Bois et Orph. Diagn. Ser. 2, VI. p. 19, Fl. or. I. p. 328 Suppl. p. 58; Hal. in z. b. 9. 1888 p. 748, Beitr. Fl. Epir. p. 13; Heldr. chlor. Parn. p. 13; Bald. riv. coll. bot. Alb. 1895. p. 9. 1896 p. 22. — *T. ionocalyx* Bois. et Heldr. Diagn. l. c. — Exsicc.: Heldr. Fl. gr. n. 3353; Hal. It. gr. II. a. 1893; Bald. It. Alb. Epir. IV. p. 157.

Plantula minima, rosulis solitariis vel paucis, caespites parvos formantibus; foliis rosulatis, obovatis, integris vel denticulatis, in petiolum attenuatis; racemis abbreviatis, in rosula sessilibus, rarius caule brevissimo suffultis; calyce violaceo; silicula basi attenuata, apice retusa,

stylo longo apiculata, loculis 4-ovulatis. — Maxime affine *T. styloso* (DC.) Nym. stylo multo longiori diverso.

Ad nives deliquescentes regionis alpinae. In mt. Parnasso (Orph.), Kiona (Hal.), Korax (Heldr.), Tymphrestus (Samar.); Tsumerka et Peristeri (Hal.), mt. Papingon et Gamila distr. Zagorion in Epiro (Bald.). — Jul. Aug. ♃.

×× Antherae flavae.

○ Perennia, stylus e siliculae sinu longe apertus.

. Racemi fructiferi elongati, laxi.

4. **T. Kovácsii** Heuff. in Flora 1853 p. 624. — *T. affine* Schott et Kty exs.; Bois. Fl. or. I. p. 327; Haussk. Symb. p. 20; Bald. riv. coll. bot. Alb. 1896 p. 21. — Exsicc: Bald. It. Alb. Epir. IV. n. 62. —

Caudiculis tenuibus elongatis; caulibus erectis, gracilibus, 15—20 cm. altis; foliis integris, radicalibus ovatis vel ovato-orbiculatis, longe petiolatis, subito in petiolum attenuatis, caulinis auriculato-amplexicaulibus; racemis valde elongatis, siliculis triangulari-obcordatis, basi attenuatis, apice breviter emarginatis, stylo sinum duplo superante, loculis 4—8-ovulatis.

In herbidis jugi subalpini Zygos in Pindo tymphaeo (Haussk.); Epirus; mt. Olycika distr. Janina (Bald.); Aetolia: mt. Korax (Leon). — Maio. ♃.

Obs. *T. pindicum* Haussk. Symb. p. 20. ex eodem loco, praecedenti saepe consociatum, differt secundum diagnosin, racemis brevioribus, siliculis majoribus, profundius emarginatis, 3—4-ovulatis et stylo breviore; mihi ignotum est.

5. **T. goesingense** Hal. in o. b. Z. 1880 p. 173. — *T. tymphaeum* Haussk. Symb. p. 20; Form. in Ver. Brünn 1896 p. 77. — Icon: Beck Fl. Hernst. t. 9. — Exsicc.: Sint. It. Thessal. n. 571.

Caudiculis brevibus, confertis; caulibus erectis, elatis, circa 30 cm. altis, rigidis; foliis integris, radicalibus ovatis vel oblongo-ovatis, in petiolum sursum attenuatis, caulinis auriculato-amplexicaulibus; racemis valde elongatis; siliculis triangulari-obcordatis, basi attenuatis, apice profunde emarginatis, stylo sinum duplo superante, loculis 3—6-ovulatis.

Praecedenti affine, ab eo habitu robustiore, caudiculis brevibus, confertis, foliis radicalibus sursum in petiolum attenuatis, caulibus crassioribus et siliculis fere duplo majoribus differt. A planta austriaca, in Serbia et Bulgaria etiam obvia, nullam differentiam reperio.

In herbidis jugi subalpini Zygos (Haussk.), in mt. Tragopetra supra Malakasi (Sint.) et in mt. Oxya (Form.) in Pindo. — Maio. ♃.

6. **T. ochroleucum** Bois. et Heldr. Diagn. VIII. p. 39, Fl. or. I. p. 326; Boissieu in bull. soc. bot. Fr. 1896 p. 283. — *T. cochleariforme* Ung. Reise p. 132. — *T. heterochroum* Bois. Fl. or. suppl. p. 58. — Exsicc.: Orph. Fl. gr. n. 1053 et 1053 b.

Caudiculis brevibus; caulibus pumilis, circa 10 cm. altis, adscendentibus; foliis radicalibus ovatis vel oblongis, integris vel subdenti-

culatis, in petiolum brevem sursum attenuatis, caulinis auriculato-amplexicaulibus; racemis breviter elongatis; siliculis obcordatis, basi attenuatis, apice breviter emarginatis, stylo silicula vix breviori, loculis 4-ovulatis.

In herbidis regionis mediae. Boeotia: mt. Helicon (Orph.); Euboea: mt. Dirphys (Orph.); Thessalia: mt. Olympus pr. Hag. Theodoros (Boissieu). — Apr. Maio. ♃.

. . Racemi fructiferi breves conferti.

7. **T. epirotum.** — *T. praecox* Bald. riv. coll. bot. Alb. 1896 p. 22. — Caudiculis brevibus, confertis; caulibus pumilis, 3—5 cm. altis, erectis; foliis radicalibus oblongis vel ovatis, denticulatis, in petiolum brevem attenuatis, caulinis obtuse auriculatis; petalis albis, calyce flavescente duplo longioribus; antheris flavis, calycem superantibus; siliculis triangulari-obcordatis, basi attenuatis, apice breviter emarginatis, loculis biovulatis, stylo silicula dimidio breviori coronatis. — Exsicc.: Bald. It. Alb. Epir. IV. n. 208.

Habitu *T. graeci* Jord., vel *T. praecocis* Wulf., a priori racemo brevi et antheris flavis, ab altero statura minori, foliis oblongis, breviter petiolatis, denticulatis calyce non rubello et racemo brevi diversum.

In lapidosis mobilibus regionis alpinae mt. Smoliko in Epiro (Bald). — Jun. Jul. ♃.

○○ Biennia, stylus siliculae sinus brevior, racemi fructiferi breves.

8. **T. rivale** Presl Del. Prag. p. 12; Bois. Fl. or. I. p. 327; Spreitz. in z. b, G. 1877 p. 720; Heldr. Fl. Cephal. p. 22; Bald. riv. coll. bot. Alb. 1896 p. 22. — *T. praecox* Ung. Reise p. 132. — *T. densiflorum* Haussk. Symb. p. 19 mea quidem opinione etiam huc pertinet. — Exsicc.: Sint. It. Thessal. a. 801 et 802; Bald, It. Alb. Epir. IV. n. 6.

Simplex vel a collo pluricaule; caulibus pumilis, 3—10 cm. altis, lateralibus adscendentibus; foliis radicalibus petiolatis ovatis, integris vel obsolete dentatis, caulinis oblongis, obtuse auriculato-amplexicaulibus; floribus parvis; calyce rubello; pedicellis patulis, silicula brevioribus; siliculis ellipticis, concavis, plus minus profunde emarginatis, loculis 3—4 ovulatis, stylo brevissimo coronatis.

In subalpinis alpinisque. Cephalonia: mt. Aenos (Heldr.); Epirus: mt. Micikeli et Olycika in distr. Janina (Bald.), mt. Salatura et Plaka supra Chaliki (Sint.); in summo mt. Karava Pindi dolopici (Haussk.). — Maio. Jun. ⊙.

β. Annuum.

9. **T. perfoliatum** L. sp. p. 646; S. et Sm. Pr. II. p. 8; Ch. et B. Exp. p. 183, Fl. Pelop. p. 41; Bois. Fl. or. I. p. 325; Spreitz. in z. b. G. 1877 p. 720; Raul. Cret. p. 708; Haussk. Symb. p. 19; Hal. Beitr. Fl. Achaia p. 13; Form. in Ver. Brünn 1896 p. 77, 1897 p. 56; Bald. riv. coll. Alb. 1896 p. 21. — Icon: Rchb. f. 4183. — Exsicc.: Heldr. Fl. Hell. a. 1878; Hal. It. gr. sec. a. 1893.

In montosis probabiliter totius Graeciae. Indicatur in: **Epirus**: mt. Olycika (Bald.); Thessalia: Pindus dolopicus (Haussk.), Phlambures et Mitrica in mt. Chassia, mt. Pelion (Form); Aetolia: mt. Korax (Leon): Attica: mt. Hymettus (Heldr.); Corinthus (Haussk.); Argolis, Laconia, Arcadia (Sibth.); Achaia: mt. Kyllene et Panachaicon (Hal.); Creta: pr. Askyphos (Heldr.); Corcyra: mt. Pantocrator (Spreitz.). — Mart. Jun. ⊙.

Obs. Species dubiae; *T. alpestre* Pieri Corc. Fl. p. 88 e Corcyra et *T. recurvatum* Sieb. Avis. rem. p. 5 e Creta.

37. Teesdalia R. Br. Hort. Kew. IV. p. 83.

1. **T. lepidium** DC. Syst. II. p. 392; Friedr. Reise p. 266; Ung. Reise p. 133; Bois. Fl. or. I. p. 339; Heldr. Fl. Ceph. p. 22; Hal. in z. b. G. 1899 p. 705. — *Lepidium nudicaule* L. Sp. p. 643. — *Lepidium iberis* Marg et. R. Fl. Zaute p. 29; Friedr. Reise p. 264. *Iberis nudicaulis* S. et Sm. Pr. II. p. 10, non L. — Icon: Rchb. f. 4188. — Exsicc.: Heldr. Herb. norm. n. 1407.

Valde affinis *T. nudicauli* L. sp. p. 560 (*Iberis*); R. Br. l. c., et ab ea differt lobis foliorum acutis, staminibus saepius 4, siliculis minoribus, stigmate sessili.

In arenosis, cultis, ad vias regionis inferioris. Attica: pr. Athenas (Friedr.); Euboea: mt. Dirphys (Ung.); ins. Syra (Heldr.); Peloponnesus (Sibth.): pr. Megali Anastasova (Heldr.), Sparta (Bois.), Patras (Friedr.): Zante (Marg.); Cephalonia: mt. Aenos (Heldr.). — Mart. Apr. ⊙.

38. Hutchinsia R. Br. Kew. IV. p. 82.

1. **H. petraea** (L. sp. p. 644; S. et Sm. Pr. II. p. 5; Ch et B. Exp. p. 182, Fl. Pelop. p. 41 (*Lepidium*)); R. Br. l. c.; Bois. Fl. or. I. p. 340; Heldr. Fl. Cephal. p. 22, Chlor. Parn. p. 13; Haussk. Symb. p. 21; Hal. in ö. b. Z. 1895 p. 216; Bald. riv. coll. bot. Alb. 1896 p. 23. — Icon: Rchb. f. 4190. — Exsicc.: Heldr. Fl. Hell. a. 1876; Reiser Fl. gr. a. 1894.

In rupestribus, herbidis montanis. Attica: mt. Hymettus (Heldr.): Arcadia, Argolis, Laconia (Sibth.): mt. Malevo (Reis.); mt. Parnassus (Heldr.); Thessalia: pr. Chaliki (Haussk); Epirus: mt. Olycika distr. Janina (Bald.); Cephalonia: mt. Aenos (Heldr.). — Mart. Apr. ⊙.

5. Tribus *Lepidineae* Benth. et Hook. Gen. p. 63. Cotyledones incumbentes, rectae, incurvatae vel longitudinaliter conduplicatae vel convolutae.

39. Aethionema R. Br. Kew. IV. p. 80.

1. **A. graecum** Bois. et Heldr. Diagn. VI. p. 16, Fl. or. I. p. 352; Heldr. Chlor. Parn. p. 13; Haussk. Symb. p. 20; Hal. in ö. b. Z. 1895 p. 216, 1897 p. 282; Boissieu in bull. soc. bot. Fr. 1896 p. 283. — *Thlaspi saxatile* S. et Sm. Pr. II. p. 7; Ch. et B. Exp. p. 183,

Fl. Pelop. p. 41. — *A. saxatile* Friedr. Reise p. 272; Ung. Reise. p. 133.

Species polymorpha, *A. saxatili* L. Sp. p. 646 (*Thlaspi*) valde affinis, ab eo caulibus numerosis, plerumque brevioribus, foliis ovatis vel oblongis, obtusis, rarius lanceolatis, floribus majoribus et stylo longiore diversa. Limites certos inter formas graecas ut species propositas definire nequeo, quam ob rem eas ut varietates enumerare malui.

α. **typicum.** Foliis ovatis vel oblongis, obtusis; floribus majusculis, petalis carneis vel purpureis (*A. rhodanthum* Heldr. exs.), calyce saepe rubello plus duplo longioribus; siliculis obovatis; basi angustatis, alis integris rarius erosulis; stylo e sinu exserto. Exsicc: Heldr. Herb. norm. n. 304, 1013 et 1304; Orph Fl. gr. n. 18.

β. **pseudogracile.** — *A. gracile* Bois. Fl. or. I. p. 351; Haussk. Symb. p. 20; Hal. Beitr. Fl. Epir. p. 13, Beitr. Fl. Aetol. Beitr. Fl. Achaia p. 13, p. 3; Bald. riv. coll. bot. Alb. 1895 p. 10, 1896 p. 23; Form in Ver. Brünn 1896 p. 77, 1897 p. 56, in D. bot. Mon. 1898 p. 80; non DC. Syst. II. p. 559, quod ramis gracilibus elongatis pedem fere longis, foliis lanceolatis acuminatis, summis linearibus describitur, in Carniolia crescit et certe formam *A. saxatilis* sistit. — Foliis inferioribus oblongis, caeteris oblongo-lanceolatis lanceolatisve, acutiusculis; floribus mediocribus, petalis carneis, calyce subduplo longioribus; siliculis obovatis, basi rotundatis, vix angustatis, alis erosulo-dentatis; stylo sinum aequante. — Ab omnibus varietatibus *A. saxatili* maxime accedens. — Exsicc.: Hal. It. gr. II. a. 1893; Sint. It. Thessal. n. 807.

γ. **glaucescens** Hal. in z. b. Ges. 1888 p. 748, t. 22, f. 7—10, pro sp. — Pruinosum, simplex vel a collo parce ramosum, foliis omnibus ovatis vel obovatis obtusissimis, floribus et siliculis var. *β.*, cujus forsan formam primo anno florentem sistit. — Exsicc.: Hal. It, gr. a. 1888.

δ. **creticum** Bois. Fl. or. suppl. p. 61, pro sp. — *A. saxatile γ. ovalifolium* DC. Syst. II, p. 559 quoad pl. graecam; Bald. Viagg. Cret. p. 31. — *A. ovalifolium* Bois. Fl. or. I. p. 351; Raul. Cret. p. 709. — ? *Thlaspi Buxbaumii* Sieb. Reise p. 220. — Foliis ovatis vel oblongis, obtusissimis, infimis interdum suborbiculatis, floribus mediocribus; petalis carneis, calyce duplo longioribus; siliculis ovato-orbiculatis, alis integris, stylo sinum aequanti. — Exsicc.: Heldr. pl. Cret. a. 1371.

In saxosis regionis submontanae usque in regione alpina adscendens. Attica: mt. Lycabettus (Ung.), Hymettus (Orph.), Pentelicon, Parnes (Heldr.), Kerata (Haussk); Boeotia: pr. Larmes (Boissieu); mt. Parnassus (Heldr.); Achaia: mt. Kyllene (Orph.); Argolis: pr. Nauplia (Bois), Troezene (Friedr.); Laconia: pr. Megali Anastasova (Heldr.), Kardamyle (Chaub.); ins. Naxos: mt. Apyranthos (Heldr.). — *β.* Epirus: mt. Micikeli, Olycika (Bald.), Tsumerka (Hal.), pr. Chaliki (Sint.); Thessalia; mt. Zygos, pr. Malakasi, mt. Baba supra Klinovo (Haussk.); ad Phlamburo in mt. Oxya (Form.); mt. Pelion (Haussk.); Aetolia: mt.

Chalkis et Taphiassos (Hal.); Attica: mt. Kerata, Lycabettus (Haussk.); Euboea: pr. Steni (Pichl.); Argolis: mt. Arachnaeon (Sprun.), mt. Palamidi (Haussk.); Acrocorinthus (Haussk.); Arcadia: pr. Tripolis (Reis.); Achaia; mt. Chelmos, Panachaicon (Hal.). — γ. in abietinis mt. Kionae (Hal.). — δ. in regione alpina mt. Kyllene (Heldr.), mt. Taygetos (Reis.), mt. Sphaciotici pr. Askyphos (Heldr.), mt. Gigilos et Volakia (Bad.), mt. Lassiti, mt. Aphendi-Kavutsi (Heldr.). — Mart. Jul. ♃.

40. **Lepidium** L. Gen. n. 801.

a. Cotyledones tripartitae.

1. Sectio *Cardamon* DC. Syst. II. p. 533. Silicula ovata vel oblonga, apice emarginata, valvis subalatis, stylo brevissimo.

1. **L. spinosum** L. Mant. p. 253; S. et Sm. Pr. II. p. 5; Sieb. avis p. 4, rem. p. 5; Ch. et B. Exp. p. 182, Fl. Pelop. p. 41; Friedr. Reise p. 283 et 284; Raul. Cret. p. 709; Hal. in ö. b. Z. 1897 p. 61. — *L. cornutum* S. et Sm. Pr. II. p. 6; Bois. Fl. or. I. p. 354, Suppl. p. 62; Weiss in z. b. 9. 1869 p. 52. — Icon: Fl. gr. t. 617. — Exsicc.: Heldr. pl. Cephal. a. 172; Rev. pl. Cret. n. 219; Heldr. et Hal. Fl. Sporad. a. 1896.

Caule stricto; foliis inferioribus pinnatisectis, superioribus lineari-lanceolatis; racemis spiciformibus, inferne saepius divisis; fructiferis spinescentibus; siliculis oblongis, apice ad tertiam partem emarginatis.

In herbidis regionis inferioris. Cephalonia: in oropedio Omala (Heldr.); Messenia (Chaub.): mt. Ithome (Friedr.); Arcadia: pr. Leontari (Heldr.); Argolis: pr. Epidaurus (Friedr.); Euboea: mt. Dirphys (Heldr.), pr. Steni (Pichl.), Kumi (Vurlich); Sporadum ins. Skopelos (Leon.); Creta: pr. Kissamos (Rev.), Canea, Rhamni, Dramia (Raul.). — Apr. Maio. ⊙.

Obs. *L. sativum* L. Sp. p. 644; Dall. Prosp. p. 88; Ch. et B. Exp. p. 182, Fl. Pelop. p. 41; Marg. et R. Fl. Zante p. 29; Heldr. Nutzpfl. p. 47; Weiss in z. b. G. 1869 p. 746. Colitur hinc inde et subspont. occurit in ins. Cephalonia (Dall.) et Zante (Marg.), Laconia pr. Zarnate et Kitries (Chaub.), in Attica (Heldr.) et in Cycladum insula Tenos (Weiss).

b. Cotyledones integrae.

Sectio 2. *Lepia* DC. Syst. II. p. 534. Silicula ovata, emarginata, valvis alatis navicularibus, alis stylo brevissimo adnatis.

2. **L. campestre** L. Sp. p. 646 *(Thlaspi)*; R. Br. Kew. IV. p. 465; Bois. Fl. or. I. p. 355; Bald. riv. coll. bot. Alb. 1896 p. 23. — Icon: Rchb. f. 4214.

Annuum; caule erecto, simplici vel corymboso; siliculis papulosis, basi rotundatis.

In ruderatis, loco non notato (Bois.); Epirus: sub Besdun distr. Janina (Bald.). — Maio, Jun. ⊙. N. v.

3. **L. nebrodense** Raf. prec. decouv. p. 38 (*Nasturtium*); Guss. Syn. II. p. 154; Bois. Fl. or. I. p. 355; Raul. Cret. p. 709; Heldr. Chlor. Parn. p. 13; Bald. Viagg. Creta p. 30; Hal. Beitr. Fl. Achaia p. 13. — *Thlaspi hirtum* Ch. et B. Exp. p. 183, Fl. Pelop. p. 41. — *Lepidium hirtum* Friedr. Reise p. 280. — *L. microstylum* Bois. et Held. Diagn. Ser. 2, VI. p. 21, Fl. or. I. p. 355; Haussk. Symb. p. 20. — *L. nebrodense β microstylum* Bois. Fl. or. Suppl. p. 62. — Exsicc.: Orph. Fl. gr. n. 636; Heldr. Herb. norm. n. 776 et 1211.

Perenne; caulibus extrarosularibus, decumbentibus; siliculis patule hirtis, basi subattenuatis. — Ab affini *L. hirto* (L. p. p. 646 *Thlaspi*) foliis caulinis integris vel parum denticulatis et silicularum alis obtusis nec acutinsculis parum differt.

In regione abietina et superiore. Thessalia: mt. Ghavellu in Pindo dolopico (Haussk.); Euboea: mt. Dirphys (Heldr.) et Xerovuni (Pichl.); Attica: mt. Parnes (Heldr.); mt. Parnassus (Sprun.), mt. Vardusia, mt. Korax (Leon.), mt. Tymphrestus (Samarit.); Achaia: mt. Panachaicon et Olenos (Hal.); Arcadia: mt. Maenalus (Heldr.), pr. Phigalea (Chaub.), mt. Diaforti (Friedr.); Laconia: mt. Malevo (Orph.), mt. Taygetos (Sart.); Creta: mt. Hag. Pneuma (Bald.), pr. Askyphos, mt. Lassiti (Raul.). — Maio. Aug. ♃.

3. Sectio *Cardaria* DC. Syst. II. p. 528. Silicula ovato-cordata, apice integra, valvis turgidis, apteris, stylo filiformi.

4. **L. draba** L. sp. p. 645; Ch. et B. Exp. p. 182, Fl. Pelop. p. 41; Marg. et R. Fl. Zante p. 29; Friedr. Reise p. 267; Fraas Fl. Class. p. 120; Bois. Fl. or. I. p. 356; Haussk. Symb. p. 20. — *Cochlearia draba* L. Sp. ed. 2 p. 904; S. et Sm. Pr. II. p. 9; Ung. Reise p. 133. — Icon: Rchb. f. 4211. — Exsicc: Heldr. Fl. Hell. a. 1878 et 1892; Rev. Pl. Cret. n. 220.

In ruderatis, olivetis, inter segetes. Attica: in oliveto Athenarum (Heldr.), in valle Cephissi (Heldr.), pr. Amarysia (Friedr.); Boeotia: pr. Lebadea (Fraas); Cycladum ins. Tenos (Sart.); Messenia: pr. Messene et Arcadia (Chaub.); Zante (Marg.); Cephalonia: pr. Lixuri (Ung.); Creta: mt. Amalos (Rev.). — Mart. Jun. ⊙.

4 Sectio. *Lepidiastrum* DC. Syst. II. p. 547. Silicula elliptica, integra, valvis apteris, stigmate subsessili.

5. **L. latifolium** L. Sp. p. 644; S. et Sm. Pr. II. p. 6; Friedr. Reise p. 289; Fraas Fl. Class. p. 121; Bois. Fl. or. I. p. 359; Hal. in z. b. G. 1888 p. 762, Beitr. Fl. Achaia p. 13; Heldr. Chlor. Parn. p. 13; Form in Ver Brünn 1897 p. 56. — Icon: Rchb. f. 4219. — Exsicc.: Orph. Fl. gr. n. 638.

Caule elato, paniculato; foliis glabris vel saepius subtus plus minus puberulis, radicalibus amplis, oblongis, denticulatis, caulinis oblongo-lanceolatis, integris; siliculis orbiculari-ovatis.

In ruderatis, salsis, ad margines vinetorum. Attica: ad Phalerum (Heldr.), Piraeum (Pichl.); Thessalia; pr. Agria, Kataphygi (Form.); ad

radices Parnassi pr. Rachova (Hal.); Argolis: pr. Nauplia (Sart.); Achaia: pr. Kalavryta (Hal.). — Maio, Jul. ♃.

6. L. **graminifolium** L. Sp. ed. 2 p. 900; S. et Sm. Pr. II. p. 7; Ch. et B. Fl. Pelop. p. 41; Bois. Fl. or. I. p. 361; Weiss in z. b. G. 1869 p. 52; Heldr. Fl. Cephal p. 22, in ö. b. Z. 1898 p. 183; Form. in D. bot. Mon. 1891 p. 35, in Ver. Brünn 1896 p. 77, 1897 p. 56; Haussk. Symb. p. 20. — *L. iberis* Ch. et B. Exp. p. 182. — Icon: Fl. gr. t. 618. — Exsicc.: Dörfl. Fl. gr. n. 203.

Caule divaricatim ramosissimo; foliis parvis, glabris, radicalibus incisis pinnatisectisve, caulinis linearibus integris; siliculis ovatis.

In ruderatis verosimiliter totius ditionis. Indicatur: pr. Athenas (Heldr.); in Thessaliae planitie tota; ad radices Parnassi pr. Rachova (Leon.); Euboea: pr. Kastaniotissa (Heldr.); Cycladum ins. Tenos (Weiss.), Naxos (Heldr); Messenia: pr. Philiatra (Chaub.); Achaia: pr. Patras (Hal.); Cephalonia: pr. Pessada, Drapano, Argostoli, Kontogianata (Heldr.); Corcyra: pr. urbem (Heldr.). — Maio, Oct. ⊙.

5. Sectio. *Dileptium* DC. Syst. II. p. 538. Silicula elliptica, apice retusa, valvis apteris vel apice angustissime alatis.

7. L. **ruderale** L. Sp. p. 645; Friedr. Reise p. 275. — Icon: Rchb. f. 4215. — Exsicc.: Heldr. Fl. Hell. a. 1887.

In ruderatis ut videtur rarissime, vidi tantum specimina a Heldreich in oppido Poros lecta, ubi jam a Friedrichsthal indicatur. — Maio, Junio. ⊙.

Obs. *L. perfoliatum* L. Sp. p. 643 ab Orphanides pr. Spartunta in ins. Chios lecta, probabiliter etiam in Cycladibus occurrit.

41. Coronopus Hall. stirp. Helv. I. p. 217.

1. C. **procumbens** Gil. Fl. Lith. V. p. 52; Haussk. Symb. p. 21. — *Cochlearia coronopus* L. Sp. p. 648; Sieb. avis p. 4, rem. p. 5. — *Coronopus Ruellii* All. Fl. ped. I. p. 256; S. et Sm. Pr. II. p. 9; Ch. et B. Exp. p. 181, Fl. Pelop. p. 41; Friedr. Reise p. 284. — *Senebiera coronopus* Poir. Enc. VII. p. 76; Fraas Fl. Class. p. 125; Bois. Fl. or. I. p. 363; Raul. Cret. p. 709; Bald. riv. coll. bot. Alb. 1896 p. 23. — Icon: Rchb. f. 4216. — Exsicc.: Heldr. Fl. Hell. a. 1878.

In ruderatis probabiliter totius ditionis. Indicatur in Epiro: pr. Janina (Bald); Thessalia (Haussk); Attica (Fraas); Peloponneso (Sibth.): pr. Nauplia (Friedr.), pr. Methone (Chaub.), Lintzi Elidis (Heldr.); Patras (Hal.); Aetolia: pr. Mesolonghion (Heldr.); Corcyra (Haussk.); Creta (Sieb.); Cycladum ins. Delos (Chaub.). — Maio, Aug. ⊙.

42. Capsella Vent. Tabl. III. p. 110.

a. Siliculae ovato-oblongae, obtusae vel subtruncatae.

1. C. **procumbens** L. Sp. p. 643 (*Lepidium*); Fr. nov. fl. Suec. mant. I. p. 14; Bois. Fl. or. I. p. 340. — *Hutchinsia procumbens*

Desv. journ. bot. III. p. 168; Clem. Sert. p. 15; Haussk. Symb. p. 21; Heldr. Fl. Aegin. p. 236. — Icon: Rchb. f. 4221. — Exsicc.: Orph. Fl. gr. n. 50; Heldr. Herb. norm. n. 1113.

In maritimis humidis et salsis. Attica: in halipedo Phaleri (Orph), in Pharmacusarum scopulo Arpedoni (Heldr.); in ins. Aegina (Sprun.). — Febr. Apr. ⊙.

b. Siliculae triangulari-obcordatae.

α. Petala calyce parum- vel sesquilongiora.

2. **C. bursa pastoris** (L. Sp. p. 647; S. et Sm. Pr. II. p. 8; Pieri Corc. Fl. p. 88; Dallap. Prosp. p. 88; Ch. et B. Exp. p. 41, Fl. Pelop. p. 183; Clem. Sert. p. 14 (*Thlaspi*); Moench Meth. p. 271; Marg. et R. Fl. Zante p. 28; Friedr. Reise p. 266; Fraas Fl. Class. p. 119; Bois. Fl. or. I. p. 340; Raul, Cret. p. 709; Spreitz. in z. b. G. 1877 p. 721; Heldr. Fl. Cephal. p. 22; Form. in D. bot. Mon. 1891 p. 35, in Ver. Brünn 1897 p. 56; Haussk. Symb. p. 21; Fors. in bull. herb. Bois. III. p. 87; Heldr. Fl. Aegin. p. 236. — Icon: Rchb. f. 4229.

α. **typica.** Petala calyce sesquilongiora; siliculae basi attenuatae, lateribus convexis vel rectis. — Exsicc.: Heldr. Herb. norm. n. 1212.

β. **rubella** Reut. in soc. Haller. 1854 p. 18; Bois. Fl. or. suppl. p. 59; Heldr. Chlor. Parn. p. 13. — Exsicc.: Heldr. Herb. norm. n. 1305. — Petala calyce rubello parum longiora; siliculae basi valde attenuatae, lateribus concavis.

γ. **gracilis** Gren. Fl. Mass. adv. p. 17 pro sp. — Petala calyce parum longiora; siliculis minimis, sterilibus. Forma abortiva var. *α*. vel *β*. — Excicc.: Heldr. Fl. Hell. a. 1886.

In ruderatis, ad vias, probabiliter in tota ditione. Indicatur in Attica, Thessalia, Argolis, ins. Aegina; in Archipelago (Sibth.): ins. Syra (Fors.), Melos (Leon.); Messenia: pr. Pylos (Chaub.); Zante, Cephalonia, Corcyra; Creta: pr. Canea. Candia, Askyphos, mt. Volokia (Raul.). — *β*. Attica: ad Piraeum (Heldr.); mt. Parnassus et Korax (Heldr.); mt. Kyllene (Orph.); Corcyra: pr. urbem (Baen.) et certe alibi crescit. — *γ*. ad Phalerum et Piraeum (Heldr.). — Fl. fere toto anno. ⊙.

β. Petala calyce $2^1/_2$-plo longiora.

3. **C. grandiflora** Ch. et B. Fl. Pelop. p. 41, t. 24 (*Thlaspi*); Bois. Diagn. I. p. 76, Fl. or. I. p. 340, suppl. p. 59; Spreitz. in z. b. G. 1877 p. 721; Gelmi in bull. soc. bot. it. 1889 p. 448; Haussk. Symb. p. 21; Hal. in Beitr. Fl. Epir. p. 13, Beitr. Fl. Thessal. p. 7. in ö. b. Z. 1895 p. 216; Form. in Ver. Brünn 1895 p. 39, 1896 p. 77, 1897 p. 56, in D. bot. Mon. 1898 p. 80. — Exsicc.: Baen. Herb. europ. n. 6501 et 9226; Magn. Fl. Sel. n. 2650; Sint. It. Thessal. n. 162.

Ad vias, in herbosis, lapidosis regionis inferioris usque in regionem alpinam adscendens. In Corcyra (Bois.) vulgatissima; Epirus: mt. Tsu-

merka, Strungula, pr. Melisurgi, Mazuki, mt. Peristeri (Hal.); Thessalia: mt. Oxya (Hal.), pr. Chaliki, Krania, mt. Karava, Korona, Zygos, pr. Meteora (Haussk.), pr. Klinovo (Sint.), pr. Mandra Hodza, Velitsena, Konisko (Form.); Eurytania: pr. Karpenisi (Heldr.); Aetolia: pr. Aetolikon (Reis.), Mesolongion (Heldr.); Messenia: pr. Pylos (Chaub.) — Febr. — in montibus usque Aug. ⊙.

2×3. C. **bursa pastoris × grandiflora.** (*C. abortiva*) Haussk. Symb. p. 21. Floribus eis *C. bursa pastoris* submajoribus, siliculis abortivis, hinc inde adultis quidem, sed seminibus paucis sterilibus repletis, antheris pellucidis. — Corcyra; pr. Kalabaka et pr. monasterium Korona Thessaliae (Haussk.). N. v.

III. Series. *Nucamentaceae* Willk. et L. Pr. Fl. Hisp. III. p. 748. Silicula, rarius siliqua indehiscens, inarticulata, saepe crustacea, 1-locularis et 1-sperma (rarissime 2-sperma) vel 2—4-locularis, loculis 1-spermis.

6. Tribus. *Isatideae* Willk. et L. Pr. Fl. Hisp. III. p. 756. Silicula saepissime compressa, rarius globosa aut sublyrata, alata vel aptera, 1—aut interdum 2—3-locularis, saepissime 1-sperma.

a. Cotyledones accumbentes, rarissime oblique incumbentes.

43. Peltaria L. Gen. n. 806.

1. **P. emarginata** (Bois. Ann. Sc. nat. 1842 p. 100, Fl. or. I. p. 288; Form. in D. bot. Mon. 1891 p. 34, in Ver. Brünn 1896 p. 79 (*Ptilotrichum*)]; Haussk. Symb. p. 16. — *Alyssum emarginatum* Rouy Ill. pl. Europ. p. 59, t. 177. — Exsicc.: Sint. It. Thessal. n. 570.

Elata, corymbosa, foliis oblongo-spathulatis, floribus parvis albis, siliculis plano-compressis, orbiculatis, glabris, apice emarginatis.

In humidis, ad rivulos regionis subalpinae. Thessalia: mt. Zygos supra Metzovo (Heldr.), mt. Tragopetra pr. Malakasi (Sint.), mt. Said-Pascha et Dokimi (Form.) in Pindo tymphaeo, copiose; Euboea: mt. Dirphys (Auch.). — Jun. Jul. ♃.

44. Clypeola L. Gen. n. 807.

1. **C. jonthlaspi** L. Sp. p. 652; S. et Sm. pr. II. p. 15; Ch. et B. Exp. p. 186, Fl. Pelop. p. 42; Marg. et R. Fl. Zante p. 28; Friedr. Reise p. 266; Ung. Reise p. 132; Bois. Fl. or. I. p. 308; Weiss in z. b. G. 1869 p. 52; Spreitz. in z. b. G. 1877 p. 720; Heldr. Fl. Cephal. p. 22, Fl. Aegin. p. 235; Haussk. Symb. p. 19. — Icon: Rchb. f. 4230. — Exsicc.: Heldr. Herb. norm. n. 822.

Siliculis majusculis, 3—5 mm. diametro, apice non vel vix retusis, semine dimidiam loculi latitudinem occupante.

α. **lasiocarpa.** Siliculae disco et margine hispidae.

β. **intermedia.** Siliculae disco glabrae, margine hispidae.

γ. **leiocarpa** Vis. Fl. Dalm. III. p. 107. Siliculae glaberrimae.

In collibus siccis, nec non in submontanis. Attica; mt. Hymettus, Corydalus (Heldr.), pr. Laurion (Haussk.); mt. Parnassus (Heldr.); Acrocorinthus (Haussk.); Argolis (Sibth.): pr. Nauplia (Haussk.); ins. Aegina (Heldr.); Syra, Tenos (Weiss), Melos (Leon); Arcadia (Sibth.); Messenia (Chaub.); Zante: pr. Litakia (Marg.); Cephalonia: in oropedio Omalo (Spreitz.). — *β.* mt. Pentelicon (Heldr.). — *γ.* e ditione nondum vidi. — Mart. Jun. ⊙.

2. **C. microcarpa** Moris in atti congr. 1841 p. 539; Bois. Diagn. I. p. 74, Fl. or. I. p. 308; Heldr. Fl. Cephal. p. 22; Haussk. Symb. p. 19. — Exsicc.: Heldr. Herb. norm. n. 823.

Siliculis minutis, 2 mm. diametro, apice emarginatis, semine loculi dimidia latitudine sublatiori. Racemus fructifer brevior densior.

α. **glabra** Bois. Ann sc. nat. 1842 p. 173 pro sp. — Siliculae glabrae.

β. **hispida** Presl. bot. Bemerk. p. 9. Siliculae hispidae.

In saxosis Attica: pr. Athenas, mt. Pentelicon et Parnes (Bois.), mt. Hymettus (Heldr.); Peloponnesus (Bois.); Cephalonia: mt. Aenos (Heldr.). — Mart. Maio. ⊙.

45. Crenularia Bois in Ann. sc. nat. 1842 p. 181.

1. **C. orbiculata** Bois. l. c., Fl. or. I. p. 337. — *Eunomia orbiculata* Grieseb. Spic. I. p. 282. — Exsicc.: Sint. et Borm. it. turc. n. 886 (Athos).

Basi suffructicosa, caulibus caespitosis nanis; foliis oppositis, ovato-orbiculatis; floribus majusculis, albis, purpureo-striatis, siliculis cordato-ovatis, acutiusculis, alis crenulatis, loculo aequilatis.

In regione alpina, rarissima. In cacumine mt. Taygetos (Despreaux). — Jun. ♃. N. v.

b. Cotyledones incumbentes.

46. Isatis L. Gen. n. 824.

a. Biennes; silicula latitudine sua 3—4 plo longior.

1. **I. tinctoria** L. Sp. p. 670; Bois. Fl. or. I. p. 380; Heldr. Chlor. Parn. p. 13. — Icon: Rchb. 4177. — Exsicc.: Heldr. Flor. Hellen. a. 1878.

Foliis radicalibus oblongo-lanceolatis, acutiusculis vel repandis, caulinis lanceolatis vel lineari-lanceolatis, basi acute auriculatis, siliculis glabris, e basi cuneata oblongo-linearibus, obtusis vel retusis.

α. **typica.** Caulibus et foliis glabris vel parce setulosis.

β. **campestris** Stev. in DC. Syst. II. p. 571 pro sp.; Haussk. Symb. p. 21; Form. in Ver. Brünn 1896 p. 77. — Exsicc.: Heldr.

It. Thessal. IV. a. 1885. Caulibus inferne et foliis praecipue subtus ad costam longe denseque setoso-hispidis.

Inter segetes, in rupestribus regionis inferioris et submontanae. Attica: mt. Parnes (Heldr.); Phocis: pr. Delphi (Leon.), mt. Parnassus (Orph.); Aetolia: ad radices mt. Taphiassos ad viam Kakiskala prope Antirrhion (Heldr.). — *β*. Thessalia: pr Aivali, Orman-Magula (Haussk.), Pharsalus (Heldr.), Karditza (Form.). — Maio. Jun. ⊙.

2. **I. canescens** DC. Fl. fr. suppl. p. 598. — *I. tinctoria* Ch. et B. Fl. Pelop. p. 41; Fraas Fl. Class. p. 121. — *I. tinctoria β. canescens* Bois. Fl. or. I. p. 381. — Exsicc.: Orph. Fl. gr. n. 628,

Inferne setulosa; foliis radicalibus oblongis vel oblongo-lanceolatis, obtusiusculis, sublyratis vel repando-dentatis, caulinis lineari-lanceolatis, basi obtuse-auriculatis; siliculis e basi cuneata oblongo-linearibus, obtusis, junioribus pube retrorsa villosis, adultis pubescentibus.

In regione montana et submontana. Attica: mt. Parnes (Bois.); Laconia: mt. Malevo (Orph.); Taygetos (Fraas); Elis: pr. Pyrgos, Katakolo (Chaub.). — Maio. Jun. ⊙.

b. Annua., silicula latitudine sua 6—8 plo longior.

3. **I. aleppica** Scop. Del. Insubr. II. p. 31, t. 16; Bois. Fl. or. I. p. 382. — *I. lusitanica* L. Sp. p. 670 pro p.; S. et Sm. Pr. II. p. 3. — Icon: Fl. Gr. t. 615.

Glabriuscula; foliis radicalibus obovatis, dentatis vel sublyratis, caulinis oblongis, basi acute auriculatis; siliculis linearibus, pube retrorsa villosis.

In rupibus maritimis (Sibth.) loco non notato. — Maio. Jun. ⊙. n. v.

47. Neslia Desv. Journ. bot. III. p. 162.

1. **N. paniculata** L. Sp. p. 641 (*Myagrum*); Desv. l. c.; Friedr. Reise p. 269; Fraas Fl. Class p. 120; Bois. Fl. or. I. p. 371; Raul. Cret. p. 710; Haussk. Symb. p. 21; Heldr. Fl. Aegin. p. 236. — Icon: Rchb. f. 4291. — Exsicc.: Heldr. Herb. Fl. Hellen. n. 64.

Inter segetes, in arvis. Thessalia: pr. Pharsalum (Haussk.); Attica: pr. Athenas (Heldr.); ins. Aegina (Friedr.); Creta: inter Candia et Guves (Raul.). — Mart. Maio. ⊙.

c. Cotyledones longitudinaliter plicatae.

48. Calepina Adans. Fam. II. p. 243.

1. **C. cochlearioides** Murr. nov. comm. goett. VIII. p. 42, t. 3 (*Bunias*); Dum. Fl. Belg. pr. p. 121. — *C. Corvini* Desv. Journ. bot. III. p. 158; Marg. et R. Fl. Zante p. 30; Bois. Fl. or. I. p. 409; Form. in D. bot. Mon. 1898 p. 80. — *Crambe Corvini* All. Fl. Ped. I. p. 256; Ch. et B. Fl. Pelop. p. 40. — *Cochlearia Corvini* Ch. et B. Exp. p. 180. — Icon: Rchb. f. 4163. — Exsicc: Heldr. Fl. Hellen. a. 1875.

Ad agrorum margines, in arvis. Thessalia: pr. Volo (Heldr.); Attica: pr. Athenas, Tatoi (Heldr.); Aetolia: pr. Mesolongion (Reis.); Messenia: pr. Phigalea (Chaub.), Kalamata (Zahn) et certe alibi. — Mart. Maio. ☉.

49. Myagrum L. Gen. n. 796.

1. **M. perfoliatum** L. Sp. p. 640; Pieri Corc. Fl. p. 87; Ch. et B. Exp. p. 180, Fl. Pelop. p. 40; Friedr. Reise p. 280; Haussk. Symb. p. 21; Form. in Ver. Brünn 1896 p. 77. — Icon: Rchb. f. 4176. — Exsicc.: Heldr. It. Thessal. IV. a. 1885, Fl. Hellen a. 1888.

In campis, inter segetes, rare. Thessalia: pr. Pharsalus (Haussk.), Aivali (Heldr.), Orman Magula (Form.); Attica: in valle Cephissi pr. Athenas (Heldr.); Arcadia: mt. Diaforti pr. Andrizena (Friedr.); Messenia: pr. Methone (Chaub.); Corcyra (Pieri). — Mart. Maio. ☉.

7. Tribus. *Euclidieae* Willk. et L. Pr. III. p. 754. Silicula crustacea vel ossea, inderdum alata, 2-locularis loculis parallelis, aut 4-locularis loculis per paria superpositis, 1—2 spermis.

50. Bunias R. Br. Kew. IV. p. 75.

1. **B. erucago** L. Sp. p. 670; S. et Sm. Pr. II. p. 2; Ch. et B. Exp. p. 181, Fl. Pelop. p. 41; Marg. et R. Fl. Zante p. 30; Friedr. Reise p. 266, 270 et 272; Fraas Fl. Class. p. 123; Bois. Fl. or. I. p. 409; Weiss in z. b. G. 1869 p. 52; Raul. Cret. p. 711; Heldr. Fl. Cephal. p. 23, Fl. Aegin. p. 236; Hal. in ö. b. Z. 1895 p. 216. — *Erucago campestris* Desv. Journ. bot. III. p. 168; Gelmi in bull. soc. bot. ital. 1889 p. 448; Haussk. Symb. p. 21; Form. in Ver. Brünn 1895 p. 39. — *Bunias macroptera* Rchb. Fl. germ. exc. p. 654, forma siliculaum alis magis evolutis. — Icon: Rchb. f. 4159 et 4161. — *Myagrum orientale* Sieb. Flora V. 2 p. 639. — Exsicc.; Orph. Fl. gr. n. 633.

In arvis, ad vias, in campis. Attica: pr. Athenas (Orph.), Phaleron, mt. Kerata (Haussk.); Acrocorinthus (Haussk.); Argolis (Sibth.): pr. Vromolimni (Friedr.); ins. Aegina: ad Konto (Heldr.), promontorium Perdicca (Friedr.); Cycladum insula: Melos (Leon.), Mykonos (Sart.), Tenos (Weiss), Kythnos (Fraas); Laconia (Sibth.): pr. Sparta (Chaub.); Messenia: pr. Corone, Methone, Pylos (Chaub.); Creta tota (Raul.); Aetolia: pr. Krionerion (Reis.); Zante: pr. Litakia (Marg.); Cephalonia: pr. Argostoli, Drapano (Heldr.); Corcyra (Gelmi); Epirus: pr. Sadovica (Form.). — Febr. Maio. ☉.

IV. Series. *Articulatae* Willk. et L. Pr. Fl. Hisp. III. p. 748. Siliqua transverse biarticulata, articulus inferior indehiscens, aspermus, vel longitudinaliter 2-locularis, 2-valvis, 2-polyspermus; superior indehiscens, 1-locularis, 1-spermus, vel 2-multilocularis, loculis parallelis superpositis.

8. Tribus. *Cakilineae* Benth. et Hook. Gen. p. 66. Character uti supra seriei.

a. Articulus inferior indehiscens.

51. **Crambe** L. Gen. n. 825.

1. **C. hispanica** L. Sp. p. 671; Ch. et B. Exp. 180, Fl. Pelop. p. 41; Bois. Fl. or. I. p. 408; Heldr. Fl. Cephal. p. 23. — Icon: Lam. Ill. t. 553. — Exsicc: Heldr. Fl. Thessal. a. 1883.

In dumetis, arvis, rupestribus. Cephalonia: pr. Argostoli (Heldr.); Messenia: pr. Pylos, Methone (Chaub.); Thessalia: pr. Volo (Heldr.) Apr. Maio. ⨀.

52. **Rapistrum** Boerh. Ind. pl. hort. Lugd. II. p. 2.

1. **R. orientale** (L. Sp. p. 640; Ch. et B. Exp. p. 180, Fl. Pelop. p. 40. [*Myagrum*]); DC. Syst. II. p. 433; Bois. Fl. or. I. p. 404; Raul. Cret. p. 711; Haussk. Symb. p. 9; Heldr. Fl. Aegin p. 233; Hal. in ö. b. Z. 1899 p. 24. — *R. rugosum* Friedr. Reise p. 266. — *Bunias raphanifolia* S. et. Sm. Pr. II. p. 8; Sieb. Avis p. 4. — Icon: Fl. gr. t. 612. — Exsicc.: Heldr. Herb. norm. n. 18.

Foliis radicalibus sinuato-dentatis; pedicellis fructiferis incrassatis, articulo inferiori brevi cylindrico 1—2 plo longioribus; articulo superiori magno, subgloboso, obtuse cristato, breviter rostrato. — Ab affini *R. rugoso* L. Sp. p. 640 (*Myagrum*) foliis radicalibus non lyratis, floribus saturatioribus, pedicellis fructiferis longioribus, articulo superiore duplo majore, brevius rostrato ut videtur bene diversum est.

α. **typicum.** — Siliculae glabrae.

β. **hispidum** Godr. Fl. Juven. p. 8, pro sp. — Siliculae hispidae. — Exsicc.: Sint. It. Thessal. n. 332.

In herbosis, olivetis. Thessalia: pr. Kalabaka (Sint.) Velestinos (Form.); Attica: ad Phaleron, pr. Tatoi (Heldr.), Myli (Haussk.), ad Ilyssum (Friedr.); Peloponnesus: in agro Messeniaco (Sibth.); ins. Melos (Sibth.); ins. Aegina (Heldr.); Creta (Sibth.); ins. Strophades (Reis.) — Maio, Aug. ⨀.

2. **R. Linnaeanum** Bois. et Reut. Diag. pl. Hisp. 5, Fl. or. I. p. 403; Haussk. Symb. p. 9; Heldr. Fl. Aegin. p. 233. — Exsicc.: Heldr. Fl. Hellen. a. 1881.

Foliis radicalibus lyratis; pedicellis fructiferis filiformibus, articulum inferiorem cylindricum 2—3 plo superantibus; siliculis glabris vel hirtis, articulo superiori parvo, obsolete-costato, in rostrum aequilongum abeunti. — Ab auctoris multis cum praecedente ut varietas ad *R. rugosum* ducitur, probabiliter recte, nam formae intermediae adesse videntur.

In agris, campis. Attica (Bois.): pr. Eleusis (Haussk.); Thessalia: pr. Volo, Pharsalus (Haussk.); Argolis; pr. Nauplia (Haussk.); ins. Aegina (Heldr.). — Maio, Aug. ⨀.

Obs. *R. rugosum* L. Sp. p. 640 (*Myagrum*) a Chaubard et Bory Fl. Pelop. p. 40 prope Messene indicatum, ibi certe non crescit.

53. **Didesmus** Desv. jour. bot. III. p. 160.

1. **D. aegyptius** L Sp. 641 (*Myagrum*); Desv. l. c.; Bois. Fl. or. I. p. 404; Raul. Cret. p. 711: Weiss. in z. b. G. 1869 p. 52; Heldr. Fl. Aegin. p. 233. — *Bunias virgata* S. et Sm. Pr. II. p. 3. — *Cakile aegyptia* Spreng. Syst. veg. II. p. 852; Friedr. Reise p. 268. — Icon.: Fl. gr. t. 613. — Exsicc.: Heldr. Fl. Hellen. a. 1892.

α. **typicus.** Foliis inferioribus ellipticis, remote dentatis aut lyrato-pinnatifidis, summis oblongis subdentatis.

β. **tenuifolius** S. et Sm. Pr. II. p. 3; Ch. et B. Fl. Pelop. p. 41, pro. sp. (*Bunias*); Heldr. Fl. Aegin. p. 233, Chlor. Thera p. 7. — *D. tenuifolius* DC. Syst. II. p. 659; Bois. Fl. or. I. p. 405, suppl. p. 67. — *D. aegyptius var. pinnatus* Jaub. et Sp. Ill. V, t. 436. Icon: Fl. gr. t. 614. — Exsicc.: Heldr. herb. Fl. Hellen. n. 63; Dörfl. Fl. Aeg. n. 65. — Foliis pinnatipartitis, laciniis linearibus distantibus, summis linearibus.

In arvis, campis. Attica: pr. Athenas (Heldr.), Phaleron (Lac.); ins. Syra (Weiss), ins. Aegina (Heldr.); Creta: inter Candia et Guves, pr. Pilialimata (Raul.). — *β.* Attica: ad Piraeum, pr. Kolonos (Heldr.); Cycladum ins. Ios, Melos (Tourn.), Paros (Leon.), Therasia (Heldr.); ins. Aegina (Heldr.). — Mart. Maio. ⊙.

54. **Cakile** Tourn. Inst. t. 483.

1. **C. maritima** Scop Fl. Carn. ad 2, II. 35; Sieb. avis p. 4; Friedr. Reise p. 267; Ung. Reise p. 133; Bois. Fl. or. I. p. 365; Weiss in z. b. G. 1869 p. 52; Raul. Cret. p. 709; Heldr. Fl. Cephal. p. 23, Fl. Aegin. p. 233, in ö. b. Z. 1898, Chlor. Thera p. 7; Spreitz in z. b. G. 1887 p. 654; Haussk. Symb. p. 8; Bald in nuov. giorn. ital. 1894 p. 92; Form. in Ver. Brünn 1897 p. 57. — *Bunias cakile* L. Sp. p. 670; S. et Sm. Pr. II. p. 3; Ch. et B. Exp. p. 181, Fl. Pelop. p. 41. — Icon: Rchb. f. 4158. — Exsicc.: Orph. Fl. gr. n. 632; Sint. et Bornm. It. turc. n. 1161; Baen. Herb. europ. n. 9223.

α. **typica**. Folia pinnatifida, laciniis linearibus.

β. **aegyptiaca** Willd. Sp. III. p. 417 pro sp.; Heldr. Fl. Aegin. p. 233. — *Cakile maritima β sinuatifolia* DC. Syst. II. p. 429; Friedr. Reise p. 269. Folia sinuato-dentata. Rarior.

In arenosis maritimis, probabiliter ubique. Indicatur in: Thessalia: pr. Litochorion (Sint.), Agria, Volo (Form.); Attica: ad Sunium (Haussk.), Phaleron (Friedr.); Morea tota (Chaub.); ins. Aegina (Friedr.); Cycladum ins.: Syra, Tenos (Weiss), Naxos, Thera (Heldr.); Creta: pr. Kissamos, Platania, Canea, Khalepa, Pilialimata (Raul.); Cephalonia: pr. Argostoli, Lordata, Steno (Heldr.); Leucas: pr. Amaxichi (Spreitz.); Corcyra: pr. Ipso (Bald.), Potamo (Baen.). — Maio, Aug. ⊙.

55. Enarthrocarpus Lab. Syr. dec. V. p. 4.

1. **E. arcuatus** Lab. Syr. dec. V. p. 4, t. 2; Bois. Fl. or. I. p. 399; Raul. Cret. p. 711; Heldr. Fl. Cephal. p. 23, in ö. b. Z. 1898 p. 183; Bald. in nuov. giorn. ital. 1894 p. 92; Hal. in ö. b. Z. 1895 p. 171. — *Raphanus arcuatus* Pers. Syn. II. p. 209; Ch. et B. Exp. p. 192, Fl. Pelop. p. 43, non Willd. Sp. III. p. 562. — Exsicc.: Heldr. Pl. Cret. n. 1390; Reverch. Pl. Cret. n. 223.

Siliquis teretibus, torulosis, arcuatis, pilis rigidis adpressis scabris, breviter rostratis, articulo inferiori brevissimo vel subnullo, 1-spermo vel saepius aspermo, pedicellis inferioribus bracteatis.

In maritimis. Corcyra: pr. Pyrgi, Ipso (Bald.), in ins. Vido. (Baen.); Cephalonia: pr. Drapano (Heldr.); Aetolia: pr. Krionerion (Reis.); Attica: ad Porto Raphti (Heldr.), in Petalium insula Platera ad meridiem Euboeae (Hohrm.); ins. Pantelonisi pr. Antiparos (Heldr.); Messenia: pr. Methone (Chaub.); Creta: pr. Kissamos (Rev.), Candia, Hagia Rumeli, Lutro, Arkudha supra Alikampos (Raul.). — Apr. Maio. ⊙.

2. **E. lyratus** Forsk. Fl. Aeg. Arab. p. 119 (*Raphanus*); DC. Syst. II. p. 661; Bois. Fl. or. I. p. 399. — *R. lyratus* Jaub. et Sp. Ill. or. V. t. 435.

Floribus dimidio minoribus; siliquis subcompressis, nodulosis, subcurvatis, pilis rigidis adpressis scabris, breviter rostratis, articulo inferiori elongato, 2-spermo, pedicellis fere omnibus bracteatis.

In cultis ad Methone Messeniae (Despreaux). — Apr. Maio. ⊙ N. v.

56. Raphanus L. Gen. n. 812.

1. **R. sativus** L. sp. p. 669; Dall. Prosp. p. 92; Marg. et R. Fl. Zante p. 86; Fraas Fl. Class. p. 123; Heldr. Nutzpfl. p. 48; Weiss in z. b. G. 1869 p. 52; Haussk. Symb. p. 8; Hal. in ö. b. Z. 1897 p. 60; — Icon: Rchb. f. 4175. — Exsicc.: Heldr. Fl. Hellen. a. 1885.

Siliquis crassis, spongiosis, oblongo-conicis, glabris, leviter striatis, inter semina non vel vix strangulatis.

In cultis, neglectis. In Corcyra (Haussk.), Cephalonia (Dall.), Zante (Marg.); Achaia (Hal.); Attica (Heldr.); ins. Skopelos, Naxos (Leon.). — Apr. Maio. ⊙.

2. **R. raphanistrum** L. Sp. p. 669; S. et Sm. Pr. II. p. 32; Pieri Corc. Fl. p. 91; Friedr. Reise p. 270 et 278; Bois. Fl. or. I. p. 401; Weiss in z. b. G. 1869 p. 52; Raul. Cret. p. 711; Spreitz. in z. b. G. 1887 p. 654; Haussk. Symb. p. 8; Heldr. Fl. Aegin. p. 233. — *Raphanus silvestris* Lam. Fl. fr. II. p. 495. — *Raphanistrum lampsana* Gaertn. fruct. II. p. 300. — *Raphanistrum innocuum* Med. in Ust. neue ann. II. p. 39. — *Raphanistrum segetum* Baumg. En. Trans. p. 280. — *Rapistrum arvense* All. Fl. Ped. I. p. 258. — *Raphanus arvensis* Friedr. Reise p. 265. — Icon: Rchb.

f. 4172. — Exsicc.: Heldr. Fl. Hellen. a. 1878; Heldr. et Hal. Fl. Aeg. a 1889.

Siliquis gracilibus, cylindricis, glabris, costatis, moniliformibus, inter semina strangulatis.

β. **macrorhynchus** Haussk. Symb. p. 8. Petalis angustioribus, siliquis parum strangulatis, rostro valde elongato. — Exsicc.: Heldr. Fl. Hell. a. 1881.

In arvis, cultis, probabiliter in tota ditione. Indicatur in: Attica: pr. Athenas (Heldr.), Laurion (Haussk.); Argolis: ad lacum Lerna (Friedr.); ins. Aegina (Friedr.), Melos (Leon.); Creta: pr. Canea, Caloyero, Hierapetra (Raul.); Corcyra (Pieri); Leucas: pr. Amaxichi (Spreitz.). — Mart. Maio. ⊙.

b. Articulus inferior dehiscens, 2-valvis.

57. **Erucaria** Gaertn. fruct. II. p. 298.

1. **E. myagroides** (L. Mant. p. 96; Ch. et B. Fl. Pelop. p. 41 (*Bunias*)); — *E. aleppica* Gaertn. fruct. II. p. 298; DC. Syst. nat. II. p. 674; Urv. Enum. p. 77; Friedr. Reise p. 269; Fraas Fl. Class. p. 124; Bois. Fl. or. I. p. 365; Raul. Cret. p. 709; Weiss in z. b. G. 1869 p. 52; Haussk. Symb. p. 9; Heldr. Fl. Aegin. p. 233; Form. in D. bot. Mon. 1898 p. 80. — *Condylocarpus laevigatus* Willd. Sp. III. p. 563; S. et Sm. Pr. II. p. 32. — Icon: Fl. Gr. t. 649. — Exsicc.: Heldr. Herb. norm. n. 340 et 1007.

Foliis pinnatipartitis, laciniis linearibus integris vel lobatis, in foliis inferioribus pinnatifidis; floribus violaceis; siliquis strictis, glabris, articulo inferiore longiore.

In vinetis, cultis, arvis. Attica: frequens in planitie Athenarum et Argolidis; in insula Aegina (Friedr.), Syra, Tenos, (Weiss), Melos (Urv.), Naxos (Olivier), Sikinos (Tourn.); Creta: pr. Candia, Avdhu in eparchia Pedhiada (Raul.). — Fl. fere toto anno. ⊙.

VII. Ordo. Capparidaceae Juss. Gen. p. 242.

1. **C. rupestris** S. et Sm. Pr. I. p. 355; Sieb. Avis. p. 4, Flora I. p. 273; Urv. Enum. p. 312; Ch. et B. Exp. p. 144, Fl. Pelop. p. 32; Heldr. Nutzpfl. p. 48, Fl. Cephal. p. 23, Fl. Aegin. p. 236, Chlor. Thera p. 8; Hal. in ö. b. Z. 1899 p. 24. — *C. spinosa v. inermis* Friedr. p. 270. — *C. spinosa v. rupestris* Bois. Fl. or. I. p. 421; Raul. Cret. p. 712; Weiss in z. b. G. 1869 p. 52; Haussk. Symb. p. 22. — Icon: Fl. gr. t. 487. — Exsicc.: Orph. Fl. gr. n. 870.

Glabra, foliis suborbiculatis, apice rotundatis, basi saepe subcordatis spinis abortivis vel omnino deficientibus.

In rupestribus, collibus aridis regionis inferioris. Attica: pr. Athenas (Urv.), ad Phalerum (Sprun.); Argolis: pr. Nauplia (Orph.); ins. Aegina:

ad promont. Perdicca (Friedr.), ad monasterium (Heldr.); Cyclades: ins. Syra (Urv.), Tenos (Sart.), Antiparos (Sibth.), Thera, Therasia (Heldr.), Mykonos (Bois.); Laconia: pr. Magula inter Sparta et Mistra, Marathonisi, promont. Tenare (Chaub.); Creta: pr. Akroteri, Canea, Candia, Grabusa (Raul.); in Strophadum insula minore (Reiser); Cephalonia: pr. Poros, Drapano, Lixuri (Heldr.); Aetolia; ad radices mt. Chalkis ad sinum Patranum (Hal.). — Mai. Aug. ♄.

2. **C. sicula** Duh. Arb. I. p. 159; Heldr. Nutzpfl. p. 48; Hal. in z. b. G. 1888 p. 749; Form in D. bot. Mon. 1891 p. 35, in Ver. Brünn 1897 p. 57. — *C. spinosa* Dall. Prosp. p. 73; Ch. et B. Exp. p. 144, Fl. Pelop. p. 32; Marg. et R. Fl. Zante p. 41; Heldr. Fl. Cephal. 23; Spreitz. in z. b. G. 1887 p. 654. — *C. spinosa v. ovata* S. et Sm. Pr. I. p. 355; Fraas Fl. Class. p. 116. — *C. aegyptia* Sieb. Avis p. 4, rem. p. 4. — *C. spinosa v. aegyptia* Raul. Cret. p. 712. — *C. spinosa β. canescens* Coss. Not. pl. Crit. I. p. 28; Bois. Fl. or. p. 420. — *C. spinosa v. sicula* Haussk. Symb. p. 22. — Icon: Fl. gr. t. 486. — Exs.: Orph. Fl. gr. n. 412; Heldr. Herb. norm. n. 225 et 1114.

Pubescens, foliis oblongis, utrinque acutatis, apice mucronatis, spinis uncinatis. A priori specifice diversa.

In locis cultis, agris derelictis, ad vias: Frequens in planitie Thessaliae et Atticae; pr. Lamia et in Euboea: pr. Chalkis (Form.); in Boeotia (Fraas); pr. Amphissa (Hal.); Corinthus; Argolis (Fraas): pr. Nauplia, Astros; ad fl. Eurotas, in plan. Helos (Chaub.); Messenia: pr. Korone (Zahn); Creta: pr. Spilaea, Canea, Candia (Raul.); Cythera: in sinu Hag. Nicolaos (Spreitz); Zante (Marg.); Cephalonia: pr. Spartia, Lixuri (Heldr.). — Maio. Aug. ♄.

VIII. Ordo. Resedaceae DC. Th. Elem. p. 214.

1. Reseda L. Gen. n. 608.

1. Sectio *Leucoreseda* DC. in Duby Bot. gall. I. p. 67. Capsula 4-dentata, placentae indivisae; folia pinnatisecta; petala alba.

1. **R. alba** L. Sp. p. 449; S. et Sm. Pr. I. p. 323; Urv. enum. p. 52; Marg. et R. Fl. Zante p. 82; Friedr. Reise p. 265 et 269; Ung. Reise p. 133; Heldr. Nutzpfl. p. 48, Fl. Cephal. p. 23, Fl. Aegin. p. 236; Bois. Fl. or. I. p. 425; Weiss in z. b. G. 1869 p. 50; Raul. Cret. p. 712; Haussk. Symb. p. 22; Form. in D. bot. Mon. 1898 p. 80. — *R. suffruticulosa* L. Sp. ed. 2 p. 645. — *R. undata* S. et Sm. Pr. I. p. 322; Ch. et B. Exp. p. 133, Fl. Pelop. p. 30; Friedr. Reise p. 278; Fraas Fl. Class. p. 115, non L. — Icon: Fl. gr. t. 459, mala. — Exsicc.: Heldr. Herb. norm. n. 170, Herb. dimorph. n. 11.

Formae principales speciei polymorphae sunt.

α. **maxima** Heldr. Fl. Aegin. p. 236. Caules herbacei, elati, racemis crassis densissimis.

β. **leptostachys** Heldr. l. c. Caules herbacei, racemis longis tenuibus, floribus subminoribus.

γ. **Hookeri** Guss. En. pl. Inarim p. 28 et 401 pro sp.; Heldr. l. c. — *R. alba γ. maritima* Müll. Monogr. Resed. p. 105. — *R. alba v. angustifolia* Form. in Ver. Brünn 1896 p. 81, 1897 p. 57. — Caules basi sublignosi racemis et floribus ut in forma *β.*

In arvis, locis cultis, vineis, collibus saxosis. Frequens in Attica Corintho et Argolide; in ins. Salamis (Heldr.), Aegina (Friedr.), Melos (Urv.), Syra (Weiss), Ios (Leon); Creta: pr. Enneachoria, Canea, promont. Sidero (Raul.); Messenia: pr. Methone, Messene (Chaub.); Zante (Marg.); Cephalonia: pr. Argostoli, Kastro, Lixuri (Heldr.). — Mart. Jun. ⊙ et ♃.

2. Sectio. *Resedastrum* Duby Bot. gall. I. p. 66. Capsula 3-dentata, placentae indivisae; folia integra aut divisa; petala ochroleuca vel lutea.

a. Capsulae demum pendulae; semina magna, grosse scrobiculato-rugosa.

α. Laciniae laterales petalorum superiorum multipartitae, lacinulis linearibus vel lineari-spathulatis.

2. **R. phyteuma** L. Sp. p. 449; S. et Sm. Pr. I. p. 323; Ch. et B. Exp. p. 133, Fl. Pelop. p. 30; Marg. et R. Fl. Zante p. 83; Fraas Fl. Class. p. 116; Bois. Fl. or. I. p. 427. — Icon: Rchb. f. 4443. — Exsicc.: Heldr. Fl. Hellen. a. 1880.

Glabra vel papillosa-scabridula; radice annua; caulibus tenuibus, adscendentibus; racemo laxo, pedicellis elongatis; calyce fructifero ampliato; filamentis supra medium dilatatis; capsula obovato-oblonga, basin versus sursum attenuata; seminibus cinereis.

In ruderatis, collibus aridis, rare. Attica: pr. Athenas (Heldr.); ins. Salamis (Heldr.); Euboea: pr. Steni (Fraas); Peloponnesus et ins. Zante (Sibth.). — Apr. Maio. ⊙.

3. **R. tymphaea** Haussk. in Mitt. Thür. Ver. 1887 p. 10, 1893 p. 23. — *R. tymphaea v. asperula* Hal. in Beitr. Fl. Aetol. p. 3. — *R. epirotica* Form. in Ver. Brünn 1895 p. 40. — Exsicc.: Heldr. It. Thessal. IV. a. 1885, Fl. Hellen. a. 1878; Hal. It. gr. II. a. 1893; Form. Pl. exs. a. 1894; Sint. It. Thessal. n. 619.

Glabra vel papilloso-scabridula; radice perenni, lignoso; caulibus erectis, duris, racemo denso, anguste cylindrico, demum valde elongato; pedicellis brevibus; calyce fructifero parum ampliato; filamentis lineari-subulatis; capsula ovata, basi abrupte attenuata; seminibus pallide stramineis. — Ex affinitate *R. inodorae* Rchb., quae caulibus herbaceis, nec induratis, racemo ovoideo, demum modice tantum elongato, pedicellis elongatis et capsulae dentibus longioribus differt. — Variat uti species aliae caulibus, foliis sepalisque laevibus vel scabridulis.

In glareoris, rupestribus, rare. Thessalia: in valle Penei superiori, pr. Malakasi (Haussk.); Epirus: pr. Ephemiades, in valle Dipotami

(Form.); Aetolia: ad radices mt. Chalkis (Hal.) et **Taphiassos** (Heldr.) ad sinum Patranum; Achaia: in faucibus Diakophto (Heldr.). — Maio. Jul. ♃.

β. Laciniae laterales petalorum superiorum semiovatae, lobatae.

4. **R. Jacquini** Rchb. Icon. II. p. 22 f. 4445; Bois. Fl. or. I. p. 429. — *R. mediterranea* S. et Sm. Pr. I. p. 324, an L.? — Habitu R. phyteumae.

Inter segetes insularum Archipelagi (Sibth.). — Maio. Jul. ☉. N. v.

b. Capsulae erectae; semina laevissima; laciniae laterales petalorum superiorum semiovatae, integrae vel lobulatae.

5. **R. lutea** L. Sp. p. 449; S. et Sm. Pr. I, p. 323; Urv. Enum. p. 52; Ch. et B. Exp. p. 133, Fl. Pelop. p. 30; Marg. et R. Fl. Zante p. 82; Friedr. Reise p. 270; Heldr. Nutzpfl. p. 48, Fl. Cephal. p. 24, Fl. Aegin. p. 236, Chlor. Thera p. 8; Bois. Fl. or. I. p. 429; Weiss in z. b. G. 1869 p. 50; Raul. Cret. p. 712; Form. in D. bot. Mon. 1891 p. 35; Haussk. Symb. p. 22 cum var. *abortiva*. — *R. othryana* Form. in Ver. Brünn 1897 p. 57. — Icon: Rchb. f. 4446; — Exsicc.: Sint. It. Thessal. n. 142 et 1255; Dörfl. Fl. Aeg. n. 99; Rev. Pl. cret. n. 11 (forma maxima).

In herbidis, collibus, vineis. Thessalia: pr. Volo, Longici in mt. Othrys (Form.), pr. monasterium Korona in Pindo (Haussk.); Attica: pr. Athenas (Heldr.), in Petalium ins. Ponticonisi (Holzm.); Cycladum ins. Melos (Urv.), Syra (Weiss), Tenos (Sart.), Naxos (Reis.), Paros (Leon.), Thera (Heldr.); Argolis (Haussk.); ins. Aegina (Friedr.); Messenia: pr. Methone (Chaub.); Creta: pr. Canea, Kalyves, Candia (Raul.); Achaia: in faucibus Diakophto (Heldr.); Zante (Marg.); Cephalonia: pr. Argostoli (Heldr.) et certe alibi. — Mart. Aug. ☉.

3. Sectio *Luteola* DC. in Duby Bot. Gall. I. p. 67. Capsula 3-dentata, placentae superne bifidae; folia integra; petala lutea.

6. **R. luteola** L. Sp. p. 448; S. et Sm. Pr. I. p. 322; Ch. et B. Exp. p. 133, Fl. Pelop. p. 30; Bois. Fl. or. I. p. 434; Raul. Cret. p. 712 cum var. *crispata*; Heldr. Fl. Cephal. p. 24; Form. in D. bot. Mon. 1891 p. 35, Ver. Brünn 1895 p. 39, 1896 p. 80, 1897 p. 57 cum f. *polyramosa*; Bald. Riv. coll. bot. Alb. 1895 p. 10. — *R. Gussonii* Bois. et Reut. Diagn. ser. 2. I. p. 49. — *R. luteola* v. *Gussonii* Heldr. Chlor. Thera p. 8, forma petalis submaioribus capsulis magis rugosis. — Icon: Rchb. f. 4442. — Exsicc.: Heldr. It. Thessal. IV. a. 1885; Fl. Hellen. a. 1890 et 1898.

In montosis. Thessalia: mt. Pelion et Ossa, pr. Larissa, Hadsi Obasi, Makrichori, Velestinos, Konisko, pr. Koturi, Korona, Sermenikon, Neochorion et Muchas in Pindo (Form.); Epirus: pr. Chartmut (Form.), Camarina distr. Prevesa (Bald.); Corcyra: pr. Kanali (Form.); Cephalonia: pr. Hag. Euthymia, Piscardo, Petricata (Held.); Peloponnesus (Sibth.): pr. Methone (Chaub.); Creta: pr. Lutro, Canea, Malaxa. (Raul.);

Cycladum ins. Keos, Thera (Heldr.); Euboea: mt. Dirphys, mt. Telethrion (Heldr.). — Apr. Jun. ⊙.

IX. Ordo. Cistaceae Lindl. Nat. Syst. ed. II. p. 91.

1. Cistus L. Gen. n. 673.

1. Sectio *Erythrocistus* Dun. in DC. Pr. I. p. 264. Flores rosei aut purpurei; capsula ad basin usque dehiscens.

a. Sepala subaequalia; stylus ovario aequilongus, stamina aequans vel superans, stigmate haemiphaerico; corolla magna vel mediocris.

1. **C. incanus** L. Sp. p. 524; Ch. et B. Exp. p. 147, Fl. Pelop. p. 33; Marg. et R. Fl. Zante p. 30; Hal. in Beitr. Fl. Epir. p. 14, Beitr. Fl. Thessal. n. 7; Form. in Ver. Brünn 1895 p. 40, 1896 p. 83, 1897 p. 59. — *C. polymorphus* Willk. Cist. Monogr. p. 22, t. 79 et 80; Ung. Reise p. 33. — Exsicc.: Heldr. Herb. norm. n. 234.

Villoso-tomentosus, vix glandulosus; foliis penninerviis, basi triplinerviis, petiolis basi dilatatis, in vaginam connatis aut distinctis; foliolis epicalycis sepalis aequilongis vel parum longioribus; petalis obovato- vel obcordato-cuneatis; stylo stamina aequante; capsula oblonga, pentagona, villosissima; seminibus laevibus.

α. **typicus.** Folia plana vel undulata; petioli basi modice dilatati; flores longiuscule pedicellati.

β. **villosus** (L. Sp. ed. 2 p. 736 (per error. *pilosus*), Mant. p. 402; S. et Sm. Pr. I. p. 362; Ch. et B. Exp. p. 146, Fl. Pelop. p. 33; Fraas Fl. Class. p. 112; Clem. Sert. p. 15; Bois. Fl. or. I. p. 436; Raul. Cret. p. 712; Weiss in z. b. G. 1869 p. 53; Heldr. Fl. Cephal. p. 24, Fl. Aegin. p. 236; Gelmi in Bull. soc. bot. ital. 1889 p. 448; Haussk. Symb. p. 23, pro sp.); Willk. Cist. Mon. p. 22. — ? *C. complicatus* Ch. et B. Exp. p. 146, Fl. Pelop. p. 33. — Folia adulta semper undulata; petioli valde dilatati, plerumque in vaginam subinflatam connati; flores breviter pedicellati.

In dumosis regionis inferioris et submantonae, frequens in tota ditione. — Maio, Jun. ♃.

2. **C. creticus** L. Sp. ed. 2 p. 738; S. et Sm. Pr. I. p. 364; Sieb. Avis p. 4, rem. p. 4, in Flora I. p. 270; Urv. Enum. p. 56; Ch. et B. Fl. Pelop. p. 33; Friedr. Reise p. 269; Fraas Fl. Class. p. 113; Willk. Cist. Monogr. p. 24. t. 83; Unger Reise p. 134; Heldr. Nutzpf. p. 49; Raul. Cret. p. 712; Spreitz. in z. b. G. 1877 p. 722; Gelmi in Bull. soc. bot. ital. 1889 p. 448; Form. in D. bot. Mon. 1891 p. 35. — *C. villosus β. creticus* Bois. Fl. or. I. p. 437; Weiss in z. b. G. 1869 p. 53. — Exsicc.: Rev. Pl. Cret. n. 12.

Glanduloso-tomentosus, viscidus; foliis penninerviis, undulatis, rugosisve, petiolis semiamplexicaulibus, in vaginam connatis vel distinctis; foliolis epicalycis calyce longioribus latioribusque; petalis obovato-subrotundis;

stylo stamina superante; capsula oblongo-globosa; seminibus elevatim reticulato-rugosis.

α. **typicus.** Folia majuscula, ovato-subrotunda, obovato-spathulata vel ovalia.

β. **garganicus** (Ten. Syll. p. 256; Friedr. Reise p. 290 pro sp.). — *C. creticus β. Tenorii* Willk. Cist. Monogr. p. 25. Folia minora, ovalia, valde undulato-crispa; flores minores.

In dumosis regionis inferioris et submontanae. Indicatur in: Thessalia (Form.), Attica (Heldr.); ins. Aegina (Friedr.), Naxos, Andros, Syra (Sart.), Melos (Urv.); Creta: pr. Melidoni (Tourn. voy. p. 28), ins. Dia, pr. Canea (Raul.), in fauce Serisso (Sieb.), pr. Akroteri (Rev.); Cephalonia, Ithaca, Corcyra (Spreitz.) — Maio, Jun. ♃.

b. Sepala exteriora angustiora; stylus brevissimus, stigmate discoideo; corolla parva.

3. **C. parviflorus** Lam. Enc. II. p. 14; S. et Sm. Pr. I. p. 364; Sieb. Avis p. 4, rem. p. 4, in Flora I. p. 270; Ung. Reise p. 134; Bois. Fl. or. I. p. 437; Raul. Cret. p. 713; Haussk. Symb. p. 23. — *C. complicatus* Lam. l. c.; Friedr. Reise p. 273. — *C. incanus* S. et Sm. Pr. I. p. 363; Heldr. Fl. Aegin. p. 236. — Icon: Fl. gr. t. 494; Willk. Cist. Monogr. t. 85. — Exsicc.: Heldr. Herb. norm. n. 233; Rev. Pl. Cr. n. 13.

Albo-tomentosus; foliis trinerviis, subtus valde reticulatis, petiolis basi breviter connatis; foliolis epicalycis inaequalibus; petalis truncatis; capsula ovoidea, stellato-tomentosa; seminibus foveolatis.

In dumosis regionis inferioris et submontanae. Attica: mt. Pentelicon (Ung.), promontorium Sunium (Sprum.); ins. Aegina: ad templum Jovis, pr. Mesagros (Heldr.); ins. Poros (Friedr.); Creta: pr. Kissamos, Akroteri (Rev.), Khalepa, Malaxa, ins. Dia, pr. Hierapetra, Gaidaronisi (Raul.). Apr. Maio ♃.

2. Sectio. *Ledonia* Spach in Ann. sc. nat. 1836 p. 369. Flores albi; capsula ad basin usque dehiscens.

4. **C. salvifolius** L. Sp. p. 524; S. et Sm. Pr. I. p. 364; Pieri Corc. Fl. p. 67; Sieb. Avis p. 4; Ch. et B. Exp. p. 147, Fl. Pelop. p. 33; Marg. et R. Fl. Zante p. 30; Friedr. Reise p. 268; Fraas Fl. Class. p. 112; Clem. Sert. p. 16; Ung. Reise p. 134 f. *longipedunculatus*; Bois. Fl. or. I. p. 438; Weiss in z. b. G. 1869 p. 53; Raul. Cret. p. 713; Spreitz. in z. b. G. 1877 p. 722; Heldr. Fl. Cephal. p. 24, Fl. Aegin. 236; Haussk. Symb. p. 24; Bald. in nuov. giorn. bot 1894 p. 92. — Icon: Fl. Gr. t. 497. — Exsicc.: Orph. Fl. gr. n. 698.

Adpresse tomentosus; foliis ovatis vel oblongis, valde rugosis; floribus pedunculatis, sepalis valde inaequalibus; petalis retusis; stigmate sessili; seminibus elevato-reticulatis.

In dumosis regionis inferioris et submontanae. Attica: mt. Hymettus (Orph.), Pentelicon (Friedr.), pr. Laurion (Hausk.); isthmus Corinthiacus

(Haussk.); Peloponnesus: ins Sapienza (Chaub.); Cycladum ins. Keos (Heldr.), Syra (Weiss); ins. Aegina: pr. Mesagros (Heldr.); Creta: pr. Phlori, Canea, Akroteri (Raul.), Suda (Weiss); Zante (Marg.); Cephalonia: pr. Agostoli, Pessada, Piscardo (Heldr.); Ithaca (Spreitz.); Corcyra (Pieri): pr. urbem (Sagburg); Epirus: pr. Skafidaki ad Prevesa (Bald.). — Apr. Maio ♃.

3. Sectio. *Stephanocarpus* Spach. in Ann. Sc. nat. 1836 p. 368. Flores albi; capsula apice tantum dehiscens.

5. **C. monspeliensis** L. Sp. p. 524; S. et Sm. Pr. I. p. 363; Sieb. Avis p. 4; Ch. et B. Exp. p. 147, Fl. Pelop. p. 33; Friedr. Reise p. 282; Fraas Fl. Class. p. 113; Bois. Fl. or. I. p. 438; Raul. Cret. p. 714; Gelmi in Bull. soc. bot. it. 1889 p. 448; Haussk. Symb. p. 24. — Icon: Fl. gr. t. 493. — Exsicc.: Orph. Fl. gr. n. 1128.

Foliis sessilibus lanceolatis, hirtis, viscidis, rugosis; floribus parvis, in cymas unilaterales racemiformes dispositis; sepalis ovato-lanceolatis, inaequalibus; stigmate subsessili.

In dumosis regionis inferioris et submontanae. Attica: mt. Pentelicon (Heldr.), pr. Oropos, Marathon, Vatica (Fraas), Kamariza Laurii (Haussk.); Euboea (Orph.); Corinthus (Fraas); Archipelagus (Sibth.): ins. Naxos (Chaub.); Laconia (Chaub.); Messenia: pr. Messene, Siderocastron, Arcadia (Chaub.); Elis: pr. Pyrgos (Friedr.); Corcyra: pr. urbem (Reis.), Palaeokastrizza (Gelmi). — Apr. Maio ♄.

Obs. Eronnee indicantur: *C. albidus* L. Sp. p. 524; S. et Sm. Pr. I. p. 363 (in Argolide); Sieb. Avis. rem. p. 4, Flora I. p. 276 (in fauce Serisso Cretae. — *C. hirsutus* Lam. Dict. II. p. 17; Raul. Cret. p. 713 (in Creta). — *C. ladaniferus* L. Sp. p. 523; Pieri Corc. Fl. p. 67 (in Corcyra). — *C obtusifolius* Sweet. Cist. t. 42 (in Creta). — *C. purpureus* Lam. Enc. II. p. 14; Sweet. Cist. t. 17 (in Creta).

2. Helianthemum Tourn. Inst. t. 128.

§ 1. Epicalyx nullus.

1. Sectio. *Halimium* Dun. in DC. Pr. I. p. 267. Stamina pluriseriata; stylus brevis; embryo spiralis folia exstipulata.

1. **H. umbellatum** L. Sp. p. 525; Ung. Reise p. 134 (*Cistus*); Mill. Dict. n. 5; Bois. Fl. or. I. p. 439. — Icon: Willk. Cist. Monogr. t. 100. — Exsicc.: Heldr. Fl. Hellen. a. 1844.

Suffruticosum, viscidum; foliis sessilibus, lineari-oblongis, margine revolutis, subtus tomentosis; floribus in umbellas saepe verticillatas dispositis, petalis albis; seminibus tuberculatis.

In pinetis mt. Taygetos supra Anavryta (Heldr.) et in mt. Pentelicon Atticae (Ung.) — Maio. Jun. ♄.

b. Epicalyx diphyllus.

α. Stamina uniseriata.

2. Sectio. *Tuberaria* Dun. in DC. Pr. I. p. 270. **Stylus subnullus**; embryo circularis; folia exstipulata vel stipulata.

× Perenne; folia omnia exstipulata; racemi bracteati; pedicelli sub flore incrassati, triquetri.

2. **H. tuberaria** L. Sp. p. 526; S. et Sm. Pr. I. p. 366; Ch. et B. Fl. Pelop. p. 33 (*Cistus*); Mill. Dict. n. 10; Bois. Fl. or. I. p. 440. — Icon: Willk. Cist. mon. t. 110.

Foliis inferioribus rosulatis, ovato-lanceolatis, adpresse-sericeis; caulibus in racemum laxum subunilateralem abeuntibus; sepalis glabris; floribus majusculis.

In agro Eliensi (Sibth.). — Mart. Jun. ♃ N. v.

×× Annua; folia superiora stipulata; racemi ebracteati; pedicelli sub flore parum incrassati, teretes.

3. **H. guttatum** L. Sp. p. 526; S. et Sm. Pr. I. p. 366; Ch. et B. Exp. p. 147, Fl. Pelop. p. 33 (*Cistus*); Mill. Dict. n. 18; Sieb. avis rem. p. 4; Marg. et R. Fl. Zante p. 30; Friedr. Reise p. 270; Bois. Fl. or. I. p. 440; Weiss in z. b. G. 1869 p. 54; Raul. Cret. p. 714; Haussk. Symb. p. 24; Hal. Beitr. Fl. Aetol. p. 4; Form. in Ver. Brünn 1897 p. 59; Heldr. Fl. Aegin. p. 237. — Icon: Willk. Cist. Monog. t. 112, 113 et 116. — Exsicc.: Heldr. Herb. norm. n. 905; Sint. It. Thessal. n. 325.

α. **typicum.** Flores majores, petalis calyce longioribus, basi saepissime atropurpureo-maculatis; capsula ovoidea, trigona, puberula; folia basilaria caulinis inferioribus minora, racemi laxi elongati, foliola epicalycis calyce dimidio breviora, obtusa. Variat (var. *Milleri* Willk. Pr. Hisp. III p. 720) caulibus pilis raris patulis adspersis aut pubescentibus, foliolis epicalycis margine longe ciliatis; vel (*H. eriocaulon* Dun. in DC. Pr. I. p. 271) caulibus, pedicellis, calycesque pilis longis patentissimis dense hirsutis; vel (*Cistus acuminatus* Viv. Fl. It. fragm. I. p. 13; *H. Vivianii* Poll. Fl. veron. III. p. 799) caulibus pedicellisque glandulosis.

β. **plantagineum** Willd. Sp. II. p. 1197 pro sp. (*Cistus*); Pers. Syn. II. 77; Sieb. Avis p. 4; Raul. Cret. p. 714 pro sp.; Willk. Cist. Mon. p. 75. — Uti α., sed folia infima magna, elliptico-lanceolata; racemi breviores minus laxi; foliola epicalycis calyce dimidio vel triente breviora acutiuscula. Variat (*macropetala* Willk. Cist. Mon. p. 75) petalis majoribus et (*micropetala* Willk. l. c.) minoribus.

γ. **inconspicuum** Thib. in Pers. Syn. II. p. 77 pro sp. — Cinereum; flores parvi, petalis immaculatis, calyce brevioribus; capsula ovato-lanceolata, obtusa, glabra.

In dumosis, herbidis, arenosis, collibus apricis regionis inferioris et submontanae. Attica: pr. Athenas, Raphina, mt. Pentelicon (Heldr.), Hymettus (Sprun.), Laurion (Haussk.), ins. Salamis (Heldr.); Acrocorinthus (Haussk.); Argolis (Sprun.): pr. Nauplia (Berger), penins. Methana (Haussk.); ins. Aegina (Friedr.); Laconia: pr. Sparta (Chaub.); Messenia:

pr. Arkadia (Chaub.); Elis: pr. Lala (Reis.); Achaia: pr. Patras (Kotschy); Aetolia: pr. Antirrhion (Hal.); Zante: mt. Scopo (Marg.); Thessalia: mt. Ghavellu, Korona, pr. Pharsalus (Haussk.), Jerakani, Vlachava, Hepdominta Aderfia in mt. Oxya (Form.), Kalabaka (Sint.), mt. Pelion (Heldr.); Euboea: mt. Dirphys (Heldr.); Cycladum insula: Syra, Tenos (Weiss), Melos (Leon.); Creta: pr. Canea (Weiss), Nerokuru, Aktroteri, promontorium Meleka, Rumata (Raul.). — Apr. Jun. ⊙.

3. Sectio. *Brachypetalum* Dun. in DC. Pr. I. p. 271. Stylus brevis; embryo simpliciter plicatus; folia stipulata.

× Pedicelli post anthesin horizontaliter-vel erecto-patuli.

4. **H. ledifolium** L. Sp. p. 527; S. et Sm. Pr. I. p. 366 (*Cistus*); Willd. Enum. p. 571; Sieb. Avis rem. p. 4 (sec. Flora V. 2 p. 639 et Raul. Cret. p. 714 ad *H. sanguineum* pertinet). — *Cistus niloticus* L. Mant. p. 246. — *H. niloticum* Pers. Syn. II. p. 78; Bois. Fl. or. I. p. 441; Raul. Cret. p. 714. — Icon: Willk. Cist. Mon. t. 120.

Pedicellis crassis, erecto-patulis, calyce multo brevioribus; bracteis foliaceis, flores aequantibus vel superantibus; petalis obovato-cuneatis, basi aureo-maculatis, capsula sepalis ovato-lanceolatis, acuminatis triente breviore; seminibus grosse foveolatis, tuberculatis vel laeviusculis. — Sequenti in omnibus partibus multo robustius.

In siccis et argillosis Graeciae (Sibth.) et Cretae (Sieb.). — Mart. Jun. ⊙. N. v.

5. **H. salicifolium** L. Sp. p. 527; S. et Sm. Pr. I. p. 367; Ch. et B. Exp. p. 148, Fl. Pelop. p. 33 (*Cistus*); Pers. Syn. II. p. 78; Marg. et R. Fl. Zante p. 30; Friedr. Reise p. 269; Bois. Fl. or. I. p. 441; Weiss in z. b. G. 1869 p. 54; Raul. Cret. p. 714; Spreitz. in z. b. G. 1877 p. 722; Heldr. Fl. Cephal. p. 24, Fl. Aegin. p. 237; Gelmi in bull. soc. bot. ital. 1889 p. 448; Haussk. Symb. p. 24; Hal. Beitr. Fl. Achaia p. 13; Forsyth. in Bull. Bois. III. p. 87; Bald. riv. coll. bot. Alb. 1896 p. 24. — Icon: Fl. gr. t. 499. — Exsicc.: Orph. Fl. gr. n. 872; Heldr. Herb. norm. n. 137.

Pedicellis tenuibus, horziontalibus, calyce bracteisque longioribus; petalis oblongis, immaculatis; capsula sepala ovata acuta aequanti; seminibus laevibus vel subgranulatis.

In collibus siccis, dumosis. Attica: pr. Athenas, Trakones, mt. Pentelicon (Heldr.); Argolis (Sibth.); pr. Nauplia (Zuccar.); ins. Aegina (Friedr.): pr. Perivolia (Heldr.); Messenia: pr. Messene, mt. Diaforti (Chaub.); Achaia: mt. Kyllene (Orph.), Olenos, Panachaicon (Hal.); Zante: pr. Chieri (Marg.); Cephalonia: in oropedio Omala, mt. Aenos (Spreitz.); Corcyra: mt. Pantocrator (Gelmi); Epirus: mt. Cuka et Micikeli (Bald.); Thessalia: pr. Pharsalus (Haussk.); Cycladum insula Syra, Tenos (Weiss); Creta: pr. Anopolis (Friedr.). — Apr. Maio. ⊙.

×× Pedicelli post authesin retrofracti vel penduli.

6. **H. sanguineum** Lag. Gen. et Sp. p. 17 (*Cistus*); Lag. in DC. Pr. I. p. 273; Bois. Fl. or. I. p. 441; Raul. Cret. p. 714. — *H. retrofractum* Pers. Syn. p. 78; Sieb. avis. p. 4, rem. p. 4. — Icon: Willk. Cist. Monogr. t. 124 A.

Foliis ovato-ellipticis, subtus saepe purpurascentibus; pedicellis interpetiolaribus, crassis, strictis, demum refractis; sepalis obtusis; ovario glabro; capsula glabra, seminibus tetraedro-pyramidatis, vitreo-granulosis, griseo-carneis.

Creta: in arenosis ad promont. Meleka. (Sieb.). — Mart. Maio. ☉. N. v.

7. **H. aegyptiacum** L. Sp. p. 527 (*Cistus*); Mill. Dict. n. 23. — Icon: Willk. Cist. Monog. t. 124 B. — Exsicc.: Sint. It. Thessal. n. 324.

Foliis anguste lineari-oblongis, subtus canescentibus; pedicellis oppositifoliis, filiformibus, arcuatis, demum pendulis; sepalis acutis, ovario sericeo-tomentoso; capsula puberula, seminibus polyedricis, papilloso-tuberculatis, brunneis.

In collibus pr. Kalabaka Thessaliae (Sint.) — Apr. Jun. ⊙.

4. Sectio *Eriocarpum* Dun. in DC. Pr. I. p. 273. Stylus longus, basi flexus; embryo simpliciter plicatus; folia stipulata.

8. **H. ellipticum** Desf. Atl. p. 418, t. 107; S. et S. Pr. I. p. 368, Fl. gr. t. 502 (*Cistus*). — *H. Lippii α. ellipticum* Bois. Fl. or. I. p. 443. — Exsicc.: Heldr. Pl. fl. Hellen. a. 1899.

Pube stellata cinereum; foliis ellipticis, margine revolutis; floribus secundis, sessilibus vel subsessilibus; sepalis exterioribus brevioribus, interioribus ovatis, acutis; petalis calyce sublongioribus; capsula villosa.

In arenosis maritimis. Elis: pr. Lintzi (Heldr.). A Sibthorp in Graecia sine loco speciali indicatur. — Maio, Jun. ♃

β. Stamina pluriseriata; stylus elongatus.

5. Sectio. *Pseudocistus* Dun. in DC. Pr. I. p. 276. Stylus filiformis, basi contortus, apice flexus; embryo biplicatus; folia superiora interdum stipulata.

× Inflorescentia polystachia, paniculata; folia superiora stipulata.

9. **H. hymettium** Bois. et Heldr. Diagn. Ser. 2. I. p. 52, Fl. or. I. p. 444; Raul. Cret. p. 714; Hausk. Symb. p. 24. — ? *Cistus marifolius* Ch. et B. Exp. p. 148. Fl. Pelop. p. 33.

Caulibus adpresse canis, interdum parce glandulosis; foliis indumento stellato adpressissimo, pilis simplicibus saepe intermixtis subtus incanis, radicalibus majoribus, oblongis vel oblongo-lanceolatis, acutis, caulinis minoribus, ovato-oblongis ovatisve; stipulis oblongo-linearibus, petiolo aequilongis; calycibus albo-villosis.

α. **discolor** Heldr. in sched. Foliis supra glabriusculis, viridibus. — Exsicc.: Orph. Fl. gr. n. 760; Heldr. Herb. norm. n. 460 et 1117.

β. **canescens** Hausk. Symb. p. 24. Foliis utrinque cano-tomentosis. — Exsicc.: Orph. Fl. gr. n. 31.

In collibus saxosis regionis inferioris et montanae. Attica: mt. Hymettus (Orph.), pr. Laurion (Haussk.), mt. Pentelicon, Pateras, Citheron (Heldr.); Boeotia: mt. Onion (Heldr.); pr. Corinthum (Haussk.); Laconia: mt. Malevo (Heldr.), mt. Taygetos, pr. Monembasia, mt. Dia in ins. Naxos (Chaub.) si C. marifolius Ch. et. B. huc pertinet; Creta: mt. Hagion Pneuma et Theodori in mt. Sphacioticis (Raul.). — Apr. Jul. ♃.

×× Inflorescentia simpliciter, ramosa; folia exstipulata.

10. **H. Allionii** Tin. Pl. rar. Sic. p. 43. — *H. montanum b. incanum ε. glandulosum* Willk. Cist. Mon. p. 153. — *H. canum* Bois. Fl. or. I. p. 444. — Exsicc.: Heldr. pl. exs. a. 1884.

Caulibus adpresse canis, parcissime glandulosis; foliis ovatis vel oblongis, indumento stellato, pilis simplicibus intermixto subtus niveo-tomentosis, supra adpresse strigosis, virescentibus; calycibus albovillosis. — A planta italica glandulis sparsis tantum differt.

In regione superiori mt. Olympus et Ossa Thessaliae (Heldr.). — Jun. Aug. ♃.

11. **H. thessalum** Bois. et Orph. Diagn. Ser. 2, VI. p. 23, Fl. or. I. p. 444 pro var. *H. oelandici*. — Exsicc.: Orph. Fl. gr. n. 874.

Caulibus superne dense nigro-glandulosis; foliis oblongis vel oblongo-linearibus, viridibus, pilis albis adpressis plus minus obsitis, supra saepe glabris; calycibus dense glandulosis. — *H. alpestri* Jacq. Enum. p. 248 (*Cistus*) maxime affinis, ab eo glandulositate denso diversum.

In regione superiori mt. Olympus Thessaliae (Orph.). — Jul. Aug. ♃.

6. Sectio. *Euhelianthemum* Dun. in DC. Pr. I. p. 278. Stylus gracilis, basi geniculatus; embryo simpliciter plicatus; folia stipulata.

× Racemi compositi.

12. **H. lavandulaefolium** Lam. Dict. II. p. 25; S. et Sm. Pr. I. p. 367 (*Cistus*); DC. Fl. fr. IV. p. 820; Ung. Reise p. 134; Bois. Fl. or. I. p. 445; Haussk. Symb. p. 24. — *Cistus syriacus* Jacq. Ic. rar. t. 96; Ch. et B. Exp. p. 148, Fl. Pelop. p. 33. — Exsicc.: Heldr. Herb. norm. n. 461 et 1116.

Fruticosum, adpresse cano-tomentosum; foliis oblongo-lanceolatis lanceolatisve, margine revolutis, junioribus in axillis fasciculatis; racemis densis, secundis; foliolis epicalycis longe ciliatis, calyce dimidio brevioribus; petalis flavis; capsula apice villosa.

In fruticetis sempervirentibus, in collibus siccis. Attica: mt. Parnes, Pentelicon, pr. Raphina (Heldr.), Kamariza Laurii (Haussk.), ins. Salamis (Sprun.); Boeotia; pr. Dramesi (Ung.); Argolis et Laconia (Chaub.). — Maio, Jul. ♃.

×× Racemi simplices.

13. **H. apenninum** L. Sp. p. 529; S. et Sm. Pr. I. p. 368; Ch. et B. Fl. Pelop. p. 33 (*Cistus*); DC. Fl. fr. IV. p. 824; Bois. Fl. or. I. p. 445; Raul. Cret. p. 714. — *H. pulverulentum* DC. Fl. fr. IV. p. 823; Haussk. Symb. p. 24. — Icon: Willk. Cist. Mon. t. 138 A. — Exsicc.: Heldr. Herb. norm. n. 535.

Adpresse canescens; foliis lineari-oblongis, margine revolutis; stipulis subulatis; racemis laxis; sepalis tomentellis; petalis albis; seminibus angulatis, granulatis.

In collibus saxosis. Attica: pr. Heracleon, in colle Turcovuni pr. Athenas, mt. Pentelicon (Heldr.), pr. Kamariza Laurii (Haussk.); Boeotia (Heldr.); Aetolia: pr. Mesolongion (Nieder.); Corinthus (Haussk.); Laconia: mt. Malevo (Orph.); Creta (Raul.). — Apr. Maio. ♃.

14. **H. vulgare** Gaertn. fruct. I. p. 371. t. 76; Friedr. Reise p. 269; Ung. Reise p. 134; Bois. Fl. or. I. 446; Hal. Beitr. Fl. Thessal. p. 7; Form. in Ver. Brünn 1896 p. 83; Bald. riv. coll. bot. Alb. 1896 p. 29. — *Cistus helianthemum* L. Sp. p. 528; S. et Sm. Pr. I. p. 368; Ch. et B. Exp. p. 149, Fl. Pelop. p. 33. — *H. chamaecistus* Mill. Dict. ed. 8. n. 1; Haussk. Symb. p. 24. — *H. arcuatum* Presl. Fl. Sic. I. p. 128; Hal. Beitr. Fl. Epir. p. 14. — *H. vulgare α. tomentosum* Koch Syn. p. 81.

Virescens, plus minus hirtum; foliis ovatis vel oblongo-linearibus. margine non vel vix revolutis; stipulis foliaceis; racemis laxis; sepalis plus minus hirtis; petalis flavis; seminibus obtusangulis, laeviusculis.

α. **typicum**. Folia oblongo-lanceolata vel lineari-oblonga, supra viridia, subtus incana. — Exsicc.: Sint. It. Thessal. n. 617.

β. **graecum** Bois. et Heldr. Diagn. Ser. 2, I. p. 52; Hal. in z. b. G. 1888 p. 749; Beitr. Fl. Achaia p. 13; Heldr. Fl. Aegin. p. 237, pro. sp.; Bois. Fl. or. I. p. 447; Heldr. Fl. Cephal. p. 24. — *H. vulgare v. ovalifolium* Willk. Cist. Mon. p. 114. t. 1403. — Folia, saltem inferiora subrotunda vel ovalia, supra viridia, interdum tuberculato-pilosa, subtus incana. Formis intermediis ad *α.* transit.

γ. **litorale** Willk. Cist. Mon. p. 114. — *H. nummularium* Bory exsicc. ex Willk. l. c. — *Cistus hirtus* Ch. et B. Exp. p. 149, Fl. Pelop. 33. — ? *C. pilosus* S. et Sm. Pr. I p. 367. — Folia utrinque viridia, subtus ad nervum medium marginesque strigoso-ciliata, ceterum glabra; flores majores.

In collibus siccis, dumosis regionis submontanae in regionem alpinem usque adscendens. Attica: mt. Parnes (Heldr.); Boeotia: mt. Onion (Heldr.); mt. Parnassus (Orph.), Kiona (Hal.); Thessalia; mt. Ghavellu, Karava, Zygos (Haussk.), Dokimi (Form.), Tragopetra (Sint.), Oxya (Hal.); Epirus: pr. Janina (Bald.), mt. Tsumerka (Hal.); Euboea: mt. Dirphys (Ung.); ins. Aegina (Friedr.); Argolis (Sibth.); Laconia: mt. Taygetos (Heldr.); Achaia: mt. Kyllene (Heldr.), Panachaicon (Hal.); Cephalonia: mt. Aenos (Held.); Cyclades (Chaub.). — *γ.* in insula Sapienza (Bory.) — Maio, Jul. ♃.

3. Fumana Spach. in Ann. sc. nat. VI. p. 359.

a. Exstipulatae.

α. Capsula 12-sperma; semina laevia.

1. **F. procumbens** Dun. in DC. Pr. I. p. 275 (*Helianthemum*); Gr. et Godr. Fl. Fr. p. 173; Bois. Fl. or. I. p. 447; Raul. Cret. p. 714; Form. in D. bot. Mon. 1891 p. 35, Ver Brünn 1896 p. 83, 1897 p. 59; Bald. Viagg. Creta p. 31, in Bull. Bois. 1896 p. 202. — *Cistus fumana* L. Sp. p. 525; Pieri Corc. Fl. p. 67. — *F. vulgaris* Spach. Hist. veget. VI. p. 11 p. p. — *Helianthemum fumana* Mill. Dict. n. 6. — Icon: Willk. Cist. Mon. t. 168 A.

Caulibus procumbentibus, cum ramis, pedicellis calycibusque adpresse puberulis; foliis lineari-subtrigonis, ciliolatis, ceterum glabris, conformibus; pedicellis folio aequilongis; foliolis epicalycis calyce dimidio brevioribus, lineari-lanceolatis; seminibus spadiceis.

In collibus siccis. Thessalia: pr. Miluna, Volo, Konisko, Plessidi, Kalyvia, Kapurna, Velestinos, Pharsalus (Form.); Leucas: mt. Hag. Elias (Bald.); Corcyra (Pieri); Achaia: mt. Chelmos (Orph.); Creta: mt. Theodori (Raul.), Hag. Pneuma (Bald.). — Maio, Jul. ♃. N. v.

2. **F. ericoides** Dun. in DC. Pr. I. p. 274 (*Helianthemum*) Heldr. Herb. norm. n. 1119. — *F. Spachii* Gr. et Godr. Fl. Fr. I. p. 174; Heldr. Fl. Cephalon. p. 24. — *F. vulgaris* Spach. Hist. veget. VI. p. 11 p. p. — *F. vulgaris β viridis* Bois. Fl. or. I. p. 449 p. p. — Icon: Willk. Cist. mon. t. 168 B.

Caulibus erectis vel adscendentibus, junioribus cum foliis superioribus pedicellis, calycibusque saepissime patule et subglanduloso pubescentibus; foliis lineari-trigonis, superioribus abbreviatis; pedicellis folio 2—3 plo longioribus; foliolis epicalycis calyce duplo brevioribus, oblongis seminibus nigris.

In collibus saxosis, fruticetis sempervirentibus. Attika: pr. Kephissia, Heracleon (Heldr.); Cephalonia: ad rupes supra Asso ad Charakas et in vinetis oropedii Omala prope Karavias (Heldr.). — Maio, Julio ♃.

β. Capsula 3-sperma; semina foveolata.

3. **F. aciphylla** Bois. Fl. or. I. p. 449; Haussk. Symb. p. 24.
Caulibus erectis, tenuibus; foliis glabris vel vix scabridulis; pedicellis capillaribus, calyce 2—3 plo longioribus, demum patulis.
In alpinis mt. Ghavellu in Pindo dolopico (Haussk.). — Jul. ♃. N. v.

b. Stipulatae.

α. Capsula 12-sperma.

4. **F. arabica** L. Sp. p. 527; S. et Sm. Pr. I. p. 369; Ch. et B. Exp. p. 148, Fl. Pelop. p. 33 (*Cistus*); Bois. Fl. or. I. p. 449; Raul. Cret. p. 714; Heldr. Fl. Cephal. p. 24, Fl. Aegin. p. 237; Haussk. Symb. p. 24. — *Helianthemum arabicum* Pers. Syn. II. p. 80; Urv. Enum. p. 57; Sieb. Avis p. 4. rem. p. 4; Friedr. Reise p. 270; Ung. Reise p. 134; Weiss in z. b. G. 1869 p. 54. — Icon: Fl. Gr.

· :

t. 503, quoad semina mala; Willk. Cist. Monogr. t. 167. — Exsicc: Heldr. Herb. norm. n. 136; Rev. Pl. Cret. n. 124.

Caulibus adscendentibus, plus minus pubescentibus; foliis lineari-oblongis, planis, pubescentibus, inferioribus minoribus approximatis; pedicellis folio longioribus; foliolis epicalycis calyce dimidio brevioribus; seminibus grosse rugoso-foveolatis. — Caules floriferi pedicellique plerumque pubescentia patula brevi, superne saepe glandulosa subviscida, e pilis articulatis composita dense vestiti (v. *canescens* Fenzl in Friedr. Reise p. 270), rarius tenuiter tomentosi, vel pilis longioribus interjectis hirsuti, rarissime glabrescentes (v. *viridifolia* Fenzl l. c.).

β. **incanescens** Haussk. Symb. p. 24. Caules brevissimi intricati, prostrati; folia minora, rigidiora, incana.

In collibus siccis, inter phrygana. Attica: pr. Athenas, Heracleon (Heldr.), mt. Hymettus (Haussk.), Pharmacusarum ins. Leros (Heldr.); Argolis: penins. Methana (Hausk.); ins. Hydra (Pichler), Aegina (Friedr.); Cycladum ins.: Syra, Tenos (Weiss), Melos (Urv.); Laconia; ad promontorium Malea, pr. Kardamyle (Chaub.); Messenia: ins. Sapienza, pr. Arcadia (Chaub.); Achaia: pr. Patras (Chaub.); Cephalonia (Ung.): pr. Argostoli (Heldr.); Corcyra (Bickn.); Creta: pr. Kissamos (Rev.), Canea, Suda (Weiss), Akroteri, Askyphos, Anopolis (Raul.). — Apr. Maio. ♄.

β. Capsula 6-sperma.

5. **F. thymifolia** L. Sp. p. 528; S. et Sm. Pr. I. p. 367; Ch. et B. Exp. p. 148, Fl. Pelop. p. 33 (*Cistus*); Burn. Alp. marit. I. p. 164. — *Cistus glutinosus* L. Mant. p. 246. — *Helianthemum thymifolium* Pers. Syn. II. p. 79. — *H. glutinosum* Pers. l. c. Weiss in z. b. G. 1869 p. 54. — *F. glutinosa* Bois. Fl. or. I. p. 449; Raul. Cret. p. 714; Bald. Viagg. Cret. p. 31; Haussk. Symb. p. 25; Heldr. Fl. Aegina. p. 237, Chlor. Thera p. 8. — *F. viscida* Spach. Hist. veg. VI. p. 12. — Icon: Fl. gr. t. 500; Willk. Cist. Mon. t. 164, f. 1.

Foliis linearibus vel oblongo-linearibus, viscido-hirtis, summis alternis, ceteris oppositis; stipulis seta terminatis, petalis obovatis vel obcordatis; seminibus subreticulatis.

α. **typica.** Sordide virens, glanduloso-viscida. — Exsicc.: Orph. Fl. gr. n. 672.

β. **viridis** Ten. Fl. Nap. I. p. 299; Friedr. Reise p. 270; Ung. Reise p. 134; Hal. in z. b. G. 1888 p. 749, Beitr. Fl. Achaia p. 13; Gelmi in bull. soc. bot. ital. 1889 p. 448; Form. in Ver. Brünn 1895 p. 40 pro sp. (*Helianthemum*). — *F. glutinosa β. viridis* Bois. Fl. or. I. p. 449 p. p.; Heldr. Fl. Cephal. p. 24; Haussk. Symb. p. 25. — *F. viridis* Bald. in nuov. giorn. bot. 1894 p. 92; Heldr. Fl. Aegin. p. 237. — Exsicc.: Orph. Fl. gr. n. 873; Heldr. Herb. norm. n. 249 et. 1118.

Laete virens, superne glanduloso-viscida, inferne foliisque glabra.

In collibus saxosis regionis inferioris et submontanae. Attica: pr. Athenas (Heldr.), mt. Hymettus (Orph.), Lycabettus, Turcovuni, pr.

•

Eleusis (Haussk.); Thessalia: pr. Litochori (Sint.); Cycladum ins. Thera (Heldr.), Syra, Tenos (Weiss); ins. Aegina (Heldr.); Messenia: mt. Diaforti (Chaub.); Creta: ad Akroteri (Raul.), pr. Kambus distr. Khaniotika (Bald.), pr. Canea (Weiss); Zante (Weiss). β. Attica: mt. Pentelicon (Heldr.), Hymettus (Orph.), Lycabettus, pr. Piraeum (Heldr.), Eleusis, mt. Turcovuni, pr. Laurion (Haussk.); Doris: pr. Amphissa (Hal.); Boeotia: pr. Dramesi (Ung.); ins. Aegina (Friedr.); Achaia: pr. Megaspilaeon (Hal.); Neocorinthus (Haussk.); Argolis: pr. Nauplia (Sprun.); Messenia: pr. Pylos (Heldr.); Cephalonia: pr. Lixuri (Heldr.); Corcyra: pr. Kanali (Form.), Palaeokastrizza (Bald.). — Apr. Jun. ♄.

6. **F. laevipes** L. Sp. ed. 2 p. 739; Ch. et B. Fl. Pelop. p. 33 (*Cistus*); Spach. Hist. Veg. VI. p. 14; Bois. Fl. or. I. p. 450. — *Helianthemum laevipes* Willd. Enum. pl. p. 570; Sieb. Avis p. 4 (sec. Flora V. 2 p. 639 *H. pulverulentum*). — Icon: Willk. Cist. Monogr. t. 166.

Foliis setaceo-linearibus, glabris, omnibus alternis; stipulis mucronatis; petalis cuneiformibus; seminibus reticulato-foveolatis.

Messenia: pr. Kalamata (Gittard); Creta (Sieb.). Florae graecae civis dubia. — Mart. Maio. ♃. N. v.

X. Ordo. Violaceae DC. Fl. Fr. IV. p. 801.

1. Viola L. Gen. n. 1007.

1. Sectio. *Nominium* Ging. in DC. Pr. I. p. 291. Petala intermedia lateraliter patentia; stylus e basi tenui in stigma subcapitatum glabrum, apice plus minus evidenter perforatum dilatatus.

1. Subsectio. *Delphinoideae* Bois. Fl. or. I. p. 451. Stigma obliquum, capitato depressum, antice marginatum, subbilobum, erostre.

1. **V. delphinantha** Bois. Diagn. I. p. 7, Fl. or. I. p. 453. — Exsicc.: Orph. Fl. gr. n. 512.

Glabra, rhizomate suffruticoso; caulibus erectis, simplicibus, dense foliosis; foliis lineari-lanceolatis; stipulis folio similibus, inferioribus bipartitis, superioribus integris; pedicellis ebracteatis; petalis persistentibus, oblongis, intermediis basi barbatis; calcare incurvo, petalis triplo longiore.
In cacumine mt. Olympus Thessaliae (Orph.) — Jul. Aug. ♃.

2. Subsectio. *Rostellatae* Bois. Fl. or. I. p. 451. Stigma in rostellum deflexum attenuatum.

a. Caulescentes; capsula trigona.

α. Rosula centralis nulla.

2. **V. arborescens** L. Sp. p. 935; Ch. et B. Fl. Pelop. p. 60; Raul. Cret. p. 715. — *V. arborea* Sieb. Reise I. p. 360, Avis rem. p. 3.

Basi suffrutescens; foliis lanceolatis, in petiolum lamina breviorem angustatis; stipulis lineari-lanceolatis, integris, petiolo longioribus vel aequilongis; seminibus atro-fuscis, opacis.

Messenia: pr. Philiatra (Gittard); Creta: ad promontorium Sidero (Sieb.). A recentioribus non lecta. — Aug. Sept. ♃. N. v.

3. **V. canina** L. Sp. p. 935; S. et Sm. Pr. I. p. 146; Pieri Corc. Fl. p. 124; Urv. Enum. p. 26; Ch. et B. Exp. p. 258, Fl. Pelop. p. 60; Friedr. Reise p. 284. — Icon: Rchb. f. 4501.

Herbacea, foliis e basi cordata oblongo-ovatis; stipulis oblongo-lanceolatis, fimbriato-ciliatis, petiolo multo brevioribus; seminibus pallide-fuscis, nitidis.

Indicatur in Corcyra (Pieri); in Peloponneso (Sibth.): mt. Cotylus Arcadiae (Chaub.), mt. Malevo Laconiae (Fried.) et in ins. Melos (Urv.). A recentionibus non lecta; civis dubia, probabiliter cum sequente confusa. — Maio, Jun. ♃.

β. Axis rosula centrali terminata.

4. **V. silvestris** Lam. Fl. Fr. II. p. 680. — ***V. silvatica*** Fr. Fl. Hall. p. 64; Bois. Fl. or. I. p. 459; Haussk. Symb. p. 25. — Icon: Rchb. f. 4503. — Exsicc.: Heldr. It. Gr. septentr. a. 1879.

α. **typica.** Appendices sepalorum parvi; petala obovato-oblonga, calcare violaceo.

β. **Riviniana** Rchb. Iconogr. bot. I. p. 28. f. 202—203 pro sp.; Bois. Fl. or. I. p. 459. — Exsicc.: Orph. Fl. gr. n. 513. — Appendices sepalorum majusculi; petala obovata, majora, calcare pallido.

In regione montana et subalpina. Thessalia: in oropedia Neuropolis, pr. Sermenikon, mt. Ghavellu (Haussk.); Phthiotis: mt. Oeta (Heldr.); Achaia: mt. Kyllene (Orph.). — *β.* mt. Olympus (Orph.), Pelion (Heldr.); Euboea: mt. Dirphys (Heldr.); Laconia: mt. Maleva (Orph.). — Apr. Maio. ♃.

b. Acaules; capsula globosa.

α. Estolonosae.

× Capsula hirta.

5. **V. hirta** L. Sp. p. 934; Friedr. Reise p. 279 et 282. — Icon.: Rchb. f. 4493.

Foliis ovatis vel oblongo-ovatis, hirsutis, basi anguste-cordatis; petiolis hirtis, apice non dilatatis; stipulis lanceolatis, sparse fimbriatis; floribus inodoris, pedunculo patule hirsuto; sepalis ovalibus, ciliatis; petalis lilacinis, lateralibus basi barbulatis.

Arcadia: mt. Trikorfo pr. Sinano et pr. Bassae (Friedr.). A recentioribus non lecta. Mart. Apr. ♃. N. v.

×× Capsula glabra.

6. **V. pyrenaica** Ram. in DC. Fl. fr. IV. p. 803. — ***V. chelmea*** Hal. Beitr. Fl. Epir. p. 14. — Exsicc.: Hal. It. graec. II. a. 1893; Sint. It. Thessal. n. 886.

Foliis minutis, glabriusculis, basi late cordatis, infimis suborbiculatis, superioribus late-ovatis; petiolis glabris, apice subdilatatis, stipulis lanceolatis, acuminatis, fimbriatis; floribus subodoratis, pedunculo glabro; sepalis ovalibus, glabris; petalis lilacinis, basin versus albidis; lateralibus barbulatis. — Bene congruit cum speciminibus pyrenaicis.

In rupestribus regionis subalpinae et alpinae. Epirus: mt. Tsumerka (Hal.); Thessalia: mt. Plaka pr. Chaliki (Sint.). — Jun. Jul. ♃.

7. **V. chelmea** Bois. et Heldr. Diagn. Ser. 2, I. p. 54, Fl. or. I. p. 455; Hal. Beitr. Achaia p. 13. — Exsicc.: Heldr. Pl. gr. n. 2153; Hal. It. gr. II. a. 1893.

Foliis minutis, utrinque creberrime papillari-punctatis, basi truncatis, rotundatisve, rarius subcordatis, infimis suborbiculatis, ceteris ovatis vel oblongis; petiolis deflexim papillosis, apice dilatatis; stipulis lanceolatis, acuminatis, brevissime fimbriatis; floribus inodoris, pedunculo papilloso vel glabro; sepalis ovalibus, glabris; petalis lilacinis, basin versus albidis, lateralibus barbulatis (in diagnosi Boissieri imberbiis, sed in speciminibus innumeris a me lectis semper plus minus barbulatis).

In rupestribus regionis superioris mt. Chelmos ad fontem Stygis Heldr.), nec non supra pagum Sudena (Hal.) rarissime. — Jun. Jul. ♃.

β. Stoloniferae.

× Petala omnia imberbia.

8. **V. cretica** Bois. et Heldr. Diagn. VIII. p. 51, Fl. or. I. p. 455; Raul. Cret. p. 715. — Exsicc.: Heldr. pl. Cret. a. 1846.

Stolonibus tenuissimis; foliis minutis, ovato-cordatis, ciliatulis; stipulis lanceolatis, acuminatis, longe fimbriatis; floribus parvis, lilacinis, ? odoratis; sepalis oblongo-linearibus; ovario glabriusculo. — Habitu *V. chelmeae.*

In regione superiori mt. Lassiti Cretae (Heldr.). — Jun. ♃.

×× Petala lateralia barbata.

. Folia late ovato-vel orbiculato-cordata, laete viridia, non perhiemantia.

9. **V. odorata** L. Sp. p. 934; S. et Sm. Pr. I. p. 156; Pieri Corc. Fl. p. 123; Dallap. Prosp. p. 118; Ch. et B. Exp. p. 257, Fl. Pelop. p. 60; Marg. et R. Fl. Zante p. 31; Friedr. Reise p. 281; Fraas Fl. Class. p. 114; Ung. Reise p. 134; Heldr. Nutzpfl. p. 49, Fl. Cephal. p. 24; Bois. Fl. or. I. p. 458; Raul. Cret. p. 715; Haussk. Symb. p. 25. — Icon: Rchb. f. 4498. — Exsicc.: Sagb. Pl. Corcyr. n. 1.

Stolonibus saepissime radicantibus; foliis plus minus pubescentibus, orbiculato-vel reniformi-cordatis, obtusis; stipulis ovato-lanceolatis, fimbriis stipulae diametro pluries brevioribus; capsula pubescente.

In montosis. Indicatur (sed probabiliter saepe cum sequentibus confusa) in: Attica: mt. Pentelicon, Parnes (Fraas); Thessalia: mt. Othrys, Oeta (Fraas); Euboea: mt. Dirphys (Fraas); mt. Parnassus (Sibth.); Thessalia: ad monasterium Korona in Pindo (Haussk.); Arcadia (Sibth.):

mt. Diaforti pr. Andrizena (Friedr.); Zante (Marg.); Cephalonia (Dallap.): mt. Aenos (Ung.); Corcyra (Pieri); Creta: pr. Malaxa (Raul.). Saepe colitur. — Mart. Apr. ♃.

10. **V. Dehnhardtii** Ten. Cat. hort. Neap. 1830 p. 12; Haussk. Symb. p. 25. — *V. odorata β. Dehnhardtii* Bois. Fl. or. I. p. 458; Heldr. Chlor. Parn. p. 13. — Icon: Ten. Fl. Nap. V. t. 219, f. 2. — Exsicc.: Sart. Fl. Gr. n. 3622.

Stolonibus vix radicantibus; foliis glabriusculis, ovato-cordatis, acutiusculis; stipulis lineari-lanceolatis, fimbriis stipulae diametrum aequantibus vel superantibus; floribus subodoratis; capsula pubescente.

In montosis. Ad monasterium Korona in Pindo (Haussk.), in mt. Parnasso (Heldr.), mt. Kyllene (Orph.), mt. Parnes (Heldr.), supra Kumi Euboeae (Sart.) et in ins. Andros (Sart.). — Mart. Apr. ♃.

. . Folia triangulari-ovata, obscure viridia, perhiemantia.

11. **V. thessala** Bois. et Spr. Diagn. VIII. p. 51 (1849); Heldr. Nutzpfl. p. 49. — *V. scotophylla* Jord. Obs. VII. p. 9 (1849). — *V. alba* Bois. Fl. or. I. p. 458, vix Bess. Prim. Fl. Galic. I. p. 171, quae secund. specim. polonicis speciem diversam sistere videtur. — Exsicc.: Orph. Fl. gr. n. 402; Heldr. Herb. norm. n. 1213.

Stolonibus saepissime radicantibus; foliis pubescentibus, apice subattenuatis; stipulis lanceolatis, acuminatis, fimbriis diametrum stipulae aequantibus; floribus lilacinis, odoratis; capsula pubescente.

In montosis. Thessalia: pr. monasterium Korona in Pindo (Haussk.), mt. Oeta (Sprun.), mt. Pelion (Heldr.); Attica: mt. Parnes, ad Cephissum (Heldr.); Achaia: mt. Kyllene (Orph.), et certe alibi. — Mart. Apr. ♃.

2. Sectio. *Melanium* DC. Pr. I. p. 301. Petala 4 superiora sursum vergentia, imbricata; stylus basi attenuatus, stigmate magno urceolato, basi pilosulo.

a. Perennes.

α. Caudiculi elongati, filiformes, basi aphylli, in rosulam vel caulem brevem, saepius uniflorum abeuntes.

× Stipulae saepissime integrae, folio integro similes.

12. **V. poetica** Bois. et Sprun. Diagn. VI. p. 21, Fl. or. I. p. 461; Hal. in z. b. G. 1888 p. 749, in ö. b. Z. 1895 p. 216; Heldr. Chlor. Parn. p. 13. — Exsicc.: Heldr. Fl. gr. n. 2656.

Glabra vel parcissime puberula; foliis minutis, ovatis, petiolo eis 3—4plo longiori suffultis; pedunculis apicem versus bibracteolatis; sepalis lanceolatis, acutis; petalis laete coeruleis, 5—7 mm longis, calyce duplo longioribus, calcare crasso appendicibus integris obtusis subdimidio longiore. — Species elegans, eximia.

In fissuris rupium regionis alpinae, rare. In mt. Parnasso (Sprun.), loco Trypios-Vrachos dicto (Hal.), mt. Kiona (Hal.) et Korax (Reis.). — Jul. Aug. ♃.

13. **V. fragrans** Sieb. Reise II. p. 320, t. 8, Avis p. 3, in Flora I. p. 275, VI. p. 597; Bois. Fl. or. I. p. 461; Raul. Cret. p. 715; Bald. Viagg. Cret. p. 32. — Exsicc.: Heldr. Pl. Cret. a. 1846.

Gabriuscula vel velutina; foliis minutis, oblongis vel oblongo-linearibus, petiolo aequilongis vel brevioribus; pedunculis apicem versus bibracteolatis; sepalis oblongo-lanceolatis, obtusiusculis; petalis luteis vel pallide violaceis, 6—8 mm. longis, calyce $2^1/_2$plo longioribus, calcare crasso, appendicibus truncato-retusis duplo longiore.

In regione alpina. Creta: mt. Volakia, Stravopodia et Hag. Pneuma in mt. Sphacioticis, mt. Psiloriti et mt. Lassiti (Raul.). — Maio, Aug. ♃.

14. **V. albanica.** — *V. Grisebachiana* Bald. Riv. coll. bot. Alb. 1892 p. 13 1896 p. 24, non Vis. et Panc. Pl. Serb. I. p. 14. — Exsicc.; Bald. It. Alb. Epirot. IV. n. 214.

Glabriuscula vel breviter velutina; foliis minutis, inferioribus suborbiculatis, superioribus ovatis vel oblongis, petiolo eis aequilongo suffultis; stipulis folio similibus, integris vel uno alterove basin lobulo parvo lineari munitis; pedunculis apicem versus bibracteolatis; sepalis lanceolatis, acutis, appendicibus truncato-retusis; petalis pallide-roseis vel superioribus saturate rubenti-violaceis, circa 1 cm. longis, calyce subtriplo longioribus, calcare elongato, subarcuato brevioribus. — Species pulchra, ab congeneribus florum colore et calcare longo diversissima.

In lapidosis mobilibus regionis alpinae mt. Smolika distr. Konitza in Epiro (Bald.). Occurit etiam in mt. Tomor Albaniae centralis. — Jul. Aug. ♃.

×× Stipulae in lacinias lineares, subconformes 3—5 partitae.

15. **V. gracilis** S. et Sm. Pr. I. p. 146; Ch. et B. Exp. p. 258, Fl. Pelop. p. 60; Ung. Reise p. 134; Bois. Fl. or. I. p. 463; Hal. in z. b. G. 1888 p. 749, in Beitr. Fl. Achaia p. 13; Heldr. Chlor. Parn. p. 13; Bald riv. coll. bot. Alb. 1896 p. 24. — Icon: Fl. gr. t. 222. — Exsicc.: Heldr. Herb. norm. n. 699; Orph. Fl. gr. n. 514; Dörfl. Fl. gr. n. 229.

Glabriuscnla vel brevissime papillari-hirta; foliis oblongis vel oblongo-linearibus, integris vel obsolete crenulatis, in petiolum attenuatis; pedunculis supra medium bibracteolatis; sepalis lanceolatis, acutis, integris, appendicibus denticulatis; petalis magnis, violaceis vel luteis, calcare subcurvato, corollae subaequilongo vel ea breviore (v. *brevicalcarata* Bois. l. c.).

β. **euboea.** Foliis inferioribus orbiculatis vel ovato-orbiculatis, ceteris ovatis vel oblongis, fere omnibus subito in petiolum attenuatis; sepalis denticulatis. Huc refert probabiliter *V. calcarata* Ung. Reise p. 134. — Exsicc.: Heldr. Fl. Hell. a. 1876.

In pascuis regionis alpinae. Mt. Olympus, Parnassus (Heldr.). Kiona (Hal.), Korax (Heldr.), Tymphrestus (Sprun.), mt. Smolika in Epiro (Bald.), mt. Chelmos (Hal.), Kyllene, Taygetos (Heldr.), Malevo

(Orph.), mt. Dirphys Euboeae (Ung.). — *β.* mt. Ocha (Sart.) et Dirphys Euboeae (Heldr.). — Apr. Juli. ♃.

β. Caudiculi abbreviati, in caules plus minus elongatos, plerumque plurifloros abeuntes.

× Caules caespitosi, dense foliosi.

16. **V. velutina** Form in Ver. Brünn 1892 p. 28. — ? *V. grandiflora* Griseb. Spic. I. p. 238 et *V. Clementiana* Bois. Fl. or. I. p. 462 quoad plantam Macedonicam. — Exsicc.: Heldr. Pl. gr. a. 1896.

Velutino-pubescens; foliis crenulatis vel subintegris, in petiolum aequilongum vel longiorem attenuatis, inferioribus subrotundis, superioribus ovatis vel oblongis; stipulis inferioribus integris, folio similibus, superioribus dentatis vel incisis; pedunculis apicem versus bibracteolatis; sepalis lanceolatis, obtusiusculis, appendicibus truncato-retusis, denticulatis; petalis luteis vel violaceis, calyce subtriplo longioribus, calcare cylindrico, appendicibus duplo longiore. — Forsan cum *V. grandiflora* Griseb. (non L.) identica, quam Boissier ad suam *V. Clementianum* ex Olympo bithynico ducit, quae tamen secundum descriptionem, glabritie, caudiculis filiformibus et habitu *V. calcaratae* a. nostra valde discrepare videtur.

In mt. Korax Aetoliae (Heldr). Bene congruit cum speciminibus ab autore in mt. Peristeri et Gorni Divjak Macedoniae lectis; eamdem plantam collegit Dörfler in mt. Orlova-Voda pr. Allchar. — Maio, Aug. ♃.

×× Caules laxi, elatiores, internodiis distantibus.

○ Caules breviter papillari-hirti.

17. **V. declinata** W. et K. pl. rar. Hung. III. p. 248, t. 223; Bald. riv. coll. bot. Alb. 1896 p. 24. — *V. gracilis* Rchb. exc. p. 709. — Exsicc.: Sint. It. Thessal. n. 888; Bald. It. Epirot. IV. n. 153.

Caulibus numerosis, basi decumbentibus; foliis petiolatis, crenatis, inferioribus subrotundis, superioribus oblongis, lanceolatis linearibusve; stipulis pinnatipartitis, laciniis linearibus, terminali majore; pedicellis elongatis, axillaribus; floribus magnis, violaceis; sepalis lanceolatis, acutis, basi truncatis; calcare cylindrico, appendicibus duplo longiore.

β. **epirota**. *V. gracilis v. elegantula* Bald. Riv. coll. bot. Alb. 1895 p. 11, an ? *V. elegantula* Schott in ö. b. Wochenbl. 1857 p. 167. — Exsicc.: Bald. It. Alb. Epir. III. p. 3. — Stipularum laciniae et folia superiora angusta, elongata, flores majores, sepala denticulata, calcar sublongius. — Cum maxime simili *V. gracili* v. *euboea* formam quasi intermediam inter *V. declinatam* et *V. gracilem* praebet, caudiculis abbreviatis crassioribus et habitu tamen potius ad priorem, dum illa caudiculis filiformibus et habitu magis ad *V. gracilem* accedit.

In pratis subalpinis mt. Dokimi in Pindo tymphaeo (Sint.) et in mt. Micikeli distr. Janina (Bald.). — *β.* in mt. Olycika distr. Janina in Epiro (Bald.). — Jun. Jul. ♃.

○○ Caules molliter et patule hirsuti.

18. **V. Orphanidis** Bois. Fl. or. I. p. 464; Haussk. Symb. p. 25; Hal. Beitr. Fl. Thessal. p. 7; Bald. riv. coll. bot. Alb. 1895 p. 11; Form. in Ver. Brünn 1896 p. 82, 1897 p. 59 (v. *latiloba*). — Exsicc.: Heldr. Herb. norm. n. 824; Sint. It. Thessal. n. 887; Bald. It. Alb. Epirot. III. n. 102.

Caulibus numerosis, adscendentibus; foliis petiolatis, ovatis, basi rotundatis, obtuse crenatis; stipulis ovatis, incisis vel pinnatipartitis, lacinia terminali oblonga vel oblongo-lineari, aliis majori; pedicellis longissimis, axillaribus; floribus magnis, violaceis vel cyaneis; sepalis plus minus ciliatis, lanceolatis, acutis, calcare cylindrico, appendicibus duplo longiori. — Praecedenti affinis, sed plerumque elatior et indumento patulo molli diversissima.

In regione media et superiore mt. Pindus, praesertim ad margines fagetorum Urticae dioicae consociata, in mt. Ghavellu, Zygos (Haussk.), Karava (Heldr.), Oxya (Hal.), pr. Mazuki in mt. Tsumerka (Bald.), pr. Palaeomandri in mt. Peristeri (Form.), pr. Chaliki (Sint.). — Jun. Jul. ♃.

18 × 19. **V. Orphanidis × aetolica.** *V. lacmonica* Haussk. Symb. p. 44. A priore indumento minus denso, foliis minoribus, stipulis angustioribus magis incisis, sepalis latioribus, petalis superioribus coeruleo-violaceis, inferioribus lutescentibus; ab altera indumento molli, foliis latioribus et florum colore diversa. — Inter parentes in mt. Zyos (Haussk.). N. v.

b. Perennantes.

19. **V. aetolica** Bois. et Heldr. Diagn. Ser. 2, VI. p. 24, Fl. or. I. p. 464; Haussk. Symb. p. 25; Hal. Beitr. Epir. p. 14. — Exsicc.: Heldr. Herb. n. 3287.

Caulibus numerosis elongatis, basi decumbentibus; foliis petiolatis, oblongis, crenatis; stipulis pinnatipartitis, laciniis linearibus, terminali petiolulata, lineari-oblonga, aliis multo longiori; pedicellis longissimis, axillaribus; floribus majusculis; sepalis triangulari-ovatis, acutis, ciliatulis; petalis flavis, calyce subduplo longioribus; calcare appendicibus truncatis, denticulatis sesquilongiore. — A. *V. macedonica* praesertim sepalis latis, non lanceolatis acutissimis differt. — Affinis etiam *V. luteae* Huds. formis, sepalis lanceolatis, angustioribus floribusque majoribus distinctis.

β. **heterosepala** Bois. et Heldr. Diagn. Ser. 2, VI. p. 23 pro sp.; Bois. Fl. or. I. p. 465; Haussk. Symb. p. 25. — Exsicc.: Heldr. Herb. n. 4386; Sint. It. Thessal. n. 614. — Petala submajora, sepala duo inferiora aliis majora. Variat petalis superioribus violaceis, lateralibus sulfureis, inferiore aurantiaco viloceo-striato (*v. variegata* Haussk l. c.) et petalis omnibus aurantiacis (*v. aurantiaca* Haussk. l. c.).

In fruticetis, rupinis, pinetis. Aetolia: mt. Korax (Leon), mt. Arapocephala pr. Gabrilovrysi et in oropedio Saitani mt. Tymphrestus (Sam. et Guicc.); Thessalia: mt. Ghavellu (Heldr.), Karava, Zygos

(Haussk.), mt. Tragopetra pr. Malakasi (Sint.); Epirus: pr. Vulgarelion in mt. Tsumerka et pr. Kalarrytes in mt. Peristeri (Hal.). — Jun. Jul. ⊙ et ♃.

20. **V. macedonica** Bois. et Heldr. Diagn. Ser. 2, I. p. 56: Form. in D. bot. Mon. 1891 p. 35; Haussk. Symb. p. 26. — *V. pindicola* Form. in Ver. Brünn 1896 p. 82, 1897 p. 58 ex specim. orig. — *V. sermenica* Form. in Ver. Brünn 1897 p. 58 ex descript. — Exsicc.: Heldr. It. Thessal. IV. a. 1885; Sint. It. Thessal. n. 615.

Caulibus numerosis, basi decumbentibus; foliis petiolatis, crenulatis, inferioribus ovato-subcordatis, ceteris oblongo-lanceolatis; stipulis pinnatifidis vel pinnatipartitis, laciniis linearibus, terminali petiolulata, folio simili, aliis multo majore; pedicellis longis, axillaribus; floribus mediocribus; sepalis lanceolatis, acutissimis, ciliatulis; petalis calyce sesquilongioribus flavidis vel superioribus coeruleo-violaceis; calcare appendicibus truncatis erosulis duplo longiori. — Habitu *V. tricoloris*. et specimina jam primo anno florentia ab ea vix discernenda. Certe species minoris valoris et potius forsan ad formas hujus speciei referenda. Planta thessala bene convenit cum speciminibus macedonicis, a Heldreich loco classico, in mt. Korthiati lectis et sub n. 2331 distributis. Specimina Orphanidis ex eodem loco in Fl. gr. exs. n. 515 edita foliis majoribus, latioribusque gaudent et repraesentant formam a Formanek in Ver. Brünn 1897 p. 58 ut var. *umbrosa V. pindicolae* descriptam.

In nemorosis, pratisque. Thessalia: in oropedio Neuropolis (Haussk.), pr. Malakasi (Heldr.), mt. Zygos, Said Pascha et pr. Sermenikon in Pindo (Form.), ad Phlamburo in mt. Oxya, mt. Mitrica in mt. Chassia (Form.). — Jun. Jul. ⊙ et ♃.

c. Annuae (*V. tricolor* L. Sp. p. 935.)

a. Petala calyce subduplo longiora.

21. **V. hymettia** Bois. et Heldr. Diagn. Ser. 2, I. p. 57; Hal. Beitr. Fl. Achaia p. 14. — *V. tricolor v. hymettia* Bois. Fl. or. I. p. 466. — Exsicc.: Heldr. Herb. norm. n. 300 et 1306.

Papillari-hirta, caule simplici vel a basi ramoso, 3—15 cm. alto: foliis crenatis, inferioribus ovato-rotundatis, superioribus oblongo-spathulatis; stipulis multifidis, laciniis linearibus, terminali folio simili, aliis majore; sepalis oblongis, acutis; floribus mediocribus, pallide luteis, petalis superioribus saepius violascentibus, calcare crasso, appendicibus obtusis, interdum erosulis paulo longiori.

In pascuis regionis montanae. Attica: mt. Parnes, Pentelicon, Hymettus (Heldr.); Euboea: mt. Dirphys (Pichl.); Laconia: mt. Taygetos (Bois.). — Mart. Maio. ⊙.

22. **V. Mercurii** Orph. Fl. gr. exs. n. 401; Hal. Beitr. Fl. Achaia p. 13. — *V. tricolor v. Demetria* Bois. Fl. or. I. p. 466, non *V. Demetria* Prol. in Bois. voy. Esp. p. 73.

Papillari-hirtula vel glabrescens; caule nano, simplici vel a basi ramoso, 2—6 cm alto; foliis subintegris, inferioribus ovato-rotundatis, superioribus oblongis; stipulis plerumque tripartitis, laciniis lateralibus linearibus, terminali folio simile, aliis majore; sepalis lanceolatis, acutis; floribus parvis, luteis; calcare crasso, violaceo, appendicibus acutis aequilongo. — Affinis *V. Demetriae* Prol. foliis crenulatis, petalis pallide luteis, calcare appendicibus obtusis, saepe retusis longiore, diversae.

In regione media mt. Kyllene pr. Lambani (Orph.) et supra pagum Gura (Hal.). — Maio, Jun. ☉.

b. Petala calyce breviora vel eum parum superantia.

α. Nana, folia subintegra, calcar appendicibus calycis brevius.

23. **V. parvula** Tin. pug. pl. rar. sic. p. 5; Bois. Fl. or. I. p. 466; Raul. Cret. p. 715. — Exsicc.: Heldr. Pl. gr. a. 1844.

Villoso-pubescens; caule nano, a basi ramoso, 2—3 cm alto; foliis inferioribus suborbiculatis, caeteris oblongis vel oblongo-lanceolatis; stipulis 3—4partitis, laciniis linearibus, terminali majori; sepalis ovatis, obtusis; petalis minutis, albidis, basi coerulescentibus, calyce brevioribus. — Habitu praecedentis, a qua sepalis latis petalisque minutis statim diagnoscenda.

β. **glabrata** Heldr. in Raul. Cret. p. 715. Breviter papillari-hirta. — Exsicc.: Heldr. pl. Cret. a. 1846.

In lapidosis regionis superioris. Laconia: mt. Taygetos (Heldr.), Malevo (Orph.). — β. Creta: in summo mt. Ida (Heldr.) — In Bois. Fl. or. suppl. p. 73 indicatur etiam in mt. Dirphys Euboeae, sed specimina citata Pichleriana ad *V. hymettiam* pertinent. — Maio, Jun. ☉.

β. Elatiores, folia crenata, calcar appendicibus calycis longius.

24. **V. arvensis** Murr. prodr. stirp. Gotting p. 73; Friedr. Reise p. 280. — *V. tricolor* L. Sp. p. 935 p. p.; S. et Sm. Pr. I. p. 146; Ch. et B. Exp. p. 258, Fl. Pelop. p. 60. — *V. tricolor v. arvensis* Bois. Fl. or. I. p. 465; Bald. riv. coll. bot. Alb. 1896 p. 25. — *V. agrestis* Jord. Obs. fragm. II. p. 15. — *V. segetalis* Jord. l. c. p. 12. — *V. tricolor v. segetalis* Bald. riv. coll. bot. Alb. 1896 p. 25. — Exsicc.: Heldr. Fl. Hellen. a. 1879.

Pubescens, saepius ramosa; foliis inferioribus ovatis, superioribus oblongis vel lanceolatis; stipulis pinnatifidis, laciniis linearibus, terminali oblongo-spathulata majori; sepalis lanceolatis, acutis; petalis flavidis vel pallide lilacinis, calycem aequantibus vel parum superantibus.

β. **Kitaibeliana** (Roem. et. Schult. Syst. V. p. 383; Haussk. Symb. p. 26 pro sp.). — *V. tricolor v. Kitaibeliana* Bois Fl. or. I. p. 466. — *V. lilascens* Heldr. pl. exs. n. 3278. — Floribus minutis, pallidis, calyce brevioribus vel aequilongis, rarius eum superantibus.

In cultis, lapidosis regionis inferioris et montanae. Attica: mt. Parnes, mt. Pentelicon (Heldr.); Thessalia: mt. Pelion (Heldr.), Olympus

(Orph.), pr. monasterium Korona et in mt. Ghavellu in Pindo (Haussk.); Epirus: pr. Janina (Bald.); Corcyra: mt. Pantocrator (Baen.); pr. Rachova in mt. Parnasso (Heldr.); Arcadia: mt. Diaforti pr. Andrizena (Friedr.), mt. Diaselo pr. Alonistera (Heldr.); Laconia: mt. Taygetos supra Androvista (Heldr.). — Apr. Jun. ☉.

Species dubia: *Viola palustris* Pieri Corc. Fl. p. 123 e Corcyra.

XI. Ordo. Polygalaceae Juss. in ann. mus. XIV. p. 386.

1. **Polygala** L. Gen. n. 851.

a. Perennes.

α. Racemus terminalis, pluriflorus.

× Alae corolla manifeste breviores.

1. **P. venulosa** S. et Sm. Pr. II. p. 52; Sieb. Avis p. 4; Ch. et B. Exp. p. 201, Fl. Pelop. p. 45; Fraas Fl. class. p. 115; Bois. Fl. or. I. p. 473; Raul. Cret. p. 715; Haussk. Symb. p. 27; Heldr. Fl. Aegin. p. 237. — Icon: Fl. gr. t. 669. — Exsicc.: Orph. Fl. gr. 411; Heldr. Herb. norm. n. 372.

Racemis paucifloris; floribus mediocribus, pallide coeruleis; alis corolla fere duplo brevioribus, obtusis, unguiculatis; capsula sessili, obovata, apice retusa.

In collibus saxosis. Attica: mt. Lycabettus (Orph.), Turcovuni, Hymettus (Heldr.), Parnes (Fraas), pr. Daphni (Leon.), Pikermi (Heldr.), Sunium (Haussk.); Boeotia: mt. Helicon (Fraas); Argolis et Laconia (Sibth.); Euboea: mt. Dirphys (Fraas); ins. Aegina (Heldr.), Melos (Leon.); Creta: pr. Rhodakino, Perama, mt. Psiloriti (Raul.). — Mart. Maio. ♃.

2. **P. major** Jacq. Fl. Austr. V. p. 6, t. 413; S. et Sm. Pr. II. p. 52; Fraas Fl. Class. p. 115; Bois. Fl. or. I. p. 474; Haussk. Symb. p. 45; Hal. Beitr. Fl. Epir. p. 14; Form. in Ver. Brünn 1896 p. 82.

Racemis multifloris; floribus magnis, roseis; alis corolla brevioribus, ellipticis; capsula longe stipitata, obovato-obcordata. — Occurrit in duas formas:

α. **acarnanica** Chod. Monog. Polyg. p. 436. Alae angustissimae, apiculatae; arilli lobi laterales breves, non falcati.

In clivibus Acarnaniae (ex Chod. l. c.). N. v.

β. **pindica** Chod. l. c. p. 437. Alae late ellipticae, magnae, acutiusculae; arilli lobi laterales lineares, subfalcati vel falcati; corollae tubus brevior — Exsicc.: Heldr. herb. n. 3289, It. thessal. IV a. 1885; Hal. It. gr. II a. 1893.

In regione abietina, rare. Aetolia: mt. Tymphrestus (Heldr.); Thessalia: mt. Baba supra Klinovo (Heldr.), pr. Krania (Form.), mt.

Karava et Ghavellu (Haussk.) in Pindo; Epirus: supra Vulgarelion in mt. Tsumerka (Hal.). — Jun. Aug. ♃.

×× Alae corollam subaequantes; capsula subsessilis.

3. **P. nicaeensis** Risso in Koch Syn. p. 92; Bois. Fl. or. I. p. 475 (v. *glabriuscula*); Heldr. Fl. Cephal. p. 24, Fl. Aegin. p. 237; Haussk. Symb. p. 26. — *P. thuringiaca* Friedr. Reise p. 269, 272 et 281. — *P. comosa* Ung. Reise p. 137 p. p. — Exsicc.: Orph. Fl. gr. 505: Heldr. It. Thessal. IV. a. 1885.

Bracteis ad apicem racemi in comam brevem excurrentibus; floribus roseis; alis plurinerviis, nervis apice anastomosantibus; capsula alis ovatis vel late-ellipticis breviore; arillo longiuscule appendiculato, lobis lateralibus seminis dimidium aequantibus. — Planta pindica ad subsp. *mediterraneam* Chod. Mon. p. 458 pertinere videtur.

β **corcyrensis.** Flores minores, laete coerulei, alis lanceolatis. — *P. comosa* Ung. Reise p. 137 p. p. (quoad pl. corc.); Gelmi in bull. soc. bot. ital. 1889 p. 448. — Exsicc.: Sagb. pl. ins. Corc. a. 1890; Grimb. pl. corc. a. 1897.

γ. **tomentella** Bois. Diagn. Ser. 2, I. p. 58, Fl. or. I. p. 475; Haussk. Symb. p. 26; Form. in D. bot. Mon. 1898 p. 80. — *P. pruinosa* Bois. Diagn. I. p. 8 p. p. (quoad pl. graecam). — *P. nicaeensis subsp. graeca* Chod. Mon. p. 463. — Undique tomentello-hirta. — Exsicc.: Heldr. Herb. norm. a. 274 et 1214.

In herbidis montanis. Thessalia: mt. Zygos in Pindo (Haussk.), mt. Olympus (Heldr.); ins. Aegina (Friedr.); Argolis: in isthmo Dara (Friedr.); Laconia: mt. Malevo (Orph.); Arcadia: mt. Diaforti (Friedr.); Cephalonia (Kondogusi); *β*. Corcyra: pr. urbem (Sagb.), Potamo (Grimb.), Pelleca (Ung.); *γ*. Attica: mt. Parnes (Heldr.), Pentelicon (Haussk.); Euboea: ad Kumi (Heldr.), Kurbatsi (Willd.); Thessalia (Auch.); Aetolia: mt. Tymphrestus (Samarit.); Laconia: mt. Malevo (Orph.); ins. Poros (Wiedem.). — Apr. Jun. ♃.

4. **P. vulgaris** L. Sp. p. 702; S. et Sm. Pr. II. p. 51; Pieri Corc. Fl. p. 97; Urv. enum. p. 84; Ch. et B. Fl. Pelop. p. 45; Bois. Fl. or. I. p. 476; Spreitz. in z. b. G. 1877 p. 721; Hal. Beitr. Fl. Epir. p. 14. — *P. nicaensis* v. *glabriuscula* Hal. in z. b. G. 1888 p. 749. — Exsicc.: Heldr. pl. gr. n. 2156.

Bracteis ad apicem racemi alabastris brevioribus; floribus roseis; alis trinerviis, venis anastomosantibus, reticulatis; capsula alas ellipticas aequante vel sublongiore; arillo breviter appendiculato, lobis lateralibus semine triplo brevioribus.

β **pindicola** Haussk. Symb. p. 27; Bald. riv. coll. bot. Alb. 1895 p. 12. — Caules filiformes, prostrati; flores intense coerulei; capsula alis subbrevior. — Exsicc.: Bald. It. Alb. Epir. III. n. 110.

In herbidis rupestribus regionis mediae et superioris. Achaia (Sibth.): mt. Kyllene (Heldr.), Chelmos, Panachaicon (Hal.), Olenos (Heldr.); Phthiotis: mt. Oeta (Heldr.); Doris: mt. Kiona (Hal.); mt. Korax (Leon.);

Corcyra: mt. Pantocrator pr. Barbati (Spreitz.); ins. Melos (Urv.). — β. mt. Karava (Haussk.), mt. Tsumerka pr. Theodoriana (Hal.) et Bresani (Bald.) in Pindo; Achaia: mt. Olenos (Hal.). — Jun. Jul. ♃.

5. **P. microcarpa** Gaud. Fl. Helv. IV. p. 445; Hal. Beitr. Fl. Achaia p. 14. — *P. alpestris* Rchb. Ic. pl. crit. I. p. 25, t. 23. — Exsicc.: Hal. it. gr. secund. a. 1893.

Bracteis ad apicem racemi alabastris brevioribus; floribus minutis, laete coeruleis; alis trinerviis, venis non vel vix anastomosantibus; capsula alis dimidio breviore; arillo breviter appendiculato, lobis lateralibus semine triplo brevioribus.

Inter fruticulos Astragali angustifolii in cacumine mt. Kyllene Achaiae, alt. 2300 m. (Hal.). — Jun. Jul. ♃.

β. Racemus e foliis non exsertus, ad 1—2 flores reductus.

6. **P. subuniflora** Bois. et Heldr. Diagn. Ser. 2, I. p. 59, Fl. or. I. p. 471. — Icon: Chod. Monogr. Polygal. t. 35 f. 1—9. — Exsicc.: Heldr. Pl. Graec. n. 2152.

Caulibus filiformibus, 3—4 cm. longis; foliis minutis, suborbiculatis obovatisve, glabris; floribus coeruleis; alis corolla sublongioribus, uninerviis, nervo ramuloso, venis non anastomosantibus, petalis lateralibus carina sublongioribus; capsula ignota.

Rarissime in mt. Chelmos, ad nives supra fontem Stygis, alt. 2300 m. (Heldr.). — Jul. Aug. ♃.

b. Annua.

7. **P. monspeliaca** L. Sp. p. 702; Ch. et B. Exp. p. 201, Fl. Pelop. p. 45; Marg. et R. Fl. Zante p. 31; Friedr. Reise p. 272 et 281; Bois. Fl. or. I. p, 469; Raul. Cret. p. 715; Gelmi in bull. soc. bot. ital. 1889 p. 448; Haussk. Symb. p. 27; Heldr. Fl. Aegin. p. 237. — *P. glumacea* S. et Sm. Pr. II. p. 52; Fraas Fl. Class. p. 115. — *P. ramulosa* Sieb. Avis. rem. p. 5. — Icon: Fl. Gr. t. 670. — Exsicc.: Orph. Fl. gr. n. 504 (ex ins. Chios); Sint. It. Thessal. n. 330.

Caulibus erectis; foliis lanceolatis vel lanceolato-linearibus, glabris; racemis elongatis, laxifloris; floribus albidis; alis corolla duplo longioribus, trinerviis, venis non anastomosantibus; capsula obcordata, angusta.

In herbidis regionis inferioris et submontanae. Attica: pr. Bari, mt. Pentelicon (Heldr.), Eleusis (Sart.); Corinthus (Haussk.); Argolis: pr. Nauplia, Tirynthum (Haussk.), in isthmo Dara (Friedr.); ins. Aegina: mt. Oros (Heldr.); Arcadia: mt. Diaforti pr. Andrizena (Friedr.); Messenia: pr. Methone, Pylos (Chaub.); Elis: pr. Lintzi (Heldr.); Zante (Marg.); Corcyra: pr. Palaeokastrizza (Gelmi); Aetolia: mt. Arapokephala pr. Agrinion (Heldr.); Thessalia: pr. Kalabaka (Sint.), Aivali, Pharsalus (Haussk.), mt. Pelion (Heldr.); Creta: pr. Lithines (Raul.). — Apr. Maio. ☉.

XII. Ordo. Frankeniaceae St. Hil. mem. plac. cent. p. 39.

1. Frankenia L. gen. n. 445.

1. **F. hirsuta** L. Sp. p. 331; S. et Sm. Pr. I. p. 243; Urv. Enum. p. 40; Sieb. Avis p. 3, rem. p. 4; Ch. et B. Exp. p. 106, Fl. Pelop. p. 24; Friedr. Reise p. 276; Clem. Sert. p. 16; Hal. in ö. b. Z. 1899 p. 24. — Icon: Fl. gr. t. 343.

Perennis; rhizomate lignoso; caulibus prostratis; foliis linearibus vel oblongo-linearibus, valde revolutis, basi ciliatis; floribus in dichotomis et terminalibus, fasciculatis vel cymoso-fasciculatis.

α. **typica.** — *F. hispida* DC. Pr. I. p. 349. — *F. hirsuta v. hispida* Bois. Fl. or. I. p. 780; Weiss in z. b. G. 1869 p. 54 et 746; Raul. Cret. p. 724; Haussk. Symb. p. 27 cum forma *brevipes*; Form. in D. bot. Mon. 1898. p. 80; Heldr. Fl. Aegin. p. 237, Chlor. Thera p. 9. — Caules calycesque pilis albis patentibus hispidi; inflorescentia cymoso-fastigiata. — Exsicc.; Heldr. Herb. norm. n. 455; Orph. Fl. gr. n. 28 et 516; Rev. pl. Cret. n. 226.

β. **intermedia** DC. Pr. I. p. 349 pro sp.; Bois. Fl. or. I. p. 780; Raul. Cret. p. 724; Heldr. Fl. Aegin. p. 237. — *F. laevis* S. et Sm. Pr. p. 243. — Caules indumento brevi dense tomentelli; flores paulo minores, in fasciculos terminales ramosos dispositi; calyx omnino aut basi solum hispido. — Exsicc.: Orph. Fl. gr. n. 195.

In petrosis et arenosis maritimis. Attica: ad Phalerum, pr. Ergastiria distr. Laurion, in scopulo Raphti (Urv.), in Pharmacusarum scopulo Arpedoni (Heldr.); in Petalium ins. Xeronisi (Holzm.); Thessalia: pr. Volo (Orph.); pr. Kalamaki in isthmo Corinthiaco (Friedr.); ins. Aegina et Metopi (Heldr.); Cycladum ins.: Tenos, Melos (Chaub.), Syra (Weiss), Thera (Heldr.); ins. Poros (Friedr.); Achaia (Sibth.); Laconia: pr. Monembasia, Kisternes, Gytheion, Skutarion (Chaub.); Creta: pr. Kissamos (Rev.), Canea (Weiss), Candia, Guves, Malia, Aludha pr. Spinalonga, ins. Gaidaronisi (Raul.). — *β.* Attica: pr. Raphina, Ergastiria distr. Laurion (Heldr.); Euboea: ad thermas Aedipso (Heldr.); Thessalia: ad lacum Karla (Reis.); ins. Metopi pr. Aegina (Heldr.); Cycladum ins.: Cythnos (Tunt.), Syra (Orph.), Tenos (Weiss), Naxos (Leon.) et in adj. scopulo Palatia (Heldr.), Antimilos (Reis.); Creta: ad promontorium Sidero (Heldr.); in Strophadum insula majore (Reis.). — Apr. Jul. ♃.

2. **F. pulverulenta** L. sp. p. 332; S. et Sm. Pr. I. p. 243; Sieb. Avis. p. 3, rem. p. 4; Ch. et B. Exp. p. 106, Fl. Pelop. p. 24; Friedr. Reise p. 274; Fraas Fl. Class. p. 113; Ung. Reise p. 134; Bois. Fl. or. I. p. 779; Weiss in z. b. G. 1869 p. 54 et 746; Raul. Cret. p. 724; Haussk. Symb. p. 27; Hal. in ö. b. Z. 1897 p. 61; Heldr. Fl. Aegin. p. 237. — Icon: Fl. Gr. t. 344. — Exsicc.: Heldr. Herb. norm. n. 456 et in Baen. Herb. europ. n. 3598.

Annua; radice tenui; caulibus prostratis; foliis obovatis, retusis, planis, supra glabris, subtus pulverulentis, petiolis ciliatis; floribus in dichotomis et terminalibus; calyce glabriusculo.

In litoribus maritimis. Attica: ad Phaleron, promont. Colias (Heldr.), Rheitro pr. Eleusis (Ung.); ad sinum Euripos (Fraas); Thessalia: pr. Volo (Heldr.); Sporadum ins. Skopelos (Leon.); Corinthus (Haussk.); Cycladum ins. Tenos (Weiss), Keos (Heldr.), Kythnos (Fraas); ins. Metopi pr. Aegina (Heldr.); ins. Poros (Friedr.); Laconia: pr. Gytheion, Kardamyle (Chaub.); Messenia: pr. Almyros, Methone, Arcadia (Chaub.); Creta (Sieb): pr. Candia, Aludha pr. Spinalunga, promont. Sidero, Selino, Pilialimata, ins. Gaidaronisi (Raul.). — Apr. Jul. ⊙.

XIII. Ordo. Silenaceae Bartl. Beitr. II. p. 160.

1 Tribus *Lychnideae* A. Br. in Flora 1843 p. 365. Semina reniformia vel subglobosa, hilo laterali; embryo periphaericus aut curvatus.

§ 1. Calyx praeter nervos primarios in dentes limbi excurrentes, nervis commissuralibus munitus.

a. Styli 5.

1. Agrostemma L. Gen. n. 584.

1. **A. githago** L. sp. p. 435; S. et Sm. Pr. I. p. 313; Friedr. Reise p. 274; Weiss in z. b. G. 1869 p. 54. — *Githago segetum* Desf. tab. de l'école bot. 1804 p. 159; Fraas Fl. Class. p. 105; Bois Fl. or. I. p. 661; Raul. Cret. p. 720; Heldr. Fl. Cephal. p. 26, Fl. Aegin. p. 237; Haussk. Symb. p. 28. — *Lychnis githago* Lam. enc. III. p. 643; Ch. et B. Exp. p. 128, Fl. Pelop. p. 29. — *Githago thessala* Form. in Ver. Brünn 1897 p. 64. — Icon: Rchb. f. 5132. — Exsicc.: Sint. It. thessal. n. 294.

Adpresse canescens; calycis adpresse et longe hirsuti tubo ovato apice constricto, laciniis tubo longioribus, petala superantibus; lamina mediocri, purpurea, obovata, subretusa.

Inter segetes, rarius. Attica: pr. Athenas (Haussk.); Euboea (Fraas); Thessalia: pr. Volo (Haussk.), Kalabaka (Sint.), mt. Cuka et Mitrica in mt. Chassia, Mavrika et Katasara in mt. Othrys (Form.); Argolis (Chaub.), ins. Poros (Friedr.), ins. Aegina (Heldr.); Messenia: pr. Messene, Carithena, Megalopolis, Arcadia (Chaub.); Cephalonia: in oropedio Omala (Heldr.); Creta: pr. Canea (Weiss), Hagia Erini, Perama (Raul.). — Apr. Jun. ⊙.

2. **A. gracile** Bois. Diagn. Ser. 2, I. p. 80. — *Githago gracilis* Bois. Fl. or. I. p. 661; Haussk. in bot. ver. Thüring. 1886 p. 61, Symb. p. 28. — Exsicc.: Heldr. Herb. norm. n. 825.

Adpresse hirta, scabridula; calycis adpresse et parce setulosi tubo cylindrico, laciniis tubo et corolla brevioribus; lamina magna, rosea, cuneato-obcordata, basi nigro-punctata. — Species pulchra, a praecedente diversissima.

In collibus saxosis, inter dumos Quercus cocciferae pr. Pharsalum Thessaliae (Heldr.). — Maio. Jun. ⊙.

2. Lychnis L. Gen. n. 584.

1. **L. coronaria** (L. Sp. p. 436; Fraas Fl. Class. p. 105; Haussk. Symb. p. 28; Hal. Beitr. Fl. Epir. p. 14, in ö. b. Z. 1899 p. 705 [*Agrostemma*]); Lam. enc. III. p. 643; Bois. Fl. or. I. p. 658; Form. in Ver Brünn 1895 p. 41; Bald. riv. coll. bot, Alb. 1896 p. 32. — Icon: Fl. gr. t. 452. — Exsicc.: Hal. It. gr. II. a. 1893.

Molliter albo-tomentosa; caule superne dichotomo; floribus magnis, longe pedunculatis; calyce oblongo-turbinato; petalis purpureis, limbo obovato subemarginato; coronae laciniis lanceolatis, rigidis.

In fruticetis et silvaticis regionis montanae. Epirus: pr. Han Kanberga, in valle Dipotami (Form.), pr. Kalentini (Hal.), pr. Janina (Bald.); Thessalia: pr. Vlachi, Mandri Kalivia, Korona (Form.), Pezula, Neuropolis, Sermenikon (Haussk.) in Pindo, pr. Konisko, Vlachava, Kucuro, Hag. Paraskevi, Kerasia Sina, Phlambures, Mitrica in mt. Chassia, pr. Hepdominta Aderfia in mt. Oxya (Form.); mt. Tymphrestus, Parnassus (Fraas); Euboea: mt. Dirphys (Heldr.); Elis: silva Kapellis pr. Lala (Reis.). — Maio. Jul. ♃.

2. **L. flos cuculi** L. Sp. p. 436; S. et Sm. Pr. I. p. 314; Ch. et B. Fl. Pelop. p. 29; Bois. Fl. or. I. p. 658. — Icon: Rchb. f. 5129. — Exsicc.: Sint. It. Thessal. n. 814.

Virdis; caule superne viscidulo, breviter corymboso; floribus mediocribus, pedicellis calyce breviter campanulato vix aut parum longioribus; petalis roseis, limbo ultra medium quadrifido; coronae laciniis subulatis, mollibus.

In pratis humidis, rara. Thessalia: pr. Said Pascha in Pindo tymphaeo (Sint.); Peloponnesus (Sibth.). — Maio. Jul. ♃.

3. Viscaria Roehl. Deutschl. Fl. ed 2. II. p. 37.

1. **V. Sartorii** Bois. Diagn. Ser. 2, I. p. 79, fl. or. I. p. 658; Heldr. Chlor. Parn. p. 14; Haussk Symb. p. 28; Hal. in z. b. G. 1899 p. 706; — Exsicc.: Heldr. Herb. norm. n. 750 et 1408.

Habitu *V. vulgaris* Roehl., sed carpophoro brevissimo et corona brevi ab ea distincta; multo magis affinis *V. atropurpureae* Griseb., a qua calyce obconico-campanulato, dentibus subbrevioribus, petalis majoribus ungui aequilongis, minus saturate coloratis parum differt.

In silvaticis regionis submontanae. Thessalia: in oropedio Neuropolis (Haussk.); Epirus: mt. Olycika distr. Janina (Bald.); in reg. inferiori mt. Parnassus (Heldr.); Laconia: mt. Malevo pr. Hagios Petros (Sart.), pr. coenobium Martaki in mt. Taygetos Alagoniae (Heldr.). — Apr. Jun. ♃.

4. **Melandryum** Roehl. Deutsch. Fl. p. 254.

1. **M. album.** Mill. dict. n. 4 (*Lychnis*); Garcke Fl. Nord. u. Mitteldeutschl. ed. 4. p. 55; Hal. Beitr. Fl. Epir. p. 14. — *M. pratense* Roehl. Deutsch. Fl. ed. 2. p. 274; Form. in Deutsch. bot. Mon. 1891 p. 39; Haussk. Symb. p. 28. — Icon: Rchb. f. 5125. — Exsicc.: Heldr. Fl. Thessal. a. 1883.

β. **thessalum** Haussk. Symb. p. 28; Form. in Ver. Brünn 1896 p. 88, 1897 p. 63. — Exsicc.: Sint. It. Thessal. n. 555. — Caules dense pilis glanduliferis, minus copiose pilis longioribus, glanduloso-viscidis, valde articulatis obsiti; pedunculus alaris elongatus; calycis dentes longiores; capsula minor, ovato-globosa.

In dumetis, nemorosis, ad vias. Thessalia: ad radices mt. Pelion (Heldr.) et ad viam ferream pr. Volo (Haussk.), pr. Velestinos (Form.); *β*. pr. Orman Magula, Aivali, Korona, Meteora (Haussk.), Koturi, Krania, Lechonia, Asproklisia, mt. Cuka, pr. Kerasia Sina, Phlambures et Mitrica in mt. Chassia (Form.); nec non pr. Pramanta in Epiro (Hal.). — Maio, Aug. ♃.

b. Styli 3.

α. Capsula apice in valvas vel dentes dehiscens, polysperma.

5. **Heliosperma** Rchb. rep. herb. 1841 p. 206.

1. **H. pudibundum** (Hoffmannsegg in Rchb. Fl. exc. p. 817; Hal. in z. b. G. 1888 p. 749 [*Silene*]); Griseb. Spic. Rum. I. p. 182. — *Silene quadridentata β. pudibunda* Bois. Fl. or. I. p. 656. — *S. quadrifida* Bald. riv. coll. bot. Alb. 1895 p. 18, non L. — Icon: Rchb. f. 1177. — Exsicc.: Orph. Fl. gr. n. 456; Heldr. Fl. gr. n. 463; Bald. It. Alb. Epir. III. p. 116.

Caulibus superne minute-glandulosis; foliis glabris; calycis glandulosi, turbinati dentibus oblongis; lamina alba vel rosea, obtuse quadridentata, coronae laciniis oblongo-lanceolatis, denticulatis; capsula ellipsoidea, calyce sesquilongiori; seminum crista longe paleacea. — Ab affini *H. quadrifido* (L.) differt foliis latioribus, calyce glanduloso, petalis saepe roseis et capsula longiori.

In muscosis rupestribus humidis regionis alpinae. In mt. Parnassus, Korax (Heldr.), Kiona (Hal.); Tsumerka in Epiro (Bald.); Taygetos (Heldr.). — Jun. Aug. ♃.

2. **H. pusillum** (W. et K. pl. Hung. III. p. 235 t. 212; Bois. Fl. or. I. p. 656 [*Silene*]); Vis. Fl. Dalm. III. p. 171.

Caulibus piloso-viscidis; foliis ciliatis; calycis glandulosi, turbinati dentibus ovato-oblongis; floribus minoribus, lamina alba, obtuse quadridentata, coronae laciniis oblongis, saepe retusis; capsula ellipsoidea, calyce aequilongo; seminum crista breviter paleacea.

In umbrosis humidis ad Hag. Dyonysios mt. Olympus Thessaliae (Orph.). — Jun. Jul. ♃. N. v.

3. **H. chromodontum** Bois. et R. Diagn. Ser. 2, I. p. 71, Fl. or. I. 657 [*Silene*]; Juratzka in z. b. G. 1858 p. 78. — *S. rupestris* S. et Sm. Pr. I. p. 295, non L. — Exsicc.: Heldr. herb. n. 2416.

Totum patule glanduloso-hirtum; calycis turbinati dentibus ovatis; lamina alba, retusa vel 2 dentibus parvis lateralibus aucta, coronae laciniis obovatis, integris; capsula oblonga, calyce subbreviore; seminum crista brevissime paleacea.

In regioni nivali mt. Olympus Thessaliae (Heldr.). — Jul. Aug. ♃.

6. Silene L. gen. n. 772.

Dispositio specierum:

1. Series. *Behen* Rohrb. Mon. p. 77. Aestivatio petalorum imbricativa; calyx plus minus inflatus, post anthesin ampliatus, 20-vel 10-nervius, reticulato-venosus. — Species perennes.

a. Capsula unilocularis; calyx pubescens, 20-nervius.

1. S. auriculata S. et Sm.

b. Capsula basi rudementarie trilocularis; calyx glaber.

α. Calyx 10-nervius.

× Corona ampla, laciniis oblongis, laminae laciniis vix brevioribus.

2. S. thebana Orph.

×× Corona parva, laciniis linearibus vel lineari-oblongis, laminae laciniis 2—5-plo brevioribus.

○ Calyx sub anthesi oblongus vel oblongo-cylindricus, parum inflatus; capsula calycem distendens, calyce arcte adpressa.

. Caules elati; petala alba.

, Caules crassi; capsula carpophoro 4—5-plo brevior.

3. S. fabaria S. et Sm. **4. S. ionica** Hal.

,, Caules tenues; capsula subsessilis.

5. S. caesia S. et Sm.

.. Caules humiles, 3—10 cm. alti; petala griseo-violacea.

6. S. variegata Desf.

○○ Calyx jam sub anthesi ovoideo-inflatus, sub fructu vesiculoso-inflatus, calyce non adpressus.

7. S. fabarioides Haussk.

β. Calyx 20-nervius.

8. S. venosa Gilib.

2. Series. *Eusilene* Rouy Ill. pl. Europ. rar. IV. p. 26 (Subgen. *Silene* Rohrb. Mon. p. 89). Aestivatio petalorum alternatim contorta; calyx aut 10-nervius evenius vel nervis anastomosantibus, aut 20—30-nervius nervis haud anastomosantibus.

1. Sectio. *Conosilene* Rohrb. Mon. p. 89. Calyx 20—30-nervius, fructifer a basi ampliata apicem versus attenuatus. — Species annuae.

a. Calyx 20-nervius.

9. S. ammophila Bois. et Heldr.

b. Calyx 30-nervius

α. Capsula carpophoro brevi stipitata.

10. S. juvenalis Del.

β. Capsula sessilis.

× Caules erecti; semina minute tuberculata.

11. S. Tempskyana Freyn. et Sint. **12. S. conica** L.

×× Caules prostrati; semina laevia.

13. S. Sartorii Bois. et Heldr.

2. Sectio. *Silenastrum* Rouy. Ill. pl. Europ. rar. IV. p. 26 (*Eusilene* Rohrb. Mon. p. 93). Calyx 10-nervius, evenius vel nervis anastomosantibus. — Species annuae, biennes vel perennes.

1. Subsectio. *Cincinnosilene* Rohrb. Mon. p. 93. Flores in cincinnis simplicibus vel geminatis, breviter vel raro longe pedicellati vel subsessiles.

A. Annuae vel biennes.

a. Semina reniformia, globosa vel auriformia, dorso nunquam alis undulatis marginato.

α. Flores in cincinnis geminatis subsessiles; calyx evenius, fructifer apice contractus.

× Planta glaberrima, glauca.

14. S. graeca Bois. et Spr.

×× Plantae pilosae.

15. S. Sibthorpiana Rchb. **16. S. vespertina** Retz.

β. Flores in cincinnis simplicibus.

× Semina reniformia, faciebus curvato-excavata, dorso planiuscula vel obtuse canaliculata.

○ Calyx fructifer apice contractus.

17. S. gallica L. **18. S. cerastoides** L.

○○ Calyx fructifer apice non contractus.

19. S. nocturna L. **20. S. remotiflora** Vis.

×× Semina reniformia, faciebus plana, dorso obtuse canaliculata.

○ Calycis evenii nervi pilis curvatis, basi bulbosis scabridi, calyx fructifer apice contractus.

21. S. trinervia Seb. et Maur.

○○ Calyx pilis basi non bulbosis vestitus.

22. S. discolor S. et Sm. **23. S. pendula** L.

b. Semina rotundo-reniformia, compressa, faciebus planiuscula, dorso alis duobus undulatis marginato, profunde acuteque canaliculata.

24. S. colorata Poir. **25. S. apetata** Willd.

B. Perennes; flores in cincinnis simplicibus; semina reniformia, dorso obtuse tuberculato plano, faciebus concava, striata.

26. S. ciliata Pourr.

2. Subsectio. *Dichasiosilene* Rohrb. Mon. p. 124. Flores in dichasio simplici vel plus minus composito breviter vel longe pedicellati, dichasii ramis aequalibus aut inaequalibus, ramo altero interdum in florem unum reducto; interdum flores in dichasio contracto capitulum formantes; in speciebus perennibus dichasii floribus plerisque abortivis, caulis saepe uni-vel biflorus.

A. Perennes.

a. Calyx glaber; caules tenues, erecti vel adscendentes; folia linearia vel lanceolata, scabrida.

α. Calyx cylindrico-clavatus, elongatus, 15—25 mm. longus.

27. S. multicaulis Guss. **28. S. pindicola** Haussk.

β. Calyx obconicus vel turbinatus, 6–12 mm. longus.
× Caespitosae; petala albida, bifida.
. Antherae flavae.

29. S. saxifraga L. **30. S. fruticulosa** Sieb.

.. Antherae purpureae.

31. S. Smithii (Ser.).

×× Dense pulvinaris; petala rosea, obcordata.

32. S. Barbeyana Heldr.

b. Tota papilloso-velutina, viscidula; caules crassiusculi, diffusi; folia carnosa, ovata vel oblonga.

33. S. succulenta Forsk.

B. Annuae vel biennes.
a. Capsula basi rudimentarie trilocularis.
α. Calyx fructifer apice non contractus.
× Flores in dichasio capituliformi breviter pedicellati; folia glabra, glaucescentia.

34. S. armeria L. **35. S. compacta** Fisch.

×× Flores in dichasio laxo plus minus longe pedicellati.
○ Dichasii rami valde inaequales, altero in florem unum reducto.

36. S. nicaeensis All.

○○ Dichasii rami aequales vel subaequales.
. Semina faciebus curvato-excavata, dorso plana.

37. S. fuscata Link.

.. Semina faciebus plana.
; Semina dorso plana.
, Capsula carpophorum aequans vel paulum superans.

38. S. echinosperma Bois. et Heldr. **39. S. rigidula** S. et Sm.

,, Capsula carpophoro bis terve superata.

40. S. portensis L.

;; Semina dorso canaliculata.
, Capsula carpophorum aequans vel subaequans.

41. S. corinthiaca Bois. et Heldr. **42. S. laconica** Bois. et Orph.

43. S. integripetala B. et Ch.

,, Capsula carpophorum 2—4-plo superans.
— Pedicelli et calyces glabri.

44. S. pinetorum Bois. et Heldr.

= Pedicelli et calyces glanduloso pubescentes.

45. S. sedoides Poir. **46. S. Haussknechtii** Heldr.

β. Calyx fructifer apice contractus.
× Calyx glaber vel laeviter puberulus.
○ Calyx evenius.

47. S. cretica L. **48. S. Ungeri** Fenzl.

○○ Calyx nervis anastomosantibus.
. Caulis superne viscosissimus; calyx cylindricus, fructifer oblongus; capsula ovato-oblonga, carpophorum 2—3-ve superans.

49. S. muscipula L.

.. Caulis non viscosus; calyx oblongus, fructifer ovatus; capsula ovata, carpophorum 2—3-ve superans.

50. S. behen L. **51. S. Reinholdi** Heldr. **52. S. Holzmanni** Heldr.

×× Calyx evenius, apice contractus, ad nervos papillis dilatatis papyraceis obsitus.

53. S. squamigera Bois.

b. Capsula unilocularis.

54. S. noctiflora L.

3. Subsectio. *Botryosilene* Rohrb. Mon. p. 175. Flores in racemo simplici vel composito; racemi ramis aut brevibus paucifloris aut elongatis iterum racemosis vel cymuliferis, vel omnibus cymarum internodiis abbreviatis verticillastriferis; interdum axis primariae intra inflorescentiam internodiis contractis, flores capitulum formantes; raro abortu caulis tri-vel uniflorus. — Species perennes.

A. Petala integra; inflorescentia verticillato-paniculata; flores minuti; capsula subsessilis.

55. S. otites L. **56. S. densiflora** Urv.

B. Petala bipartita.

a. Flores parvi, in capitulum oblongum dense congesti; calyx glaber, 4 mm. longus.

57. S. Roemeri Friv.

b. Flores majusculi, in racemis simplicibus vel compositis, raro abortu caulis tri-vel uniflorus.

α. Ungues petalorum glabri.

× Flores erecti.

○ Calyx glaberrimus.

. Calyx 25 mm. longus; filamenta glabra.

58. S. staticifolia S. et Sm.

.. Calyx 8—12 mm. longus; filamenta ciliata.

59. S. radicosa Bois. et Heldr. **60. S. oligantha** Bois. et Heldr.

○○ Calyx pubescens vel glandulosus.

. Capsula oblonga, carpophoro 4—5-plo longior.

61. S. thessalonica Bois. et Heldr.

.. Capsula carpophorum aequans vel eo sesquilongior.

; Calyx brevissime puberulus.

62. S. Schwarzenbergeri Hal.

;; Calyx glanduloso-hirtus.

63. S. paradoxa L. **64. S. fructicosa** L.

×× Flores virginei nutantes.

65. S. viridiflora L. **66. S. nutans** L.

β. Ungues petalorum ciliati,

× Capsula carpophorum aequans.

○ Ungues edentuli.

. Flores virginei nutantes.

67. S. Niederi Heldr.

.. Flores erecti.

68. S. linifolia S. et Sm. **69. S. cephallenia** Heldr.

○○ Ungues biauriculati; flores erecti; filamenta glabra.

. Caulis inferne ramulos steriles breves rigidos spinescentes edens.

70. S. spinescens S. et Sm.

.. Caulis sine ramulos spinescentes.

71. S. italica L. **72. S. Sieberi** Fenzl.

×× Capsula carpophorum 2—5-plo superans.

○ Calyx glaber.

. Flores erecti.

73. S. Skorpili Vel.

.. Flores virginei nutantes.

74. S. longipetala Vent. **75. S. Guicciardii** Bois. et Heldr.

○○ Calyx pubescens.

76. S. congesta S. et Sm. **77. S gigantea** L.

1 Series. *Behen* Rohrb. Mon. p. 77. Aestivatio petalorum imbricativa; calyx plus minus inflatus, post anthesin ampliatus, 10- vel 20-nervius, reticulato-venosus. — Species perennes.

a. Capsula unilocularis; calyx pubescens, 20-nervius.

1. **S. auriculata** S. et Sm. Pr. I. p. 301; Bois. Fl. or. I. p. 626, suppl. p. 101; Hal. in z. b. G. 1888 p. 749; Heldr. Chlor. Parn. p. 14. — *Melandryum auriculatum* Rohrb. Mon. Sil. p. 231. — Icon: Fl. gr. t. 435. — Exsicc.; Orph. Fl. gr. n. 180; Heldr. Herb. norm. n. 583, 906 et 1307.

Breviter pubescens, superne viscidula; rhizomate crasso, caespitoso; caulibus simplicibus vel ramosis, 1—7 floris; foliis rosulatis, oblongo-lanceolatis, acutis, caulinis valde diminutis, remotis; calycis dentibus triangularibus, acutis; lamina flavida, ultra medium bifida, coronae laciniis ovatis obtusis; capsula carpophoro triplo longiore; seminibus acute papillosis.

In rupestribus regionis mediae et alpinae. Euboea: mt. Dirphys (Sibth.); mt. Parnassus (Sprun.); Kiona (Hal.); Korax (Heldr.); Achaia: mt. Kyllene (Orph.), Chelmos (Heldr.); a Boissier in mt. Olenos erronee indicata, nam ibi hucusque non reperta. — Jul. Aug. ♃.

b. Capsula basi rudimentarie trilocularis; calyx glaber.

α. Calyx 10-nervius.

× Corona ampla, laciniis oblongis, laminae laciniis vix brevioribus.

2. **S. thebana** Orph. in Bois. Fl. or. I. p. 627. — Exsicc.: Orph. herb. n. 335.

Glabra, glaucescens; caulibus elatis, ramosis, crassis, 50—100 cm altis, inferne dense, superne sparsim foliosis; foliis carnosis, inferioribus orbiculato vel obovato-spathulatis, obtusis, apiculatis, caeteris ovato-oblongis, acutis, floralibus lanceolatis; floribus paucis, laxe dichotomis; calyce campanulato, dentibus lanceolatis, acutis; lamina in lacinias oblongo-lineares bipartita; capsula ignota.

Boeotia: pr. Thebas (Orph.). — Maio. ♃.

×× Corona parva, laciniis linearibus vel lineari-oblongis, laminae laciniis 2—5 plo brevioribus.

○ Calyx sub anthesi oblongus vel oblongo-cylindricus, parum inflatus; capsula calycem distendens, calyce arcte adpressa.

. Caules elati; petala alba.

, Caules crassi; capsula carpophoro 4—5 plo brevior.

3. **S. fabaria** S. et Sm. Pr. I. p. 293; Hal. in ö. b. Z. 1897 p. 61; non Ch. et B. exp. p. 122, Fl. Pelop. p. 27. — Icon: Fl. gr. t. 415. — Exsicc.: Heldr. et Hal. Fl. Sporad. a. 1896.

Glabra, pruinoso-glaucescens; caulibus 50—100 cm altis, parce ramosis, inferne densiuscule, superne sparsim foliosis; foliis carnosis, inferioribus obovatis vel obovato-lanceolatis, acutis, superioribus elliptico-lanceolatis lanceolatisve; cymae ramis elongatis, racemoso-cymulosis; calyce campanulato, reticulato-venoso, dentibus triangularibus, acutiusculis, apice intus saepe villosulis; lamina in lacinias lineari-spathulatas bipartita, coronae laciniis linearibus bifidis, lamina dimidio brevioribus; capsula majuscula, cum carpophoro 15 mm longa, 8—9 mm lata, ovato-conica, calycem superante; seminibus seriatim-tuberculatis, faciebus concavuisculis, dorso plano-convexis.

In Sporadum insula Jura — Gyaros veterum — (Leonis). — Maio, Jun. ♃.

4. **S. ionica.** — *S. cephalonica* Schimp. et Wiest in sched., non Heldr. Fl. Cephal. p. 26. — Exsicc.: Grimb. pl. Cephalon. a. 1895.

Glabra, glaucescens; caulibus 50—80 cm altis, fere a basi ramosis, remote foliatis; foliis carnosis, infimis orbiculato-vel obovato-spathulatis, obtusis, apiculatis, caeteris ovato-oblongis, superioribus diminutis, lanceolatis; cymae ramis elongatis, racemoso-cymulosis; calyce ovato-cylindrico, vix venoso, dentibus triangularibus, acutiusculis, glabris; lamina in lacinias lineari-spathulatas bipartita, coronae laciniis linearibus, bifidis, lamina dimidio brevioribus; capsula parva, cum carpophoro 8 mm longa, 5—6 mm lata, ovoidea, calycem aequante; seminibus maturis ignotis. — Medium tenet inter S. fabariam et S. coesiam, a priori caulibus valde ramosis, virgatis, remote foliatis, foliis infimis orbiculato-spathulatis, floribus minoribus, calyce vix venuloso et capsula dimidio minori; ab altera caulibus crassis, valde ramosis, foliis carnosis, inflorescentia racemoso-cymulosa, calycis dentibus acutiusculis et capsula non subsessili diversa.

Cephalonia (Schimp.): in glareosis pr. San Gerasimo (Grimburg). — Maio, Jun. ♃.

,, Caules tenues; capsula subsessilis.

5. **S. coesia** S. et Sm. Pr. I. p. 294; Bois. Fl. or. I. p. 627; Hal. in z. b. G. 1888 p. 749, Beitr. Fl. Epir. p. 14, in z. b. G. 1899 p. 706; Heldr. Chlor. Parn. p. 14; Haussk. Symb. p. 29; Form. in Ver. Brünn 1896 p. 86. — Icon: Fl. gr. t. 417. — Exsicc.: Heldr. Fl. gr. exs. n. 686.

Glabra, glaucescens; caulibus 25—40 cm. altis, inferne dichotome ramosis, densiuscule foliatis, superne fere nudis; foliis parvis, carnulosis, infimis obovato-orbiculatis, obtusis, caeteris oblongis acutiusculis; cymis terminalibus, 3—5 floris; calycis viridi-vittati, vix venosi, ovato-oblongi dentibus ovatis obtusis; laminae bipartitae laciniis linearibus, coronae laciniis linearibus, obtusis, lamina 4—5 plo brevioribus; capsula 10 mm. longa, 6 mm. lata, ovoidea, calycem aequante; seminibus tenuissime rugulosis.

β. **pindica.** Folia minuta, ovata vel elliptica. — *S. inflata* v. *coesia* Bald. riv. Alb. 1895 p. 16. — Exsicc.: Heldr. It. Thessal. IV a. 1885; Hal. It. gr. II a. 1893.

In lapidosis regionis mediae. Mt. Parnassus (Sibth.), Kiona (Hal.), Korax (Heldr.), Tymphrestus (Samarit.), Chelmos (Orph.), Taygetos (Zahn). — *β.* mt. Ghavellu, Karava (Heldr.), Baba (Haussk.), Koritino pr. Krania (Form.), pr. Kalarrytes, Mazuki et Vulgarelion (Hal.), mt. Olycika (Bald.) in Pindo. — Jun. Jul. ♃.

.. Caules humiles, 3—10 cm alti; petala griseo-violacea.

6. **S. variegata** Desf. Cor. p. 74. t. 56 (*Lychnis*); Bois. et Heldr. Diagn. VIII. p. 82, Fl. or. I. p. 628; Raul. Cret. p. 719; Spreitz. in z. b. G. 1890 p. 293; Bald. Viagg. Cret. p. 35. — *Cucubalus fabarius* Sieb. avis. p. 3, rem. p. 4. — *Cucubalus cyclamineus* Sieb. in Flora I. p. 276, Reise II. p. 324 t. 11. — Exsicc.: Heldr. pl. Cret. n. 1611; Bald. It. Cret. n. 110, It. Cret. alt. n. 213.

Glabra, glauca; caudiculis apice rosulatis, caulibus 1—5 floris; foliis carnosis, ovato-orbiculatis, obtusis, saepe apiculatis, floralibus minimis; calycis oblongo-cylindrici, purpurascentis, vix venosi, dentibus ovatis acutis; laminae bipartitae laciniis linearibus, coronae laciniis, brevibus; capsula ovata, carpophoro 5-plo longiori; seminibus tenuissime rugulosis.

Inter lapides regionis superioris. Creta: mt. Hellinoseli, Stravopodia, Koryphi tou Kastron, Theodori (Raul.) et Gigilos Volakia (Bald.) in mt. Sphacioticis, mt. Psiloriti et Lassiti (Raul.) — Jun. Jul. ♃.

○○ Calyx jam sub anthesi ovoideo-inflatus, sub fructu vesiculoso-inflatus, calyce non adpressus.

7. **S. fabarioides** Haussk. Symb. p. 28. — Exsicc: Sint. Iter. Thessal. n. 810 b.

Glabra, glaucescens; caulibus elatis, tenuibus, inferne foliatis, superne fere nudis; foliis carnulosis obovatis vel obovato lanceolatis, apiculatis; floribus laxe dichotomis; calycis viridi vel rubescenti-vittati, reticulato-venosi, dentibus triangularibus, acutis; laminae albae bipartitae laciniis lineari-spathulatis, coronae laciniis bifidis, lamina brevioribus; capsula ovoidea, carpophoro 3—4 plo longiori, seminibus seriatim tuberculatis.

In subalpinis. In mt. Zygos supra Metzovo (Haussk.), mt. Tragopetra pr. Malakasi (Sint.) et in mt. Strungula supra Melisurgi (Hal.) in Pindo; Aetolia: mt. Korax (Leon.). — Jun. Jul. ⊙ et ♃.

β. Calyx 20-nervius.

8. **S. venosa** Gilib. Fl. Lith. II. p. 165 (*Cucubalus*); Aschers. Fl. Brand. II. p. 23. — *Cucubalus behen* L. sp. p. 414; Pieri Corc. Fl. p. 55. — *S. cucubalus* Wib. prim. Werth. p. 241; Haussk. Symb. p. 29; Form. in Ver. Brünn 1896 p. 86, 1897 p. 63, in D. bot. Mon. 1898 p. 80. — *S. inflata* Sm. Fl. Brit. p. 467; S. et Sm. Pr. I. p. 293; Ch. et B. exp. p. 121, Fl. Pelop. p. 27; Marg. et R. Fl. Zante p. 32; Friedr. Reise p. 267, 270, 276 et 283 (*f. maritima*); Fraas Fl. Class. p. 105; Ung. Reise p. 135; Bois. Fl. or. I. p. 628; Weiss in z. b. G. 1869 p. 54; Heldr. Fl. Cephal. p. 25; Form. in D. bot. Mon. 1891 p. 37. — *S. vulgaris* Garcke Fl. Deutschl. ed. 9. p. 64; Heldr. Fl. Aegin. p. 237.

α. **typica.** Glabra, foliis lanceolatis vel ellipticis, basi angustatis. — *S. Tenoreona* Colla Herb. Ped. I. p. 328 (forma foliis angustioribus). — *S. inflata v. rubriflora* Bois. Fl. or. I. p. 629; *S. cucubalus v. rubriflora* Haussk. Symb. p. 29 (forma petalis rubris). — Exsicc.: Heldr. It. Hellen. a. 1878, 1885, 1897.

β. **commutata** (Guss. Pr. Fl. sic. I. p. 499; Bois. Fl. or. p. 629; Haussk. Symb. p. 29, pro sp.); Gürke Fl. europ. II. p. 286. — Glabra, foliis ovatis vel late ellipticis, basi saepe cordatis. — Exsicc.: Orph. Fl. gr. n. 951.

γ. **megalosperma** Sart. in sched. pr. sp. — Glabra, glauca, caulibus decumbentibus, foliis ovato-lanceolatis, parvis, 15—25 mm longis, seminibus submaioribus. — *S. inflata v. microphylla* et *S. commutata v. microphylla* Bois. Fl. or. I. p. 629. — *S. cucubalus v. microphylla* Haussk. Symb. p. 29. — Exsicc.: Heldr. herb. norm. n. 1215.

δ. **pubigera.** Caulibus inferne foliisque puberulis, reliqua ut in *γ.* — Exsicc.: Heldr. It. gr. septentr. a. 1879. — Huc pertinet forsan *S. fabaria* Ch. et B. exp. p. 122, Fl. Pelop. p. 27 e Messenia.

In cultis, arenosis, rupestribus regionis inferioris et montanae. Frequens in Thessalia et Attica; in Peloponneso: pr. Misitra Laconiae (Friedr.), pr. Phigalea, mt. Diaforti Arcadiae (Chaub.), ins. Poros, Aegina (Friedr.); Cycladum ins. Syra (Weiss), Melos (Leon.); Sporadum ins. Jura (Reis.); Creta: pr. Canea (Raul.); Zante (Marg.); Cephalonia (Ung.): pr. Argostoli (Heldr.); Corcyra (Pieri); f. rubriflora pr. Cephissia (Heldr.), Eleusis, Laurion (Haussk.). *β.* in mt. Zygos, pr. Sermenikon, Neuropolis (Haussk.), Korona (Heldr.) in Pindo; mt. Chelmos, Malevo (Orph.) et Ithome (Heldr.) in Peloponneso. — *γ.* in mt. Olympus (Orph.), Hymettus, Kerata (Sart.), Parnes, Pentelicon (Heldr.), Parnassus, Kyllene, Chelmos (Orph.), Olenos (Heldr.). — *δ.* in mt. Oeta Phthiotidis (Heldr.). — Apr. Jul. ♃.

Obs. *S. fimbriata* Güldenst. it. II. p. 24 (*Cucubalus*); Sims. bot. Mag. p. 908. Species asiatica, petalis fimbriatis, in DC. Pr. I. p. 367 indicatur in Creta, sed probabiliter erronee.

2. Series. *Eusilene* Rouy Ill. pl. Europ. rar. IV. p. 26; subgen. *Silene* Rohrb. Monogr. p. 89. — Aestivatio petalorum alternatim contorta; calyx aut 10-nervius evenius vel nervis anastomosantibus, aut 20—30-nervius nervis haud anastomosantibus.

1. Sectio. *Conosilene* Rohrb. Mon. p. 89. — Calyx 20—30-nervius, fructifer a basi ampliata apicem versum attenuatus. — Species annuae.

a. Calyx 20-nervius.

9. **S. ammophila** Bois. et Heldr. Diagn. VIII. p. 82, Fl. or. I. p. 577, suppl. p. 90; Raul. Cret. p. 717. — Exsicc.: Heldr. pl. Cret. a. 1846.

Brevissime cinereo-tomentella, a basi ramosa; caulibus nanis, prostratis; foliis oblongo-spathulatis; floribus minutis, laxe corymbosis; calyce viscidulo, cylindrico, ad tertiam-partem in dentes lanceolatos fisso, fructifero ovato; petalis linearibus, retusis, corona bipartita; capsula ovata calyce subbreviori; seminibus laeviusculis.

In arenosis, maritimis Cretae, pr. Pilalimmata prov. Sitia et in ins. Gaidaronisi (Heldr.). — Maio. ☉.

b. Calyx 30-nervius.

α. Capsula carpophoro brevi stipitata.

10. **S. juvenalis** Del. Ind. sem. Monsp. 1836 p. 28; Heldr. in Gartenfl. 1873 p. 323, in Atti. congr. Firenze 1876 p. 137; Bois. Fl. or. suppl. p. 90; Rouy in bull. soc. bot. France 1888 p. 32; Haussk. Symb. p. 33. — Exsicc.: Heldr. Pl. Atticae n. 3629.

Brevissime velutina, superne viscidula; caulibus erectis vel adscendentibus; foliis oblongo-vel lineari-lanceolatis; calyce cylindrico, leviter umbilicato, ad medium in dentes lanceolatos fisso, fructifero ovato, inflato; lamina magna, obcordata, rosea, coronata; filamentis glabris; capsula ovata, carpophoro 6plo longiore; seminibus minute tuberculatis.

In herbidis, arenosis, lapidosis. Thessalia: pr. Volo (Heldr.); Attica: pr. Laurion, Ergostiria, Pascha Limuni, Kamariza, Sinterini (Heldr.), Sunium (Haussk.); Argolis: penins. Methana (Haussk.). — Apr. Maio. ☉.

β. Capsula sessilis.

× Caules erecti; semina minute tuberculata.

11. **S. Tempskyana** Freyn et Sint. in Bull. Bois. 1897 p. 584. — Exsicc.: Sint. It. Thessal. n. 23.

Brevissime velutina, viscidula; foliis oblongo-vel lineari-lanceolatis; calyce cylindrico, valde umbilicato, ad medium in dentes lanceolatos fisso,

fructifero ovato, inflato; lamina magna obcordata, rosea, coronata; filamentis glabris; capsula ovata. – Praecedenti maxime affinis, ab ea carpophoro nullo diversa.

In vineis prope Kalabaka Thessaliae (Sint.). — Apr. Maio. ⊙.

12. **S. conica** L. sp. p. 418; Bois. Fl. or. I. p. 578; Raul. Cret. p. 717; Heldr. Fl. Cephal. p. 25; Form in D. bot. Mon. 1891 p. 38, in Ver. Brünn 1897 p. 63; Haussk. Symb. p. 33; Hal. Beitr. Fl. Achaia p. 15; Bald. riv. coll. bot. Alb. 1896 p. 30. — Icon: Fl. gr. t. 423. — Exsicc.: Orph. Fl. gr. n. 1129.

Breviter pubescens; foliis lineari-lanceolatis, calyce oblongo, umbilicato, fere ad medium in dentes lanceolatos fisso, fructifero ovato-conico, inflato; lamina minima, rosea, emarginata; filamentis pubescentibus; capsula ovato-conica.

In cistetis, collibus apricis, lapidosis. Attica pr. Athenas (Sart.), Korupi (Heldr.), ad radices mt. Pentelicon (Orph.); Boeotia: mt. Onion (Heldr.); pr. Pirgo, Alafovris, Mavrika et Katasara in mt. Othrys (Form.); Thessalia: pr. Volo, Koryza, Kapurna, Portaria, Velestinos, Trikala, Kastri, Kritsotades, Kerasia Sina in mt. Chassia (Form.); Epirus: mt. Olycika (Bald.); Cephalonia: mt. Aenos (Heldr.); Creta: ad radices mt. Lassiti (Heldr.); Achaia: pr. Kalavryta (Hal.); Argolis: penins. Methana (Haussk.). — Apr. Maio. ⊙.

×× Caules prostrati; semina laevia.

13. **S. Sartorii** Bois. et Heldr. Diagn. Ser. 2, V. p. 53, Fl. or. I. p. 578; Heldr. in ö. b. Z. 1898 p. 183, Chlor. Theras p. 9. – *S. conica* Urv. enum. p. 48. — Exsicc.: Heldr. Herb. norm. n. 908; Dörfl. Fl. Aeg. n. 128 et 170.

Breviter velutino-canescens, superne viscidula; foliis carnosulis, obtusis, radicalibus spathulatis, caulinis oblongo-linearibus, calyce cylindrico, subumbilicato, ad quartam partem in dentes lanceolatos diviso, fructifero ovato, subinflato; lamina parva, purpurea, bifida; filamentis pubescentibus; capsula ovato-conica.

In arenosis maritimis. Attica: ad portum Raphti (Heldr.); Cycladum insula: Tenos, Mykonos (Sart.), Melos (Urv.), Naxos (Leon.). — Apr. Maio. ⊙.

2. Sectio. *Silenastrum* Rouy Ill. pl Europ. rar. IV. p. 26; *Eusilene* Rohrb. Mon. p. 93. — Calyx 10-nervius, evenius vel nervis anastomosantibus. - Species annuae, biennes vel perennes.

1. Subsectio. *Cincinnosilene* Rohrb. Mon. p. 93. Flores in cincinnis simplicibus vel geminatis, breviter vel raro longe pedicellati vel subsessiles.

A. Annuae vel biennes.

a. Semina reniformia, globosa vel auriformia, dorso nunquam alis undulatis marginato.

α. Flores in cincinnis geminatis subsessiles; calyx evenius, fructifer apice contractus.

× Planta glaberrima, glauca.

14. **S. graeca** Bois. et. Spr. Diagn. I. p. 36, Fl. or. I. p. 585, suppl. p. 92; Ung. Reise p. 136; Spreitz. in z. b. G. 1877 p. 722, 1887 p. 655; Heldr. Fl. Cephal. p. 25, Chlor. Parn. p. 14; Haussk. Symb. p. 31; Hal. in ö. b. Z. 1895 p. 216; Bald. riv. coll. bot. Alb. 1895 p. 15, 1896 p. 30. — *S. rubella* Ch. et. B. exp. p. 121, Fl. Pelop. p. 27. — Exsicc.: Orph. Fl. gr. n. 940; Baen. Herb. europ. n. 9341; Bald. It. Alb. Epir. 1895 n. 21, 1896 n. 11; Sint. It. thessal. n. 358.

Caule erecto, simplici vel a basi ramoso; foliis inferioribus oblongo-spathulatis, obtusis, superioribus oblongo-lanceolatis; calyce cylindrico, umbilicato, viridi-nervoso, dentibus rotundatis; lamina alba vel carnea, bipartita, coronae laciniis ovatis; capsula oblonga, carpophoro triplo longiore; seminibus ruguloso-tuberculatis, faciebus planis.

In rupestribus, vineis, herbidis regionis inferioris et submontanae. Epirus: pr. Linghiades et Perama distr. Janina (Bald.); Thessalia: pr. Chaliki, Malakasi, Krania, Klinovo, Meteora (Haussk.), Kalabaka (Sint.); Aetolia: pr. Guritza (Reis.), Krionerion (Hal.); mt. Parnassus (Heldr.); Elis: in colle castri Chlemutzi (Heldr.); Achaia: pr. Patras (Heldr.); Argolis (Sprun.); Arcadia: pr. Astros (Orph.); Messenia (Chaub.); Cephalonia (Ung.): pr. Argostoli (Heldr.); Ithaca: mt Skino (Spreitz); Leucas: pr. Amaxichi (Spreitz); Corcyra: pr. Gasturi (Baen.), Pyrg. (Bicknell). — Apr. Jun. ⊙.

×× Plantae pilosae.

15. **S. Sibthorpiana** Rchb. Fl. exc. p. 815; ? Fraas Fl. Class. p. 107; Bois. Diagn. VIII. p. 80. — *S. racemosa v. Sibthorpiana* Bois. Fl. or. I. p. 589; Raul. Cret. p. 718. — *S. dichotoma* S. et. Sm. Pr. I. p. 292, non Ehrh. — *S. racemosa v. bigibbosa* Will. in jour. Linn. soc. XXXII. p. 55. — Icon: Fl, gr. t. 413.

Pilis crispis canescens, caule dīvaricatim dichotomo; foliis oblongo-lanceolatis, acutis; pedunculis brevissimis; calyce cylindrico, patule setoso, viridi-nervoso, dentibus ovato-lanceolatis, fructifero ovato-oblongo; lamina alba, bipartita, corona ad binos gibbos reducta; capsula ovata, carpophoro brevissimo; seminibus rugoso-tuberculatis, faciebus planis. — Ab affini *S. racemosa* Otth. in DC. Pr. I. p. 384 petalis fere ecoronatis parum diversa.

In herbidis submontanis. Creta (Sibth.): pr. Kedros, Gerakari (Heldr.). — Planta Fraasiana probabiliter ad aliam speciem pertinet. — Maio. ⊙ et ⊙. N. v.

16. **S. vespertina** Retz. obs. bot. III. p. 31; Hal. Beitr. Fl. Aetol. p. 4, in ö. b. Z. 1899 p. 24; Heldr. Fl. Aegin. p. 238. — *S. bellidifolia* Jacq. hort. Vind. III. t. 81; Friedr. Reise p. 270. — *S. hispida* Desf. Fl. Atl. I. p. 348; Ch. et B. Fl. Pelop. p. 27; Marg. et

R. Fl. Zante p. 32; Bois. Fl. or. I. p. 588, suppl. p. 92; Weiss in z. b. G. 1869 p. 54; Raul. Cret. p. 718; Spreitz. in z. b. G. 1877 p. 722, 1887 p. 655; Gelmi in bull. bot. ital. 1889 p. 448. — *S. lusitanica* S. et Sm. Pr. I. p. 290; Sieb. avis p. 4, non L. — Probabiliter huc *S. laxiflora* Ch. et. B. exp. p. 124, Pelop. p. 28 e Sparta, Mistra et Amyclea. — Exsicc.: Baen. Herb. europ. n. 9343.

Hispido-pubescens; caule superne ramoso; foliis inferioribus-spathulatis, caeteris lanceolatis; calyce cylindrico, longe hispido, viridi-nervoso, dentibus lanceolatis, fructifero ovoideo; lamina rosea, bipartita, coronae laciniis truncatis, crenulatis; capsula ovoidea, carpophoro paullo longiore; seminibus leviter rugulosis, faciebus profunde excavatis.

In herbidis, vinetis. Corcyra: pr. Kastrades (Baen.), Potamo (Spreitz.); Zante (Marg.); Aetolia: pr. Mesolongion (Heldr.), Antirrhion (Hal.); Achaia: pr. Patras (Daenzer); Elis: pr. Gastuni (Sart.); Messenia: pr. Kalamata (Sart.), Methone (Heldr.); Strophades (Reis.); Creta: pr. Khalepa, Nerokuru, Rethymo (Raul.), Canea (Weiss); Aegina (Friedr.); Archipelagus (Sibth.). — Maio, Jun. ⊙.

β. Flores in cincinnis simplicibus.

× Semina reniformia, faciebus curvato-excavata, dorso planiuscula vel obtuse canaliculata.

○ Calyx fructifer apice contractus.

17. **S. gallica** L. Sp. p. 417; S. et Sm. Pr. I. p. 291; Pieri Corc. Fl. p. 55; Urv. enum. p. 49; Ch. et B. exp. p. 126, Fl. Pelop. p. 27; Marg. et R. Fl. Zante p. 32; Fried. Reise p. 283; Fraas Fl. Class. p. 107; Bois. Fl. or. I. p. 590; Weiss in z. b. G. 1869 p. 54; Raul. Cret. p. 718; Spreitz. in z. b. G. 1877 p. 722, 1887 p. 655; Heldr. Fl. Cephal. p. 25, Fl. Aegin. p. 238, Chlor. Thera p. 9; Haussk. Symb. p. 33; Hal. in ö. b. Z. 1897 p. 61. — *S. lusitanica* L. Sp. p. 416; Ch. et B. exp. p. 120, Fl. Pelop. p. 27; Friedr. Reise. p. 276; forma pilosior, fructus horizontaliter patentes. — *S. anglica* L. Sp. 416; Ch. et B. exp. p. 120, Fl. Pelop. p. 27; forma ramosior minus pilosa, fructus reflexi. — *S. quinquevulnera* L. Sp. p. 416; Pieri Corc. It. p. 56; Ch. et B. exp. p. 120, Fl. Pelop. p. 27; Marg. et R. Fl. Zante p. 32; Weiss in z. b. G. 1869 p. 54; forma petalis intense purpureis, margine pallidis. — Icon.: Rchb. f. 5064. — Exsicc.: Orph. Fl. gr. n. 948; Dörfl. Fl. Aeg. n. 137.

Patule hirsuta, superne viscidula; calyce tubuloso, patule hirsuto, evenio, fructifero ovoideo; lamina alba vel purpurea, integra, retusa, vel denticulata; coronae laciniis brevibus, truncatis; filamentis basi villosis; capsula conico-ovoidea, subsessili.

In arenosis, arvis, agris regionis inferioris et submontanae, probabiliter totius ditionis. Indicatur in: Attica: pr. Athenas, Kephissia, Raphina, mt. Pentelicon (Heldr.), Eleusis (Haussk.); Euboea: mt. Dirphys (Sibth.); Corinthus (Haussk.); Argolis: pr. Nauplia, in penins. Methana (Haussk.), ins. Poros (Friedr.); Aegina (Heldr.); Cyclades:

Melos (Urv.), Syra (Orph.), Keos, Thera (Heldr.), Cythnos (Tunt.), Tenos, Mykonos (Sart.), Naxos (Leon.); Sporadum ins. Skopelos (Leon.); Laconia: pr. Leontari, Misitra (Friedr.); Messenia: pr. Kalamata (Zahn.), Messene, Pylos (Chaub.); Elis: in castro Chlemutzi (Heldr.); Aetolia: mt. Taphiassos (Hal.); Zante (Marg.); Cephalonia: pr. Pessada, in oropedio Omala (Heldr.); Corcyra (Pieri): pr. Potamos, mt. Deca (Spreitz.); Creta: pr. Canea, Hag. Rumeli (Raul.). — Mart. Jun. ⊙.

18. **S. cerastoides** L. Sp. p. 417; Ung. Reise p. 135; Bois. Fl. or. I. p. 591. — Icon: Fl. gr. t. 412. — Exsicc.: Heldr. Fl. Hellen. a. 1878.

Adpresse pubescenti-scabra; calyce ellipsoideo, adpresse papilloso, reticulato-venoso, fructifero ovoideo, infra capsulam contracto; lamina purpurea, bifida, coronae laciniis longis, acutis; filamentis glabris; capsula ovoidea, carpophoro 4—5 plo longiore.

In collibus aridis regionis inferioris, rara. Attica: mt. Pentelicon (Ung.), pr. Pikermi (Heldr.), Sunium (Sprun.), in Pharmacusarum insula Leros (Heldr.). — Apr. Maio. ⊙.

○○ Calyx fructifer apice contractus.

19. **S. nocturna** L. Sp. p. 416; S. et. Sm. Pr. I. p. 290; Ch. et B. exp. p. 120, Fl. Pelop. p. 27; Friedr. Reise p. 265; Marg. et R. Fl. Zante p. 32; Bois Fl. or. I. 595; Weiss in z. b. G. 1869 p. 54; Raul. Cret. p. 718; Heldr. Fl. Cephal. p. 25, Fl. Aegin. p. 238; Haussk. Symb. p. 33; Hal. Beitr. Fl. Aetol. p. 4. — *S. mutabilis* L. Sp. ad. 2, p. 596; S. et Sm. Pr. I. p. 296. — Icon: Fl. gr. t. 408. — Exsicc.: Heldr. Fl. Hellen. a. 1875.

Breviter scabride-pubescens; caule erecto, simplici vel a basi ramoso; foliis inferioribus spathulatis, caeteris linearibus; bracteis ovatis; floribus plus minus approximatis; calyce tubuloso, superne venoso, fructifero oblongo, dentibus lanceolatis; lamina parva, alba, raro purpurea, bifida, lobis linearibus, coronae laciniis oblongis, acutis; capsula oblonga, subsessili.

β. **brachypetala** Rob. et Cast. in DC. Fl. fr. V. p. 607 pro sp.; Bois. Fl. or. I. p. 596. — Flores pauci, distantes; laminae inclusae, retusae, ecoronatae.

In vinetis, rupestribus regionis inferioris et submontanae. Attica: pr. Athenas (Friedr.), Liopesi (Heldr.), Eleusis, Kamariza (Haussk.); Corinthus (Haussk.); Argolis (Orph.); Aegina (Heldr.), Syra (Weiss), Keos (Heldr.); Creta: pr. Nerokuru, mt. Aphendi-Kavutsi (Raul.); Messenia: pr. Pylos (Chaub.); Elis: in colle Chlemutzi (Heldr.); Zante (Marg.); Cephalonia: pr. Argostoli (Heldr.); Corcyra: mt. Deka (Baen.); Aetolia: ad radices mt. Chalkis et Taphiassos (Hal.). — *β*. in Euboea (Sprun.). — Apr. Jun. ⊙.

20. **S. remotiflora** Vis. Fl. Dalm. III. p. 166, t. 53; Bald. riv. coll. bot. Alb. 1896 p. 30. — Exsicc.: Bald It. Alb. Epir. IV. n. 303.

Pilis patulis molliter pubescens; caule erecto, ramoso; foliis inferioribus ovato-lanceolatis, superioribus oblongo-linearibus; bracteis linearibus; floribus valde remotis; calyce oblongo, evenio, fructifero ovoideo, infra capsulam leviter constricto, dentibus lineari-lanceolatis; lamina rosea, biloba, lobis elongato-rotundatis, coronae laciniis oblongis, obtusis; capsula ovato-conica, carpophoro triplo longiore.

In cultis ad Perama distr. Janina in Epiro (Bald.). — **Maio, Jun.** ⊙.

×× Semina reniformia, faciebus plana, dorso obtuse canaliculata.

○ Calycis evenii nervi pilis curvatis, basi bulbosis scabridi; calyx fructifer apice contractus.

21. **S. trinervia** Seb. et Maur. Fl. rom. p. 152 t. 2; Bois. Fl. or. I. p. 590; Haussk, Symb. p. 33; Hal. Beitr. Fl. Epir. p. 15, Beitr. Aetol. p. 4; Form. in Ver. Brünn 1895 p. 40, 1897 p. 63. — *S. Gallinyi* Heuff. in Flora 1833 p. 280. — Exsicc.: Heldr. herb. n. 273; Orph. Fl. gr. n. 944; Sint. It. thessal. n. 1108.

Breviter pubescens; caule elato, virgato-ramoso; foliis lanceolatis vel linearibus; floribus breviter pedicellatis, strictis; calyce elongato, clavato, dentibus lanceolatis; lamina parva, rosea, bipartita, coronae laciniis emarginatis; capsula oblonga, carpophoro aequilonga.

In herbidis, dumetis regionis inferioris et submontanae. Thessalia: pr. Caterina ad radices mt. Olympus, pr. Agya in mt. Ossa, pr. Orman-Magula (Heldr.), Pharsalus, Karditza, Trikala, in Pindo (Haussk.) pr. Jerakari, Sermenikon, mt. Ghavellu, pr. Kataphygi (Form.); Epirus: pr. Arta, Kalentini (Hal.), in valle Dipotami, pr. Han. Balduna, mt. Micikeli (Form.); Acarnania: pr. Kravassaras, Sorovigli (Hal.); Eurytania: pr. Karpenisi (Heldr.); Aetolia et Boeotia (Sprun.); Laconia: pr. Castanitza in mt. Malevo (Orph.), ad claustrum Golass in mt. Taygetos (Pichl.); Messenia: pr. Anavryti (Heldr.); Elis: pr. Lechaena, Chlemutzi (Heldr.). — Jun. Jul. ⊙.

⊙○ Calyx pilis basi non bulbosis vestitus.

22. **S. discolor** S. et Sm. Pr. I. p. 292; Bois. Fl. or. I. p. 592. — *S. ciliata* Urv. enum. p. 48, non Pour. — *S. setacea* Otth. in Dl. Pr. I. p. 372, non Viv. — Icon: Fl. gr. t. 410.

Pilis longis patulis, glandulosis intermixtis vestita; caule humili, erecto, simplici vel a basi ramoso; foliiis crassiusculis, oblongo-lanceolatis, obtusis; floribus brevissime pedunculatis, laxe racemosis; calyce patule hirto, a basi umbilicata cylindrico, fructifero clavato, apice non contracto, infra capsulam constricto, dentibus ovatis obtusis; lamina rosea, subtus luteo-viridi, bipartita, lobis lineari-oblongis; coronae latae, bifidae, lobis crenulatis; capsula ovata, carpophoro duplo longiore.

In arenosis, maritimis insulae Melos (Urv.). — Apr. ⨀. N. v.

23. **S. pendula** L. Sp. p. 418; S. et Sm. Pr. I. p. 291; Bois. Fl. or. I. p. 590; Raul. Cret. p. 718. — Icon: Rchb. f. 5070.

Crispule pubescens; caulibus basi decumbentibus, superne ramosis; foliis oblongo-spathulatis, obtusis, superioribus oblongo-lanceolatis; floribus laxe racemosis, pedunculis calyce brevioribus; calyce hirto, a basi umbilicata oblongo, fructifero ovoideo-clavato, inflato, apice non contracto, dentibus ovatis obtusis; lamina rosea, magna, obcordata vel biloba; coronae laciniis oblongis, elongatis; capsula ovata, carpophoro 3—4 plo longiore.

In cultis Cretae (Sibth.). — Apr. ⨀ N. v.

b. Semina rotundo-reniformia, compressa, faciebus planiuscula, dorso alis duobus undulatis marginato, profunde acuteque canaliculata.

24. **S. colorata** Poir Voy. Barb. p. 163; Haussk. Symb. p. 33 Fors. et Barb. in bull. Bois. III. p. 87; Heldr. Fl. Aegin. p. 238, Chlor Thera. p. 9; Form. in D. bot. Mon. 1898 p. 80. — *S. bipartita* Desf. Fl. Atl. I. p. 352, t. 100; Bois. Fl. or. I. p. 597; Weiss in z. b. G. 1869 p. 54; Raul. Cret. p. 718; Spreitz. in z. b. G. 1877 p. 722, 1887 p. 655; Heldr. Fl. Cephal. p. 25. — *S. bifida* Retz. in Hoffm. phytogr. Blätt. p. 37; Friedr. Reise p. 270. — *S. vespertina* S. et Sm. Pr. I. 291; Ch. et B. exp. p. 123, Fl. Pelop. p. 28; Marg. et R. Fl. Zante p. 32; Fraas Fl. Class. p. 106; non Retz. — *S. sericea* Ch. et B. exp. p. 124, Fl. Pelop. p. 28; Clem. Sert. p. 22; Ung. Reise p. 135; non All., quae seminibus non undulato-alatis diversa. — Exsicc.: Heldr. pl. gr. a. 1861.

Adpresse pubescens; caulibus adscendentibus; ramosis, rarius simplicibus; foliis inferioribus spathulatis, obtusis, superioribus lanceolatis vel linearibus; calyce rubro-vittato, cylindrico, fructifero ovato-clavato, umbilicato, dentibus oblongis, obtusis, laminae roseae, bipartitae, laciniis obovatis, coronae laciniis elongatis, oblongis vel lanceolatis, capsula ovoidea, carpophoro aequilonga vel sublongiore; seminibus magnis.

β. **decumbens** Biv. cent. I. p. 75, pro sp.; Rohrb. Mon. p. 115. — *S. canescens* Ten. Fl. nap. I. p. 236. — *S. ciliata* W. sp. II. p. 692; Raul. Cret. p. 718, non Pourr. — *S. bipartita β. eriocaulon* Bois. Fl. or. I. p. 597. — Undique breviter velutino-canescens. — Icon. Fl. gr. t. 409. — Exsicc.: Orph. Fl. gr. n. 945; Heldr. Herb. norm. n. 584 et 1121; Rev. pl. Cret. n. 193.

In arenosis maritimis, collibus argillosis, lapidosis. Attica: pr. Athenas, Phaleron (Orph.), Rheitro (Ung.), Eleusis, mt. Hymettus, pr. Sunium (Haussk.), mt. Pentelicon (Clem.); Euboea (Ung.); Corinthus, Nauplia (Haussk.); Aegina: promont. Perdicca (Friedr.); Messenia: pr. Messene, Pylos, ins. Sphacteria, Arcadia (Chaub.); Elis: pr. Lintzi (Heldr.); Achaia: pr. Patras (Heldr.); Aetolia: mt. Taphianos (Hal.), pr. Mesolongion (Reis.); Zante (Marg.); Cephalonia: pr. Argostoli, in oropedio Omala (Spreitz.); Leucas: pr. Amaxichi (Spreitz.); Corcyra (Reis.); Cycladum insula: Syra (Sart.), Tenos (Weiss), Melos, Kimolos

(Leon.), Thera. (Heldr.); Creta: pr. Canea, Candia, Askyphos, Kissamos, Khalepa (Raul.). — Febr. Maio. ⊙.

25. **S. apetala** Willd. Sp. II. p. 307; Bois. Fl. or. I. p. 596. — Icon: Rchb. f. 5060. — Exsicc.: Heldr. herb. fl. Hellen. n. 118.

Adpresse pubescens; caulibus erectis, simplicibus vel ramosis; foliis lineari-lanceolatis; calyce viridi, breviter campanulato, haud umbilicato, dentibus lanceolatis acutis; petalis nullis vel minimis, inclusis, denticulatis; capsula globosa, subsessili; seminibus parvis.

β. **grandiflora** Bois. Fl. or. I. p. 597. — Lamina exserta, bipartita, alba, coronae laciniae truncatae, retusae. — Exsicc.: Heldr. herb. fl. Hell. n. 118.

In arvis, inter segetes, rara. Attica (Sprun.): pr. Athenas (Heldr.), β. cum typo. — Mart. Apr. ⊙.

B. Perennes; flores in cincinnis simplicibus; semina reniformia, dorso obtuse tuberculato plana, faciebus concava, striata.

26. **S. ciliata** Pourr. in Act. Tolos. III. p. 328; Rohrb. Mon. p. 123. — *S. Graefferi* Guss. ind. sem. Boccadif. 1825 p. 11; Bois. Fl. or. I. p. 631. — *S. Roeseri* Bois. et Heldr. Diagn. Ser. 2, I. p. 77. — Icon: Guss. pl. rar. t. 34. — Exsicc.: Heldr. herb. n. 2418.

Hirtello-pubescens; caulibus caespitosis, erectis, 4—5 floris; foliis inferioribus rosulatis, lanceolatis, caulinis paucis, anguste-linearibus; calyce clavato, puberulo, viridi-nervoso, superne venuloso, dentibus ovatis, obtusis; lamina alba, subtus virente, bipartita, coronae laciniis truncatis; capsula ovata, carpophorum aequante.

In rupestribus regionis alpinae, rarissima. Thessalia: mt. Olympus (Heldr.). — Jul, Aug. ♃.

2. Subsectio. *Dichasiosilene* Rohrb. Mon. p. 124. Flores in dichasio simplici vel plus minus composito, breviter vel longe pedicellati, dichasii ramis aequalibus aut inaequalibus, ramo altero interdum in florem unum reducto; interdum flores in dichasio contracto capitulum formantes; in speciebus perennibus, dichasii floribus plerisque abortivis, caulis saepe uni-vel biflorus.

A. Perennes.

a. Calyx glaber; caules tenues erecti vel adscendentes; folia linearia vel lanceolata, scabrida.

α. Calyx cylindrico-clavatus, elongatus, 15—25 mm longus.

27. **S. multicaulis** Guss. pl. rar. p. 72, t. 35; Bois. Fl. or. I. p. 651; Heldr. in Sitzungsb. Acad. Wiss. Berlin 1883 p. 4, Chlor. Parn. p. 14; Hal. in z. b. G. 1888 p. 750, Beitr. Fl. Thessal. p. 8: Haussk. Symb. p. 31; Form in Ver. Brünn 1896 p. 88. — *S. inaperta* S. et Sm. Pr. I. p. 295, Fl. gr. V. p. 14, t. 420, non L. sp. p. 419. — *S. genistifolia* Hal. in ö. b. Z. 1892 p. 369, Beitr. Fl. Thessal. p. 8; Will. in jour. Linn. soc. XXXII. p. 146. — Exsicc.: Heldr. It.

Thessal. n. 19; Sint. et Bornm. It. Turc. n. 1171; Sint. Iter. Thessal. n. 1302.

Laxe caespitosa, superne viscidula; caulibus 15—35 cm altis, saepissime ramosis, foliosis; foliis lineari-lanceolatis; calyce pallido, dentibus acutiusculis, albomarginatis; lamina albo-viridi, bifida, unguibus exsertis, glabris; capsula oblonga, carpophoro aequilonga.

In rupestribus regionis abietinae. Thessalia: mt. Olympus, Pelion (Heldr.); Aetolia: mt. Korax (Heldr.); Doris: mt. Kiona (Hal.), Parnassus (Heldr.); Euboea: mt. Dirphys (Heldr.); Laconia: mt. Taygetos (Orph.). — Jul. Sept. ♃.

28. **S. pindicola** Haussk. Symb. p. 31; Form. in Ver. Brünn 1896 p. 88, 1897 p. 63. — *S. fruticulosa* Bald. riv. coll. bot. Alb. 1896 p. 32. — Exsicc.: Haussk. It. graec. a. 1885; Heldr. It. IV. Thessal. a. 1885; Bald. It. Alb. Epir. IV. n. 221.

Dense caespitosa, scabrida, superne viscida; caulibus 5—10 cm altis, unifloris, inferne dense foliosis, superne bibracteatis; foliis anguste linearibus vel lineari-lanceolatis, saepe subrecurvis; calyce purpurascente, dentibus acutiusculis, albomarginatis; lamina sordide fusca, bifida, unguibus longe exsertis, glabris; capsula ovoideo-oblonga, carpophoro breviore. Facie *S. parnassicae* Bois. et Spr., a qua floribus fere subduplo longioribus et calyce cylindrico jam primo aspectu differt; affinis quoque *S. Orphanidis* Bois. e mt. Athos, quae autem differt foliis longioribus, bracteis binis ad calycis basin et capsula ovata, carpophoro ea subtriplo longiore suffulta.

In rupestribus regiones superioris Pindi, in mt. Zygos (Haussk.), Peristeri, Ghavellu (Form.), Smolika (Bald.). — Jul. Aug. ♃.

β. Calyx obconicus vel turbinatus, 6—12 mm longus.

× Caespitosae, petala albida, bifida.

. Antherae flavae.

29. **S. saxifraga** L. sp. p. 421; Bois. Fl. or. I. p. 652.

Caespitosa, superne viscidula; caulibus 1—3 floris, inferne dense foliosis; foliis lineari-lanceolatis, acutis; calyce rubelli-nervoso, dentibus ovatis, obtusiusculis, albomarginatis; lamina albida, unguibus ciliatis, paullum exsertis; capsula ovoideo-oblonga, cum carpophoro 10—15 mm longa, e calyce dilacerato ad dimidium exserta, carpophoro aequilonga vel sublongiore.

β. **parnassica** Bois. et Sprun. Diagn. VIII. p. 91 pro sp.; Hal. in z. b. G. 1898 p. 706. — *S. fruticulosa* Bois. Fl. or. I. p. 652 quoad plant. Parnassi, suppl. p. 107; Hal. in z. b. G. 1888 p. 750, Beitr. Fl. Epir. p. 15, Fl. Thessal. p. 8, ö. b. Z. 1897 p. 282; Heldr. Chlor. Parn. p. 14; Haussk. Symb. p. 31; Bald. riv. coll. bot. Alb. 1895 p. 17. — Floribus plerumque submaioribus, calycis dentibus acutiusculis, petalorum ungue glabro. — Exsicc.: Orph. Fl. gr. n. 179; Sint. It. Thessal. n. 816, 1158 b; Bald. It. Alb. Epir. III. n. 118.

In rupestribus regionis abietinae et superioris. Mt. Olympus (Heldr.). — β. Pindus: mt. Tsumerka (Hal.), Kakardista (Bald.), pr. Chaliki (Hal.), mt. Plaka (Sint.), Ghavellu (Heldr.), Karava (Haussk.), Zygos (Form.); Eurytania: mt. Tymphrestus (Heldr.); mt. Korax (Tuntas), Kiona (Hal.), Parnassus (Orph.), Oeta (Heldr.); Achaia: mt. Kyllene (Orph.). — Jul. Aug. ♃.

30. **S. fruticulosa** Sieb. avis p. 4, rem. p. 4, in DC. Pr. I. p. 376; Bois. Fl. or. I. p. 652 p. p.; Bald. viagg. Creta 1893 p. 35; Hal. in z. b. G. 1898 p. 706. — *S. multicaulis v. megaspilaea* Bois. Fl. or. I. p. 651, specimina originalia non quidem vidi, sed tamen planta a me in loco classico (Megaspilaeon) lecta propter calycem brevem, obconicum huc et nec ad S. multicaulem pertinet. — Exsicc.: Bald. Iter. Cret. n. 176, It. Cret. alt. n. 162.

Caespitosa, superne viscidula; caulibus 1—2 floris, inferne dense foliosis; foliis lanceolatis, acutis; calyce membranaceo, dentibus alternatim acutis et obtusis, albomarginatis, fructifero carpophoro adpresso; lamina albida, unguibus glabris; capsula ovata, cum carpophoro 8—10 mm longa, e calyce omnimo exserta, carpophoro aequilonga.

In rupestribus regionis abietinae et superioris. Creta: mt. Psiloriti (Sieb.), mt. Lassiti (Bald.); Laconia: mt. Taygetos (Zahn), forma foliis angustioribus, floribus brevioribus; Achaia: pr. Megaspilaeon (Heldr.). — Jun. Aug. ♃.

Obs. In rupibus excelsis regionis abietinae prope Megaspilaeon legi etiam formam alteram, foliis latioribus, magis scabris, calycis dentibus rubellis, petalis purpurascentibus majoribus. Ulterius observanda, nam ex hoc specimine unico florifero judicium adhibere non audeo.

.. Antherae purpureae.

31. **S. Smithii** Ser. in DC. Pr. I. p. 367 (*Saponaria*); Bois. Diagn. Ser. 2, I. p. 77, Fl. or. I. p. 652. — *Saponaria caespitosa* S. et Sm. Pr. I. p. 282. — *S. saxifraga β. Smithii* Rohrb. Mon. p. 138. — Icon: Fl. gr. t. 389. — Exsicc.: Heldr. pl. exs. n. 2145.

Caespitosa, superne subviscida; caulibus 1—2 floris, inferne dense foliosis, foliis oblongo-spathulatis, obtusis, breviter apiculatis; calyce albido, dentibus ovatis, obtusis, membranaceo-marginatis; lamina albida, breviter biloba, unguibus subciliatis, paullum exsertis; capsula ovata, cum carpophoro 7—8 mm longa, e calyce subexserta, carpophoro sublongiore.

In cacumine mt. Dirphys Euboeae (Heldr.). — Jul. Aug. ♃.

×× Dense pulvinaris, petala rosea, obcordata.

32. **S. Barbeyana** Heldr. in Bois. Fl. or. suppl. p. 107. — Exsicc.: Heldr. It. gr. septentr. a. 1879.

Cauliculis caespitem densissimum formantibus; foliis anguste-linearibus, acutis; caulibus unifloris, pumilis, foliorum 1—2 paribus obsitis, superne viscidulis; calyce breviter turbinato, 5 mm longo, rubello, denti-

bus ovatis, obtusis, late membranaceis; lamina calyce subaequilonga; capsula oblonga, carpophoro brevissimo.

Ad rupes regionis alpinae mt. Korax (Heldr.) et mt. Kiona (Reis.) rarissime. — Jul. Aug. ♃.

b. Tota papilloso-velutina, viscidula; caules crassiusculi, diffusi; folia carnosa, ovata vel oblonga.

33. **S. succulenta** Forsk. Fl. Aeg. Arab. p. 89; Bois. Fl. or. I. p. 648; Raul. Cret. p. 720. — Icon: Del. Fl. Egypte t. 29. — Exsicc.: Heldr. pl. Cret. a. 1846.

Caulibus foliosis; floribus in dichasio composito, ramo altero semper abbreviato et in florem unum reducto, breviter pedicellatis; calyce 16—20 mm longo, dentibus lanceolatis, acuminatis; lamina bifida, alba, unguibus longe exsertis; capsula oblonga, carpophoro sublongiore.

In arenosis maritimis insulae Gaidaronisi Cretae, rarissime (Heldr.). — Mart. Maio. ♃.

B. Annuae vel biennes.

a. Capsula basi rudimentarie trilocularis.

α. Calyx fructifer apice non contractus.

× Flores in dichasio capituliformi breviter pedicellati; folia glabra, glaucescentia.

34. **S. armeria** L. sp. p. 420; S. et Sm. Pr. I. p. 298; Ch. et B. exp. p. 122, Fl. Pelop. p. 27. — Icon: Rchb. f. 5079.

Annua; bracteis linearibus, margine scariosis; floribus pedicellatis, dichasium paullum contractum formantibus; calycis dentibus ovato-rotundis, glabris; lamina emarginata; seminibus dorso subcanaliculatis.

In agro Laconico (Sibth.). — Maio. Jul. ⊙ N. v.

35. **S. compacta** Fisch. in Horn. hort. Hafn. I. p. 417. — Icon: Rchb. f. 5093. — Exsicc.: Heldr. Fl. Hellen. a. 1887.

Biennis; bracteis ovatis, membranaceis; floribus subsessilibus, dense capitato-conglobatis, foliis summis involucratis; calycis dentibus ovatis, obtusiusculis, ciliatis; lamina integra; seminibus dorso latius canaliculatis.

In fruticetis montanis, rarissime. Thessalia: mt. Pelion (Aphentulis). — Jun. Aug. ⊙.

×× Flores in dichasio laxo plus minus longe pedicellati.

○ Dichasii rami valde inaequales, altero in florem unum reducto.

36. **S. nicaeensis** All. Fl. Ped. II. p. 81, t. 44; Ch. et B. exp. p. 123, Fl. Pelop. p. 27; Friedr. Reise p. 268 et 269 cum *f. crassifolia* Mor. Fl. Sard. I. p. 253; Bois. Fl. or. I. p. 591; Heldr. Fl. Aegin. p. 238. — *S. leucophaea* S. et Sm. Pr. I. p. 297, Fl. gr. t. 424. — Exsicc.: Heldr. Herb. norm. n. 1409.

Papilloso-viscosa; caulibus adscendentibus; foliis **carnosis, villosis**, inferioribus lineari-oblongis, obtusis, superioribus **lineari-lanceolatis; calyce** cylindrico, umbilicato, rubelli-nervoso, dentibus **lanceolatis, ciliatis; lamina** bifida, albida, subtus sordide purpurascente, unguibus **exsertis; capsula** ovata, carpophoro aequilonga; seminibus dorso **anguste canaliculatis**, faciebus planis.

In sabulosis maritimis, rare. Messenia: pr. Methone (Chaub.), Kalamata (Heldr.); in ins. Aegina (Friedr.). — Apr. Maio. ⨀.

○○ Dichasii rami aequales vel subaequales.

. Semina faciebus curvato-excavata, dorso **plana**.

37. S. **fuscata** Link in Brot. Fl. Lusit. II. p. 187; Friedr. **Reise** p. 279. — Icon: Moris. Fl. Sard. t. 15.

Crispule pubescens, viscida; caulibus erectis; foliis oblongo-lanceolatis; calyce clavato, umbilicato, rubello, dentibus ovatis, obtusis; **lamina** rosea, integra, unguibus exsertis; capsula ovata, **carpophoro aequilonga**.

In valle Alphei pr. Karythena Arcadiae (Friedr.) — **Mart.** Apr. ⨀ N. v.

.. Semina faciebus plana.

; Semina dorso plana.

, Capsula carpophorum aequans vel **paullum** superans.

38. S. **echinosperma** Bois. et Heldr. Diagn. VIII. p. 78, Fl. or. I. p. 605. — Exsicc.: Heldr. Pl. gr. a. 1844.

Superne viscida; caule gracili, ramoso; foliis lanceolatis vel linearibus; floribus calyce longius pedicellatis; calycis dentibus ovatis acutis; lamina bifida, alba, subtus rubello-picta, appendicibus fimbriatis; seminibus dorso quadriseriatim echinatis. — Differt a sequenti, cui valde affinis petalorum colore et seminibus.

In rupestribus umbrosis mt. Taygetos supra Mistra et Androvista (Heldr.). — Maio, Jun. ⨀.

39. S. **rigidula** S. et Sm. Pr. I. p. 299; Ch. et B. Fl. Pelop. p. 27; Ung. Reise p. 135; Bois. Fl. or. I. p. 604; Form. in D. bot. Mon. 1891 p. 38; Haussk. Symb. p. 33; Hal. Beitr. Fl. Aetol. p. 4; non L. am. acad. IV. p. 413, quae *S. cerastoides* L. sp. p. 417. — *S. methanaea* Heldr. Herb. norm. n. 828. — Icon: Fl. gr. t. 430. — Exsicc.: Orph. Fl. gr. n. 459 et 947; Heldr. Herb. norm. n. 388, 828 et 1120; Dörfl. Fl. Aeg. n. 9.

Calycis dentibus obtusis; lamina rubella, appendicibus denticulatis; seminibus seriatim tuberculatis; caeteris uti in priori.

In collibus siccis regionis inferioris et montanae. Acarnania: pr. Kravassaras (Hal.); Thessalia: pr. Selicany et Spilia in mt. Ossa (Form.): Euboea: pr. Steni (Pichl.); Attica: pr. Athenas, mt. Hymettus (Sibth.), mt. Lycabettus, pr. Phaleron (Heldr.), Turcovuni, Kamariza Laurii (Haussk.); pr. Corinthum (Heldr.); Argolis: in colle Kastro pr.

romolimni peninsulae Methana, pr. Poros, ins. Hydra (Heldr.); Laconia: . Scala et Sitaena in mt. Malevo (Orph.); Achaia: pr. Diokophto [eldr.), mt. Kyllene (Pichl.); Cycladum ins. Amorgos (Leon.). — Apr. lio. ☉.

,, Capsula carpophoro bis terve superata.

40. **S. portensis** L. Sp. p. 420; Ch. et B. exp. p. 122, Fl. elop. p. 27; Rohrb. Mon. p. 159. — *S. picta* Willd. En. berol. p. 77; Ung. Reise p. 135; non Pers. — Icon: DC. ic. gall. t. 42.

Habitu omnino praecedentis, a qua capsula minori et carpophoro ngiore diversa videtur.

Arcadia: pr. Carithena (Chaub.); Euboea (Ung.). — Maio, Jul. ☉. . v.

;; Semina dorso canaliculata.

,, Capsula carpophorum aequans vel subaequans.

41. **S. corinthiaca** Bois. et Heldr. in Bois. Fl. or. Suppl. p. 96. - *S. Kotschyi* Bois. Diagn. I. p. 40 v. *corinthiaca* Will. in jour. inn. soc. XXXII. p. 121.

Viscida, praeter setulas sparsas glabra; caule tenui, dichotomo; liis minutis, infimis oblongis, caeteris linearibus; calyce glaberrimo, lindrico-clavato, dentibus ovatis obtusis, alternis, mucronatis; lamina bida, bipartita; filamentis ciliatis; capsula carpophoro subaequilonga.

In arenosis maritimis isthmi Carinthiaci pr. Lutraki (Heldr.) ☉. N. v.

42. **S. laconica** Bois. et Orph. Diagn. Ser. 2. VI. p. 34, Fl. or. p. 599.

Patule glanduloso-pubescens; caule tenui, laxe dichotomo; foliis rvis, oblongis; calyce hirto, breviter clavato, dentibus oblongis obtusis; mina rosea, biloba; filamentis glabris; capsula carpophoro aequilonga.

Habitu refert ad *S. pentelicam*, floribus dimidio minoribus, petalis tegris, carpophoro brevissimo diversam.

In mt. Malevo supra Platanos Laconiae (Orph.). — Apr. ☉. N. v.

43. **S. integripetala** B. et Ch. exp. p. 123, t. 13, Fl. Pelop. 27, t. 14; Friedr. Reise p. 283; Bois. Fl. or. I. p. 599; Hal. in b. Z. 1895 p. 216. — Exsicc.: Heldr. Herb. norm. n. 1308.

Glutinoso-pubescens; caule divaricatim ramoso; foliis inferioribus blongo-spathulatis, superioribus lanceolatis; calyce viscido, cylindrico-avato, dentibus ovatis obtusis; lamina rosea integra; filamentis glabris; apsula carpophoro aequilonga.

In collibus apricis, submontosis. Arcadia: pr. Leontarion, Tripolis art.); pr. Hagios Petros Cynuriae (Orph.); Laconia: pr. Sparta (Bois.), Iisitra (Friedr.); Messenia: pr. Methone usque Messene, ins. Sphacria, pr. Kubeh (Chaub.), Kalamata (Zahn). — Apr. Maio. ☉.

,, Capsula carpophorum 2—4 plo superans.

— Pedicelli et calyces glabri.

44. S. **pinetorum** Bois. et Heldr. Diagn. VIII. p. 75, Fl. or. I. p. 611; Raul. Cret. p. 719, t. 9. — Exsicc.: Heldr. pl. cret. a. 1846.

Inferne puberula, superne viscidula; caule divaricatim ramoso; foliis inferioribus obovatis, superioribus bracteiformibus; calyce obconico, evenio, dentibus ovatis obtusis; lamina rosea, bifida; capsula ovato-rotunda, carpophoro duplo longiore.

In arenosis maritimis et in submontosis Cretae: pr. Pilialimata (Raul.), in pinetis mt. Tavutsi pr. Sitia (Heldr.). — Apr. Maio. ⊙.

= Pedicelli et calyces glanduloso-pubescentes.

45. S. **sedoides** Poir. voy. barb. II. p. 164; Sieb. avis p. 4, rem. p. 4; Urv. enum. p. 47; Ch. et B. exp. p. 122, Fl. Pelop. p. 27; Friedr. Reise p. 270 et 272; Bois. Fl. or. I. p. 598; Weiss in z. b. G. 1869 p. 54; Raul. Cret. p. 719; Heldr. Fl. Cephal. p. 25, Fl. Aegin. p. 238, Chlor. Theras p. 9; Spreitz. in z. b. G. 1886 p. 655; Haussk. Symb. p. 31; Hal. in ö. b. Z. 1895 p. 216, 1897 p. 61. — *S. ramosissima* S. et Sm. Pr. I. p. 297. — Icon: Fl. gr. t. 425. Exsicc.: Heldr. herb. norm. n. 187 et 1015; Dörfl. Fl. Aeg. n. 129; Bald. It. Cret. alt. n. 109.

Glanduloso-pubescens; caulibus divaricatim ramosis; foliis inferioribus oblongo-spathulatis, superioribus oblongis; calyce oblongo-clavato, reticulato-venoso, dentibus ovatis obtusis; lamina rubella, retusa; capsula oblonga, calycem aequante, carpophoro 4-plo longiori; seminibus nigris, opacis. — Variat caulibus elongatis, subflaccidis, filiformibus (f. *laxa* Haussk. l. c.) et caulibus crassioribus rigidis, densius glandulosis, foliis crassioribus majoribus (f. *pachyphylla* Haussk. l. c.).

β. **pentelica** Bois. Diagn. VIII. p. 74, Fl. or. I. p. 599; Clem. sert. p. 22; Haussk. Symb. p. 32; Form. in Deutsch. bot. mon. 1898 p. 80; pro. sp. — Exsicc.: Orph. Fl. gr. n. 177; Heldr. Herb. norm. n. 491 et 1016. — Floribus submajoribus, pedicellis longioribus, fructiferis erectis, nec patulis, lamina longius exserta.

Ad litora, in arenosis, maritimis, saxosis. Thessalia: ad lacum Karla (Reis.); Attica: in peninsula Munychia, ad Piraeum, ad promont. Hagios Kosmas, pr. Raphina (Heldr.), Phaleron, Kamariza, Laurion, Sunium (Haussk.), in Petalium insula Xeronisi et Platera (Holzm.); Argolis: pr. Nauplia, Vromolimni in peninsula Methana (Haussk.), in ins. Aegina (Friedr.); Cycladum insula: Syra (Weiss), Tenos (Sart.), Melos (Lefèvre), ins. Kamini pr. Thera (Urv.); Sporadum insula: Jura et Peristeri (Leon.); Laconia: pr. Marathonisi (Chaub.), Scardamula (Heldr.); Messenia: pr. Methone, Gargaliano, Arcadia (Chaub.); Elis: pr. Lintzi (Held.); Cephalonia: pr. Argostoli, Poros (Heldr.); Leucas: pr. Amaxichi (Spreitz.); Cythera: pr. Kapsali (Spreitz.); Creta (Sibth.): pr. Kissamos (Rev.), Canea (Weiss), Platania, Dramia, Retymo, Aludha pr. Spinalunga, Selino, Suia, Hag. Paulos, ins. Gaidaronisi (Raul.), Candia (Bald.); β. mt. Pentelicon (Sprun.). — Apr. Jun. ⊙.

46. **S. Haussknechtii** Heldr. in Nym. Comp. suppl. p. 55 et in Haussk. Symb. p. 32. — Exsicc.: Heldr. It. Thessal. IV. a. 1885; Hal. It. graec. II. a. 1893; Sint. It. Thessal. n. 815.

Praecedenti maxime affinis, differt foliis latioribus ovatis vel oblongis; floribus majoribus; calycis dentibus acutiusculis; lamina integra; capsula ovato-oblonga, carpophoro duplo longiori; seminibus cinnamomeis, nitidulis.

In nemorosis subalpinis jugi Zygos (Heldr.) et in mt. Oxya supra pagum Kastania in consortio Campanulae Hawkinsianae (Hal.) in Pindo. — Jun. Jul. ○.

β. Calyx fructifer apice contractus.

× Calyx glaber vel leviter puberulus.

○ Calyx evenius.

47. **S. cretica** L. Sp. p. 420; S. et Sm. Pr. I. p. 296; Sieb. avis p. 4; Urv. enum. p. 49; Ch. et B. exp. p. 121, Fl. Pelop. p. 27; Friedr. Reise p. 283; Bois. Fl. or. I. p. 584; Weiss in z. b. G. 1869 p. 54; Raul. Cret. p. 718; Heldr. Fl. Cephal. p. 25, Fl. Aegin. p. 238, Chlor. Theras p. 9; Hal. in ö. b. Z. 1897 p. 61. — *S. annulata* Thore Chl. land. p. 173; Ch. et B. l. c.; forma capsula globosa carpophoro brevissimo. — *S. lychnidiflora* Otth. in DC. pr. I. p. 375; Marg. et R. Fl. Zante p. 32; Raul. cret. p. 720. — *S. tenuiflora* Guss. pl. rar. p. 177. t. 36; Bois. Fl. or. I. p. 584; Heldr. Chlor. Parn. p. 14; forma capsula minori, ovato-oblonga, carpophoro duplo longiori; intermediis ad typum transit. — Icon: Fl. gr. t. 422. — Exsicc.: Orph. Fl. gr. n. 950; Heldr. Herb. norm. n. 1014; Rev. pl. Cret. n. 201.

Glabra vel puberula, viscidula; caule erecto, plus minus stricte ramoso; foliis radicalibus obovato-oblongis, superioribus lineari-lanceolatis; calyce clavato, glabro, dentibus ovato-lanceolatis, acutiusculis, late albo-marginatis, lamina parva, purpurea, bifida vel emarginata; capsula ovato-globosa, carpophoro 3—5 plo longiore.

In herbosis regionis inferioris. Thessalia: mt. Pelion (Heldr.); Attica: mt. Pentelicon, Parnes (Heldr.); Boeotia: pr. Mulki ad lacum Copais, in mt. Parnasso (Heldr.); ins. Aegina (Heldr.), ins. Hydra (Pichl.), Melos (Urv.), Tenos, Syra (Weiss), Thera (Heldr.); Sporadum ins. Skopelos et Skiathos (Leonis); Laconia: mt. Malevo pr. Platanos (Orph.); Messenia: mt. Ithome (Friedr.), pr. Methone, Phigalea, Messene (Chaub.); Zante: pr. Litakia (Marg.); Cephalonia: in oropedio Omala (Heldr.); Creta: pr. Canea (Weiss), Kissamos (Red.), Khalepa, Nerokuru, Palaeokastro de Suda, Askyphos, Anopolis (Raul.). — Apr. Maio. ⊙.

48. **S. Ungeri** Fenzl in Ung. Reise p. 136; Bois. Fl. or. I. p. 601, Suppl. p. 95; Spreitz. in z. b. G. 1877 p. 722, 1887 p. 655; Heldr. in ö. b. Z. 1878 p. 27; Gelmi in bull. soc. bot. ital. 1889 p. 448; Hal. in ö. b. Z. 1895 p. 216; Bald. riv. coll. bot. Alb. 1896

p. 31. — *S. aetolica* Heldr. Congr. Firenze 1874 p. 239. — **Exsicc.**: Baen. Herb. europ. n. 9342; Bald. It. Alb. Epir. IV. n. 65

Inferne puberula, superne viscidula; caule erecto, superne vel rarius a basi parce ramoso; foliis radicalibus obovato-oblongis, superioribus lineari-lanceolatis; calyce oblongo-cylindrico, ad nervos sparsim hirto, dentibus ovato-triangularibus, acutis, angustissime membranaceo-marginatis; lamina ampla, purpurea, integra vel vix emarginata; capsula ovato-oblonga, carpophoro aequilonga.

In fruticetis, herbosis, saxosis. Corcyra: mt. Pantocrator (Schrad.), mt. Deca, pr. S. Croce (Spreitz.), Pelleca (Gelmi); Ithaca (Ung.): pr. Vathy (Spreitz.); Leucas: ad monast. San Giorgio (Spreitz.); Epirus: mt. Ciuka distr. Janina (Bald.); Aetolia: pr. Aetolikon (Reis.), mt. Arapocephala pr. Klani Zachanides inter Prustova et Prusso (Samar.), pr. Mesolongion (Nied.). — Apr. Jun. ☉.

OO Calyx nervis anastomosantibus.

. Caulis superne viscosissimus; calyx cylindricus, fructifer, oblongus; capsula ovato-oblonga, carpophorum 2—3 ve superans.

49. **S. muscipula** L. Sp. p. 420; Bois. Fl. or. I. p. 583; Haussk. Symb. p. 31; Heldr. Fl. Aegin. p. 238. — Icon: Rchb. f. 5077. — Exsicc.: Heldr. Herb. norm. n. 907.

Glabra, caule erecto, stricte ramoso; foliis lanceolatis; calycis dentibus ovato-lanceolatis, acutis; lamina parva, biloba, rosea; seminibus dorso leviter canaliculatis.

In arvis, rara. Attica: pr. Eleusis (Heldr.); Corinthus, Nauplia Haussk.); ins. Aegina: mt. Oros (Heldr.). — Apr. Maio. ☉

.. Caulis non viscosus; calyx oblongus, fructifer ovatus; capsula ovata, carpophorum 2—3 ve superans.

50. **S. behen** L. Sp. p. 418; S. et Sm. Pr. I. p. 294; Urv. enum. p. 49; Ch. et B. exp. p. 121; Fl. Pelop. p. 27; Ung. Reise p. 135; Bois. Fl. or. I. p. 583; Weiss in z. b. G. 1869 p. 54; Raul. Cret. p. 718; Heldr. in mem. congr. Firenze 1874 p. 239, Fl. Aegin. p. 238, Chlor. Theras p. 91; Haussk. Symb. p. 31. — Icon: Fl. gr. t. 416. — Exsicc.: Heldr. Herb. norm. n. 827.

Glabra, caule erecto, stricte ramoso; foliis oblongo-lanceolatis; calycis umbilicati dentibus ovatis, obtusis; lamina minuta, rosea, bipartita, e calyce parum exserta; seminibus rugoso-tuberculatis.

In arvis, collibus regionis inferioris. Attica: pr. Athenas, mt. Corydalus, mt. Hymettus, pr. Eleusis, ad Piraeum, ins. Salamis et Raphti (Heldr.); pr. Corinthum, Nauplia (Haussk.); ins. Aegina (Heldr.), ins. Hydra (Pichl.), Syra, Tenos (Weiss), Melos (Urv.), Kimolos (Leon.), Thera (Heldr.); Creta: pr. Canea (Heldr.); Peloponnesus (Sibth.): pr. Messene (Chaub.); Ithaca (Ung.). — Mart. Maio. ☉.

51. **S. Reinholdi** Heldr. in mem. congr. Firenze 1874 p. 238; Fl. Cephal. p. 25; Bois. Fl. or. suppl. p. 91; Hal. Beitr. Fl. Achaia p. 15. — Exsicc.: Heldr. Herb. Fl. Hellen. n. 82.

Glabra, caule erecto, stricte ramoso; foliis oblongo-lanceolatis; calycis basi attenuati, nec umbilicati dentibus ovatis, obtusis; lamina intense rosea, biloba, dimidio calyci aequilonga; seminibus 4—5sulcatis, echinulatis. — Differt a priori, cui habitu simillima praesertim calyce non umbilicato, lamina majori, saturatiori, seminibusque.

In arvis, collibus saxosis regionis inferioris. Attica: mt. Hymettus, Parnes, Corydalus, Pharmacusarum ins. Leros (Heldr.); pr. Delphi in mt. Parnasso (Heldr.); Argolis: pr. Nauplia (Orph.); Achaia: pr. Megaspilaeon (Hal.); Cephalonia: in oropedio Omala (Heldr.). — Mart. Maio. ⊙.

52. **S. Holzmanni** Heldr. in Bois. Fl. or. suppl. p. 91. — Exsicc.: Heldr. Herb. Fl. Hellen. n. 81.

Glabra, caule erecto, superne pluries dichotomo, ramis crassiusculis; foliis oblongo-lanceolatis; calyce florifero umbilicato, dentibus ovatis obtusis, fructifero basi attenuato, non umbilicato; lamina minuta, rosea, biloba, e calyce vix exserta; seminibus seriatim echinulatis. — Differt a praecedentibus caule et ramis crassioribus, inflorescentia ob internodia abbreviata coarctata, a *S. behen* insuper calyce fructifero non umbilicato, a *S. Reinholdi* calyce florifero umbilicato et petalorum lamina minima.

In Pharmacusarum scopulo Arpedoni in freto insulae Salamis Atticae (Heldr.). — Apr. Maio. ⊙.

×× Calyx evenius, apice contractus, ad nervos papillis dilatatis papyraceis obsitus.

53. **S. squamigera** Bois. Diagn. I. p. 38, Fl. or. I. p. 585. — *S. echinata* Jaub. et Sp. Ill. or. I. p. 8, t. 4, non Otth. in DC. Pr. I. p. 380, quae Italiae incola et calyce pilis hispidis ex tuberculis ortis, petalis roseis et seminibus dorso planis differt. — Exsicc.: Heldr. Fl. Hellen. a. 1883; Sint. It. Thessal. n. 1174.

Scabrido-pubescens, caule fere a basi virgato-ramoso; foliis oblongo-lanceolatis vel linearibus; calycis clavati, umbilicati dentibus oblongis, obtusis; lamina alba, bifida; capsula ovoideo-oblonga, carpophoro aequilonga; seminibus dorso canaliculatis.

In saxosis, vinetis, rara. Attica: pr. Oropos (Heldr.); Aetolia (Sprun.); Thessalia: mt. Gionscala pr. Sermenikon (Sint.). — Jun. Jul. ⊙.

b. Capsula unilocularis.

54. **S. noctiflora** L. sp. p. 419; S. et Sm. Pr. I. p. 296; Raul. Cret. p. 717; Haussk. Symb. p. 31. — *Melandryum noctiflorum* Fr. Bot. Not. p. 170. — Icon: Rchb. f. 5063.

Pubescens, superne viscosa; caule elato, stricte dichotomo; foliis obovatis vel oblongis, superioribus lanceolatis; calycis viscosi, basi

truncati, dentibus subulatis, fructifero oblongo; **lamina albida, bifida**: capsula ovata, carpophoro brevissimo.

In ruderatis, subalpinis, rara. **Thessalia**: pr. monasterium Korona, in oropedio Neuropolis et in mt. Ghavellu in Pindo (**Haussk.**); **Creta** (Sibth.). — Jun. Aug. ⊙. N. v.

3 Subsectio. ***Botryosilene*** Rohrbr. Mon. p. 175. **Flores in racemo** simplici vel composito; racemi ramis aut brevibus paucifloris aut elongatis interdum racemosis vel cymuliferis, vel omnibus cymarum internodiis abbreviatis verticillastriferis; interdum axis primariae intra inflorescentiam internodiis contractis, flores capitulum formantes; **raro abortu** caulis tri- vel uniflorus. — Species perennes.

A. Petala integra; **inflorescentia verticillato-paniculata**; flores minuti; capsula subsessilis.

55. **S. otites** L. sp. p. 415 (*Cucubalus*); Sm. Fl. brit. II. p. 298; Fraas Fl. Class. p. 107; Bald. riv. coll. bot. Alb. **1895** p. 16. — Icon: Rchb. f. 5094.

Inferne crispule pubescens, superne glabra **viscidula**; **caule erecto**; foliis inferioribus obovato-lanceolatis, caulinis mox diminutis; **calycis** obconici, laeviter umbilicati dentibus obtusis; **petalis ochroleucis, lineari-spathulatis**; capsula ovata; seminibus rugoso-tuberculatis.

In saxosis regionis inferioris mt. Micikeli distr. Janina in **Epiro** (Bald.); secundum Fraas in Attica, sed a recentioribus hic non lecta. — Maio. Jul. ♃. N. v.

56. **S. densiflora** Urv. enum. p. 47; Bois. Fl. or. I. p. 607; Form. in Ver. Brünn 1895 p. 40, 1896 p. 88, 1897 p. 63. — Exsicc.: Heldr. pl. graec. a. 1851.

Differt a priori, cui valde affinis, indumento inferne **patulo, molliter** viloso, caule crassiore, altiore, foliis caulinis vix diminutis, **verticillastris** densifloris, capsula majori, seminibus majoribus, dorso **profundius canaliculatis**.

In saxosis. Thessalia: pr. Katerine (Heldr.) et Patsios (Form.) in mt. Olympo, pr. Drepani, pr. Kritsotades et Hagios **Paraskevi** in mt. Chassia (Form.); Epirus: pr. Ephemiades (Form). — Maio. Jul. ♃.

B. Petala bipartita.

a. Flores parvi, in capitulum oblongum dense **congesti; calyx** glaber, 4 mm longus.

57. **S. Roemeri** Friv. in Flora 1836 p. 439; Haussk. Symb. p. 31; Hal. Beitr. Fl. Thessal. p. 8; Form. in Ver. Brünn **1896** p. 88. — *S. Sendtneri* Nym. consp. suppl. p. 53; Form. in D. bot. Mon. 1891 p. 38, non Bois. Fl. or. I. p. 608. — Exsicc.: Sint. It. Thessal. n. 817 b.

Brevissime pubescens; caulibus caespitosis, erectis, **simplicibus; foliis** inferioribus oblongo-spathulatis, caulinis linearibus, brevibus; **calycis ovato-campanulati**, dentibus ovatis, acutiusculis; petalis albidis; **capsula oblonga**,

carpophoro 2—3 plo longiore. — Petalis bipartitis ab affini *S. Sendtneri* facile distinguitur.

In pascuis subalpinis. Thessalia: mt. Zygos, Oxya, pr. Chaliki (Haussk.), pr. Malakasi (Form.) in Pindo, mt. Ossa (Heldr.) pr. Selicany et Spilia (Form.); Aetolia: mt. Korax (Leon.). — Jul. Aug. ♃.

b. Flores majusculi, in racemis simplicibus vel compositis, raro abortu caulis tri-vel uniflorus.

α. Ungues petalorum glabri.

× Flores erecti.

○ Calyx glaberrimus.

. Calyx 25 mm longus; filamenta glabra.

58. **S. staticifolia** S. et Sm. Pr. I. p. 301; Ch. et B. exp. p. 122, Fl. Pelop. p. 27; Bois. Fl. or. I. p. 958; Hal. in z. b. G. 1888 p. 749; Haussk. Symb. p. 30. — *S. longiflora v. staticefolia* Bois. Fl. or. suppl. p. 103; Hal. Beitr. Fl. Epir. p. 14. — *S. othryana* Form. in D. bot. Mon. 1897 p. 198, Ver. Brünn 1897 p. 62. — Icon: Fl. gr. t 435. — Exsicc.: Heldr. It. gr. septentr. a. 1879; Hal. It. gr. a. 1888 et 1893; Form. pl. exs. a. 1896.

Rhizomate indurato; caulibus erectis, 1—4 floris, glabris, superne viscosis; foliis lineari-lanceolatis, margine ciliatis; calyce longe cylindrico-clavato, dentibus acutis, membranaçeo-marginatis, ciliatis; lamina albida; capsula oblonga, carpophoro subbreviore. — Ab affini *S. longiflora* Ehrb. differt caespitibus compactis, foliis rigidulis, angustis, caulibus parum foliatis, paucifloris.

In pascuis subalpinis, rupestribus. Epirus: mt. Peristeri supra Kalarrytes (Hal.); Thessalia: mt. Zygos (Haussk.) in Pindo, mt. Pirgo et Jurti in Othrys (Form.); mt. Oeta Phtiotidis, mt. Korax Aetoliae (Heldr.); mt. Kiona (Hal.); in Peloponneso (Sibth.). — Jul. Aug. ♃.

.. Calyx 8—12 mm. longus; filamenta ciliata.

59. **S. radicosa** Bois. et Heldr. Diagn. IV. p. 24, Fl. or. I. p. 645; Haussk. Symb. p. 30; Hal. Beitr. Fl. Epir. p. 15; Beitr. Fl. Achaia p. 15; Bald. riv. coll. bot. Alb. 1895 p. 16, 1896 p. 31; Form. in Ver. Brünn 1896 p. 88. — *S. oligantha β. stenophylla* Bois. Diagn. Ser. 2, I. p. 75. — *S. radicosa β. breviflora* Bois. Fl. or. suppl. p. 105. — Exsicc.: Heldr. herb. norm. n 284; Bald. It. Alb. Epir. III. n. 121, IV. n. 300; Sint. It. Thessal. n. 1159.

Rhizomate indurato; foliis radicalibus oblongo-vel lineari-spathulatis, acutis, margine et nervo mediano subtus dense ciliatis; caulibus simplicibus, remote 3—4 paribus foliorum brevium instructis; floribus 2—5, breviter pedicellatis; calyce cylindrico-campanulato, dentibus triangularibus, acutis, membranaceo-marginatis, ciliatis; lamina albida; capsula oblonga, cum carpophoro 12 mm. longa, calyce inclusa, carpophoro triplo longiore.

In rupestribus regionis abietinae. **Epirus**: mt. Vratedon distr. Zagorion, pr. Melisurgi (Bald.) et Vulgarelion in mt. Tsumerka (Hal.); **Thessalia**: pr. Malakasi (Heldr.), mt. Zygos, mt. Baba (Haussk.), mt. Gionscala supra Sermenikon (Sint.), mt. Dokimi in Pindo, pr. Drepani, mt. Godaman in Olympo (Form.); mt. Oeta, Tymphrestus, Korax, Parnassus (Heldr.); mt. Pentelicon Atticae (Haussk.); **Achaia**: mt. Chelmos pr. Sudena (Hal.), mt. Kyllene (Heldr.); **Laconia**: mt. Malevo (Orph.), mt. Taygetos (Heldr.). — Jun. Jul. ♃.

60. **S. oligantha** Bois. et Heldr. Diagn. Ser. 2, I. p. 75. — *S. radicosa β. breviflora* Bois. Fl. or. I. p. 645. — Exsicc.: Orph. Fl. gr. n. 943; Sint. et Bornm. It. turc. n. 1172.

Differt a priori foliis radicalibus multo latioribus, ovato-spathulatis, obtusis, mucronatis, utrinque velutino-pubescentibus; capsula minore, ovata, cum carpophoro 8—10 mm. longa, calycem excedente.

In Olympo Thessaliae supra Hagios Dionysios (Orph.). — Jul. Aug. ♃.

○○ Calyx pubescens vel glandulosus.

. Capsula oblonga, carpophoro 4—5 plo longior.

61. **S. thessalonica** Bois. et Heldr. Diagn. Ser. 2. I. p. 74, Fl. or. I. p. 647; Haussk. Symb. p. 29. — *S. flavescens* Form. in D. bot. Mon 1891 p. 37, non W. et K. — *S. flavescens* v. *thessalonica* Hal. Beitr. Fl. Thessal. p. 7. — Exsicc.: Sint. It. Thessal. n. 1052.

Velutino-canescens, superne viscida; basi suffrutescens; caulibus erectis; foliis inferioribus oblongo-spathulatis, superioribus linearibus; floribus in racemo paucifloro confertis, calyce aequilonge pedicellatis; calyce oblongo, glanduloso-hirto, dentibus ovato-lanceolatis, acutis; petalis ochroleucis. — Affinis *S. flavescens* W. et K. pl. rar. Hung. II. p. 191 differt indumento tenuiore; floribus ad apicem ramorum solitariis, longe pedicellatis et calycis dentibus lanceolatis.

In rupestribus regionis inferioris et submontanae. **Thessalia**: pr. Vola, Koryza, Portaria, Kapurna, Velestinos (Form.), Kalabaka (Haussk.). — Maio, Jun. ♃.

. . Capsula carpophorum aequans vel eo sesquilongior.

; Calyx brevissime puberulus.

62. **S. Schwarzenbergeri** Hal. Beitr. Fl. Thessal. p. 8, t. 2; Bald. riv. coll. bot. Alb. 1896 p. 31. — *S. tymphaea* Form. in Ver. Brünn 1896 p. 87. — Exsicc.: Hal. It. gr. II. a. 1893; Form. pl. exs. a. 1895; Bald. It. Alb. Epir. IV. n. 220.

Velutino-pubescens, superne viscidula, basi suffrutescens; caulibus erectis, simplicibus, 1—4 floris; foliis inferioribus parvis, obovato-spathulatis, superioribus minutis, linearibus; floribus breviter pedicellatis, calyce elongato-clavato, dentibus ovato-lanceolatis, obtusiusculis; petalis lividis; capsula oblonga, carpophoro subbreviore.

In saxosis subalpinis. Thessalia: mt. Oxya pr. Chaliki (Hal.), mt. Said Pascha et mt. Dokimi (Form.) in Pindo; Epirus: mt. Smolika supra Palaeoseli distr. Konitza (Bald.). — Jul. Aug. ♃.

; ; Calyx glanduloso-hirtus.

63. **S. paradoxa** L. sp. ed. 2. p. 1673; Bois Fl. or. I. p. 633; Form. in D. bot. Mon. 1891 p. 37, in Ver. Brünn 1895 p. 41; Haussk. Symb. p. 29; Hal. in ö. b. Z. 1892 p. 368; Bald. riv. coll. bot. Alb. 1895 p. 10, 1896 p. 31. — *S. valesia* Ch. et B. exp. p. 123, Fl. Pelop. p. 27 ex Bois. l. c. — Icon: Rchb. f. 5113. — Exsicc: Sint. et Bornm. It. turc. n. 1174; Bald. It. Alb. Epir. III. n. 120

Basi suffrutescens; caulibus rigidis, simplicibus vel parce ramosis, superne viscosis; foliis ciliatis, inferioribus lanceolato-spathulatis, superioribus linearibus; calyce oblongo-cylindrico, dentibus lanceolatis, acutis, fructifero clavato; lamina alba, bipartita, appendicibus oblongis, bifidis; capsula ovato-oblongo, longe conico-attenuata, carpophoro aequilonga vel eo sesquilongiore.

In rupestribus regionis abietinae. Epirus: mt. Micikeli, pr. Paramythia, Cepelovon, Melisurgi in mt. Tsumerka (Bald.); Thessalia: mt. Zygos (Haussk.), pr. Malakasi, Said Pascha, Dokimi in Pindo (Form.), pr. Litochoron in Olympo (Sint.); Aetolia: mt. Tymphrestus (Samar.), mt. Korax (Heldr.); Eurytania: mt. Chelidoni (Heldr.); Messenia: pr. Pylos (Heldr.); Laconia: pr. Scardamula, Vitilos (Chaub.). — Jul. Aug. ♃.

64. **S. fruticosa** L. sp. p. 417; Bois. Fl. or. I. p. 633. — Icon: Fl. gr. t. 428.

Basi suffrutescens; caulibus rigidis, breviter et densiuscule corymboso-paniculatis, glabris vel leviter pubescentibus; foliis ciliatis, inferioribus obovatis vel lanceolato-spathulatis, superioribus lineari-lanceolatis; calyce cylindrico, dentibus oblongis, obtusiusculis, fructifero clavato; lamina rosea, bifida, appendicibus obtuse bifidis; capsula ovata, carpophorum subaequante.

Laconia: ad Scardamula (Despr. ex Bois. Fl. or. l. c.). — Jun. ♃. N. v.

×× Flores virginei nutantes.

65. **S. viridiflora** L. sp. ed. 2. p. 597; Bois. Fl. or. I. p. 634; Haussk. Symb. p. 30; Hal. in ö. b. Z. 1892 p. 369, Beitr. Fl. Achaia p. 14; Form. in Ver. Brünn 1897 p. 63. — Icon: Rchb. f. 5004. — Exsicc.: Sint. et Born. It. turc. n. 1175 b.

Pubescens, superne viscosa; caule erecto, simplici vel superne ramoso; foliis ovato-oblongis; calyce cylindrico, basi attenuato, dentibus lanceolatis acutis, fructifero oblongo-ventricoso; lamina albovirenti, bifida; capsula ovoidea, subsessili.

In nemorosis, fruticetis regionis submontanae. Thessalia: ad monasterium Korona, in oropedio Neuropolis, pr. Pezula, mt. Ghavellu (Haussk.) in Pindo, pr. Hepdominta Aderfia et Phlamburo in Oxya, pr. Kucuro, Phlambures et in mt. Mitrica in mt. Chassia (Form.), pr.

Litochorion in mt. Olympo (Sint.); Euboea: in mt. Telethrion (Heldr.); Laconia: mt. Malevo (Heldr.); Arcadia: ad lacum Pheneon (Heldr.), ad Saradi pr. Kalavryta (Hal.). — Jun. Jul. ♃.

66. S. **nutans** L. sp, p. 417; Ch. et B. exp. p. 122, Fl. Pelop. p. 27. — Icon: Rchb. f. 5108.

Pubescens, superne viscosa; caule erecto, in paniculam secundam abeunti; foliis inferioribus ovato-spathulatis, superioribus lineari-lanceolatis; calyce clavato, basi subumbilicato, dentibus lanceolatis, acutis; lamina alba, bipartita; capsula ovato-conica, carpophoro quadruplo longiore.

Arcadia: pr. Phigalea (Chaub.). — Maio, Jun. ♃. N. v.

β. Ungues petalorum ciliati.

× Capsula carpophorum aequans.

○ Unques edentuli.

. Flores virginei nutantes.

67. S. **Niederi** Heldr. in Bois. Diagn. Ser. 2, VI. p. 32, Fl. or. I. p. 637; Haussk. Symb. p. 30; Hal. Beitr. Thessal. p. 8, Bald. in bull. Bois. IV. p. 203; Form. in Ver. Brünn 1897 p. 63. — Exsicc.: Heldr. Herb. norm. n. 740; Orph. Fl. gr. n. 941; Sint. It. Thessal. n. 1053.

Inferne breviter patuleque hirtella, superne viscida; caulibus erectis, laxe paniculatis; foliis infimis oblongo-lanceolatis, caeteris lineari-lanceolatis; paniculae ramis elongatis, 2—5 floris; calyce puberulo, obconico-clavato, dentibus ovatis obtusis, fructifero infra apicem constricto; lamina livida, filamentis ciliatis; capsula ovata. — Differt a sequente praeter flores nutantes, indumento paniculae ramis elongatis, floribus brevioribus, calycis dentibus obtusis, capsula breviore ovata.

In dumetis, quercetis regionis montanae. Thessalia: pr. Litochoron et Scala in Olympo (Orph.), pr. Kucuro in mt. Chassia (Form.), pr. Kastania (Hal.), Kalabaka, Malakasi, Chaliki, mt. Zygos (Haussk.); Aetolia: pr. Karpenisi (Samarit.); Leucas: pr. Sphakiotes (Bald.). — Jun. Jul. ♃.

. . Flores erecti.

68. S. **linifolia** S. et Sm. Pr. I. p. 301; Bois. Fl. or. I. p. 648; Heldr. Chlor. Parn. p. 14; Haussk. Symb. p. 31; Hal. Beitr. Fl. Thessal. p. 8, in ö. b. Z. 1897 p. 63; Form. in Ver. Brünn 1897 p. 63; non Willd. enum. p. 473, quae *S. clandestina* Jacq. — *S. linoides* Otth. in DC. Pr. I. p. 384, non Sol. — *S. Ceccariniana* Bois. et Heldr. in sched. — Icon: Fl. gr. t. 433. — Exsicc.: Heldr. Herb. norm. n. 387; Orph. Fl. gr. n. 458.

Pruinoso-puberula, superne viscidula, basi suffrutescens; caulibus erectis, superne breviter paniculatis; foliis lanceolatis vel linearibus, basi ciliatis; calyce puberulo, cylindrico, dein clavato, dentibus elongato-acutis; lamina carnea, subtus livida; filamentis ciliatis; capsula ovato-oblonga.

β. **sporadum**. Subglabra, foliis rigidulis, calyce longiore, 20 mm nec 15 mm longo, glabro, carpophoro calyce sublongiore. — Exsicc.: Heldr. et Hal. Fl. Sporad. a. 1896.

In rupinis et collibus saxosis. Mt. Parnassus (Sibth.); pr. Lebadeam Boeotiae (Heldr.); Thessalia: pr. Kalabaka, in colle Acropoleos pr. Pharsalum (Haussk.), mt. Pelion supra Volo (Leon.), pr. Neraida et Stylida (Form.). — *β.* in Sporadum insula Jura (Leon.). — Jun. Jul. ♃.

69. **S. cephallenia** Heldr. Fl. Cephal. p. 26; Bois. Fl. or. suppl. p. 106. — *S. linifolia v. glandulosa* Bald. riv. coll. bot. Alb. 1895 p. 17, 1896 p. 32. — Exsicc.: Heldr. pl. Cephal. a. 1872; Bald. It. Alb. Epir. III. n. 19, IV. n. 298.

Pube asperula canescens, superne viscida; caulibus e caudice crasso lignoso erectis vel adscendentibus, superne breviter paniculatis; foliis lanceolatis vel linearibus, utrinque dense asperulis; calyce glanduloso-pubescente, cylindrico-clavato, dentibus triangularibus acutiusculis; lamina livida; filamentis glabris; capsula ovata. — Differt a priori indumento aspero, calycis glandulosi dentibus brevioribus et filamentis glabris; habitu non absimilis *S. congestae*, indumento velutino, foliis spathulatis obtusis, inflorescentia congesta, calycis dentibus obtusis et capsula carpophoro duplo longiore diversae.

In rupestribus. Cephalonia: in fauce Steno supra Poros (Heldr.); Epirus: ad coenobium mt. Zalongo distr. Prevesa et mt. Micikeli distr. Zagorion (Bald.). — Jun. Aug. ♃.

CC Ungues biauriculati; flores erecti; filamenta glabra.

. Caulis inferne ramulos steriles breves rigidos spinescentes edens.

70. **S. spinescens** S. et Sm. Pr. I. p. 299; Clem. Sert. p. 22; Bois. Fl. or. I. p. 632; Haussk. Symb. p. 29. — Exsicc.: Orph. Fl. gr. n. 181; Heldr. Herb. norm. n. 285 et 826.

Breviter canescens, superne viscida, basi suffrutescens, multicaulis; foliis mucronatis, inferioribus parvis, ovato-spathulatis, caeteris linearibus, spinescentibus; paniculae laxae, ramis unifloris; calyce puberulo conico-cylindrico, dentibus ovatis obtusis; lamina alba; capsula ovato-oblonga.

β. **argolica** Bois. Fl. or. I. p. 632. Rami steriles minus rigidi folia latiora.

In rupestribus. Attica: mt. Lycabettus (Orph.), Hymettus (Clem.), pr. Stadion (Heldr.); Boeotia (Bois); Argolis: in mt. Palamidi supra Nauplia (Haussk.). — *β.* in rupibus maritimis pr. Astros Argolidis (Bois.). — Maio, Jun. ♃.

. . Caulis sine ramulos spinescentes.

71. **S. italica** L. sp. ed 2. p. 593 (*Cucubalus*); Pers. Syn. I. p. 498; S. et Sm. Pr. I. p. 298; Ch. et B. exp. p. 122, Fl. Pelop. p. 27; Marg. et R. Fl. Zante p. 32; Friedr. Reise p. 275; Ung. Reise

p. 135; Boiss. Fl. or. I. p. 631; Heldr. Fl. Cephal. p. 25, Chlor. Theras p. 9; Spreitz. in z. b. G. 1887 p. 654; Haussk. Symb. p. 29; Hal. Beitr. Fl. Thessal. p. 8, in ö. b. Z. 1897 p. 61. — *Cucubalus glutinosus* Pieri. Corc. Fl. p. 55. — Icon: Fl. Gr. t. 429. — Exsicc.: Heldr. Herb. norm. n. 185; Orph. Fl. gr. n. 939; Sint. It. Thessal. n. 24; Bald. It. Cret. alt. n. 59.

Tomentello-canescens, superne viscida, collo ramulos breves steriles caulesque erectos, 20—60 cm altos, laxe paniculatos edenti; foliis inferioribus oblongis vel spathulato-lanceolatis, obtusiusculis vel acutis, superioribus lineari-lanceolatis; floribus in racemo simplici vel composito; calyce glanduloso-pubescenti, longe conico-cylindrico, dentibus oblongis obtusis; lamina alba; capsula ovato-oblonga.

β. **rubriflora** Otth. in DC. Pr. I. p. 382; Hal. Beitr. Fl. Achaia p. 14. — Floribus purpureis. Exsicc.: Hal. It. gr. II. a. 1893.

γ. **suffruticulosa.** Caudice suffrutescente, foliis radicalibus parvis, confertis, caulibus humilioribus uni-vel paucifloris. — Exsicc.: Grimb. Pl. Cephalon. a. 1895.

δ. **cythnia** Heldr. pl. exs. Fl. Hellen a. 1892 pro sp. — Calyce glaberrimo, panicula pauciflora. — Habitu accedit ad speciem sequentem.

In rupestribus montanis, fruticetis, vinetis, probabiliter in tota ditione. Indicatur in Attica: mt. Hymettus, Parnes (Heldr.); Aetolia: pr. Guritza (Reis.), Musinitza (Leon.), mt. Arapokephala (Heldr.); Thessalia: mt. Oxya (Hal.), Ghavellu, Karava (Haussk.), pr. Kalabaka (Sint.), mt Pelion (Heldr.); Euboea: mt. Dirphys (Ung.); Sporadum insula Jura (Leon.); Cycladum insula Thera (Heldr.); Argolis: insula Poros (Friedr.); Laconia (Sibth.): mt. Malevo (Orph.); Achaia: mt. Olenos (Hal.); Zante: mt. Scopo (Marg.); Cephalonia: pr. Argostoli, mt. Atro (Heldr.); Leucas: ad monast. Hag. Georgios (Spreitz.); Corcyra: pr. San Deca (Spreitz.); Creta pr. Anogya distr. Mylopotamos (Bald.). — *β*. in regione abietina sup. mt. Olenos (Hal.). — *γ*. Cephalonia: mt. Aenos (Grimb.); Arcadia: mt. Chelmos (Hal.). — *δ*. Cycladum insula Cythnos (Tuntas). — Maio, Jun. ♃.

72. S. **Sieberi** Fenzl. Pug. n. 22, in Russegg Reise II. p. 912 lusus 2; Boiss. Fl. or. I. p. 632; Raul. Cret. p. 720. — *S. coesia* Sieb. avis p. 4, rem. p. 4, non S. et Sm. — Exsicc.: Heldr. pl. Cret. n. 1536.

Differt a praecedenti, cui valde affinis, statura minori, caudice brevi suffrutescente dense caespitoso, caulibus uni-vel paucifloris; 10 bis 30 cm. altis et indumento velutino.

In saxosis montanis. Cretae: ad Hagia Erini. Aradhena, Omalos, pr. Verisa ad radices mt. Psiloriti (Raul.). — Maio, Jun. ♃.

×× Capsula carpophorum 2—5 plo superans.

* Calyx glaber.

. Flores erecti.

73. **S. Skorpili** Vel. in zvlast. ot. Vestn. Kral. ces. spolert. nauk. 1890 p. 39, Fl. Bulg. p. 64. — *S. gigantea* Form. in Ver. Brünn 1896 p. 86. — Exsicc.: Form. Pl. Thessal. a. 1895.

Pube asperula canescens, superne viscida; caulibus erectis, rigidis, ramosis; foliis lanceolatis, summis linearibus; paniculae ramis elongatis, floribus 1—5 nis fasciculatis; calyce viscido, oblongo-clavato, dentibus minimis, triangularibus; lamina virescenti, basi breviter biauriculata; capsula ovato-oblonga, calyce 2—3 plo longiore. — Planta thessala cum speciminibus bulgaricis in Schultz herb. norm. nov. ser. cent. 30, n. 2912 a Stibrny editis identica.

In campestribus siccis planitiei Thesaliae prope Pharsalum (Form.). Jul. Aug. ♃.

. . Flores virginei nutantes.

74. **S. longipetala** Vent. hort. Cels. 83, t. 83; Bois. Fl. or. I. p. 636; Haussk. Symb. p. 30; Heldr. Fl. Aegin. p. 238. — *S. attica* Form. in D. bot. Mon. 1898 p. 80 et p. 173. — Icon: Fl. gr. t. 419. —Exsicc.: Heldr. herb. norm. n. 186; Orph. Fl. gr. 792.

Inferne breviter pubescens, superne viscida; rhizomate elongato; caulibus erectis, in paniculam amplam abeuntibus; foliis oblongo-lanceolatis; paniculae ramis patentissimis 3—7 floris; calyce glaberrimo, breviter turbinato, dentibus ovatis obtusis; lamina alba, in lacinias lineares longissimas bipartita, unguibus exauriculatis; capsula ovata, carpophoro 3—4 plo longiore.

In campis, arvis. Attica: pr. Athenas (Orph.), Pikermi (Heldr.), Kallitea (Leon.), Eleusis (Haussk.); Boeotia (Bois.); pr. Neocorinthum (Haussk.); Aegina: ad monasterium (Haldr.). — Apr. Maio. ♃.

75. **S. Guicciardii** Bois. et Heldr. Diagn. Ser. 2, VI p. 32. — *Marschallii β. Guicciardii* Bois. Fl. or. I. p. 636. — *S. graminifolia* Heldr. Herb. norm. n. 687.

Dense caespitosa; inferne brevissime puberula, superne viscida; rhizomate indurato, crasso; caulibus erectis, laxe paniculatis; foliis anguste linearibus; paniculae ramis patentibus, 1—3 floris; calyce glaberrimo, cylindrico-campanulato, dentibus ovatis, obtusis; lamina alba, in lacinias lineares bipartita, unguibus dente obtuso auriculatis; capsula oblonga, carpophoro 4—5 plo longiore.

In rupestribus, rarissime. In mt. Parnasso versus collem Leucocastron supra Livadi (Samarit.). — Jun. Jul. ⊙.

⚇ Calyx pubescens.

76. **S. congesta** S. et Sm. Pr. I. p. 300; Ch. et B. Fl. Pelop. p. 27; Bois. Fl. or. I. p. 646, Suppl. p. 106; Heldr. Chlor. Parn. p. 14; Hal. Beitr. Fl. Achaia p. 14, in ö. b. Z. 1897 p. 282; Bald. riv. coll. bot. Alb. 1895 p. 17. — *S. delphica* Bois. et Heldr. Diagn. Ser. 2, I. p. 73. — Exsicc.: Heldr. Herb. norm. n. 283; Orph. Fl. gr. n. 457 et 1123; Bald. It. Alb. Epir. III. n. 119.

Velutina, superne viscida; rhizomate crasso, indurato; caulibus erectis, simplicibus vel ramosis; foliis inferioribus confertis, spathulato-lanceo-

latis, superioribus linearibus; floribus brevissime pedicellatis, ad ramulorum apicem congestis; calycis obconico-campanulati dentibus rotundis obtusis; lamina viridi-flavescenti, ecoronata; capsula ovato-rotundata, carpophoro duplo longiore.

In rupibus. In monte Parnasso pr. Delphi et Rachova (Heldr.), mt. Korax, pr. Vutrinitza Locridis (Tunt.); Epirus: ad Kalarrytes et Syraku (Bald.); Achaia: in valle fluvii Voreikos pr. Kalavryta (Hal.), pr. Megaspilaeon (Heldr.), mt. Chelmos (Orph.), Kyllene (Heldr.); Laconia: in castro Mistra ad radices mt. Taygetos (Orph.). Circa Athenas, ubi a Smithio indicatur, non crescit. — Jun. Aug. ♃.

77. **S. gigantea** L. sp. p. 418; S. et Sm. Pr. I. p. 299; Sieb. avis. rem. p. 4, in Flora I. p. 271; Marg. et R. Fl. Zante p. 32; Bois. Fl. or. I. p. 645; Raul. Cret. p. 720; Hal. Beitr. Fl. Achaia p. 14; Bald. Riv. coll. bot. Alb. 1895 p. 17. — *S. rhodopea* Janka in Termész. Füz. II. I. p. 1 (sep.). — *S. pseudonutans* Panc. Add. Fl. Serb. p. 116. — Icon: Fl. gr. t. 432.

Incano-pubescens, superne viscida; rhizomate crasso; caulibus elatis, crassis, simplicibus vel ramosis; foliis inferioribus confertis, cochleariformibus, obtusis, mucronulatis, caulinis lanceolatis, acutis; floribus ad racemi ramos interdum elongatos in verticillastra congestis breviter pedicellatis aut in cymis laxioribus paucifloris; calycis obconici dentibus ovatis, obtusis; lamina alba, bigibbosa; capsula ovata, carpophoro triplo longiore.

α. **typica.** Indumentum densum; folia canescentia; cymae confertim floriferae. — Exsicc.: Bald. It. Cret. alt. n. 6.

β. **viridescens** Bois. Fl. or. I. p. 646. Indumentum parcius; folia virentia; cymae plus minus effusae. — Exsicc.: Orph. Fl. gr. n. 949; Sint. et Bornm. It. turc. n. 1175.

In rupestribus. Zante: inter urbem et Crionero (Marg.); Creta (Sibth.): ad Hagios Thomas distr. Monofrati (Bald.); Cyclades (Sibth.). *β.* Attica: mt. Parnes (Heldr.); Achaia: pr. Megaspilaeon (Hal.); Laconia: mt Malevo pr. Hagios Joannes (Orph.); Thessalia: pr. Plaka ad Litochoron (Sint.); Epirus: mt Zalongos distr. Prevesa (Bald.). — Jun. Jul. ♃.

Obs. *S. obtusidens* Form. in D. bot. Mon. 1897 p. 198 et in Ver. Brünn 1897 p. 63 e mt. Mavrika et Katasara in mt. Othrys Thessaliae, quae ex descriptione ad subsectionem Botryosilene spectare videtur, mihi ignota est.

β. Capsula subindehiscens, abortu 1-sperma.

7. Drypis L. Gen. n. 381.

1. **D. spinosa** L. sp. p. 413; S. et Sm. Pr. I. p 209; Fraas Fl. Class. p. 108; Bois. Fl. or. I. p. 566; Heldr. Chlor. Parn. p. 14; Hausk. Symb. p. 33; Hal. Beitr. Fl. Epir. p. 15, Beitr. Fl. Achaia p. 15; Bald. riv. coll. bot. Alb. 1895 p. 14, 1896 p. 27, Form in Ver. Brünn 1896 p. 88. *D. spinosa subsp. Linnaeana* Murb.

Beitr. Fl. Südbom. p. 161. — *D. Linneana* Murb. et Wettst. Beitr. Fl. Alban. p. 28. — Icon.: Rchb. f. 5056. — Exsicc.: Orph. Fl. gr. n. 96; Sint. It. Thessal. n. 813.

In glareosis, rupestribus regionis abietinae et superioris. Epirus: mt. Vratedon (Bald.), pr. Vulgarelion in mt. Tsumerka, pr. Mazuki (Hal.), mt. Baba (Haussk.) et mt. Koritino (Form.) inter Krania et Klinovo in Pindo, in valle Negerli pr. Chaliki (Sint.); mt. Tymphrestus (Sprun.), mt. Korax (Heldr.), mt. Parnassus (Sibth.); mt. Dirphys Euboeae (Auch.); mt. Olympus (Heldr.); Peloponnesus: mt. Olenos (Heldr.), Chelmos (Hal.), Kyllene, Taygetos (Orph.). — Jun. Aug. ♃.

§ 2. Calyx nervis commissuralibus nullis; styli 2.

8. Saponaria L. Gen. n. 564.

a. Flores lutei, sessiles, ad apicem caulis in capitulum congesti.

1. **S. bellidifolia** Sm. spic. bot. I. p. 5; Bois. Fl. or. I. p. 526; Heldr. Chlor. Parn. p. 14. — Icon: Rchb. f. 4992.

Glabriuscula, caespitosa; caulibus erectis, 20—40 cm altis; foliis radicalibus congestis, spathulato-oblongis, trinerviis, in petiolum attenuatis, caulinis paucis, lineari-spathulatis; capitulo foliis lanceolatis binis suffulto, bracteis lanceolatis ciliatis inter flores obsito; calyce subcylindrico, dentibus triangularibus, acutis; petalis oblongo-linearibus, retusis; capsula oblonga, calyce sublongiore.

In rupestribus regionis abietinae et alpinae. Mt. Parnassus supra Rachova (Samarit.) et Olympus (Orph.). — Jun. Jul. ♃. N. v.

b. Flores rosei, pedicellati, paniculati vel corymbosi.

α. Perennes vel biennes, caules erecti, validi.

× Plantae glabrae vel superne pubescenti-viscidae.

2. **S. depressa** Biv. Manip. II. p. 6; Haussk. Symb. p. 34; Form. in Ver. Brünn 1896 p. 86. — Icon: Lojac. Fl. Sicula I. t. 19. — Exsicc.: Sint. It. Thessal. n. 937.

Caespitosa, glabra, glauca, superne pubescenti-viscida; rhizomate suffruticoso; caulibus 5—30 cm altis, simpliciusculis, superne laxe cymoso-corymbosis, rarius unifloris; foliis lineari-spathulatis, uninerviis, minutissime denticulato-ciliatis; floribus paucis, magnis; calyce subventricoso, vinoso-rubello, dense glanduloso, 25 mm longo, dentibus triangularibus, acuminatis; lamina bifida, laciniis obovatis, capsula oblonga inclusa. — Nostra a planta sicula calycis indumento breviore differt.

In montosis Thessaliae: in collibus schistosis pr. Malakasi (Heldr.), mt. Zygos (Haussk.), Said Pascha (Form.) in Pindo tymphaeo. — Jul. Aug. ♃.

3. **S. officinalis** L. sp. p. 408; S. et Sm. Pr. I. p. 282; Pieri. Corc. Fl. p. 54; Dallap. Prosp. p. 58; Ch. et B. exp. p. 118, Fl. Pelop. p. 26; Fraas Fl. Class. p. 107; Bois. Fl. or. I. p. 527; Form.

in D. bot. Mon. 1891 p. 37, in Ver. Brünn 1895 p. 40, 1897 p. 62; Haussk. Symb. p. 33; Hal. Beitr. Fl. Thessal. p. 9, in ö. b. Z. 1895 p. 217 et 1897 p. 282 (var. *glaberrima* Ser. in DC. Pr. I. p. 365). — Icon: Rchb. f. 4995. — Exsicc.: Sint. et Bornm. It. turc. n. 1116.

Glabra, viridis; rhizomate repente; caulibus validis, elatis, 20—50 cm altis, simplicibus vel ramosis, superne corymboso-paniculatis; foliis oblongo-ellipticis, trinerviis; floribus numerosis, magnis; calyce cylindrico, viridi, 20 mm longo, glabro, dentibus breviter triangularibus, acuminatis; lamina obovata, emarginata vel integra; capsula oblonga, inclusa.

Ad ripas, in arenosis, fruticetis regionis inferioris et montanae. Epirus: pr. Safikbi, in valle Dipotami (Form.); Thessalia: pr. Kalabaka (Hal.), ad ripas Penei, pr. Trikala, monasterium Korona, Volo (Haussk.), Portaria, Palaeokastron (Form.), Litochoron (Sint.); Attica: pr. Athenas (Fraas); Boeotia: pr. Lebadea (Fraas); Aetolia: pr. Granitza (Heldr.); Corcyra: pr. Potamo (Pieri); Cephalonia (Dallap.); Euboea (Fraas); Cycladum ins. Tenos (Chaub.), Andros (Fraas); Argolis: pr. Argos (Chaub.); Laconia: mt. Taygetos, ad fluvium Eurotas (Chaub.). — Jun. Sept. ♃.

×× Tota patule glutinoso-hispida.

4. **S. glutinosa** M. B. Taur. Cauc. I. p. 322; Bois. Fl. or. I. p. 528; Haussk. Symb. p. 34. — Icon: Rchb. f. 4991 b. — Exsicc.: Orph. pl. gr. a. 1870.

Caulibus elatis, a basi ramosis; foliis trinerviis, radicalibus spathulato-lanceolatis, caulinis ovato-oblongis; floribus fasciculato-cymosis; calyce anguste cylindrico, 15—18 mm longo, dentibus lanceolatis acuminatis; lamina lineari-cuneata, bifida; capsula cylindrica, calyce subbreviore.

In dumosis et silvaticis montanis. Achaia: mt. Chelmos et Kyllene (Orph.); Thessalia: pr. Klinovo (Haussk.). — Jun. Jul. ⊙.

β. Annuae; caules debiles.

5. **S. calabrica** Guss. pl. rar. p. 164, t. 31; Friedr. Reise p. 271; Ung. Reise p. 135; Bois. Fl. or. I. p. 528; Raul. Cret. p. 717; Spreitz. in z. b. G. 1877 p. 722; Gelmi in bull. soc. bot. ital. 1889 p. 448; Hal. Beitr. Fl. Epir. p. 15; Bald. riv. coll. bot. Alban. 1895 p. 13, 1896 p. 27. — *S. glutinosa* Sieb. avis p. 3. — *S. viscosissima* Sieb. Reise II. p. 293.

Tota plus minus glandulosa-pilosa; caulibus plerumque decumbentibus, dichotomo-ramosis; foliis uninerviis, inferioribus oblongo-spathulatis, obtusis, superioribus oblongo-lanceolatis; pedicellis calyce brevioribus; calycis cylindrici, fructiferi oblongi dentibus breviter ovatis, obtusis; lamina integra, squamata; capsula ovata vel oblonga, calycem aequanti; seminibus tuberculatis.

α. **typica.** Inferne pubescens, superne glanduloso-pilosa; lamina suborbicularis, basi abrupte angustata; pedicelli fructiferi saepe deflexi; capsula oblonga. — Exsicc.: Hal. It. gr. an. 1893.

β. **graeca** Bois. Fl. or. I. p. 528; Hal. Beitr. Fl. Achaia p. 15, in ö. b. Z. 1895 p. 217, pro spec. — Valde pubescenti-viscida, lamina oblonga, basi sensim attenuata; pedicelli fructiferi plerumque erecto-patuli; capsula oblonga. — Formis intermediis ad typum transit. — Icon: Fors. et Barb. Samos t. 9. — Excicc.: Heldr. Herb. norm. n. 381 et 1216.

γ. **aenesia** Heldr. in Congr. Firenze 1870 p. 238, Fl. Cephal. p. 25; Spreitz. in z. b. G. 1877 p. 722; Bois. Fl. or. suppl. p. 84 (errore typogr. *aenebia*), pro sp. — Inferne glabriuscula, superne glanduloso-pilosa; lamina minuta, basi sensim attenuata; pedicelli fructiferi deflexi; capsula ovata. — Exsicc.: Heldr. pl. gr. n. 3577.

In rupestribus regionis inferioris et montanae. Corcyra: mt. Deca et mt. Pantocrator pr. Barbati et Signes (Spreitz.), pr. Gasturi (Gelmi), Peleka (Baen.); Epirus: mt. Micikeli, mt. Olycika (Bald.), pr. Kalentini (Hal.); Aetolia: mt. Arapokephala (Heldr.), pr. Zulatika (Nieder), Krionerion (Reis.), mt. Tymphrestus (Sam.); Attica: mt. Parnes, Pentelicon (Heldr.); Thessalia: pr. Makriniza in mt. Pelion (Heldr.); Argolis: ad Hiero (Bois.), ins Poros (Friedr.); Achaia: pr. Megaspilaeon (Heldr.), Kalavryta (Hal.); Arcadia centralis (Heldr.); Creta: pr. Askyphos, mt. Lassiti (Raul.) — γ. in mt. Aenos Cephaloniae (Heldr.). — Apr. Jul. ⊙.

6. **S. orientalis** L. sp. p. 409; Bois. Fl. or. I. p. 531. — Icon: Rchb. f. 4994 c. — Exsicc.: Bornm. pl. as. min. a. 1890.

Praeter folia glabra, glanduloso-pilosa; caule erecto, divaricatim ramoso; foliis subtrinerviis, inferioribus oblongo-spathulatis, obtusis, superioribus lineari-lanceolatis; pedicellis erectis, calyce aequilongis; calycis cylindrici, fructiferi oblongi dentibus oblongis, acutis; lamina minuta, retusa, nuda; capsula oblongo-cylindrica, calycem aequanti; seminibus tuberculatis.

In siccis et agris incultis Graeciae (Auch. ex Bois. l. c.) sine loci specialis indicatione. Maio, Jun. ⊙.

9. Vaccaria Moench. meth. p. 63.

1. **V. perfoliata** Gilib. Fl. Lith. V. p. 163 (*Saponaria*); Heldr. Fl. Aegin. p. 238. — *Saponaria vaccaria* L. sp. p. 409; Bois. Fl. or. I. p. 525; Weiss in z. b. G. 1869 p. 54; Raul. Cret. p. 717; Form. in D. bot. Mon. 1891 p. 37. 1898 p. 81, in Ver. Brünn 1896 p. 86, 1897 p. 62; Haussk. Symb. p. 33. — *Vaccaria parviflora* Moench. meth. p. 63. — *Gypsophila vaccaria* S. et Sm. Pr. I. p. 279, Fl. gr. t. 380. — Exsicc.: Heldr. Fl. Hellen. a. 1878.

b. Pedicelli calyce longiores; petali unguis in laminam sensim dilatatus.

α. Perennes; seminis radicula non elongata.

5. **G. nana** Ch. et B. exp. p. 116, Fl. Pelop. p. 26; Bois. Fl. or. I. p. 538; Raul. Cret. p. 717; Heldr. Chlor. Parn. p. 14; Bald. Cret. p. 33. — Icon: Ch. et B. exp. p. 12, Fl. Pelop. ad finem praefationis. — Exsicc: Heldr. herb. norm. n. 909; It. Cret. n. 55; Dörfl. Fl. gr. n. 181.

Caespitosa, hirsuto-viscidula; caudiculis fragilibus; caulibus brevibus, 2—4 cm. altis; foliis elliptico-linearibus, obtusis; floribus 1—5 ex axillis supremis et terminalibus; pedicellis calyce 2—3 plo longioribus; calyce obconico, viscido, dentibus oblongis, obtusis, margine scariosis; petalis pallide roseis, obovato-oblongis, retusis, calyce duplo longioribus; capsula ovata, calyce aequilonga.

In rupium fissuris regionis superioris. M. Parnassus supra Gurna (Guicc.) et Dokanistra (Leon.), Malevo, Taygetos (Heldr.); Creta: pr. Hellinoseli, mt. Hag. Pneuma (Raul.) et Volakia (Bald.) in montibus Sphacioticis. — Jun. Aug. ♃.

6. **G. Arrostii** Guss. pl. rar. p. 160, t. 30; Bois. Fl. or. I. p. 543. — *G. altissima* S. et Sm. Pr. I p. 280, non L. —

Glabra, caulibus elatis, a basi paniculam ramosissimam formantibus; foliis lanceolatis, acutiusculis; pedicellis calyce 5—10 plo longioribus; calyce haemisphaerico, glabro, lobis oblongis, late membranaceis; petalis pallide roseis, elliptico-oblongis, retusis, calyce longioribus; capsula subglobosa, calyce sesquilongiore.

In Graecia (Sibth.), sine loci specialis indicatione. — Jul. Aug. ♃. N. v.

β. Annua; seminis radicula elongata.

7. **G. muralis** L. sp. p. 408; Bois. Fl. or. I. p. 554; Haussk. Symb. p. 34. — Icon: Rchb. f. 4997. — Exsicc.: Heldr. It. Thessal. n. 1885.

Basi scabriuscula superne glabra; caulibus filiformibus, a basi ramosissimis; foliis lineari-subulatis, acutis; pedicellis calyce multoties longioribus; calyce turbinato, inter nervos late membranaceo, dentibus rotundatis; petalis roseis crenatis vel retusis; capsula ovato-oblonga.

In campis planitiei Thessaliae pr. Pharsalus, Sophates, Karditza, Trikala, Larissa, Tyrnavos (Haussk.). — Jun. Jul. ⊙.

Species dubia: *G. compressa* Urv. enum. p. 48 ex insula Scopelos (Urv.).

2. Tribus. *Diantheae* A. Br. in Flora 1843 p. 363. Semina peltata, hilo faciali; embryo rectus; calyx nervis commissuralibus nullis; styli 2.

11. **Tunica** Scop. Fl. Carn. ed. 2, I. p. 298.

Dispositio specierum:

§ 1. Flores solitarii, basi nudi.

1. Sectio. *Pachypleura* Jaub. et Sp. — Calyx campanulatus, 5 costis validis trinerviis; unguis petalorum in laminam sensim ampliatus. — Species annua.

1. T. pachygona Fisch. et Mey.

2. Sectio. *Gypsophiloides* Bois. Calyx turbinatus, 5—15 nervius; unguis petalorum in laminam sensim ampliatus. — Species perennes.

a. Calycis dentes triangulares, acuti.

α. Calycis anguli trinervii.

2. T. armerioides Ser. **3. T. cretica** L.

β. Calycis anguli uninervii.

4. T. illyrica L. **5. T. ochroleuca** S. et Sm. **6. T. phthiotica** Bois. et Heldr.

b. Calycis dentes rotundati, obtusi.

7. T. graminea S. et Sm.

§ 2. Flores solitarii vel capitati, basi involucrati.

3. Sectio. *Eutunica* Bois. Calyx squamis non involutus, turbinatus, 5—15 nervius; unguis petalorum in laminam angustam sensim dilatatus. — Species perennes.

a. Flores solitarii vel fasciculati; involucri phylla calyce breviora.

α. Calyx glaber, angulis trinerviis.

8. T. saxifraga (L.). **9. T. rigida** (L.).

β. Calyx glanduloso-hirtus, angulis uninerviis.

10. T. fasciculata (Marg. et R.).

b. Flores capitati; involucri phylla albo-scariosa, calycem aequantia.

11. T. thessala Bois. **12. T. dianthoides** (S. et Sm.).

4. Sectio. *Kohlrauschia* Kunth. Calyx squamis binis ad apicem usque involutus, elongato-tubulosus, 15-nervius; unguis petalorum in laminam obovatam abrupte dilatatus. -- Species monocarpicae.

13. T. glumacea (Ch. et B.). **14. T. velutina** (Guss.).

1 §. Flores solitarii, basi nudi.

1. Sectio. *Pachypleura* Jaub. et Sp. Ill. I. p. 11. Calyx campanulatus, 5 costis validis trinerviis; unguis petalorum in laminam sensim ampliatus. — Species annua.

1. **T. pachygona** Fisch. et Mey. Ind. sem. Petropol. IV. p. 50; Hal. in ö. b. Z. 1899 p. 706. — Exsicc.: Sint. It. Thessal. n. 1223.

Glanduloso-viscida; caulibus erectis, 10—20 cm. altis, dichotome paniculatis; foliis lineari-subulatis; calyce glabro, dentibus ovatis, longiuscule mucronatis; lamina alba, lineari-spathulata, integra, sub anthesi inclusa.

In glareosis ad fluvium Peneios prope Kalabaka Thessaliae (Sint.). — Jun. Jul. ⊙.

2. Sectio. *Gypsophyloides* Bois. Fl. or. I. p. 519. Calyx turbinatus, 5—15 nervius; unguis petalorum in laminam sensim ampliatus. — Species perennes.

a. Calycis dentes triangulares, acuti.

α. Calycis anguli trinervii.

2. **T. armerioides** Ser. in DC. Pr. I. p. 353 (*Gypsophila*). — *Gypsophila illyrica* S. et Sm. Pr. I. p. 281, Fl. gr. IV. p. 77, t. 386; ? Ch. et B. exp. p. 118, Fl. Pelop. p. 26. — *T. Sibthorpii* Bois. Diagn. VIII. p. 61, Fl. or. I. p. 521, suppl. p. 83; Heldr. in ö. b. Z. 1898 p. 183. — Exsicc.: Heldr. pl. gr. n. 2948; Dörfl. Fl. Aeg. n. 8, 148 et 169.

Glanduloso-viscida; caulibus rigidis, superne in paniculam brevem, confertam, subfastigiatam abeuntibus; foliis linearibus, margine scabris; floribus approximatis, pedicellis calyce brevioribus suffultis; calyce dense glanduloso, angulis elevatim trinerviis, dentibus triangularibus acuminatis; lamina oblonga, integra, alba, basi saepe purpureo-maculata.

In rupestribus montosis. Ad radices mt. Parnassus (Auch.); Boeotia: ad Lebadea (Sprun.), mt. Citheron (Guicc.); Attica: mt. Pateras, Corydalus (Heldr.); Laconia: mt. Taygetos (Despr.); Euboea (Heldr.); Cycladum ins. Tenos (Sart.), Naxos (Heldr.), Amorgos (Sibth.). — Maio, Jul. ♃.

3. **T. cretica** L. sp. ed 2 p. 584 (*Saponaria*); Fisch. et Mey. Ind. sem. Petrop. IV. p. 49, Bois. Fl. or. I. p. 520; Raul. Cret. p. 717; Bald. Viagg. Cret. 33. — *Gypsophila cretica* S. et Sm. Pr. I. p. 280, Fl. gr. IV. p. 76 t. 384; Sieb. avis p. 4, rem. p. 4. — *T. illyrica β. taygetea* Bois. Fl. or. I. p. 521 meo sensu ob calycis angulis subtrinerviis huc, nec ad *T. illyricam* pertinet. — Exsicc.: Orph. herb. n. 593; Bald. It. Cret. n. 107.

Glanduloso-pubescens; caulibus tenuibus, parce et dichotome ramosis, saepe paucifloris; foliis linearibus, margine scabridulis; floribus remotiusculis, pedicellis calyce aequilongis vel longioribus suffultis; calyce glabro vel parce glanduloso, angulis subtrinerviis, dentibus triangularibus acuminatis; lamina oblonga, rosea, integra vel retusa. — Differt a prerecedente caulibus tenuioribus, indumento minus copioso et panicula non conferta, sed formis intermediis ad eam transire videtur.

In rupestribus regionis inferioris et montanae. Creta: pr. Candia, inter Palaeokastron et Zarko, pr. Askyphos, Anopolis, Palaeolutra, mt. Stravopodia (Heldr.) et Hagion Pneuma (Bald.) in mt. Sphacioticis; Laconia: mt. Taygetos supra Androvista (Heldr.), Cumusta (Pichl.) et Megali Zonaria (Zahn); Euboea: mt. Dirphys (Heldr.). — Maio, Jul. ⊙.

β. Calycis anguli uninervii.

4. **T. illyrica** L. mant. p. 70 (*Saponaria*); Fisch. et Mey. Ind. sem. Petrop. IV. p. 49; Bois. Fl. or. I. p. 520; Heldr. Fl. Cephal. p. 25, Chlor. Parn. p. 14; Hal. in z. b. G. 1889 p. 750, Beitr. Fl. Epir. p. 15, Beitr. Fl. Thessal. p. 9, Beitr. Fl. Achaia p. 15; Form.

in D. b. Mon. 1891 p. 36, in Ver. Brünn 1895 p. 40, 1896 p. 85, 1897 p. 61; Haussk. Symb. p. 34; Bald. riv. coll. bot. Alban. 1895 p. 13, 1896 p. 26. — *Gypsophila Haynaldiana* Janka in ö. b. Z. 1870 p. 316, in acad. Közlem. 1876 p. 165. — *Tunica Haynaldiana* Haussk. Symb. p. 34. — Icon: Rchb. f. 4999. — Exsicc.: Heldr. herb. norm. n. 95; Sint. It. Thessal. n. 939; Bald. It. Alb. Epir. IV. n. 14.

Glanduloso-pubescens; caulibus laxe et divaricatim dichotomis; foliis linearibus, trinerviis, margine scabris; floribus subfastigiatis; pedicellis setaceis; calyce glanduloso, dentibus triangularibus mucronatis; lamina oblonga, integra, albida, basi purpureo-punctata, subtus purpureo-lineata vel concolori.

In montosis. Epirus: pr. Ephemiades, Sadovica, Hagios Paraskevi, mt. Micikeli et mt. Prosgoli, in valle Dipotami (Form.), ad Cepelovon distr. Zagorion (Bald.), pr. Kalarrytes in mt. Peristeri (Hal.); Thessalia: pr. Malakasi, mt. Ghavellu et Karava (Haussk.), pr. Kastania in mt. Oxya (Hal.), pr. Chaliki, Koturi, Krania, Klinovo, Said Pascha, Mandra Hodza (Form.), Kalabaka, Trikala, Tyrnavos (Haussk.), Pharsalus, Velestinos, Miluna, Kapurna, Portaria, Volo, mt. Othrys, pr. Neraida (Form.), mt. Oeta Phthiotidis (Heldr.); mt. Parnassus (Heldr.), mt. Kiona (Hal.); Aetolia (Sprun.); Attica: mt. Parnes (Heldr.); Achaia pr. Kalavryta (Leon): mt. Kyllene pr. Trikala (Heldr.) et Gura (Hal.); Argolis: pr. Nauplia (Haussk.); Cephalonia: mt. Pylaro et mt. Phalaris (Heldr.). — Specimina ex ultimo loco a Boissier in Fl. or. suppl. p. 82 et 83 partim ad *T. fasciculatam*, partim ad *T. creticam* ducuntur. — Jun. Jul. ♃.

5. **T. ochroleuca** S. et Sm. Pr. I. p. 281; Fl. gr. IV. p. 77 t. 385; Ch. et B. Fl. Pelop. p. 26 (*Gypsophila*); Fisch. et Mey. Ind. sem. Petrop. IV. p. 49; Bois. Fl. or. I. p. 520. — Exsicc.: Heldr. herb. norm. n. 297.

Glaucescens, glabra, inferne parce glandulosa; caulibus stricte paniculatis; foliis linearibus, trinerviis, margine scabridis; calyce glaberrimo, dentibus triangularibus acuminatis; lamina oblongo-lineari, integra, pallide ochroleuca, basi purpureo-ocellata, subtus concolori.

In saxosis regionis mediae et superioris mt. Hymettus (Sibth.) et Parnes (Heldr.) Atticae. — Maio, Jul. ♃.

6. **T. phthiotica** Bois. et. Heldr. in Bois. Fl. or. suppl. p. 82. — Exsicc.: Heldr. pl. gr. a. 1879.

Parce glanduloso-pubescens; caulibus dichotome ramosis; foliis anguste linearibus, uninerviis; calyce glabro, dentibus late triangularibus, acutis; lamina oblongo-spathulata, integra, rosea. — Differt a praecedenti calycis dentibus latioribus, non acuminatis et petalis roseis.

In faucibus Ruphia regionis abietinae mt. Oeta Phthiotidis (Heldr.). — Jul. ♃.

b. Calyces dentes rotundati, obtusi.

7. **T. graminea** S. et Sm. Pr. I. p. 279; Ch. et B. exp. p. 117, Fl. Pelop. p 26 (*Gypsophila*); Bois. Diagn. VIII. p. 60, Fl. or. I. p. 519. — Exsicc.: Heldr. herb. norm. n. 1410.

Minutissime puberula, caespitosa; caulibus tenuibus, divaricatim dichotomis; foliis setaceo-triquetris, margine scabris, inferioribus fasciculatis; calyce dense glanduloso, viridi-quinquevittato, angulis uninerviis vel subtrinerviis; lamina rosea, obcordata. — Species a praecedentibus, inter se valde affinibus distinctissima.

Ad rupes, in saxosis. Peloponnesus (Sibth.): pr. Armyros (Bois.), Kalamata (Zahn.), Pylos et Arcadia (Chaub.) Messeniae, pr. Patras (Reinh.) Achaiae. — Oct. Dec. ♃.

§ 2. Flores solitarii vel capitati, basi involuerati.

3. Sectio. *Eutunica* Bois. Fl. or. I. p. 518. — Calyx squamis non involutus, turbinatus, 5—15 nervius; unguis petalorum in laminam angustam sensim dilatatus. — Species perennes.

a. Flores solitarii vel fasciculati; involucri phylla calyce breviora.

α. Calyx glaber, angulis trinerviis,

8. **T. saxifraga** L. Sp. p. 413 (*Dianthus*); Scop. Fl. Carn. ed. 2. I. p. 300; Hal. Beitr. Fl. Epir. p. 15. — *Gypsophila saxifraga* L. Syst. ed. 10. p. 1028, Sp. ed. 2. p. 584; Ch. et B. exp. p. 117, Fl. Pelop. p. 26; Friedr. Reise p. 266. — *G. rigida* S. et Sm. Fl. gr. t. 382, non L. — Exsicc.: Hal. It. gr. II. a. 1893.

Glabra vel inferne breviter puberula; caulibus paniculatis; foliis linearibus, margine scabridis; floribus solitariis; involucri phyllis scariosis, oblongo-lanceolatis, acutis, mucronatis, calycis dentibus ovatis, obtusis; lamina oblongo-spathulata, emarginata, rosea.

In rupestribus montanis. Epirus: pr. Arta, Kalarrytes (Hal.): Attica: ad Ilyssum (Friedr.), sed hic a recentioribus non lecta; Peloponnesus: ad coenobium Omplo pr. Patras et in faucibus Diakophto Achaiae (Heldr.), pr. Pylos, Methone, Corone, Kardamyle (Chaub.). — Maio, Jul. ♃.

9. **T. rigida** L. Sp. p. 408 (*Gypsophila*); Bois. Fl. or. I. p. 518; Heldr. Fl. Cephal. p. 25.

Glabra vel inferne puberula; caulibus paniculatis; foliis lineari-subulatis, margine scabris; floribus 2—3-fasciculatis vel rarius solitariis; involucri phyllis scariosis, ovato-oblongis, obtusiusculis, mucronatis; calycis dentibus ovatis, obtusis; lamina oblongo-spathulata, integra, rosea. — Affinis praecedenti, a qua floribus fasciculatis, involucri phyllis obtusiusculis et lamina integra discedit.

In montanis Graeciae (Bois.); Cephalonia: mt. Aenos pr. Hagia Eleutheria et Phaleris, ad rupes Charakas et pr. Asso (Heldr.). — Jul. Oct. ♃. N. v.

β. Calyx glanduloso-hirtus, angulis uninerviis.

10. **T. fasciculata** Marg. et R. Fl. Zante p. 31 t. 1 (*Gypsophila*); Bois. Fl. or. suppl. p. 82; Hal. Beitr. Fl. Aetol. p. 4; Bald. in bull. Bois. IV. p. 202. — *Gypsophila fasciculata* Bois. Fl. or. I. p. 555 excl. var. *β*. — Exsicc.: Hal. It. gr. II. a. 1893; Bald. It. Alb. Epir. III. n. 13.

Glanduloso-pubescens, glaucescens; caulibus dichotome ramosis; foliis subulatis; floribus 2—10-fasciculatis, rarius solitariis; involucri phyllis lanceolatis, late membranaceis, nervo crasso in mucronem longum excurrente; calycis dentibus triangularibus, acutiusculis; lamina lineari-cuneata, retusa, albida.

In saxosis, rare. Acarnania: pr. Agrinion (Hal.); Leucas: mt. Hag. Ilias (Bald.); Cephalonia: mt. Phalaris (Bois.); Zante (Marg.). — Maio, Jul. ♃.

b. Flores capitati; involucri phylla albo-scariosa, calycem aequantia.

11. **T. thessala** Bois. Diagn. VIII p. 63; Hal. in ö. b. Z. 1890 p. 37, Beitr. Fl. Thessal. p. 9; Haussk. Symb. p. 34; Form in Ver. Brünn 1896 p. 85. — *T. Orphanidesiana* Clem. Sert. p. 17, t. 5, f. 2. — Exsicc.: Orph. Fl. gr. n. 924; Sint. It. Thessal. n. 1106.

Glabra; caulibus junceis, simplicibus vel parce stricteque ramosis; foliis linearibus, margine scabris; floribus ad apicem caulis vel ramorum dense capitatis; involucri phyllis late ovatis, mucronatis; calyce ad medium obtuse dentato; lamina albida, obverse lineari-lanceolata.

In rupestribus. Thessalia: pr. Miluna, Patsios (Form.), Hagios Dionysios et Litochoron (Orph.) in Olympo, pr. Makrinitza in mt. Pelion (Leon.), in colle Hagios Elias pr. Tyrnavos (Hausk.); Attica: mt. Parnes (Clem.). — Jul. Aug. ♃.

12. **T. dianthoides** S. et Sm. Pr. I. p. 280, Fl. gr. IV. p. 76 t. 383; Sieb. avis p. 4, rem. p. 4 (*Gypsophila*); Bois. Fl. or. I. p. 518; Raul. Cret. p. 717; Spreitz. in z. b. G. 1890 p. 293. — Exsicc.: Heldr. pl. Cret. a. 1846; Spreitz. It. Cret. a. 1882.

Glabra; caulibus junceis, simplicibus vel stricte ramosis; foliis subulatis, laevibus; floribus ad apicem caulis vel ramorum dense capitatis, rarius ad ramos solitariis; involucri phyllis lanceolatis, acutis; calyce breviter dentato; lamina alba, purpureo-venosa, oblongo-spathulata, obtusa.

In rupestribus. Cretae: pr. Aradhena, Hagia Rumeli, Komitades (Heldr.), Nipros, Anopolis, Samaria in distr. Sphakia (Bald.). — Jul. Aug. ♃.

4. Sectio. *Kohlrauschia* Kunth in Fl. Berol I. p. 108 pro gen. — Calyx squamis binis ad apicem usque involutus, elongato-tubulosus, 15 nervius; unguis petalorum in laminam obovatam abrupte dilatatus. — Species monocarpicae.

13. **T. glumacea** Ch. et B. exp. p. 340, Fl. Pelop. p. 26; Hal. in z. b. G. 1888 p. 750, Beitr. Fl. Thessal. p. 9; Haussk. Symb. p. 36; Bald. in nuov. giorn. bot. 1894 p. 93; Form. in Ver. Brünn

1897 p. 61 (*Dianthus*); Bois. Fl. or. I. p. 517, suppl. p. 81; Raul. Cret. p. 716; Heldr. Chlor. Parn. p. 14; Hal. Beitr. Fl. Aetol. p. 4, Beitr. Fl. Achaia p. 15; Bald. in bull. Bois. 1896 p. 202. — *Dianthus prolifer* S. et Sm. Pr. I. p. 285, Fl. gr. IV. t. 394 (cf. Bert. Fl. ital. IV. p. 550 et Vis. Fl. Dalm. III. p. 160); Urv. enum. p. 45; Marg. et R. Fl. Zante p. 31; Bois. Fl. or. I. p. 516 quoad pl. graecam, — non L. sp. pl. p. 410, qui calyce subsessili, involucri squamis exterioribus mucronulatis, lamina erosula subinclusa differt et in ditione non crescit. — Icon: Ch. et B. exp. p. 343, Fl. Pelop. p. 65. Exsicc.: Orph. Fl. gr. n. 462.

Glabra; caulibus simplicibus vel parce ramosis; foliis margine serrulato-scabris, vaginis brevibus, foliorum diametrum aequantibus; involucri phyllis squamisque obtusissimis, plus minus manifeste punctatis; calyce breviter pedicellato; lamina majuscula, crenato-dentata, purpurea; seminibus rugulosis.

β. **obcordata** Marg. et R. Fl. Zante p. 31 t. 2 pro sp. (*Dianthus*); Bois. Fl. or. I. p. 517; Heldr. Fl. Cephal. p. 25; Bald. riv. coll. bot. Alban. 1895 p. 13, 1896 p. 26. — *D. glumaceus β. obcordatus* Haussk. Symb. p. 36; Hal. Beitr. Fl. Epir. p. 15. — *D. prolifer* Ch. et B. exp. p. 119, Fl. Pelop. p. 26. — Exsic.: Hal. it. gr. II. a. 1893. — Lamina obcordata.

In collibus herbosis, lapidosis, probabiliter totius ditionis. Indicatur: Epirus: ad Kanali pr. Prevesa, pr. Janina, mt. Micikeli (Bald.), mt. Peristeri pr. Syraku (Hal.); Thessalia tota; Eurytania: pr. Mikrochorio (Heldr.); mt. Parnassus pr. Rachova (Heldr.), mt. Kiona pr. Segditza (Hal.); Aetolia: pr. Krionerion (Hal.); Acarnania: pr. Paliampela (Bald.); Leukas (Bald.); Cephalonia: pr. Argostoli, Kastro, Scala, Hagia Euthymia, Piscardo, mt. Phalaris (Heldr.), mt. Aenos (Grimb.); Zante (Marg.); Achaia: pr. Psathopyrgos (Grimb.), Kalavryta (Hal.), Aegion (Orph.), Trikala (Heldr.); Argolis: pr. Nauplia (Haussk.), Mykene (Heider); Arcadia: pr. Karithena, Gortys, mt. Diaforti (Chaub.); Elis: pr. Lintzi (Heldr.); Messenia: pr. Kalamata (Zahn); Creta: pr. Akroteri, Hagia Erini (Raul.). — Maio, Jul. ⊙.

14. **T. velutina** Guss ind. sem. hort. Boccadif. 1825 p. 2, pl. rar. p. 166, t. 32; Marg. et R. Fl. Zante p. 31; Weiss in z. b. G. 1869 p. 54; Spreitz. in z. b. G. 1877 p. 722, 1887 p. 655; Gelmi in bull. soc. bot. ital. 1889 p. 448; Haussk. Symb. p. 36; Form. in Ver. Brünn 1895 p. 40; Hal. in ö. b. Z. 1897 p. 61 (*Dianthus*); Fisch. et Mey. ind. sem. hort. Pelrop. IV. p. 48; Bois. Fl. or. I. p. 516; Raul. Cret. p. 716; Heldr. Fl. Cephal. p. 24. — *Kohlrauschia velutina* Rchb. ic. fl. germ. IV. p. 43. f. 5010; Form. in Ver. Brünn 1896 p. 85; Heldr. Fl. Aegin. p. 238, in ö. b. Z. 1898 p. 183. — *Dianthus prolifer* Friedr. Reise p. 270, sec. Vis. Fl. Dalm. III. p. 160. — Exsicc.: Sint. it. Thessal. n. 251.

Glabra vel saepius ad internodia media velutina; caulibus simplicibus vel parce ramosis; foliis superioribus margine laevibus, vaginis

elongatis, foliorum diametro 2—3plo longioribus, involucri phyllis squamisque mucronulatis, epunctatis; calyce pedicellato; lamina parva, bifida, rosea; seminibus tuberculatis.

In collibus herbosis, lapidosis. Epirus: pr. Prevesa, Agiotoma, Nikopolis, Mitikas, Philippiades, Ephemiades, Safikbi, Buvilastro, Jannina, Sadovica, Hag. Paraskevi, mt. Micikeli et Prosgoli (Form.); Thessalia: pr. Han Kriavris, Malakasi, Dokimi, Koturi, Janoli, Patsios (Form.), Karditza, Trikala, Orman Magula, monast. Korona (Haussk.), pr. Kalabaka (Sint.); Aetolia: pr. Musinitza (Leon.), mt. Taphiassos (Hal.); Attica: mt. Hymettus, pr. Raphina (Heldr.), Laurion (Haussk.); Corinthus, Nauplia, peninsula Methana (Haussk.); ins. Aegina: ad promont. Perdicca (Friedr.), pr. coenobium (Heldr.); Cycladum insula: Syra, Tenos (Weiss), Naxos, Keos (Heldr.), Cythnos (Tuntas), Melos, Kimolos (Leonis); Sporadum insula Skopelos (Leonis); Creta: pr. Canea (Weiss), Kalyves, Malaxa, Askyphos, Anopolis, Karadagh, Katharos in mt. Lassiti (Raul.); Cythera: inter Katochori et Katuni (Spreitz.); Zante (Marg.); Cephalonia: pr. Argostoli, in oropedio Omala (Heldr.); Leucas: ad coenobium Hagios Georgios (Spreitz.); Corcyra: pr. Potamo, mt. Deca (Spreitz.), Gasturi, Analypsis (Form.). — Mart. Maio ⨀.

12. Dianthus L. Gen. n. 565.

Dispositio specierum:

1. Sectio. *Suffruticosi* Will. in journ. Linn. soc. XXIX. p. 361 p. p. — Suffrutices; flores aggregato-fasciculati, rarius subsolitarii, fasciculi foliis supremis herbaceis fulti; lamina rosea vel purpurea, dentata, basi barbulata.

a. Folia carnosa; squamae numerosae.

1. D. fruticosus L. **2. D. arboreus** L.

b. Folia acerosa, pungentia; squamae 4—6.

3. D. juniperinus Sm.

2. Sectio. *Dentati* Bois. Fl. or. I. p. 480. Perennes, rarius annui; flores solitarii vel aggregato-fasciculati, fasciculi foliis supremis herbaceis fulti; lamina rosea vel purpurea, dentata, basi barbulata.

a. Folia linearia vel lineari-lanceolata, acuta.

α. Squamae 4—6.

× Calyx non verruculosus; squamae oblongae, in cuspidem calycis tubum dimidium aequantem vel superantem abeuntibus.

○ Caulis teres; folia 5—7 nervia.

4. D. Mercurii Heldr.

○⨀ Caulis tetragonus; folia 3-nervia.

. Vagina caulis diametro 2—3plo longior; squamae in aristam subulatam stramineam pungentem abeuntes.

5. D. gracilis S. et S.

.. Vagina caulis diametrum aequans; squamae in cuspidem lanceolatam herbaceam abeuntes.

; Caespitosi; caulibus elatis, 10—30 cm. altis.

6. D. pruinosus Bois. et Orph. **7. D. haematocalyx** Bois. et Heldr.

; ; Dense pulvinatim caespitosi, caulibus nanis, interdum subnullis.

8. D. **ventricosus** Heldr. 9. D. **pindicola** Vierh.

XX Calyx verruculosus; squamae ovatae, breviter aristatae.

10. D. **multipunctatus** Ser.

β. Squamae 2.

X Perennes.

11. D. **diffusus** S. et S. 12. D. **pubescens** S. et S.

XX Annui.

○ Glanduloso-viscidus, floribus solitariis.

13. D. **glutinosus** Bois. et Heldr.

○○ Pubescentes, floribus fasciculatis.

. Calyx hirsutus.

14. D. **corymbosus** S. et S. 15. D. **armeria** L.

. Calyx glaberrimus.

16. D. **epirotus** Hal.

b. Folia inferora oblonga vel oblongo-lanceolata, obtusa.

17. D. **deltoides** L.

3. Sectio. *Carthusiani* Bois. Fl. or. I. p. 481. — Perennes; flores capitato-congesti, capitula foliis summis in squamas scariosas vel coriaceas mutatis involucrata; lamina rosea vel purpurea, dentata, barbulata, rarius imberbis.

a. Involucri phylla apice herbacea. — Species inter hanc sectionem et praecedentem intermediae.

18. D. **viscidus** Ch. et B. 19. D. **tymphresteus** Bois. et Spr.

20. D. **Formanekii** Borb.

b. Involucri phylla tota scariosa dilatata.

α. Capitula parva, avellanam aequantia; calyx 1 cm. longus, 2—3 mm. latus.

21. D. **stenopetalus** Griseb. 22. D. **quadrangulus** Vel.

β. Capitula majuscula; calyx 12—20 mm. longus 4—5 mm. latus.

X Lamina eglandulosa.

○ Rhizoma laxe caespitosum vel caules paucos edens; folia linearia, 5—7 nervia.

. Lamina imberbis.

23. D. **cruentus** Griseb.

. . Lamina barbulata.

24. D. **Haynaldianus** Borb. 25. D. **Holzmannianus** Heldr. et Haussk.

○○ Rhizoma caespitosum, multicaule; folia rigida, setacea, 3-nervia.

26. D. **pinifolius** S. et Sm. 27. D. **lilacinus** Bois. et Heldr.

28. D. **lateritius** Hal.

XX Lamina facie superiori glandulis sessilibus aspersa.

29. D. **Samaritani** Heldr. 30. D. **biflorus** S. et Sm.

4. Sectio. *Leiopetali* Bois. Fl. or. I. p. 479. Perennes, rarissime annui; flores solitarii; lamina alba vel rosea, integra vel dentata, glabra, basi nunquam barbulata.

a. Perennes; calyx non verruculosus.

α. Squamarum calycinarum longitudo latitudinem aequans vel parum superans.

× Caules erecti vel adscendentes; calyx 18—25 mm. longus.

. Petala rosea; caules elati, 20—40 cm. alti, parce ramosi, rarius simplices.

31. **D. inodorus** (L.) 32. **D. Arrostii** Presl.

.. Petala alba, subtus sordide virescentia vel cinnamomea; caules elati, 20—80. cm alti, ramosi, rarius simplices.

33. **D. pallens** S. et Sm. 34. **D. cinnamomeus** S. et Sm.

... Petala sordide alba; caules humiles, 8—15 cm. alti, simplices.

35. **D. xylorrhizus** Bois. et Heldr.

×× Caudiculi tenues procumbentes; calyx 7—10 mm. longus.

36. **D. minutiflorus** (Borb.).

β. Squamarum calycinarum longitudo latitudinem 2—3-plo superans.

37. **D. sphacioticus** Bois. et Heldr. 38. **D. serratifolius** S. et Sm.

b. Annuus; calyx verruculosus.

39. **D. tripunctatus** S. et Sm.

1. Sectio. *Suffruticosi* Will. in jour. Linn. soc. XXIX p. 361 p. p. — Suffrutices; flores aggregato-fasciculati, rarius subsolitarii, fasciculi foliis supremis herbaceis fulti; lamina rosea vel purpurea, dendata, basi barbulata.

a. Folia carnosa; squamae numerosae.

1. **D. fruticosus** L. sp. p. 413; S. et S. Pr. I. p. 289; Bois. Fl. or. I. p. 499; Raul. Cret. p. 716; Heldr. Fl. Cephal. p. 24. — Icon: Tourn. voy. p. 70; Fl. gr. t. 407. — Exsicc.: Orph. Fl. gr. n. 919.

Glaber, glaucus; trunci ramis tortuosis, crassis; foliis oblongo-linearibus, obtusis; floribus sessilibus, aggregato-corymbosis; squamis 8—10, obovatis, acutis, mucronatis, calyce triplo brevioribus; calyce 25 mm. longo, dentibus lanceolatis acutis; lamina obovato-rotundata, purpurea.

In rupibus insulae Seriphos Cycladum supra urbem (Orph.); Creta (Sibth.); Cephalonia: pr. Asso (Heldr.), sed haec localitas mihi dubia videtur. — Jul. Aug. ♄.

2. **D. arboreus** L. sp. p. 413; S. et S. Pr. I. p. 289; Sieb. Reise II. p. 315 t. 5, avis p. 3, rem. p. 4; Ch. et B. exp. p. 119; Fraas Fl. Class. p. 108; Bois. Fl. or. I. p. 499; Raul. Cret. p. 716; Spreitz in z. b. G. 1890 p. 293; Bald. viagg. Cret. p. 33; Fors. in bull. Bois. V. p, 399; Heldr. in ö. b. Z. 1898 p. 183; Hal. in z. b. G. 1899 p. 706. — *D. fruticosus* Ch. et B. Fl. Pelop. p. 27. — *D. creticus* Tausch in Flora XIII. p. 246. — Icon: Fl. Gr. t. 406. — Exsicc.: Heldr. pl. Cret. a 1870; pl. Cyclad. a. 1881.

Glaber, glaucus; trunci ramis tortuosis crassis; foliis linearibus, acutis; floribus sessilibus, aggregato-corymbosis; squamis 12—20, inferioribus acutis, superioribus obtusiusculis, mucronulatis, calyce 3—4 plo brevioribus; calyce 20 mm. longo, dentibus lanceolatis, acutis; lamina obovato-rotundata, rosea, basi saturatius picta. — Truncus eo praece-

denti tenuior, folia angustiora, squamae numerosiores, flores minores, lamina rosea ungue minus exserto.

Ad rupes regionis inferioris. Cycladum insula Naxos (Oliv.), Paros (Chaub.), Amorgos (Heldr.); Creta: ad promontorium Meleka in peninsula Akroteri (Bald.), pr. Katholiko, Palaeokastro ad Suda, Hagia Rumeli (Raul.); Cerigo: pr. Mylopotamos (Fors.); Messenia: pr. Palaeonavarino (Fauché). — Jul. Sept. ♄.

b. Folia acerosa, pungentia; squamae 4—6.

3. **D. juniperinus** Sm. in Trans. Linn. soc. II. p. 303; Bois. Fl. or. I. p. 498; Raul. Cret. p. 716; Bald. viagg. Creta p. 34. — Icon: Alpini Exot. t. 38. — Exsicc.: Heldr. pl. Cret. a. 1846; Bald. It. Cret. n. 54.

Glaber, glaucescens; trunci ramis tenuibus; foliis subulatis; floribus breviter pedicellatis, 1—3 fasciculatis; squamis obcordatis, abrupte mucronatis, calycis dimidium aequantibus; calyce 13 mm. longo, dentibus lanceolatis, acutis; lamina obovato-cuneata, pallide rosea.

β. **aciphyllus** Sieb. in DC. Pr. I. p. 358 pro sp. — *D. juniperinus β. Sieberi* Bois. Fl. or. I. p. 498; Raul. Cret. p. 716. — Exsicc.: Bald. It. Cret. alt. n. 57 et 108. — Typo omnibus partibus robustior, attamen speciebus praecedentibus multo gracilior. — Secundum Tausch in Flora XIII p. 246 haec varietas esset *D. arboreus* L. verus.

In rupibus regionis montanae inferioris. Creta: in fauce Kalos-Lakus loco Asprocremnos dicto (Heldr.) et pr. Hellinoseli in districtu Sphakia (Bald.); *β.* mt. Lassiti (Sieb.), mt. Aphendi Sarakeno districtus Pedhiada, mt. Katavothri-Omalo distr. Mirabello et mt. Junta distr. Temenos (Bald.). — Jun. Aug. ♄.

2. Sectio. *Dentati* Bois. Fl. or. I. 480 p. p. — Perennes, rarius annui; flores solitarii vel aggregato-fasciculati, foliis supremis herbaceis fulti; lamina rosea vel purpurea, dentata, basi barbulata.

a. Folia linearia vel lineari-lanceolata, acuta.

α. Squamae 4—6.

× Calyx non verruculosus; squamae oblongae, in cuspidem calycis tubum dimidium aequantem vel superantem abeuntibus.

○ Caulis teres; folia 5—7 nervia.

4. **D. Mercurii** Heldr. in Atti congr. Firenze 1874 p. 237; Bois. Fl. or. suppl. p. 78. — Exsicc.: Heldr. pl. Graec. a. 1870.

Glaber, glaucescens, basi suffrutescens; caulibus numerosis, 20—25 cm. altis; foliis linearibus, subflaccidis, margine scabridis, vagina caulis diametro subduplo longiori; floribus solitariis vel 2—3 aggregatis, basi foliis supremis longe subulatis calyces aequantibus vel superantibus suffultis; squamis 4—6, coriaceis, pallidis, abrupte in aristam subulatam

subherbaceam, calycis tubum dimidium aequantem attenuatis; calyce oblongo-cylindrico, interdum purpurascente, dentibus lanceolatis, acuminatis; lamina obovato-cuneata, inciso-dentata, pallide rosea, subtus flavida. — Caulibus elatioribus, teretibus, foliis plurinerviis, floribus fere duplo majoribus, aristis elongatis foliorum floralium squamarumque et petalis inciso-dentatis ab affinibus distinctus.

Ad rupes regionis inferioris et abietinae. Achaia: pr. Megaspilaeon et in mt. Kyllene prope Trikala (Heldr.). — Jul. Aug. ♃.

○○ Caulis tetragonus; folia trinervia.

. Vagina caulis diametro 2—3plo longior; squamae in aristam subulatam stramineam pungentem abeuntes.

5. **D. gracilis** S. et S. Pr. I. p. 288; Form. in Ver. Brünn 1897 p. 62. — Icon: Fl. gr. t. 404 (forma abnormis). — Exsicc.: Heldr. herb. norm. n. 1122 (e Macedonia).

Glaber, glaucus; caulibus numerosis, 10—30 cm. altis; foliis linearibus, rigidibus, margine scabridis; floribus solitariis vel 2—3 aggregatis, basi foliis stramineis subulatis, calycis dimidium aequantibus suffultis; squamis 4, duris, abrupte in aristam calycis tubum dimidium aequantem attenuatis; calyce oblongo-cylindrico, purpurascente, dentibus lanceolatis, mucronatis; lamina obovato-cuneata, dentata, rosea, subtus flavida.

β. **oetoeus** Heldr. It. Graec. septentr. a 1879 pro sp.; Bois. Fl. or. suppl. p. 80. — *D. masmenaeus δ. oetoeus* Will. in journ. Linn. soc. XXIX. p. 424. — Flores fere omnes solitarii, squamarum aristae sublongiores, calycis tubum dimidium superantes.

In saxosis regionis montanae et subalpinae. Thessalia: prope Goritza ad radices mt. Pelion, mt. Alafovris in mt. Othrys, pr. Neraida, Lamia (Form.); *β*. mt. Oeta Phthiotidis (Heldr.). — Jun. Jul. ♃.

.. Vagina caulis diametrum aequans; squamae in cuspidem lanceolatam herbaceam abeuntes.

; Caespitosi, caulibus, elatis, 10—30 cm altis.

6. **D. pruinosus** Bois. et Orph. Diagn. Ser. 2, VI. p. 28; Vierh. in Sitzber. Acad. Wiss. Wien 1898 p. 97. — *D. haematocalyx β. pruinosus* Bois. Fl. or. I. p. 503. — Exsicc.: Orph. Fl. gr. n. 915.

Pruinosus, glaucus; rhizomate ramoso, duro; foliis linearibus, rigidulis, margine scabris; caulibus asperulis, corymbose 1—5 floris; squamis 4—6, duriusculis, pallidis, sensim in cuspidem calycis tubum dimidium superantem attenuatis; calyce ventricoso, saepe purpurascente, pruinoso, dentibus lanceolatis acuminatis, lamina cuneato-obovata, denticulata, roseopurpurea, subtus flavida.

In collibus saxosis ad radices mt. Pelion pr. Volo Thessaliae (Orph.). — Jun. Jul. ♃.

7. **D. haematocalyx** Bois. et Heldr. Diagn. Ser. 2, I. p. 68, Fl. or. I. p. 502; Haussk. Symb. p. 34. — Exsicc.: Orph. Fl. gr. n. 923; Sint. et Bornm. It. turc. n. 1168.

Caespitosus, viridis; rhizomate ramoso; foliis lineari-lanceolatis, subflaccidis, margine scabris; caulibus asperulis, corymbose 1—5 floris; squamis 4—6, herbaceis, viridibus, ad basin purpurascentibus, sensim in cuspidem calycis tubum aequantem attenuatis; calyce ventricoso purpurascente, pruinoso, dentibus lanceolatis acuminatis; lamina cuneato-obovata, denticulata, purpurea, subtus flavida. — A praecedente colore viridi, foliis latioribus, non rigidulis, squamis fere ad basin herbaceis, in cuspidem longiorem latioremque attenuatis et floribus majoribus saturatioribusque differt.

In saxosis regionis mediae et superioris. Thessalia: in regione alpina (Heldr.) et silvatica (Orph.) mt. Olympi, in valle superiori fluvii Peneios pr. Malakasi (Heldr.); in mt. Parnasso (Orph.). — Jul. Aug. ♃.

;; Dense pulvinatim caespitosi, caulibus nanis, interdum subnullis.

8. **D. ventricosus** Heldr. pl. exs. a. 1852 n. 2657. — *D. alpinus* S. et S. Pr. I. p. 288; Will. in journ. Linn. soc. XXIX. p. 419 quoad plantam graecam, non L. — *D. haematocalyx γ. alpinus* Bois. Diagn. ser. 2 I. p. 66, Fl. or. I. p. 503 p. p.; Hal. in z. b. G. 1888 p. 750; Heldr. Chlor. Parn. p. 14. — *D. Sibthorpii* Vierh. in z. b. G. 1897 p. 33, in Sitzber. Acad. Wiss. Wien 1898 p. 100 t. II. f. 3. — Exsicc.: Heldr. herb. norm. n. 337; Orph. Fl. gr. n. 461.

Glaucescens; caulibus unifloris, 1/2—6 cm. altis, glabriusculis; foliis linearibus, margine scabridulis; squamis 4—6, scariosis, subtus tuberculis minutis pruinosis, pallidis vel dilute purpurascentibus, abrupte in cuspidem strictam glaucescentem, calycis tubum subaequantem attenuatis; calyce ample ventricoso, pallido vel dilute purpurascente, pruinoso, dentibus lanceolatis, acuminatis; lamina cuneato-obovata, dentata, dilute purpurea, subtus flavida.

In saxosis regionis alpinae mt. Parnassi (Heldr.) et Kiona (Hal.). — Jul. Aug. ♃.

9. **D. pindicola** Vierh. in z. b. G. 1897 p. 31, in Sitzber. Akad. Wiss. Wien 1898 p. 99, t. II., f. 2a. — *D. haematocalyx γ. alpinus* Bois. Diagn. ser. 2, I. p. 66, Fl. or. I. p. 503 p. p.; Haussk. Symb. p. 34; Form. in Ver. Brünn 1896 p. 86; Bald. riv. coll. bot. Alb. 1896 p. 28. — Exsicc.: Heldr. It. IV. Thessal. a. 1885; Bald. It. Alb. Epir. IV. p. 218.

Viridis; caulibus unifloris, 1/2—4 cm. altis, asperis; foliis lineari lanceolatis, margine manifeste scabridis; squamis 4—6, subtus pilis minutissimis asperulis, purpureis, abruptiuscule in cuspidem erecto-patulam viridem, calycis tubum dimidium aequantem attenuatis; calyce subventricoso, purpureo, pilis minutis obsito, dentibus lanceolatis acuminatis; lamina cuneato-obovata, purpurea, subtus flavida. — Colore obscuro,

caulis et foliorum scabritie, calyce minus ventricoso, non vel vix pruinoso floribusque saturatioribus a praecedente meo sensu specifice differt.

In saxosis regionis subalpinae et alpinae. Thessalia: mt. Olympus (Heldr.), mt. Said Pascha, Dokimi (Form.) et Zygos (Heldr.) in Pindo; Epirus: mt. Smolika pr. Konitza (Bald.). — Jul. Aug. ♃.

×× Calyx verruculosus; squamae ovatae, breviter aristatae.

10. **D. multipunctatus** Ser. in DC. Pr. I. p. 362; Bois. Fl. or. I. p. 482. Raul. Cret. p. 716. — Exsicc.: Reverch. pl. Cret. n. 14, in Magn. Fl. selecta n. 792.

Glaucescens, multicaulis; caulibus tetragonis, 20—40 cm. altis, parce ramosis; foliis lineari-lanceolatis, subflaccidis, 3 nerviis, basi ciliatis, margine scabridis, vagina caulis diametrum aequante; floribus solitariis; spuamis 4, pallidis, scariosis; calyce subventricoso, dentibus lanceolatis, scariosis; lamina obovato-cuneata, rosea, dentata.

In aridis regionis inferioris. Creta: pr. Khalepa (Raul.), Canea, Kissamos (Reverch.). — Jun. Jul. ♃.

β. Squamae 2.

× Perennes.

11. **D. diffusus** S. et Sm. Pr. I. p. 285; Hal. in ö. b. Z. 1895 p. 217, 1897 p. 282, z. b. G. 1899 p. 767. — *D. pubescens β. glabratus* Bois. Fl. or. I. p. 507. — *D. pubescens* Weiss in z. b. G. 1869 p. 54. — Icon: Fl. gr. t. 396. — Exsicc.; Sart. herb. n. 2865; Heldr. et Hal. Fl. Aeg. a 1889; Dörfl. Fl. aeg. n. 134 et 139.

Minutissime puberulus vel glabrescens; rhizomate multicipite; caulibus teretibus, simplicibus vel parce ramosis; foliis linearibus, 3 nerviis, vagina folii diametrum aequante; floribus binis vel ternis, rarius solitariis, squamis virescentibus, ovato-oblongis, margine scariosis, sensim in cuspidem calycis dimidium subaequantem attenuatis; calycis 12—15 mm. longi, glabri, virescentis, dentibus acuminatis; lamina dilute purpurea, subtus flavida, acute dentata. — Differt a specie sequente, quacum saepe commutatur, indumento, floribus minoribus, plerumque binis vel ternis et petalis minus saturatis.

β. **cylleneus** Bois. et Heldr. Diagn. Ser. 2, I. p. 63 pro sp.; Will. in jour. Linn. soc. XXIX p. 421. — *D. pubescens γ. cylleneus* Bois. Fl. or. I. p. 507. — *D. diffusus* v. *dolopicus* Hal. in z. b. G. 1899 p. 707. — Exsicc.: Orph. Fl. gr. n. 922; Sint. It. Thessal. n. 1161 b. — Flores minores, brevissime pedunculati, calyx attenuatus.

In montosis. Cycladum insula Naxos (Heldr.); Andros (Sart.), Syra (Weiss); Euboea: mt. Dirphys (Heldr.); Attica: mt. Parnes (Heldr.); Achaia: mt. Malevo pr. Hag. Joannes (Orph.), mt. Kyllene supra Trikala (Heldr.); Thessalia: in oropedia Neuropolis pr. Sermeniko (Sint.). — Maio. Aug. ♃.

12. **D. pubescens** S. et S. Pr. I. p. 286; Ch. et B. exp. p. 120, Fl. Pelop. p. 27; Ung. Reise p. 135; Bois. Fl. or. I. p. 507; Haussk.

Symb. p. 34; Form. in D. b. Mon. 1898 p. 81. — Icon: Fl. gr. t 397. — Exsicc.: Orph. Fl. gr. n. 920; Heldr. herb. norm. n. 121 et 1309.

Glanduloso-pubescens; rhizomate multicipite; caulibus teretibus, simplicibus vel parce ramosis; foliis linearibus, 3 nerviis, vagina folii diametrum aequante; floribus solitariis vel binis; squamis virescentibus, ovato-oblongis, margine scariosis, sensim in cuspidem, calyce triplo breviorem attenuatis; calycis 15—20 mm. longi, glabri, virescentis, dentibus acuminatis; lamina purpurea, subtus flavita, remode dentata.

β. **glandulosopubescens** Hal. in z. b. G. 1899 p. 706. pro sp. Exsicc.: Heldr. pl. gr. a. 1876. — Calyx glanduloso-pubescens.

In petrosis montanis. Attica: in montibus pr. Athenas (Sibth.), mt. Cytheron, Pentelicon (Heldr.), Hymettus (Orph.), pr. Kamariza Laurii (Haussk.); Euboea: mt. Dirphys (Sprun.); indicatur etiam in Peloponneso: pr. Arcadia, Carithena, in mt. Taygetos, in districtu Zarnate, pr. Kardamyle (Chaub.), sed ex his locis non vidi; *β.* in mt. Pateras Atticae (Heldr.). — Maio, Jul. ♃.

×× Annui.

○ Glanduloso-viscidus, floribus solitariis.

13. **D. glutinosus** Bois. et Heldr. Diagn. ser. 2, I. p. 61, Fl. or. I. p. 508; Hal. in z. b. G. 1899 p. 708. — *D. pubescens* Haussk. Symb. p. 34 p. p. — Exsicc.: Heldr. herb. norm. n. 916.

Virescens, multicaulis; caulibus dichotome ramosis; foliis linearibus, basi subquinquenerviis, vagina brevi; squamis ovato-oblongis, abrupte in cuspidem calycis dimidium aequantem attenuatis; calycis viscidi vel glabrescentis dentibus subulatis; lamina purpurea, subtus flavida, acute dentata. — Ab affini *D. pubescenti* S. et S. praeter notas indicatas radice annua differt.

In collibus apricis. Attica: in pinetis circa Kamariza Laurii (Heldr.); Cycladum insula Poros et Melos (Heldr.). — Maio, Jun. ⊙.

○○ Pubescentes, floribus fasciculatis.

. Calyx hirsutus.

14. **D. corymbosus** S. et S. Pr. I. p. 285; Bois. Fl. or. I. p. 508. — Icon: Fl. gr. t. 395. — Exsicc.: Orph. Fl. gr. n. 1026 (e Macedonia).

Breviter pubescens; caule dichotome ramoso; foliis lineari-lanceolatis vel linearibus, vagina brevissima; squamis binis, hirsutis, e basi ovata abruptiuscule subulato-aristatis, calyce tertia parte brevioribus; calycis dentibus longe subulatis; lamina obovato-cuneata, dentata, purpurea; subtus flavida.

In herbidis supra Catharina Thessaliae (Orph.). — Jun. Jul. ⊙. N. v.

15. **D. armeria** L. Sp. p. 410; S. et S. Pr. I. p. 285; Bois. Fl. or. I. p. 508. — Icon: Rchb. f. 5011.

Differt a praecedente floribus subminoribus, squamis subquaternis, sensim subulato-attenuatis, calycem superantibus, calyce angustiore, dentibus subbrevioribus, petalisque minoribus oblongis, purpureis, concoloribus.

In herbidis ad radices mt. Olympus Thessaliae (Heldr.). — Jun. Jul. ⊙. N. v.

.. Calyx glaberrimus.

16. **D. epirotus** Hal. in z. b. G. 1899 p. 708. — *D. corymbosus* Hal. in Beitr. Fl. Epir. p. 15. — Exsicc.: Hal. It. gr. secund. a. 1893.

Viridis, pluricaulis, minutissime puberulus; caulibus dichotome ramosis; foliis lineari-lanceolatis vel linearibus, vagina brevissima; squamis subquaternis, e basi ovata abruptiuscule subulato-aristatis, aristis scabridulis; lamina obovato-cuneata, dentata, purpurea, subtus flavida. — Habitu praecedentium.

Epirus australis. In silvaticis pr. Kalentini ad septentrionem urbis Arta (Hal.). — Jun. Jul. ⊙?

b. Folia inferiora oblongo-lanceolata, obtusa.

17. **D. deltoides** L. sp. p. 411; Form. in D. bot. Mon. 1891 p. 37, in Ver. Brünn 1896 p. 86, 1897 p. 62; Haussk. Symb. p. 34; Hal. in Beitr. Fl. Thessal. p. 9. — Icon: Rchb. f. 5040.

Laxe caespitosus; caulibus adcendentibus, minute puberulis, parce ramosis, ramis 1—2 floris; foliis trinerviis, margine scabridis, surculorum oblongo-lanceolatis, superioribus lineari-lanceolatis; squamis 2—4, ovatis, abrupte in aristam calycis dimidium aequantem attenuatis; calycis glabri, vel puberuli, saepe rubelli dentibus lanceolatis, acuminatis; lamina obovato-cuneata, purpurea, dentata.

α. **typicus** Will. in journ. Linn. soc. XXIX. p. 419. — Folia caulina lineari-lanceolata, acuta; squamae plerumque 2; calyx 15 mm. longus; petala majuscula. — Exsicc.: Sint. It. Thessal. n. 936.

β. **serpyllifolius** Borb. apud Conr. in ö. b. Z. 1888 p. 51. — Folia caulina obtusiuscula; squamae 2—4; calyx circa 12 mm. longus; petala subminora. — Exsicc.: Heldr. It. Thessal. IV. a. 1885.

γ. **Degenii** Bald. riv. coll. bot. Alb. 1896 p. 27 pro sp. — Folia caulina obtusa; squamae 4; calyx 8—10 mm. longus; petala parva, pallida, paucidentata. — Exsicc.: Bald. It. Alb. Epir. IV. n. 216.

In herbidis montanis. Thessalia: mt. Sina pr. Malakasi (Sint.), mt. Zygos, Oxya (Haussk.), Ochsa Despot. et Dokimi in Pindo, mt. Pirgo in mt. Othrys (Form.); *β*. mt. Zygos (Heldr.), Oxya (Hal.); *γ*. Epirus: mt. Smolika supra Kerasovo (Bald.). — Jun. Jul. ♃.

3. Sectio. *Carthusiani* Bois. Fl. or. I. p. 481. — Perennes; flores capitato-congesti, capitula foliis summis in squamas scariosas vel coriaceas mutatis involucrata; lamina rosea vel purpurea, dentata, basi barbulata, rarius imberbis.

a. Involucri phylla apice herbacea. Species inter hanc sectionem et praecedentem intermediae.

18. **D. viscidus** Ch. et B. Exp. p. 119, t. XII, Fl. Pelop. p. 26, t. XIII; Bois. Fl. or. I. p. 509; Heldr. in Sitzb. Acad. Wiss. Berlin 1883 p. 4; Form. in D. bot. Mon. 1891 p. 37, in Ver. Brünn 1895 p. 40, 1896 p. 86, 1897 p. 61; Hal. Beitr. Fl. Epir. p. 15, Beitr. Fl. Aetol. p. 4, Beitr. Fl. Achaia p. 15, in z. b. G. 1899 p. 709; Bald. riv. coll. bot. Alb. 1896 p. 29.

Virens, pubescenti-viscidus, plerumque multicaulis; caulibus adscendentibus vel erectis, teretiusculis; foliis linearibus, trinerviis, vagina caulis diametrum aequante vel superante; floribus 2—4 fasciculato-capitatis, rarius solitariis; involucri phyllis ut et squamae quaternae oblongae, membranaceis, pallidis, plus minus inflatis, in aristas tenues, calycem subaequantes vel breviores abrupte attenuatis; calycis glandulosi vel glabrescentis, saepe rubelli, dentibus longe aristatis; lamina oblongo-cuneata, barbulata, paucidentata, purpurea, concolori vel subtus flavida. — Mire variat indumento plus minus viscido-pubescente, caulibus pumilis vel elatis, adscendentibus vel erectis, floribus magnis vel parvis, dense fasciculato-capitatis vel laxioribus usque solitariis, calyce viridi vel rubello, squamis plus minus inflatis, longe vel breviter aristatis, petalis majoribus vel parvis. — Varietates graviores sunt:

α. **typicus.** Multicaulis, caules adscendentes, 10—30 cm. alti; flores 2—8 fasciculato-capitati, rarius solitarii; squamae subinflatae ut et calyces saepe glabrescentes, in aristas calycem subaequantem abeuntes; calyces 12—20 mm. longi, saepe purpurascentes (f. *haematocephalus* Borb. ap. Form. in D. bot. Mon. 1891 p. 37). — Exsicc.: Orph. Fl. gr. n. 921; Heldr. Herb. norm. n. 1310; Sint. It. Thessal. n. 718; Bald. It. Alb. Epir. IV. n. 10.

β. **elatior.** 1-pluricaulis, caules stricti, elati, usque 60 cm. alti, flores 1—5 fasciculato-capitati; squamae inflatae ut et calyces dense glanduloso-pubescentes, in aristas calyce breviores abeuntes, calyces subventricosi, 20—25 cm. longi, virescentes. Forsan species propria. — Exsicc.: Hal. It. Gr. sec. a. 1893.

γ. **parnassicus.** Bois. et Heldr. Diagn. Ser. 2, I. p. 64 pro sp.; Bois. Fl. or. I. p. 509; Heldr. Chlor. Parn. p. 14; Haussk. Symb. p. 35; Form in Ver. Brünn 1896 p. 86, 1897 p. 61. — *D. olympicus* Bois. Diagn. I. p. 19, non S. et Sm. — Multicaulis, caules adscendentes, 10—30 cm. alti; flores 1—8 fasciculato-capitati; squamae minus vel vix inflatae, in aristam eis triplo breviorem abeuntes; calyces 12—20 mm. longi, glabri vel minute puberuli, plerumque purpurascentes. Planta tota saepe glabrescens. (*D. viscidus v. glabratus* Hal. in Beitr. Fl. Epir. p. 15). Formis intermediis cum typo confluit. — Exsicc.: Heldr. It. Thessal. IV. a. 1885; Sint. It. Thessal. n. 485; Dörfl. Fl. gr. n. 281.

δ. **Grisebachii** Bois. Diagn. Ser. 2, I. p. 62 pro sp.; Bois. Fl. or. I. p. 509; Haussk. Symb. p. 35. — *D. pseudarmeria v. viscidus* Griseb. Spic. I. p. 188.

Multicaulis, caules pumili; flores 1—3 fasciculati; squamae interdum binae, vix inflatae, in aristam longiusculam abeuntes; calyces 10—12 mm. longi, viscido-pubescentes vel glabrescentes (*D. diffusus* v. *euboeus* Hal. in z. b. G. 1899 p. 706). Specimina graeca optime congruunt cum classicis ab Orphanides pr. Bitolia Macedoniae lectis. Forsan species propria. — Exsicc.: Heldr. pl. Fl. Hellen. a 1890.

In graminosis regionis inferioris et mediae usque ad regionem alpinam adscendens. — α. et γ. Epirus: pr. Prevesa, Agiotoma, Micikeli, in valle Dispotami (Form.), pr. Kusmera distr. Janina (Bald.), mt. Tsumerka supra Theodoriana (Hal.), pr. Chaliki (Sint.); Thessalia: pr. Malakasi, Velitsena, Han Kukleus, Kastania, mt. Agrapha, Oxya, Chassia (Form.)., mt. Karava, Ghavellu, pr. Trikala, Sophades, Karditza, Aivali, Orman-Magula, Pharsalus (Haussk.), Kalabaka (Sint.), mt. Olympus (Auch.), Pelion (Heldr.), pr. Selicany et Spilia in mt. Ossa, mt. Othrys, pr. Neraida (Form.); Euboea: mt. Dirphys (Auch.); mt. Citheron, ad lacum Kopais, mt. Parnassus, pr. Karpenisi Eurytaniae (Heldr.); Aetolia (Bois.): pr. Musinitza in mt. Korax (Leon.); Achaia: mt. Olenos (Hal.); Arcadia: ad lacum Pheneon (Heldr.); Laconia: mt. Malevo pr. Kastanitza (Orph.), mt. Taygetos (Chaub.), in fauce Langada (Reis.); β. in regione sempervirenti pr. Arapis et Kravassaras ad sinum Ambracicum Acarnaniae et pr. Kalentini in Epiro (Hal.); δ. Thessalia: pr. Chaliki, mt. Karava, mt. Pelion (Haussk.), pr. Paligriatzano eparchiae Servia (Stephanu); Euboea: mt. Telethrion pr. Kastaniotissa (Heldr.); Achaia: mt. Kyllene (Heldr.). — Maio, Aug. ♃.

19. **D. tymphresteus** Bois. et Spr. Diagn. VIII. p. 64; Haussk. Symb. p. 35; Hal. in ö. b. Z. 1897 p. 282, pro var. *D. viscidi;* Heldr. et Sart. in Bois. Diagn. Ser. 2, VI p. 27; Bois. Fl. or. I. p. 509; Heldr. Chlor. Parn. p. 14. — Exsicc.: Heldr. Herb. norm. n. 638; Dörfl. Fl. gr. n. 272 et 400.

Virens, pubescenti-viscidus, multicaulis; caulibus nanis, adscendentibus, teretiusculis; foliis linearibus, trinerviis, vagina caulis diametro sublongiore; floribus 1—3 fasciculatis; involucri phyllis ut et squamae quaternae oblongae membranaceis pallidis subinflatis, in aristas herbaceas, calyce parum breviores abrupte attenuatis; calycis glabrescentis, saepe rubelli, dentibus acutis; lamina ovata, cuneata, imberbi, obtuse dentata, rosea, ad faucem atropurpureo-maculata. A formis pumilis praecedentis lamina imberbi, nigro-maculata distinguitur.

In regione alpina. Thessalia: mt. Zygos (Haussk.); Aetolia: mt. Tymphrestus (Sprun.), Korax (Leon.); mt. Parnassus et mt. Oeta Phthiolidis (Heldr.); Achaia: mt. Olenos, Chelmos (Heldr.). — Jun. Aug. ♃.

20. **D. Formanekii** Borb. ap. Form. in Ver Brünn 1894 p. 39, 1896 p. 86, 1897 p. 64. — Exsicc.: Sint. It. Thessal. n. 356.

Virens, pubescenti-viscidus; caulibus solitariis, erectis, 30 cm. altis, obtuse-tetragonis; foliis linearibus, 5—7 nerviis, vagina caulis diametro 3—4plo longiori; capitulis parvis, densis, multifloris; involucri phyllis,

squamisque membranaceis, purpurascentibus, ovato-oblongis, in aristas breves, calycis dimidium aequantes abrupte attenuatis; calycis sordide purpurei dentibus acuminatis; lamina minuta, purpurea, anguste-oblonga. imberbi, paucidentata. — A praecedentibus caulibus solitariis, foliis plurinerviis, vaginis longioribus, capitulis parvis avellanam aequantibus, squamis breviter aristatis, calyce parvo et lamina minute optime distincta.

In herbidis regionis submontanae. Thesalia: pr. **Kalabaka** (Sint.), Vlachava et in mt. Olympo pr. Patsios (Form.). — Jun. Jul. ♃.

b. Involucri phylla tota scariosa dilatata.

α. Capitula parva, avellanam aequantia; calyx 1 cm. longus, 2—3 mm. latus.

21. **D. stenopetalus** Griseb. Spic. I. p. 189; Bois. Fl. or. I. p. 513; Bald. riv. coll. bot. Alb. 1895 p. 14, 1896 p. 29.

Glaber, viridis; caulibus tetragonis, 5—40 cm. altis, interdum subnullis; foliis angustissime linearibus, trinerviis, margine scabridis, vaginis elongatis, superioribus folio sublongioribus; capitulis densis, 5—15 floris; involucri phyllis latis, squamisque membranaceis ovatis, arista tenuissima, calyces saepius aequanti, abrupte terminatis; calycis atropurpurei dentibus acuminatis; lamina minuta, lineari-oblonga, purpurea, imberbi, vix dentata, ungue vix latiori multoque breviori.

α. **typicus.** Folia scabridula; caules elati, 15—40 cm. alti; squamae fuscescentes. — Exsicc.: Bald. It. Alb. Epir. III. n. 16, IV. n. 8.

β. **brachycaulis.** Folia scabridula; caules humiles, 5 cm. alti, saepe subnulli; squamae fuscescentes. — Exsicc.: Dörfl. Fl. gr. n. 271 cum typo.

γ. **scabrifolius.** Folia valde scabrida; caules humiles, 2—8 cm. alti, saepe subnulli; squamae pallidae. — Exsicc.: *D. Pichleri* Heldr. herb. norm. n. 1311, non Heldr. exs. a. 1876 e mt. Kyllene, qui = *D. lilacinus β. androsaceus* Bois. Fl. or. suppl. p. 81.

In herbidis regionis superioris. — Epirus: mt. Olycika et Kurenta distr. Janina (Bald.); Thessalia: mt. Olympus (Auch.); Aetolia: mt. Korax (Leon.); *β*. Aetolia: mt. Korax (Leon.); *γ*. mt. Malevo **Laconiae** (Heldr.). — Maio, Jul. ♃.

22. **D. quadrangulus** Vel. in Sitzb. böhm. Ges. Wiss. 1892 p. 4; Form. in Ver. Brünn 1896 p. 86, 1897 p. 72.

Glaber, glaucescens; caulibus exacte quadrangulis, 20—40 cm. altis; foliis rigidulis, anguste linearibus, 5—7 nerviis, margine scabridis, vagina caulis diametro 4—5 plo longiori; capitulis densis, multifloris; involucri phyllis latis, squamisque coriaceis fuscescentibus, obovato-oblongis, in aristam calyce breviorem abrupte attenuatis; calycis atropurpurei dentibus acuminatis; lamina minuta, oblongo-cuneata, purpurea, barbulata, profunde dentata, ungue multo breviori. — Caulibus crassioribus, acute quadrangulis, glaucescentibus, vagina foliorum breviori,

capitulis submajoribus, squamis firmioribus, laminaque imberbi a priori discrepat.

In herbidis montanis. Thessalia: pr. Patsios in mt. Olympo et pr. Kerasia-Sina in mt. Chassia (Form.). — Jun. Jul. ♃. N. v.

β. Capitula majuscula; calyx 12—20 mm. longus, 4—5 mm. latus.

× Lamina eglandulosa.

○ Rhizoma laxe caespitosum vel caules paucos edens; folia linearia, 5—7 nervia.

. Lamina imberbis.

23. **D. cruentus** Griseb. Spic. I. p. 186; Bois. Fl. or. I. p. 512; Haussk. Symb. p. 35; Form. in Ver. Brünn 1897 p. 61. — Exsicc.: Orph. Fl. gr. a. 1852.

Glabra, pallide virens; caulibus elatis, 30—50 cm. altis, tetragonis; foliis flaccidulis, latiuscule linearibus, 5—6 nerviis, margine scabridulis, vagina elongata, caulis diametro pluries longiori, nonnunquam unciali; floribus usque 20, dense capitatis; involucri phyllis oblongis, squamisque fusco-scariosis ovatis abrupte aristatis, calycis tubo duplo brevioribus, aristis patulis, calycem subaequantibus; calycis purpurascentis dentibus acuminatis; lamina sanguinea, paucicrenata, ungue duplo breviori.

In herbosis montanis, rare. — Thessalia: mt. Ghavellu, Karava (Haussk.) et pr. Neochorion in Pindo (Form.); Aetolia: mt. Arapokephala (Samarit.); Achaia: mt. Chelmos supra Stygem (Orph.). — Jun. Jul. ♃.

. . Lamina barbulata.

24. **D. Haynaldianus** Borb. in ö. b. Z. 1888 p. 144; Form. in Ver. Brünn 1897 p. 61. — *D. intermedius* Bois. Fl. or. I. p. 515; Haussk. Symb. p. 35; non Willd. in Led. Fl. ross. I. p. 267, nec Lasch in Rabenh. bot. Centralbl. 1896 p. 290. — *D. calocephalus v. intermedius* Bald. riv. coll. bot. Alb. 1895 p. 15. — Icon: Rouy Ill. t. 154. — Exsicc.: Heldr. It. Thessal. IV. a. 1885; Orph. Fl. gr. n. 918 e Macedonia.

Glaber, virens, caulibus teretiusculis, 30—70 cm. altis; foliis flaccidulis, latiuscule linearibus, 5—7 nerviis, vix scabridulis, vagina caulis diametro 4 plo longiore; floribus numerosis, fasciculato-capitatis; involucri phyllis oblongo-lanceolatis, squamisque scariosis fuscescentibus oblongis subsensim aristatis, aristis erectis calycis tubum subaequantibus vel eo aequilongis; calycis purpurei dentibus in mucronem attenuatis; lamina rubello-rosea, oblongo-cuneata, paucicrenata, ungue triplo breviore. — *D. cruento* habitu similis, sed differt squamis angustioribus in aristas erectas subsensim attenuatis, petalisque minoribus barbulatis.

In collibus herbosis, fruticetis regionis inferioris et submontanae. Thessalia: ad radices mt. Olympus (Heldr.), pr. Aivali, Pharsalus (Haussk.), Vlachava (Form.); Epirus: mt. Zalongos distr. Prevesa (Bald.). — Jun. Jul. ♃

25. **D. Holzmanniamus** Heldr. et Haussk in Nym. Comp. suppl. II. p. 58. — *D. cibrarius v. leucolepis* Haussk. p. 35. — ? *D. brachyzonus* Borb. et Form. in Ver. Brünn 1897 p. 61. — Exsicc.: Heldr. It. Thessal. IV. a. 1855.

Glaber, virens, caulibus subteretibus, 15—30 cm. altis; foliis rigidiusculis, linearibus, subquinquenerviis, margine scabridulis, vagina elongata, 10—15 mm longa, caulis diametro pluries longiori; floribus 3—8, dense capitatis; involucri phyllis oblongis, sqamisque membranaceis fuscescentibus ovatis abrupte aristatis, aristis setaceis, patulis, calycis tubum dimidium superantibus; calycis purpurei dentibus acuminatis; lamina purpurea, ovato-cuneata, paucicrenata. — Differt a praecedente foliis angustioribus, rigidiusculis, capitulis paucifloris, involucri phyllis latioribus, in aristas setaceas patulas abrupte attenuatis. Refert quoque *D. cibrarium* Clem. sert. p. 20 foliis rigidibus, squamis coriaceis fuscosanguineis longius aristatis diversum.

In declivibus herbosis mt. Ghavellu et Karava Pindi dolopici (Heldr.). — Jun. Jui. ♃.

Rhizoma caespitosum, multicaule; folia rigida, setacea, 3 nervia.

26. **D. pinifolius** S. et Sm. Pr. I. p. 284. — *D. brevifolius* Friv. in Flora 1835 p. 334; Form. in Ver. Brünn 1897 p. 61. — *D. pinifolius v. brevifolius* Haussk. Symb. p. 35; Bald. riv. coll. bot. Alb. 1896 p. 29. — *D. Smithii* Wettst. in Bibliothec. bot. Heft 26 p. 33. — Exsicc.: Orph Fl. gr. n. 916 e Macedonia.

Glaucovirens, scabridulus; caulibus teretiusculis, 20—25 cm. altis; foliis brevibus, vagina caulis diametro 3—5 plo longiore; floribus dense capitatis; involucri phyllis squamisque scariosis pallidis oblongis, calycis dimidium subaequantibus, breviter et abrupte aristatis; calycis dentibus acuminatis; lamina ovato-oblonga, pallide rosea, barbulata, paucidentata.

β. **serbicus** Wettst. in Biblioth. bot. Heft 26 p. 54 pro subspec. Exsicc.: Bald. It. Alb Epir. IV. n. 159. — Involucri phyllis squamisque saepe purpurascentibus, calycis dimidium subsuperantibus, plerumque sensim in aristam elongatam, calycem subaequantem abeuntibus.

In collibus saxosis Thessalia: mt. Pirgo in mt. Othrys, pr. Tafilvris in mt. Olympo, pr. Asprokklisia, mt. Ciuka, Hagios Elias, pr. Philamburs et mt. Matrica in mt. Chassia (Form.), pr. Uranaeos, Malakasi et mt. Zygos in Pindo Haussk. ; β Epirus: pr. Konitza, mt. Smolika Bald. [illegible] Jul. Aug. ♃.

27. **D. lilacinus** B[illegible] Heldr. D[illegible] S[illegible] 2. I. p. 63. Fl. or. I p. 514 H[illegible] Ch[illegible] Par[illegible] 34. F[illegible] D. bot. Mon. 1891 [illegible] V[illegible] Brünn 1897 p. 61 [illegible] Exs[illegible] Orph. Fl. gr. n. 913: H[illegible] Sp[illegible] 1856.

D[illegible] squamisque scariosis [illegible] abrupte in aristam caly[illegible]

β. **androsaceus** Bois. et Heldr. Fl. or. suppl. p. 81. — *D. Pichleri* Heldr. in sched. — *D. lilacinus v. alpinus* Heldr. in Pichl. pl. gr. exs. a. 1876. — Dense caespitosus, folia omnia rosulata, flores in caespite subsessiles, 2—3 capitati vel solitarii. — Forsan species propria.

In rupestribus regionis mediae mt. Parnassus (Heldr.); Thessalia: pr. Kapurna in mt. Pelion et mt. Cuka in mt. Chassia (Form), mt. Gionscala pr. Sermenikon in Pindo (Sint.); Achaia: mt. Olenos (Heldr.); *β.* in regione superiori mt. Kyllene (Pichl.). — Jun. Aug. ♃.

28. **D. lateritius.** — *D. calocephalus* Bald. riv. coll. bot. Alb. 1806 p. 30, non Bois. — Exsicc.: Bald. It. Alb. Epir. IV. n. 160.

Virescens, laevis; caulibus tetragonis, 40—60 cm. altis; foliis elongatis, vagina caulis diametro multo longiore; floribus dense capitatis; involucri phyllis sqamisque scariosis fuscescentibus oblongis, calycis dimidium aequantibus, abrupte in aristam subulatam calyce subaequilongam abeuntibus; calycis dentibus acuminatis; lamina ovato-oblonga, lateritio-rubella, barbulata, paucidentata. — Affinis *D. pinifolio*, praesertim ejus var. *β.*, caule teretiusculo foliisque scabrido, foliis brevibus glaucovirentibus, lamina rosea diverso. — A *D. calocephalo* Bois. non solum notis propositis, sed etiam toto habitu longe discedit.

In dumetis et silvaticis. Epirus: mt. Papignon distr. Zagorion et in mt. Konitza (Bald.). — Jun. Jul. ♃.

×× Lamina facie superiori glandulis sessilibus aspersa.

29. **D. Samaritani** Heldr. herb. norm. n. 715. — *D. cinnabarinus* Bois. Fl. or. I. p. 511 p. p.; Heldr. herb. norm. n. 635. — *D. calocephalus v. epiroticus* Bald. riv. coll. bot. Alb. 1895 p. 15, in exsicc. it. Alb. Epir. III. n. 17.

Glaber, viridis, multicaulis; caulibus 30—80 cm. altis, obtuse angulatis; foliis linearibus, flaccidulis, 5—7 nerviis, vagina caulis diametro pluries longiori, nonnunquam unciali; floribus 3—9, capitatis; involucri phyllis scariosis, oblongis, longe et tenuiter aristatis, squamis 4—6, ovatis vel retusis, margine late hyalinis, arista brevi, calycis dimidium subaequanti terminatis; calycis dentibus lanceolatis; lamina obovato-cuneata, purpurea, subtus saepe flavida, imberbi, acutiuscule dentata, ungue triplo breviore. — Species egregia, a sequente habitu robustiore, floribus numerosioribus, congestis et lamina minore, purpurea certissime diversa. Cum *C. calocephalo* Bois. capitalis multifloris, calyce multo minori et lamina minuta lateritio-rubello non confundenda.

In pascuis, saxosis regionis mediae et superioris. Epirus: mt. Zalongos distr. Prevesa et mt. Murga supra fontem Flambures distr. Paramythia (Bald.); Aetolia: mt. Tymphrestus (Samarit.); mt. Parnassus (Heldr.). — Jun. Jul. ♃.

30. **D. biflorus** S. et Sm. Pr. I. p. 285; Ch. et B. Exp. p. 119, Fl. Pelop. p. 27. — *D. cinnabarinus* Sprun. in Bois. Diagn. VI. p. 22; Bois. Fl. or. p. 511 (cum var. *β. alpinus*) p. p., Suppl. p. 80;

Hal. in z. b. G. 1888 p. 750; Heldr. Chlor. Parn. p. 14. — Icon: Fl. Gr. t. 393. — Exsicc.: Orph. Fl. gr. n. 173.

Glaber, viridis, multicaulis; caulibus teretiusculis, 12—35 cm. altis; foliis anguste linearibus, vix rigidis, 5 nerviis, vagina caulis diametro pluries longiore; floribus saepissime 1—2, rarius 3—4, sessilibus; involucri phyllis scariosis, oblongis, longe et tenuiter aristatis, squamis 4, ovatis vel retusis, margine vix hyalinis, arista aequilonga, calycem dimidium subaequanti terminatis; calycis dentibus lanceolatis; lamina obovato-cuneata, cinnabarina, subtus flavida imberbi, acutiuscule dentata, ungue duplo breviore. — Species pulchra, floribus magnis, plerumque binis vel solitariis, lamina cinnabarina insignis.

In saxosis regionis mediae et superioris, rare. In mt. Dirphys Euboeae (Sibth.), mt. Oeta (Sprun.), Kiona (Hal.), Parnassus (Heldr.); Peloponnesus: mt. Malevo (Orph.), Taygetos (Heldr.), pr. Gortys, Carithena, Messene et Arcadia (Chaub.). — Jun. Jul. ♃.

4. Sectio. *Leiopetali* Bois. Fl. or. I. p. 479. Perennes, rarissime annui; flores solitarii; lamina alba vel rosea, integra vel dendata, glabra, basi nunquam barbulata.

a. Perennes; calyx non verruculosus.

α. Squamarum calycinarum longitudo latitudinem aequans vel parum superans.

× Caules erecti vel adscendentes; calyx 18—25 mm. longus.

. Petala rosea; caules elati, 20—40 cm. alti, parce ramosi, rarius simplices.

31. **D. inodorus** L. Sp. p. 410; Bald. riv. coll. bot. Alb. 1895 p. 14, 1896 p. 28; pro var. *D. caryophylli*; Kern. Sched. Fl. Austro-hung. n. 543; Hal. Beitr. Fl. Epir. p. 15, Beitr. Fl. Thessal. p. 9. — *D. silvestris* Wulf. in Jacq. Coll. I. p. 237. — *D. papillosus* Vis. et Panc. pl. Serb. rar. dec. I. p. 12, t. 5; Haussk. Symb. p. 35; Form. in Ver. Brünn 1896 p. 85. — ? *D. caryophyllus* S. et S. Pr. I. p. 286; Ch. et B. exp. p. 120, Fl. Pelop. p. 27 (e Laconia). — Exsicc.: Heldr. It. Thessal. IV. a. 1885; Hal. It. gr. II. a. 1893.

Caespitosus, glaber, glaucescens; rhizomate pluricipite, turiones foliosos breves edente; caulibus tenuibus, erectis, teretiusculis, 20—40 cm. altis, simplicibus vel parce ramosis, paucifloris; foliis anguste linearibus, obsolete 3 nerviis, canaliculatis, basi scabridulis, vagina caulis diametro sublongiore; squamis 4, obovato-rotundatis, pallidis, coriaceis, calycis tubo 4 plo brevioribus, in cuspidem brevem attenuatis; calycis dentibus lanceolatis, glabris; lamina obovato-cuneata, intense rosea, inciso-dentata. — Specimina graeca meo sensu a planta Europae mediae non differunt.

In saxosis montanis. Thessalia: pr. Mandra Hodza (Form.), mt. Oxya (Hal.), pr. Klinovo, Krania, Chaliki (Haussk.), Koturi (Heldr.); Epirus: pr. Melisurgi (Hal.), Paramythia, mt. Vratedon infra Papignon (Bald.). — Jul. Aug. ♃.

32. **D. Arrostii** Presl. Del. Prag. I. p. 60, Fl. sic. I. p. 146. — Exsicc.: Grimb. Pl. Corcyr. a. 1895.

Caespitosus, glaber, glaucescens; rhizomate multicipite, turiones elongatos decumbentes, foliorum fasciculo terminatos edente; caulibus crassiusculis, adscendentibus, basi tetragonis, 30—40 cm. altis, apice parce ramosis, paucifloris; foliis crassiusculis, linearibus, obsolete 3 nerviis, canaliculatis, basi scabridulis, turionum elongatis, vagina caulis diametrum aequante; squamis 4, obovato-rotundatis, pallidis, coriaceis, calycis tubo 4-plo brevioribus, in cuspidem brevem virescentem attenuatis; calycis dentibus lanceolatis, margine ciliatis; lamina obovato-cuneata, pallide rosea vel albida, inciso-dendata. — Cum descriptione et speciminibus Madoniarum a Strobl in Baen. herb. europ. n. 2365 editis plane convenit. Planta nostra ad *β. biflorum* Presl. Fl. sic. I. p. 147 pertinet. — A *D. pallente* S. et Sm. turionibus elongatis decumbentibus, foliis crassiusculis radicalibus elongatis, caulibus parce ramosis et lamina pallide rosea inciso-dentata differt.

In saxosis pr. Palaeokastrizza Corcyrae (Grimb.). — Jun. Jul. ♃.

.. Petala alba, subtus sordide virescentia vel cinnamomea; caules elati, 20—80 cm. alti, ramosi, rarius simplices.

33. **D. pallens** S. et Sm. Pr. I. p. 286; Clem. Sert. p. 18; Bois Fl. or. I. p. 485 p. p.; Form. in Ver. Brünn 1896 p. 85, p. 62. — Icon: Fl. Gr. t. 399. — Exsicc.: Orph. Fl. gr. n. 174; Sint. et Bornm. It. Turc. n. 1169.

Glaucescens, glaber; caulibus paucis, erectis, teretibus, 30—80 cm. paniculato-corymbosis; foliis linearibus, 3 nerviis, margine scabridis, vagina caulis diametrum aequante; squamis 4, ovatis, pallidis, coriaceis, calycis tubo triplo brevioribus, breviter acuminatis, latiuscule marginatis; calycis 20—25 mm. longi dentibus lanceolatis margine ciliatis; lamina cuneato-obovata, emarginata, obtuse dentata, supra alba, subtus sordide virenti.

In collibus siccis, rare. Achaia: ad radices mt. Kyllene supra Zugra (Orph.); Thessalia: pr. Trikala, Drepani (Form.), Litochoron ad radices Olympi (Sint.); Corcyra, si planta Clementiana huc pertinet. — Jul. Aug. ♃.

34. **D. cinnamomeus** S. et Sm. Pr. I. p. 287; Hal. in ö. b. Z. 1898 p. 217. — *D. pallens* Bois. Fl. or. I. p. 485 p. p. — *D. ochroleucus* Heldr. in ö. b. Z. 1893 p. 83, vix Pers. Syn. pl. I. p. 494. — Icon: Fl. gr. t. 400. — Exsicc.: Dörfl. Fl. Aeg. n. 123.

Differt a praecedente caulibus plurimis, 20—30 cm altis, simplicibus vel parce romosis, saepe scabriusculis, squamis late ovatis, anguste marginatis, abrupte brevissimeque mucronatis, calyce 20 mm. longo, lamina minori, subtus cinnamomea.

In collibus siccis. Laconia (Sibth.); Cycladum insula Naxos (Leon.). — Maio, Jul. ♃.

. . . Petala sordide alba; caules humiles, 8—15 cm. alti, simplices.

35. **D. xylorrhizus** Bois. et Heldr. Diagn. VIII. p. 67; Raul. Cret. p. 716, t. 8. - Exsicc.: Heldr. Pl. Cret. n. 1572.

Glaber; rhizomate lignoso, tortuoso, pluricauli turionesque steriles emittenti; caulibus erectis, teretibus; foliis linearibus, 3 nerviis, margine scabridis, vagina caulis diametrum aequante; squamis 4, late ovatis, pallidis, coriaceis, calycis tubo quadruplo brevioribus, breviter mucronatis; calycis 25 mm. longi dentibus ovato-lanceolatis, glabris; lamina ovato-cuneata, obtuse denticulata.

In rupibus ad Palaeokastron supra Kissamos Cretae (Heldr.). — Maio, Jun. ♄.

×× Caudiculi tenues, procumbentes; calyx 7—10 mm. longus.

36. **D. minutiflorus** Borb. apud Form. in Ver. Brünn 1896 p. 85 pro var. *D. stricti* S. et Sm. — *D. strictus β. brachyanthus* Bois. Fl. or. I. p. 486; Bald. riv. coll. bot. Alb. 1895 p. 14, 1896 p. 27, non *D. brachyanthus* Bois. voy. bot. Exp. p. 85. — *D. integer* Hal. in z. b. G. 1888 p. 750, Beitr. Fl. Epir. p. 15, in ö. b. Z. 1897 p. 282; Heldr. Chlor. Parn. p. 13, non Vis. in Ergänzbl. bot. Zeit. I. n. 15 et Fl. Dalm. t. 36, f. 3. — Exsicc.: Orph. Fl. gr. n. 175; Heldr. Herb. norm. n. 714; Bald. It. Alb. Epir. IV. n. 217.

Caespitosus, glaber; caulibus adscendentibus, tetragonis, 15—25 cm. altis, rarissime 2 floris; foliis linearibus, 3—5 nerviis, basi scabridulis, vagina caulis diametro sublongiore; squamis 2—4, ovatis, abrupte breviter aristatis, calycis dimidium aequantibus vel subaequantibus; calycis apice attenuati dentibus ovato-lanceolatis; lamina obovato-cuneata, alba, integra. — *D. stricto* S. et Sm. et *D. integro* Vis. maxime affinis, sed ab eis calycibus 2—3 plo brevioribus et petalis minoribus (a primo insuper integris) constanter differt.

In herbosis lapidosis regionis alpinae. Epirus: mt. Konitza, Vratedon, Smolika (Bald.), Peristeri, Strungula, Tsumerka (Hal.); Aetolia: mt. Tymphrestus (Heldr.), Korax (Tuntas); mt. Kiona (Hal.), Parnassus (Heldr.), Olympus (Auch.); Achaia: mt. Olenos (Heldr.), Kyllene (Orph.). — Jun. Jul. ♃.

β. Squamarum calycinarum longitudo latitudinem 2—3 plo superans.

37. **D. sphacioticus** Bois. et Heldr. Diagn. VIII. p. 70, Fl. or. I. p. 488; Raul. Cret. p. 716 t. 7; Spreitz. in z. b. G. 1890 p. 293; Bald. viagg. Creta p. 34. — *D. leucophaeus* Sieb. avis p. 4, Reise II. p. 321 t. 9, non S. et Sm. — Exsicc.: Heldr. pl. Cret. n. 1642; Bald. It. Cret. a. 108.

Caespitosus, glaber; caudiculis brevibus, duris; caulibus adscendentibus, teretibus, 2—7 cm. altis, unifloris; foliis parvis, oblongis, rigidulis, 3 nerviis, margine scabris, vagina brevissima; squamis 4, herbaceis, oblongis, breviter cuspidatis, calyce triplo brevioribus; calycis 15—18 mm. longi, apice attenuati dentibus lanceolatis; lamina obovata, pallide rosea, subintegra.

In lapidosis regionis alpinae. Creta (Sieb).: in cacumine Theodori et Hagion Pneuma in mt. Sphacioticis (Heldr.). — Jul. Aug. ♃.

38. **D. serratifolius** S. et S. Pr. I. p. 287; Ch. et B. Fl. Pelop. p. 27; Bois. Fl. or. I. p. 490; Hal. in z. b. G. 1899 p. 709. — Exsicc.: Orph. Fl. Gr. n. 176; Heldr. herb. norm. n. 336 et 1217.

Caespitosus glaber; caudiculis numerosis, duris; caulibus virgatis, teretibus, 15—30 cm. altis, 1—3 floris; foliis anguste linearibus, rigidis, 3 nerviis, margine scabris, vagina caulis diametro sublongiori; squamis 4—6, oblongis, scariosis, breviter mucronatis, calycis dimidio subbrevioribus; calycis 12—15 mm. longi, apice attenuati dentibus lanceolatis; lamina oblongo-cuneata, rosea, acute dentata.

β. **abbreviatus** Heldr. in sched. — Caules humiles, 3—8 cm. alti. — Exsicc.: Heldr. pl. Fl. Hellen. a. 1897.

In rupestribus regionis mediae et superiori. Attica: mt. Hymettus (Sibth.), pr. Sunium (Sprun.); *β*. mt. Taygetos (Zahn). — Maio, Aug. ♃.

b. Annuus; calyx verruculosus.

39. **D. tripunctatus** S. et S. Pr. I. p. 286; Sieb. avis p. 3, rem. p. 4; Bois. Fl. or. I. p. 482, suppl. p. 76; Raul. Cret. p. 715; Weiss in z. b. G. 1869 p. 54; Heldr. Fl. Aegin. p. 238. — Icon: Fl. gr. t. 398. — Exsicc.: Orph. Fl. gr. n. 460; Bald. It. Cret. alt. n. 5.

Glaber; caule erecto, tereti, 10—30 cm. alto, patule ramoso; foliis linearibus, 3 nerviis, vagina brevissima; squamis 4, scariosis, ovatis, margine late hyalinis, in aristas subulatas calyce subbreviores attenuatis; calycis 15—18 mm. longi, apice attenuati dentibus lanceolatis; lamina obovato-cuneata, roseo-flavida, dentata. — Species egregia, habitu *Tunicae glumaceae* (Ch. et B.) non absimilis.

In arvis, vineis, inter segetes. Achaia: mt. Omplo pr. Patras (Heldr.); Argolis: pr. Troezene (Heldr.); insula Aegina: pr. Perivolia (Heldr.), insula Cythnos (Orph.), Syra (Weiss), Ios (Heldr.), Tenos (Sart.); Creta: pr. Pyrgos et Hagios Deka in planitie Messara, pr. Mirabello (Heldr.), ad Arkadi distr. Mirabello (Bald.). — Maio, Jul. ⊙.

Obs. Species dubiae nomine solo notae: *D. brachiatus* Sieb. in Flora I. p. 276, e Creta. — *D. incurvus* Sieb. l. c., e Creta. — *D. triflorus* Sieb. avis rem. p. 4, e Creta. — *D. vaginatus* Ung. Reise p. 135, ex Ithaca.

13. Velezia L. Gen. n. 447.

1. **V. rigida** L. sp. p. 332; S. et Sm. Pr. I. p. 283; Sieb. avis p. 3; Ch. et B. Exp. p. 118, Fl. Pelop. p. 26; Friedr. Reise p. 273; Bois. Fl. or. I. p. 478; Raul. Cret. p. 715; Form. in D. bot. Mon. 1891 p. 36, in Ver. Brünn 1896 p. 86, 1897 p. 62; Haussk. Symb. p. 36; Hal. Beitr. Fl. Thessal. p. 9; Bald. riv. coll. bot. Alb. 1895 p. 13, 1896 p. 27. — Icon: Fl. gr. t. 390. — Exsicc.: Orph. Fl. gr. n. 929; Heldr. herb. norm. n. 694; Bald. It. Alb. Epir. IV. n. 103.

Glanduloso-puberula; caule rigido, a basi divaricato-ramoso; foliis linearibus; floribus solitariis vel geminatis, pedicello crasso, calyce 6plo breviori suffultis; calyce angustissime cylindrico, 15 nervi, subangulato, dentibus subulatis; lamina bifida, rosea.

In collibus, vinetis regionis inferioris et montanae. Epirus: mt. Maria distr. Ljaskovik, pr. Janina, mt. Micikeli, mt. Zalongos (Bald.); Acarnania: pr. Kravassaras (Hal.); Thessalia: pr. Kastania, Velitsena, Kalabaka, Trikala, Kapurna, Portaria, mt. Pelion, pr. Volo, Rapsani in Olympo, pr. Limogardi, Longici, Neraida (Form.), Larissa (Heldr.), Pharsalus, Korona (Haussk.); pr. Pagna in mt. Parnasso (Heldr.); Attica: mt. Pentelicon (Heldr.), Hymettus (Orph.); Argolis: pr. Poros (Friedr.); Achaia: mt. Olenos (Hal.), mt. Omplo pr. Patras (Heldr.); Laconia: pr. Kitries, Kardamyle, Zarnate (Chaub.); Creta (Sibth.). — Jun. Jul. ⨀.

2. **V. quadridentata** S. et Sm. Pr. t. p. 283; Bois. Fl. or. I. p. 478; Heldr. Chlor. Parn. p. 13, Fl. Aegin. p. 238, in ö. b. Z. 1898 p. 183; Haussk. Symb. p. 36. — *V. clavata* Urv. Enum. p. 28. — Icon: Fl. gr. t. 391. — Exsicc.: Heldr. herb. norm. n. 693; Dörfl. Fl. Aeg. n. 135.

Glanduloso-puberula vel glabra; caule rigido, a basi divaricato-ramoso; foliis linearibus; floribus solitariis, geminis vel ternis, pedicello crasso, calyce 2—3plo breviori suffultis; calyce oblongo-cylindrico, costis 5 validis subtrinerviis carinato, dentibus lanceolatis; lamina breviter quadridentata, rosea.

In collibus apricis, inter vineta, rare. In mt. Parnasso pr. Pagna (Heldr.); Argolis: inter Nauplia et Port Tolon (Haussk.); ins. Aegina: pr. Janitzio (Heldr.); ins. Syra (Bois.), Naxos (Leon.). — Maio, Jul. ⨀.

XIV. Ordo. Alsinaceae DC. Fl. Fr. IV. p. 766.

I. Tribus. *Stellarineae* Fenzl. in Endl. Gen. p. 966. — Folia exstipulata; capsulae valvae vel dentes stylorum numero duplae.

1. Subtribus. *Malachieae* Fenzl. l. c. p. 970. — Styli 5, sepalis alterni; capsula ovoideo-pentagona, valvis 5 bifidis dehiscens.

1. Myosoton Moench. meth. p. 225.

1. **M. aquaticum** L. sp. p. 439; S. et Sm. Pr. I. p. 317; Ch. et B. Exp. p. 131, Fl. Pelop. p. 29 (*Cerastium*); Moench. meth. p. 225. — *Malachium aquaticum* Fr. Fl. Hall. p. 77; Friedr. Reise p. 267; Bois. Fl. or. I. p. 731; Raul. Cret. p. 722; Heldr. in Sitzungsb. Acad. Wiss. Berlin 1883 p. 6 et 9. — Icon: Rchb. f. 4967.

In humidis et ad rivulos. Thessalia: in valle Agya ad pedem mt. Ossa (Heldr.); Attica: ad Phalerum (Friedr.); Peloponnesus: insula Sapienza (Chaub.); Creta (Sibth.). — Jun. Aug. ♃. N. v.

2. Subtribus. *Cerastieae* Fenzl. l. c. p. 969. — Styli 5 (rarissime 3—4), sepalis oppositi; capsula cylindrica vel cylindrico-conica, dentibus 10 dehiscens.

2. Cerastium L. gen. n. 585.

Dispositio specierum:

1. Sectio. *Eucerastium* Bois. Styli quinque.
 a. Perennia, caespitosa.
  α. Plantae plus minus albo-tomentosae.
   1. C. tomentosum L. **2. C. lanigerum** Clem.
  β. Plantae virides, plus minus hirsutae vel glabrescentes.
   × Petala calyce duplo longiora.
    3. C. speciosum Sprun.
   ×× Petala calycem aequantia.
    4. C. vulgatum L.
 b. Annua.
  α. Capsulae dentes margine revoluti.
   × Sepala apice glabra; petalorum ungues glaberrimi; filamenta glabra.
    ○ Caules abbreviati, pedicelli scapiformes, caule longiores.
     5. C. scaposum Bois. et Heldr.
    ○○ Caules plus minus elongati, pedicellis longiores.
     . Planta eglandulosa.
      6. C. laxum Bois. et Heldr.
     .. Planta glandulosa.
      ; Pedicelli fructiferi refracti.
       7. C. semidecandrum L.
      ;; Pedicelli fructiferi arcuato-patentes.
       , Petala parva, calyce breviora vel eum vix superantia.
        8. C. glutinosum Fr. **9. C. pumilum** Curt.
       ,, Petala majuscula, calyce $1^{1}/_{2}$ plo longiora.
        10. C. litigiosum De Lens.
   ×× Sepala apice longe barbulata; petalorum ungues barbulati.
    ○ Cyma laxiflora; pedicelli fructiferi calyce 2—3 plo longiores.
     11. C. brachypetalum Desp. **12. C. luridum** Guss.
    ○○ Cyma glomerata; pedicelli fructiferi calycem subaequantes.
     13. C. viscosum L.

β. Capsulae dentes margine non revoluti.

14. C. dichotomum L.

γ. Capsula poro apicali dehiscens.

15. C. pedunculare Ch. et B. **16. C. illyricum** Ard.

2. Sectio. *Dichodon* Bartl. in M. et K. Deutschl. Fl. III. p. 260. — Styli tres.

17. C. cerastoides L.

1. Sectio. *Eucerastium* Bois. Fl. or. I. p. 713. — Styli quinque.

a. Perennia, caespitosa.

α. Plantae plus minus albo-tomentosae.

1. C. **tomentosum** L. sp. p. 440; S. et Sm. Pr. I. p. 317; Ch. et B. Exp. p. 131, Fl. Pelop. p. 29; Bois. Fl. or. I. p. 726; Heldr. Fl. Cephal. p. 27, Chlor. Parn. p. 15; Haussk. Symb. p. 36; Hal. in ö. b. Z. 1895 p. 218, Beitr. Fl. Achaia p. 15, in z. b. G. 1899 p. 709; Form. in Ver. Brünn 1896 p. 84, 1897 p. 61, in D. bot. Mon. 1898 p. 80. — *C. repens* L. sp. p. 439 (sec. Led. Fl. ross. I. p. 414 cum *C. arvensis* varietatibus confusum); S. et Sm. Pr. I. p. 316. — *C. lanatum* Clem. Sert. p. 25, non Lam. — Icon: Fl. gr. t. 455. — Exsicc.: Orph. Fl. gr. n. 54; Heldr. herb. norm. n. 911; Dörfl. Fl. gr. n. 409.

Lanugine simplici, crispata, intricata niveo-tomentosum; caulibus adscendentibus, 5—20 cm. altis; foliis patentibus, interdum subrecurvis, inferioribus spathulatis, superioribus lineari-lanceolatis; cymis confertis; pedicellis rectis; bracteis sepalisque oblongis, obtusis, dense tomentosis, anguste albo-scariosis; petalis obovato-cuneatis, ad tertiam partem bifidis, calyce subduplo longioribus, glabris; capsula cylindrica, calyce parum longiore, dentibus margine revolutis.

In rupestribus montanis et alpinis saepe caespites copiosas efformans. — Attica: mt. Hymettus (Sibth.), Parnes, Pentelicon, Pateras (Heldr.); mt. Parnassus (Heldr.), Kiona (Reis.); mt. Pirgo in mt. Othrys, mt. Dokimi in Pindo (Form.); Cephalonia: mt. Aenos (Heldr.); Achaia: mt. Panachaicon (Hal.), Chelmos (Orph.), Kyllene (Heldr.); Laconia (Sibth.): mt. Taygetos (Heldr.), pr. Korone, Vitylos, Marathonisi usque in mt. Diaforti Arcadiae (Chaub.); Messenia (Sibth.). — Maio, Jul. ♃.

2. C. **lanigerum** Clem. in Atti della terza riun. degli scienz. ital. 1841 p. 520; Haussk. Symb. p. 36; Hal. Beitr. Fl. Epir. p. 15; Bald. riv. coll. bot. Alb. 1895 p. 19. — *C. grandiflorum* Bois. Fl. or. I. p. 727; Bald. l. c., 1896 p. 34 (huc et non ad speciem Waldstein-Kitaibelianam, foliis anguste linearibus longioribus saepe recurvis, caulibus elatioribus fere a medio aphyllis, petalis majoribus calyce triplo longioribus et capsulae dentibus non revolutis diversam, pertinet.) — Exsicc.: Bald. It. Alb. Epir. III. n. 22.

Lanugine simplici, crispata, intricata plus minus tomentosum; caulibus adscendentibus, 5—27 cm. altis; foliis patentibus, inferioribus spathulatis, superioribus lineari-lanceolatis; cymis post anthesin

laxifloris; pedicellis rectis, fructiferis subnutantibus; bracteis sepalisque oblongis, acutis, tomentellis, late hyalino-marginatis; petalis obovato-cuneatis, ad tertiam partem bifidis, calyce duplo longioribus, glabris; capsula cylindrica, calyce subduplo longiore, dentibus margine revolutis.

β. **pindicolum.** — *C. lanigerum β. alpicolum* Haussk. Symb. p. 36, non *C. arvense* v. *alpicolum* Fenzl. in Griseb. Spic. I. p. 210. — Caules densius caespitosi pumili, folia dimidio breviora magis conferta, in axillis inferioribus foliis novellis brevissimis florendi tempore nondum evolutis munita, cymae magis confertae. — Exsicc.: Bald. It. Alb. Epir. III. n. 123.

γ. **decalvans** Schloss. et Vuk. Fl. Croat. p. 366; Bald. riv. coll. bot. Alb. 1896 p. 34, pro sp. — *C. tomentosum* Bois. Fl. or. suppl. p. 120 (e Parnasso). — Bracteis sepalisque glandulosis, virescentibus. Exsicc.: Heldr. herb. norm. n. 518; Hal. It. gr. sec. a. 1893.

In rupestribus regionis superioris. — Thessalia: mt. Ghavellu et Karava in Pindo (Haussk.), mt. Olympus (Bois.); Epirus: mt. Smolika, Micikeli (Bald.); *β.* mt. Karava (Haussk.), mt. Tsumerka: *γ.* mt. Parnassus (Heldr.); mt. Peristeri (Hal.) et Smolika (Bald.) in Epiro. — Jun. Aug. ♃.

β. Plantae virides, plus minus hirsutae vel glabrescentes.

× Petala calyce duplo longiora.

3. **C. speciosum** Sprun. in Bois. Fl. or. I. p. 727; Haussk. Symb. p. 36; Hal. in ö. b. Z. 1897 p. 282. — *C. grandiflorum β. speciosum* Bois. l. c. — *C. grandiflorum* Bois. Fl. or. suppl. p. 120. — Exsicc.: Heldr. It. Thessal. IV. a. 1885; Sint. It. Thessal. n. 1150.

Crispule hirsutum vel glabrescens; caulibus adscendentibus, 15—30 cm. altis; foliis patentibus, inferioribus spathulatis, superioribus lineari-lanceolatis; cymis laxifloris; pedicellis rectis, fructiferis apice subnutantibus; bracteis sepalisque oblongis, acutis, glabris vel parce pilosiusculis, late hyalino-marginatis; petalis obovato-cuneatis, ad tertiam partem bifidis, glabris; capsula cylindrica, calyce longiore, dentibus planis. — *C. arvensi* L. bracteis sepalisque angustius marginatis petalis minoribus distincto, valde affine. — A *C. grandifloro* W. et K. egregie differt indumento non albo-tomentoso, foliis latioribus brevioribus non recurvis.

β. **adenophorum.** — *C. grandiflorum β. alpinum* Bois. Fl. or. I. p. 728. — Caulibus saepe humilioribus, pedunculis sepalisque glanduloso-viscidis. — Exsicc.: Heldr. It. gr. septentr. a. 1879; Tunt. pl. Gr. a. 1896.

In rupestribus regionis mediae et superioris. Thessalia: mt. Oeta Phthiotidis (Heldr.), mt. Zygos in Pindo tymphaeo (Haussk.); Aetolia: mt. Tymphrestus (Heldr.); *β.* mt. Olympus (Heldr.), mt. Korax Aetoliae (Tunt.). — Jun. Aug. ♃.

×× Petala calycem aequantia.

4. **C. vulgatum** L. Fl. succ. p. 158; S. et Sm. Pr. I. p. 315: Ch. et B. Exp. p. 128, Fl. Pelop. p. 29; Ung. Reise p. 135; Haussk. Symb. p 37; Form. in Ver. Brünn 1896 p. 84. — *C. triviale* Link Enum. hort. Berol. I. p. 433. — Icon.: Rchb. f. 4972.

Patentim hirsutum vel glabrescens; caulibus adscendentibus, 10—30 cm. altis; foliis oblongis vel lanceolatis, inferioribus in petiolum attenuatis, superioribus sessilibus; cymis laxifloris; pedicellis rectis, fructiferis apice nutantibus; bracteis sepalisque oblongis, hirtis, margine scariosis; petalis oblongo-spathulatis, bilobis, basi obsolete ciliatis; capsula cylindrica, calyce duplo longiore, dentibus margine revolutis. — Ob flores minutos et faciem ad sequentes magis accedit.

In herbidis montanis, rare. Thessalia: mt. Zygos in Pindo tymphaeo (Haussk); Cephalonia et in mt. Deca Corcyrae (Ung.); mt. Parnassus (Sibth.); Attica (Chaub.); Peloponnesus (Sibth.): Argolis (Chaub.). — Maio, Aug. ♃.

b. Annua.

α. Capsulae dentes margine revoluti.

× Sepala apice glabra; sepalorum ungues glaberrimi; filamenta glabra.

○ Caules abbreviati, pedicelli scapiformes, caule longiores.

5. **C. scaposum** Bois. et Heldr. Diagn. VIII. p. 104, Fl. or. I. p. 726; Raul. Cret. p. 722, t. 10. — Exsicc.: Reverch. Pl. Cret. n. 225.

Breviter patule hirtum, 5—10 cm. altum; caule nano, internodiis abbreviatis, simplici vel parce ramoso; foliis ovatis vel oblongis, obtusis, inferioribus in petiolum attenuatis, ceteris sessilibus; cyma 3—10 flora, pedicellis erectis longissimis nudis; sepalis ellipticis, adpresse hirtis, margine scariosis; petalis cuneatis, brevissime bilobis, calyce sesquilongioribus; capsula oblongo-cylindrica, calyce quarta parte longiore. — Species eximia, ab omnibus caule brevissimo pedicellis elongatis scapiformibus diversa.

In rupestribus montium Sphacioticorum Cretae: pr. Askyphos, Anopolis (Heldr.), mt. Volokia (Reverch.). — Apr. Jun. ⊙.

○○ Caules plus minus elongati, pedicellis longiores.

. Planta eglandulosa.

6. **C. laxum** Bois. et Heldr. Diagn. VI. p. 25, Fl. or. I. p. 725. — Exsicc.: Heldr. herb. n. 178.

Pilis retrorsis adpressis hirsutum; caulibus elongatis, 15—50 cm. altis, laxe et dichotome ramosis; foliis ovato-oblongis, obtusiusculis, sessilibus; cyma laxiflora, pedicellis erectis, calyce 4—6plo longioribus; bracteis herbaceis; sepalis lanceolatis, adpresse hirtis, late scariosis; petalis cuneatis, bilobis, calyce sesquilongioribus; capsula cylindrica, calyce subaequilonga. — Indumento et floribus majoribus, eis *C. silvatici* paulo majoribus, a sequentibus egregie differt.

In umbrosis montanis, rarrissime. — Messenia: mt. Ithome (Heldr.). — Maio, Jun. ⊙.

.. Planta glandulosa.

; Pedicelli fructiferi refracti.

7. C. **semidecandrum** L. sp. p. 438; S. et S. Pr. I. p. 315; Ch. et B. Exp. p. 130, Fl. Pelop. p. 29 cum β. *Linnaeanum;* Ung. Reise p. 135; Bois. Fl. or. I. p. 723; Raul. Cret. p. 722; Heldr. Chlor. Thera p. 9. — Icon: Rchb. f. 4968. — Exsicc.: Hal. It. Gr. secund. a. 1893.

Glutinoso-hirsutum; caulibus erectis vel adscendentibus, 3—25 cm. altis, simplicibus vel ramosis; foliis ovatis vel oblongis; cyma subcongesta, pedicellis calyce 2—3plo longioribus; bracteis sepalisque late scariosis; petalis calyce brevioribus, breviter bidentatis; calyce subduplo longiore.

In arenosis montium et litoribus. — Attica: ad Phalerum (Heldr.); Argolis, Laconia, Elis (Sibth.); Messenia: pr. Pylos (Chaub.); Achaia: pr. Patras (Chaub.), mt. Panachaicon (Hal.); Cephalonia (Ung.); Creta: pr. Canea (Heldr.); Cycladum insula Thera (Heldr.). — Mart. Maio ♃.

; ; Pedicelli fructiferi arcuato-patentes.

, Petala parva, calyce breviora vel eum vix superantia.

8. C. **glutinosum** Fr. nov. fl. suec. p. 51; Haussk. Symb. p. 37; Form. in Ver. Brünn 1896 p. 84, 1897 p. 60. — Icon: Rchb. f. 4969 *α*.

Glutinosum; caulibus erectis vel adscendentibus, 3—20 cm. altis, simplicibus vel ramosis; foliis oblongis; cyma subconferta, pedicellis calyce 1—5plo longioribus; bracteis herbaceis, superioribus sepalisque anguste scarioso-marginatis; petalis obovato-lanceolatis, calyce brevioribus, bidentatis; staminibus evolutis plerumque 5; capsula sat tenui, calycem plerumque subduplo superante; seminibus dilute brunneis, diametro 0,5—0,6 mm.

In herbidis. — Thessalia: ad monasterium Korona, in mt. Zygos (Haussk.), Said Pascha et Ghavellu (Form.) in Pindo. — Jul. ⊙ N. v.

9. C. **pumilum** Curt. Fl. Lond. IV. t. 30; Murb. in bot. Notis. 1898 p. 261. — *C. obscurum* Chaub. ap. St. Amans Fl. Agen. p. 180; Ch. et B. Exp. p. 129. Fl. Pelop. p. 29. — Icon: Rchb. f. 4969 *β*.

Differt a praecedente petalis obovatis, calyce sublongioribus; staminibus evolutis plerumque 10; capsula sat crassa, calyce plerumque tertia parte longiore; seminibus obscure brunneis, diametro 0,7—0,8 mm.

Laconia, Argolis, Cyclades (Chaub.). — Apr. Jun. ⊙. N. v.

,, Petala majuscula, calyce $1^1/_2$plo longiora.

10. C. **litigiosum** De Lens in Lois. Fl. gall. ed 2. od., I. p. 323. *C. varians subvar. grandiflorum* Coss. et Germ. Fl. env. Paris p. 38.

Illustr. Fl. Paris t. 5. — *C. glutinosum* Bald. riv. coll. bot. Alb. 1896 p. 33. — Exsicc.: Bald. It. Alb. Epir. IV. n. 12; Sint. It. Thessal. n. 16.

Glutinosum; caulibus erectis vel adscendentibus, 5—20 cm. altis, simplicibus vel ramosis; foliis ovatis vel oblongis; cyma laxiuscula, pedicellis calyce 2—3 plo longioribus; bracteis herbaceis; sepalis anguste scarioso-marginatis; petalis obovato-cuneatis, bifidis; staminibus evolutis plerumque 10; capsula cylindrica, calyce duplo longiore; seminibus diluto brunneis, diametro 0,5—0,6 mm. — Affinis *C. campanulato* Viv. bracteis scariosis, floribus majoribus, petalis calyce duplo longioribus diverso.

In herbidis, cultis, vineis usque in regionem superiorem adscendens. Thessalia: pr. Kalabaka (Sint.), mt. Karava in Pindo dolopico (Heldr.); Epirus: ad pagum Lok et Koncikas distr. Janina (Bald.); Corcyra: in cacumine mt. Pantocrator (Baen.). — Maio, Jul. ☉.

××Sepala apice longe barbulata, petalorum ungues barbulati.

◡ Cyma laxiflora; pedicelli fructiferi calyce 2—3 plo longiores.

11. **C. brachypetalum** Desp. in Pers. Syn. I. p. 520; Ung. Reise p. 155; Bois. Fl. or. I. p. 723; Raul. Cret. p. 722; Spreitz. in z. b. G. 1877 p. 723; Haussk. Symb. p. 37. — Icon: Rchb. f. 4971. — Exsicc.: Sagb. pl. ins. Corc. a. 1890.

Pilis longis patentibus hirsutum, eglandulosum; caulibus erectis vel adscendentibus, simplicibus vel ramosis, 5—30 cm altis; foliis inferioribus spathulatis, caulinis ovato-oblongis; cyma laxa, pedicellis tenuibus, rectis, fructiferis calyce 2—3 plo longioribus, apice subnutantibus; bracteis herbaceis; sepalis anguste scarioso-marginatis; petalis obovatis, calyce brevioribus, apice bilobis; filamentis ciliatis; capsula curvula, calyce tertia parte longiore.

In herbidis, saxosis. — Corcyra: pr. urbem (Sagb.), mt. Deca (Spreitz.); Attica: pr. Eleusis, mt. Kerata, Pentelicon (Haussk.), Hymettus, insula Salamis (Heldr.); Euboea (Ung.); Thessalia: mt. Pelion (Haussk.); Creta: pr. Askyphos mt. V[illegible]ka, Ida (Raul.). — Apr. Jun. ☉.

12. **C. luridum** Guss. Syn. I. p. 5[illegible]. — *C. atticum* Bois. et Heldr. Diagn. Ser. 2 I. p. [illegible]; B[illegible] bull. soc. bot. France 1896 p. 284 [illegible] — C. [illegible] Bois. et Heldr. Diagn. Ser. 2. I. p. [illegible]; Hal. [illegible] Fl. [illegible] Beitr. Fl. Achaia p. 15. [illegible] *luridum* Bois. Fl. or. I. p. 723 [illegible] Haussk. Symb. p. 37. — C. [illegible] Heldr. Chlor. Parn. [illegible] Alb. 1895 p. 18. [illegible] in D. bot. Mon. 18[illegible] 826 et 1218; Orph. [illegible]

Glanduloso-hirtum; caulibus erectis vel adscendentibus, simplicibus vel saepius jam a basi divaricatim ramosis, 5—20 cm. altis; foliis ovatis oblongisve; cyma ob ramos abbreviatos subconferta, pedicellis sat crassis, rectis, apice subnutantibus; bracteis herbaceis; sepalis anguste scarioso-marginatis; petalis obovatis, calyce aequilongis vel sublongioribus, apice bilobis; filamentis glabris; capsula curvula, calyce tertia parte longiore. Praecedenti et *C. taurico* Spreng. affine, sed discrepat ab ambobus caulibus saepissime crassioribus, cyma minus laxa, pedicellis crassioribus, brevioribus, filamentisque glabris, a primo insuper glandulositate. — Species vel varietates supra in synonymia enumeratae, formae unius speciei, intermediis conjunctae et verbis vix definiendae.

In herbidis regionis montanae usque in regionem alpinam adscendens. — Attica: mt. Hymettus, Kerata (Haussk.), Parnes (Bois.); mt. Parnassus (Heldr.); Thessalia: mt. Pelion (Heldr.), mt. Cuka in mt. Chassia (Form.), pr. Kalabaka (Boissieu), pr. monasterium Korona, mt. Ghavellu, Zygos (Haussk.), in valle Negerli pr. Chaliki (Sint.); Epirus: in cacumine mt. Peristeri, 2290 m. (Hal.), mt. Olycika (Bald.); Cephalonia: mt. Aenos, pr. Argostoli (Heldr.); Achaia: mt. Panachaicon, Olenos, Chelmos (Hal.), Kyllene (Orph.). — Apr. Jul. ⨀.

CO Cyma glomerata; pedicelli fructiferi calycem subaequantes.

13. **C. viscosum** L. Sp. p. 437; S. et Sm. Pr. I. p. 315; Ch. et B. Exp. p. 128, Fl. Pelop. p. 29; Bois. Fl. or. I. p. 722; Raul. Cret. p. 722; Heldr. Fl. Cephalon. p. 27; Haussk. Symb. p. 37; Hal. in z. b. G. 1899 p. 709. — *C. glomeratum* Thuill. Fl. Paris p. 226; Marg. et R. Fl. Zante p. 33. — *C. vulgatum β. glomeratum* DC. Fl. fr. IV. p. 776; Friedr. Reise p. 271 et 275. — Icon: Rchb. f. 4970. — Exsicc.: Baen. herb. europ. n. 9238.

Glanduloso-hirtum; caulibus erectis vel adscendentibus, 10—30 cm. altis, simplicibus vel ramosis; foliis inferioribus ovato-spathulatis, caeteris oblongis; bracteis herbaceis; sepalis anguste scarioso-marginatis; petalis calycem subaequantibus, bifidis; filamentis glabris; capsula subincurva, calyce dublo longiore.

In herbidis, fruticetis regionis inferioris et montanae. Corcyra: pr. urbem (Sagb.), Kastrades (Baen.); Zante (Marg.); Cephalonia: in oropedio Omala (Heldr.); mt. Parnassus (Sibth.); Thessalia: pr. Pharsalus (Haussk.); Attica: pr. Athenas, Eleusis (Haussk.); Corinthus (Haussk.); Argolis (Sibth.): pr. Nauplia (Haussk.), Poros (Friedr.); Cycladum insula Melos (Leon.); Peloponnesus occ. (Chaub.): pr. Kalamata Messeniae (Zahn); Creta; pr. Canea (Heldr.). — Mart. Apr. ⨀.

β. Capsulae dentes margine non revoluti.

14. **C. dichotomum** L. Sp. p. 438; Bois. Fl. or. suppl. p. 119; Haussk. Symb. p. 37. — Icon: Willk. icon. et descr. pl. nov. t. 56. — Exsicc.: Heldr. herb. norm. n. 829.

Glanduloso-pubescens; caule crassiusculo, 10—15 cm. alto, simplici vel a basi divaricato-ramoso; foliis lineari-lanceolatis; cyma confertim corymbosa; pedicellis erectis, calyce brevioribus; bracteis sepalisque herbaceis; petalis glabris, oblongis, bilobis, calyce brevioribus; capsula cylindrico-conica, 2 cm. longa, longe exserta.

In arvis, rarissime. — Attica: inter Eleusis et mt. Kerata (Haussk.), pr. Palaeokundura ad radices mt. Pateras (Heldr.); Arcadia: pr. Steno (Heldr.). — Apr. Jun. ⨀.

γ. Capsula poro apicali dehiscens.

15. **C. pedunculare** Ch. et B. exp. p. 130, t. 12, Fl. Pelop. p. 29, t. 13; Friedr. Reise p. 280; Bois. Fl. or. p. 720; Hal. Beitr. Fl. Achaia p. 15. — Exsicc.: Orph. Fl. gr. n. 935; Heldr. herb. norm. n. 1411.

Pilis ad ramos crispis vel retrosis, ad folia adpressis hirsutum; caulibus adscendentibus, 5—30 cm. altis, laxe et dichotome ramosis, rarius simplicibus; foliis ovato- et oblongo-spathulatis; pedicellis demum patentibus, calyce 2—5plo longioribus; bracteis herbaceis; sepalis anguste scarioso-marginatis, pilis longis patentibus villosis; petalis cuneato-obcordatis, calyce tertia parte longioribus, filamentisque glabris; capsula cylindrica, calyce subbreviore.

In herbidis, fruticetis regionis montanae, rare. — Achaia: mt. Panachaicon (Hal.); Arcadia: pr. Zatuna (Orph.), Tripolizza (Bois.), mt. Diaforti pr. Andrizena (Friedr.); Elis: in silva Kapellis pr. Lala (Reis.); Messenia (Chaub.): pr. Kalamata (Zahn); Laconia: pr. Mistra (Bois.) et Megali-Anastasova (Zahn) in mt. Taygetos, mt. Malevo pr. Platanos (Orph.). — Apr. Jun. ⨀.

16. **C. illyricum** Ard. Sp. II. p. 26 t. 11; β. Ch. et B. exp. p. 130, Fl. Pelop. p. 29; Friedr. Reise p. 279; Bois. Fl. or. I. p. 720; Weiss in z. b. G. 1869 p. 54; Raul. Cret. p. 722 *v. micropetalum*; Spreitz. in z. b. G. 1877 p. 723; Heldr. Fl. Cephal p. 27; Haussk. Symb. p. 38; Fors. in bull. Bois. III. p. 87; Hal. in z. b. G. 1899 p. 709. — *C. pilosum* S. et S. Pr. I. p. 216; Urv. enum. p. 52; Friedr. Reise p. 266 et 273; Clem. Sert. p. 25; Ung. Reise p. 135; Heldr. Fl. Aegin. p. 239, Chlor. Thera p. 9. — *C. androsaceum* Ser. in DC. Pr. I. p. 416. — Icon: Fl. gr. t. 454. — Exsicc.: Orph. Fl. gr. n. 936; Heldr. herb. norm. n. 111.

Pilis ad ramos retrorsis, ad folia patulis hirsutissimum; caulibus adscendentibus, 2—8 cm. altis, a basi ramosissimis; foliis oblongo-spathulatis vel oblongis; pedicellis rectis vel patulis, calycem aequantibus vel eo subduplo longioribus; bracteis herbaceis; sepalis anguste scarioso-marginatis, pilis longis patentibus villosis; petalis oblongo-linearibus, calyce dimidio brevioribus, filamentisque glabris; capsula cylindrica, calyce subbreviore. — Differt a praecedente pedicellis brevibus, petalis angustis, calyce brevioribus.

β. **macropetalum** Bois. Fl. or. I. p. 720; Weiss in z. b. G. 1869 p. 54; Heldr. Fl. Cephal. p. 27. — Petala calyce paulo longiora. — *C. illyricum* Ch. et B. exp. p. 130, Fl. Pelop. p. 29.

In collibus aridis. — Attica: pr. Athenas (Friedr.), in colle Turcobuni, mt. Pentelicon (Heldr.), Hymettus (Orph.); Thessalia: mt. Pelion (Heldr.), pr. Pharsalus (Haussk.); Euboea: pr. Loto (Ung.); Cycladum insula Melos (Urv.), Syra (Fors.), Tenos (Weiss), Keos, Thera (Heldr.); insula Aegina: mt. Oros (Heldr.); Argolis: pr. Troezene (Friedr.); Arcadia: in valle Alphei pr. Carithena (Friedr.); Messenia: pr. Pylos, Arcadia, Vitilos usque ad mt. Ithome et Taygetos (Chaub.); Creta: pr. Askyphos (Raul.); Cephalonia: pr. Pessada (Heldr.), in oropedio Omala (Spreitz.); — *β.* Argolis: pr. Torniki (Heldr.); Zante: mt. Scopo (Weiss); Cephalonia: in regione superiori mt. Aenos et pr. Hagios Gerasimos (Heldr.). — Mart. Maio ☉.

2. Sectio. *Dichodon* Bartl. in M. et K. Deutschl. Fl. III. p. 260. — Styli tres.

17. **C. cerastoides** L. sp. p. 422 (*Stellaria*). — *C. trigynum* Vill. Hist. pl. Dauph. III. p. 645, t. 46; Bald. riv. coll. bot. Alb 1895 p. 18.

Caudiculis procumbentibus radicantibus; caulibus glabris vel puberulis; foliis oblongo-lanceolatis, glabris; cyma 1—pluriflora, pedicellis longis, glanduloso-pubescentibus, fructiferis reflexis; bracteis herbaceis; sepalis oblongis, anguste scarioso-marginatis; petalis obcordatis, calyce subduplo longioribus, dentibus planis, tandem patulis. — Habitus Stellariae.

In humidis regionis alpinae, rarissime. — Epirus: in jugo Bresani mt. Tsumerka (Bald.). — Jun. Aug. ♃. N. v.

Species dubia: *C. procumbens* Pieri Fl. Corc. p. 57 e Corcyra.

3. Moenchia Ehrh. Beitr. II. p. 277. A *Cerastio* capsula abbreviata et petalis subintegris distincta.

1. **M. mantica** L. Sp. ed. 2 p. 629; Ch. et B. exp. p. 130, Fl. Pelop. p. 29 (*Cerastium*); Bartl. Cat. sem. hort. Goetting. 1839 p. 5; Bois. Fl. or. I. p. 712; Heldr. Fl. p. 26; Spreitz. in z. b. G. 1887 p. 655; Haussk. Symb. p. 38; Hal. Beitr. Fl. Epir. p. 16, in ö. b. Z. 1895 p. 218, in z. b. G. 1899 p. 709; Bald. riv. coll. bot. Alb. 1896 p. 34. — Icon: Rchb. f. 4966. — Exsicc.: Orph. Fl. gr. n. 740; Bald. It. Alb. Epir. IV. n. 13; Sint. It. Thessal. n. 352; Dörfl. Fl. gr. n. 275.

Pedicellis filiformibus; petalis calyce duplo longioribus; stylis rectis, ovario sub anthesi duplo longioribus.

In herbidis. — Boeotia: pr. Cucura in mt. Helicon (Orph.); Aetolia: pr. Aetolikon (Reis.) Musinitza (Leon.); Thessalia: mt. Pelion, pr. Sophades, Karditza, Trikala, ad monasterium Korona (Haussk.), in oro-

pedio Neuropolis (Heldr.), pr. Kastreiki (Sint.); **Epirus**: pr. Vulgarelion in mt. Tsumerka (Hal.), pr. Janina (Bald.); **Corcyra**: pr. urbem (Gerold); Leucas: ad monasterium Hagios Georgios (Spreitz.); **Cephalonia**: in oropedio Omala (Heldr.); Elis: in silva Kapellis pr. Lala (Reis.); Messenia: pr. Pylos (Chaub.); Laconia (Bois): pr. Xerocampos (Pichl.). — Apr. Jul. ⊙.

2. **M. graeca** Bois. et. Heldr. Diagn. ser. 2, I. p. 91, Fl. or. I. p. 711; Weiss in z. b. G. 1869 p. 746; Haussk. Symb. p. 38. — Exsicc.: Heldr. Herb. norm. n. 661 et 1071; Holzm. in Baen. herb. Europ. n. 4191; Orph. Fl. gr. n. 931 (Chios).

Pedicellis crassiusculis, apice incrassatis; petalis calyce triente brevioribus; stylis recurvatis, ovario sub anthesi aequilongis. — Praecedenti humilior, pedicellis saepissime brevioribus.

In collibus apricis. — Attica: mt. Pentelicon (Heldr.), Hymettus (Haussk.); mt. Parnassus (Heldr.); Thessalia: mt. Pelion pr. Portaria (Heldr.); Laconia: ad Hagios Petros (Bois.); Cycladum insula Tenos (Weiss.). — Apr. Maio. ⊙.

3. Subtribus *Arenarieae* Fenzl. l. c. p. 967. Styli saepissime 2—3, sepalis oppositi; capsula ovata vel ovato-conica, rarius cylindrica.

4. Stellaria L. Gen. n. 568.

1. Sectio. *Petiolares* Fenzl. in Endl. gen. p. 969. — Folia saltem inferiora distincte petiolata; stamina hypogyna.

1. **S. nemorum** L. Sp. p. 421; Haussk. Symb. p. 38. — Icon: Rchb. f. 4906. — Exsicc.: Heldr. It. Thessal. IV. a. 1885.

Caule circacircum piloso; foliis inferioribus cordato-ovatis, longe petiolatis, superioribus ovatis, sessilibus; sepalis lanceolatis, acutis; petalis bipartitis, calyce duplo longioribus; staminibus 10; capsula calyce subduplo longiore, columella elongata.

Ad rivulos regionis subalpinae, rarissime. — Thessalia: mt. Zygos supra Metzovo (Heldr.). — Jun. Jul. ♃.

2. **S. media** L. Sp. 272; Friedr. Reise p. 265 *(Alsine)*; Cyr. essent. nonnull. pl. char. comm. p. 36; S. et Sm. Pr. I. p. 302: Ch. et B. exp. p. 124, Fl. Pelop. p. 28; Ung. Reise p. 135; Bois. Fl. or. I. p. 707; Raul. Cret. p. 721; Heldr. Fl. Cephal. p. 27; Haussk. Symb. p. 38; Form. in Ver. Brünn 1896 p. 84. — ? *S. dichotoma* Pieri Corc. Fl. p. 56.

Caule unifariam piloso, ceterum glabro; foliis ovatis vel subcordatis, inferioribus petiolatis, superioribus sessilibus; sepalis oblongis, obtusis; petalis bipartitis, calyce brevioribus vel paulo longioribus; staminibus 2—10; capsula calycem superante, columella abbreviata.

α. **typica.** Pedunculi calyce 1—4plo longiores; petala calyce subaequilonga vel breviora; stamina 3—5. — Icon: Rchb. f. 4904. — Exsicc.: Heldr. pl. Gr. a. 1897.

β. **neglecta**. Weihe ap. Bluff. et Fingerh. Com. Fl. germ. I. p. 560; Hal. in ö. b. Z. 1897 p. 61, pro sp.; C. Koch in Linn XV. p. 701. — *S. latifolia* DC. Fl. fr. V. p. 614; Marg. et R. Fl. Zante p. 33, non Pers. — *S. media β. major* Koch. Syn. p. 118; Bois. Fl. or. I. p. 707; Spreitz. in z. b. G. 1877 p. 723; Haussk. Symb. p. 38; Boissieu in bull. soc. bot. France 1896 p. 284. — Icon; Rchb. f. 4905. — Exsicc.: Heldr. et Hal. Flor. Sporad. a. 1896. — Pedunculi calyce 5—8plo longiores; petala calyce aequilonga; stamina 10.

γ. **macropetala**. Petala calyce dimidio longiora, ceterum uti β. — Exsicc.: Baen. herb. europ. n. 9350.

δ. **apetala** Ucria pl. Linn. add. n. 11 pro sp.; Led. Fl. Ross. I. p. 378. — Exsicc.: Heldr. Fl. Hellen. a. 1882. — Pedunculi calyce aequilonga vel 1—4plo longiora; petala nulla: stamina 2—3.

ε. **Boraeana** Jord. Pug. p. 33 pro sp.; Haussk. Symb. p. 38. — *S. pallida* Piré in bull. soc. bot. Belg. II. p. 49, non Vahl. — Sepala acutiuscula ceterum uti β.

In agris, vineis, olivetis, ruderatis, probabiliter in tota ditione. — Indicatur: Thessalia: pr. Pharsalus (Form.); Attica: pr. Athenas (Heldr.); Argolis: pr. Poros (Friedr.); Achaia (Sibth.): pr. Patras (Reiser); Laconia: mt. Malevo (Orph.); Messenia: pr. Methone, Pylos (Chaub.); Creta: ad Tuzla pr. Suda (Raul.); Cephalonia: in oropedio Omala (Heldr.); β. Corcyra: pr. urbem (Sagburg), mt. Deca (Spreitz.); Zante (Marg.); Attica: pr. Athenas (Haussk.); Thessalia: pr. Kalabaka (Boissieu); Sporadum insula Skopelos (Leon.); γ. Corcyra: pr. urbem (Sagb.); Kastrades (Baen.); δ. cum typo; ε. Argolis: pr. Vromolimni in peninsula Methana (Haussk.). — Febr. Oct. ⊙.

2. Sectio. *Holosteae* Fenzl. l. c. — Folia sessilia, margine scabra; bracteae herbaceae.

3. **S. holostea** L. Sp. p. 422; Ung. Reise p. 135. — Icon: Rchb. f. 4908.

Caulibus basi procumbentibus, glabris vel superne puberulis; foliis lanceolatis, acuminatis; cyma laxe paniculato-corymbosa; pedicellis elongatis; sepalis lanceolatis, subenerviis, angustissime scarioso-marginatis; petalis semibifidis, calyce duplo longioribus; capsula globosa, calyci aequilonga.

Euboea: pr. Steni (Ung.). — Apr. Maio. ♃. N. v.

3. Sectio. *Larbreae* Fenzl. l. c. — Folia sessilia, margine laevia vel basi tantum scabridula; bracteae scariosae.

4. **S. graminea** L. Sp. p. 422; Haussk. Symb. p. 38; Form. in Ver. Brünn 1897 p. 60. — Icon: Rchb. f. 4911. — Exsicc.: Sint. It. Thessal. n. 942.

Caulibus basi radicantibus, glabris; foliis lanceolatis, acutis; cyma laxe et divaricatim corymbosa, pedicellis elongatis; sepalis lanceolatis,

trinerviis, angustissime scarioso-marginatis; petalis bipartitis, calyci aequilongis; capsula globosa, calyce longiore.

In nemorosis subhumidis, ad rivulos. — **Thessalia**: mt. Ghavellu, in oropedio Neuropolis (Haussk.) et mt. Zygos (Heldr.) in Pindo, pr. Phlambures et in mt. Mitrica in mt. Chassia (Form.). — Maio, Jul. ♃.

5. Holosteum L. Gen. n. 104.

1. **H. umbellatum** L. Sp. p. 88; S. et S. Pr. I. p. 77; Ch. et B. exp. p. 47, Fl. Pelop. p. 9; Fraas Fl. class. p. 220; Clem. Sert. p. 25; Bois. Fl. or. I. p. 709; Raul. Cret. p. 722; Haussk. Symb. p. 38. — Icon: Rchb. f. 4961. — Exsicc.: Heldr. Fl. Thessala a. 1883.

Glaucum, superne saepissime glandulosum; foliis oblongis, sessilibus; floribus umbellatis; pedicellis inaequalibus, post anthesin refractis, demum erectis; petalis dentatis, calyce longioribus.

In arvis, herbidis regionis inferioris et montanae. — **Attica** (Fraas): pr. Eleusis (Haussk.); **Thessalia**: pr. Velestinos (Heldr.); **Peloponnesus** (Sibth.): mt. Panachaicon Achaiae (Hal.), pr. Messene (Chaub.), mt. Taygetos Alagoniae (Zahn); **Creta**: mt. Psiloriti, mt. Lazaro in mt. Lassiti (Raul.). — Mart. Jun. ⨀.

6. Moehringia L. Gen. n. 494.

1. **M. trinervia** L. Sp. p. 423; S. et S. Pr. I. p. 302; Ch. et B. exp. p. 124, Fl. Pelop. p. 28 (*Arenaria*); Clairv. man. d'herbor. p. 150; Bois. Fl. or. I. p. 709, Suppl. p. 118; Haussk. Symb. p. 38. — Icon: Rchb. f. 4943.

Caulibus divaricatim-ramosis; foliis ovato-oblongis, petiolatis, 3—5 nerviis; cyma laxa, pedicellis elongatis; sepalis lanceolatis, subtrinerviis; petalis calyce brevioribus; staminibus 10; stylis 3; capsula calyce breviore.

In umbrosis regionis subalpinae. — **Thessalia**: mt. Ghavellu et Karava in Pindo (Haussk.), mt. Olympus (Heldr.); **Euboea**: mt. Dirphys (Heldr.); Laconia (Sibth.). — Maio, Jun. — ⨀ et ⊙. N. v.

7. Arenaria L. gen. n. 569.

Dispositio specierum:

a. Perennes.

α. Caules adscendentes; folia ovata vel oblonga; sepala glandulosa.

× Sepala obtusiuscula.

1. **A. cretica** Spreng.

×× Sepala acuminata.

2. **A. graveolens** Schreb. 3. **A. graeca** Bois.

β. Caules prostrati, radiculiferi; folia orbiculata; sepala glabra.

4. **A. rotundifolia** M. a B.

b. Annuae.

α. Folia uninervia.

5. **A. oxypetala** S. et S.

β. Folia plurinervia.

× Cyma conferta.

○ Planta tota valde glanduloso-glutinosa.

6. **A. nana** Bois.

○○ Planta non vel vix glandulosa.

7. **A. Guicciardii** Heldr. 8. **A. conferta** Bois.

×× Cyma laxa.

9. **A. serpyllifolia** L. 10. **A. leptoclados** Guss.

a. Perennes.

α. Caules adscendentes; folia ovata vel oblonga; sepala glandulosa.

× Sepala obtusiuscula.

1. **A. cretica** Spreng. Syst. II. p. 396; Tausch in Flora XIII. p. 248; Bois. Fl. or. I. p. 699; Raul. Cret. p. 721; Spreitz. in z. b. G. 1890 p. 293; Bald. viagg. Creta p. 36. — *A. ciliata* S. et S. Pr. I. p. 303, non L. — *A. hirta* Sieb. avis p. 4, non L. — Icon: Fl. gr. t. 438.

Pulvinari-caespitosa; caudiculis tenuibus, fragilibus; foliis confertis, oblongo-ellipticis, obtusiusculis, carinato-uninerviis, in petiolum brevissimum attenuatis; ramis glanduloso-hirtis, brevibus, 1—3 floris; pedicellis calyce longioribus; sepalis oblongo-lanceolatis, enerviis, basi carinatis, margine anguste-membranaceis; petalis obovato-oblongis; calyce duplo longioribus; capsula ovata, calyce sublongiori. — Maxime affinis *A. gracili* W. et K. pl. rar. Hung. III. 305, quae differt glabritie, foliis acutiusculis, petalis subminoribus.

α. **typica.** Folia glabra. — Exsicc.: Heldr. gr. 369 et 1612, Herb. gr. norm. n. 1412.

β. **stygia** Bois. et Heldr. in Heldr. pl. exs. n. 2136 et 2664, Hal. in z. b. G. 1899 p. 709, pro sp.; Bois. Fl. or. I. p. 699; Heldr. Chlor. Parn. p. 15. — Tota planta breviter velutino-viscida. — A specie sequente sepalis enerviis basi carinatis, obtusiusculis, petalis calyce duplo longioribus diversa. — Exsicc.: Heldr. herb. norm. n. 8; Orph. Fl. gr. n. 158; Bald. It. Cret. n. 111; Dörfl. Fl. gr. n. 416.

In rupibus regionis alpinae. — Creta: mt. Hagios Theodoros (Spreitz.) et ad Hellinoseli in mt. Sphacioticis (Heldr.), mt. Psiloriti, mt. Aphendi-Christo in mt. Lassiti (Raul.); Laconia: ad cacumen Hagios Elias l. d. Chupata montis Taygetos (Heldr.); β. mt. Olympus, Parnassus (Heldr.); Peloponnesus: mt. Olenos, Chelmos (Heldr.), Kyllene (Orph.), Taygetos (Pichl.); Creta: loco dicto Mile supra Madaros in mt. Sphacioticis (Bald.). — Jun. Aug. ♃.

×× Sepala acuminata.

2. **A. graveolens** Schreb. nov. act. nat. cur. III. p. 478; Bois. Fl. or. I, p. 700; Raul. Cret. p. 721. — *A. muralis* Sieb. avis p. 4.

— *Stellaria muralis* Link. enum. I. p. 429; DC. Pr. I. p. 400. — Exsicc.: Heldr. pl. Cret. n. 1553.

Caespitosa, minute pubescenti-glandulosa; caudiculis tenuibus, fragilibus; foliis ovatis, obtusiusculis, uninerviis, in petiolum brevem attenuatis; ramis filiformibus, laxe cymosis; pedicellis calyce 2—3plo longioribus; sepalis oblongo-lanceolatis, viridibus, striato-subquinquenerviis; petalis oblongo-lanceolatis, calyce vix longioribus; capsula oblongo-cylindrica, calyce subbreviori.

In rupestribus montanis, rarissime. — Creta: ad Latsida pr. Mirabello, mt. Psiloriti (Heldr.). — Maio, Jul. ♃.

3. **A. graeca** Bois. Fl. or. I. p. 701; Heldr. Chlor. Parn. p. 15: Hal. in z. b. G. 1899 p. 709, pro var. *A. graveolentis*. — *A. graveolens* Hal. in z. b. G. 1888 p. 750. — Exsicc.: Orph. Fl. gr. n. 159; Heldr. Herb. norm. n. 9; Dörfl. Fl. gr. n. 180.

Caespitosa, patule pubescenti-glandulosa; caudiculis tenuibus, fragilibus; foliis ovatis vel oblongis, acutiusculis, uninerviis, inferioribus in petiolum brevem attenuatis, superioribus sessilibus; ramis filiformibus, laxe cymosis; pedicellis calyce 2—5plo longioribus; sepalis ovato-oblongis, viridibus, striato-subquinquenerviis; petalis oblongo-cuneatis, calyce subduplo longioribus; capsula oblongo-cylindrica, calyce subbreviori. — Differt a praecedente indumento patulo, foliis acutis, superioribus (saepe basi lata) sessilibus, pedicellis longioribus, floribus majoribus, petalis calyce subduplo longioribus; ab *A. cretica β. stygia* indumento patulo, foliis acutis, pedicellis longioribus, sepalis acuminatis.

In rupibus regionis abietinae et superioris. — In mt. Parnasso (Heldr.), Kiona (Hal.), Korax (Heldr.); Achaia: mt. Kyllene (Heldr.), Chelmos (Orph.), mt. Kastro pr. Kalavryta (Grimb.). — Jun. Aug. ♃.

β. Caules prostrati, radiculiferi; folia orbiculata; sepala glabra.

4. **A. rotundifolia** M. a. B. Fl. Taur. Cauc. I. p. 343; Bois. Fl. or. I. p. 700 (*var. pauciflora*).

Caespitosa, glabra; caulibus filiformibus; ramis axillaribus vel terminalibus, 1—plurifloris; foliis obtusissimis, in petiolum brevissimum subciliatum contractis; pedicellis calyce paulo longioribus; sepalis oblongo-lanceolatis, acutis, uninerviis; petalis elliptico-oblongis, calycem subaequantibus; capsula ovata, calycem aequante. — *A. biflorae* L. mant. p. 71 valde affinis, quae differt foliis obtusis, in petiolum attenuatis, sepalis ovatis obtusis, petalis ovatis.

Ad nives in mt. Olympo (Auch.). — Jul. Aug. ♃ N. v.

b. Annuae.

α. Folia uninervia.

5. **A. oxypetala** S. et S. Pr. I. p. 303; Ch. et B. exp. p. 124, Fl. Pelop p. 28; Bois. Fl. or. I. p. 704; Raul. Cret. p. 721. — *A. rhodia* Bois. Diagn. I. p. 52, V. p. 85. — Icon.: Fl. gr. t. 437. — Exsicc.: Rev. pl. Cret. n. 279.

Minute pubescenti-glandulosa; caulibus tenuibus, flexuosis, effuse-dichotomis; foliis ovatis, acutis, in petiolum longiusculum attenuatis; pedicellis capillaribus, calyce 3—4plo longioribus, post anthesin patulis vel deflexis; sepalis lanceolatis, acutis, obsolete plurinerviis; petalis lanceolato-linearibus, calyce vix longioribus; capsula oblonga, calyce sublongiori. — Habitu *Moehringiae trinerviae* non absimilis

In aridis, rupestribus, pinetis regionis montanae. — Elis (Sibth.); Creta: mt. Aphendi-Kavutsi (Heldr.), pr. Amalos, Malaxa (Rev.). — Apr. Maio. ⊙.

β. Folia plurinervia.

× Cyma conferta.

○ Planta tota valde glanduloso-glutinosa.

6. **A. nana** Bois. Diagn. VIII. p. 103, Fl. or. I. p. 703; Raul. Cret. p. 721. — Exsicc.: Sint. et Rigo ex ins. Cypro n. 762.

Glanduloso-hirta; caulibus e collo 1—3, pollicaribus, interdum subnullis; foliis ovato-oblongis, obtusis, 3—7nerviis, in petiolum attenuatis, superioribus cymam involucrantibus; pedicellis calyce brevioribus; sepalis oblongis, acutis, elevatim 3—5nerviis; petalis ovatis, calyce triplo brevioribus; capsula ovata, calyce breviori.

Creta: in cacumine Khametti montium Lassiti (Heldr.). — Junio. ⊙. N. v.

○○ Planta non vel vix glandulosa.

7. **A. Guicciardii** Heldr. in Bois. Diagn. ser. 2, V. p. 60, Fl. Cephal. p. 26; Bois. Fl. or. I. p. 703. — Exsicc.: Heldr. pl. gr. n. 2909; Orph. herb. n. 700.

Pubescenti-scabra, vix glandulosa, simplex vel a collo pluricaulis; caulibus erectis vel adscendentibus, pollicaribus usque 20 cm. altis; foliis ovato-oblongis, acutis, 3nerviis, in petiolum attenuatis vel subsessilibus; cyma fasciculato-corymbosa, pedicellis crassiusculis, calyce triplo brevioribus; sepalis lanceolatis, longe acuminatis, elevatim 3nerviis; petalis oblongis, calyce triplo brevioribus; capsula anguste cylindrica, calyce breviori. — Sepalis longe acuminatis et capsula angustata inter affines notabilis.

In aridis, lapidosis, rarissime. — Attica: in regione superiori mt. Parnes versus cacumen (Heldr.); Arcadia: ad Vurlandagho pr. Zatuna (Orph.); Cephalonia: in regione superiori mt. Aenos (Heldr.). — Maio, Jun. ⊙.

8. **A. conferta** Bois. Diagn. I. 51, Fl. or. I. p. 702; Haussk. Symb. p. 38; Bald. riv. coll. bot. Alb. 1896 p. 34. — Exsicc.: Sint. It. Thessal. n. 943; Bald. It. Alb. Epir. IV. n. 106.

Pube brevi cinerascens, eglandulosa, a collo pluricaulis; caulibus adscendentibus, 2—15 cm. altis; foliis ovatis, acutiusculis, trinerviis, subsessilibus; cyma dichotome-corymbosa, pedicellis tenuibus, calyce aequilongis vel brevioribus; sepalis lanceolatis, acutis, trinerviis; petalis obovatis, calycem aequantibus; capsula ovata, calyce subbreviore. —

A. serpyllifoliae affinis, a qua differt indumento cinerascente, floribus confertis brevius pedicellatis, sepalis acutius nervosis et petalis longioribus calycem aequantibus.

In lapidosis regionis superioris mt. Olympus (Auch.), mt. Zygos supra Metzovo (Heldr.) et mt. Sina pr. Malakasi in Pindo (Sint.), mt. Smolika in Epiro (Bald.). — Jul. Aug. ⊙ et ⊙.

×× Cyma laxa.

9. **A. serpyllifolia** L. Sp. p. 424; S. et S. Pr. I. p. 304; Ch. et B. exp. p. 124, Fl. Pelop. p. 28; Ung. Reise p. 135; Bois. Fl. or. I. p. 701; Weiss in z. b. G. 1869 p. 54; Raul. Cret. p. 721; Spreitz. in z. b. G. 1887 p. 655; Heldr. Fl. Cephal. p. 26, Chlor. Parn. p. 15; Form. in D. bot. Mon. 1891 p. 36, in Ver. Brünn 1896 p. 84; Haussk. Symb. p. 38. — Icon: Rchb. f. 4941.

Minute pubescenti-scabra, patule ramosissima, dichotome paniculata; caulibus firmis, adscendentibus vel erectis; foliis ovatis, acutis, obsolete 3—5 nerviis, subsessilibus; cyma laxa, pedicellis fructiferis erectis, calyce saepissime 3—5 plo longioribus; sepalis ovato-lanceolatis, acutis, trinerviis; petalis ovatis, calyce 2—3 plo brevioribus; capsula ventricoso-ovoidea, calycem excedenti.

α. **typica.** Eglandulosa, pedicelli fructiferi saepius elongati. — Exsicc.: Hal. It. gr. II. a. 1893.

β. **viscida** Lois. not. p. 68 pr. sp.; Bois. Fl. or. I. p. 702; Hal. in z. b G. 1888 p. 750; Beitr. Fl. Epir. p. 16, Beitr. Fl. Achaia p. 15; Haussk. Symb. p. 38; Form. in Ver. Brünn 1896 p. 84, 1897 p. 60; Bald. riv. coll. bot. Alb. 1895 p. 19. — *A. sphaerocarpa* Ten. viagg. in Abruzz. p. 66. — Glandulosa, pedicelli fructiferi calyce saepissime 2—3 plo tantum longiores. — Exsicc.: Hal. It. gr. II. a. 1893.

γ. **Lloydii** Jord. Pug. p. 37 pro sp.; Haussk. Symb. p. 38. — Eglandulosa; cyma densior, brevis; pedicelli fructiferi calyce aequilongi vel subbreviores; capsula plerumque major. — Exsicc.: N. v.

In herbidis, praesertim montanis. — Epirus: pr. Vulgarelion (Hal.); Thessalia; mt. Ghavellu, Karava, pr. Malakasi (Haussk.), pr. Han Kastania, Kalabaka, mt. Baba in Pindo, mt. Ossa (Form.); mt. Parnassus (Heldr.); Peloponnesus (Chaub.): Argolis (Sprun.); Cycladum insula Syra (Weiss.); Creta: insula Gaidaronisi, mt. Aphendi-Kavutsi, mt. Volokia (Raul.); Cephalonia: mt. Aenos (Ung.), in oropedio Omala pr. Francata, pr. Argostoli (Heldr.); Leucas: pr. Amaxichi (Spreitz.); Corcyra: mt. Deca (Ung.); *β.* Epirus: mt. Tsumerka, Peristeri (Hal.), pr. Melisurgi (Bald.); Thessalia: ad monasterium Meteora (Haussk.), mt. Said Pascha in Pindo, mt Cuka in mt. Chassia (Form.); Doris: mt. Kiona (Hal.); Achaia: mt. Panachaicon (Hal.); *γ.* mt. Karava in Pindo (Haussk.) — Jun. Aug. ⊙.

10. **A. leptoclados** Guss. Fl. sic. syn. II. p. 824; Bois. Fl. or. I. p. 701; Weiss in z. b. G. 1869 p. 746; Hal. in ö. b. Z. 1897

p. 61; Heldr. Fl. Aegin. p. 281. — *A. serpyllifolia v. leptoclados* Haussk. Symb. p. 38. — Icon: Rchb. f. 4941 β.

Minute pubescenti-scabra, strictiuscula, ramosissima, dichotome paniculato-racemosa; caulibus tenuioribus, debilioribusque, saepe prostratis vel diffusis; foliis ovatis, acutis, obsolete 3—5 nerviis, subsessilibus; cyma laxissima, pedicellis fructiferis horizontaliter patentibus, calyce 2—3 plo longioribus; sepalis lanceolatis, acutis, trinerviis; petalis ovatis, calyce triplo brevioribus; capsula conico-cylindrica, calyce sublongiori. — Praecedenti gracilior, inflorescentia elongata, racemiformis, flores fere dimidio minores, capsula tenuior, membranacea.

α. **typica.** Eglandulosa. — Exsicc.: N. v.

β. **viscidula** Rouy. Fl. fr. I. p. 242. — Glandulosa. — Exsicc.: Heldr. herb. norm. n. 505; Sint. It. Thessal. n. 196.

In arenosis, herbidis regionis inferioris et montanae, probabiliter in tota ditione et ab auctoribus certe saepe cum praecedente confusa. — Indicatur: Attica: pr. Athenas, mt. Kerata (Haussk.), Hymettus (Heldr.); Thessalia: ad monasterium Korona, pr. Kalabaka, Pharsalus (Haussk.); Aetolia: pr. Guritsa (Reiser); Argolis: pr. Nauplia (Haussk.); insula Aegina (Heldr.), ins. Syra (Weiss), Kimolos (Heldr); Sporadum insula Skopelos et Peristeri (Leon.); Corcyra: pr. Skripero (Baen.). — Mart. Jun. ⨀.

Abs. Ex confusione schedularum indicantur: *A. emarginata* Brot. Fl. Lusit. II. p. 202 = *A. sordida* Fauch. et Chaub. in Fl. Pelop. p. 28, pr. Patras Aetoliae; *A. gouffeia* Ch. et B. Fl. Pelop. p. 28 = *Gouffeia arenarioides* Rob. et Cast. in DC. Fl. fr. V. p. 609 pr. Messene; *A. tetraquetra* L. Sp. p. 423 pr. Pyrgos.

II. Tribus. *Sabulineae* Fenzl. l. c. p. 963. — Folia exstipulata; capsulae valvae indivisae, stylis numero aequales vel pauciores.

1. Subtribus. *Eualsineae* Fenzl. l. c. p. 964. — Styli 2—3 (rarissime 4—5 vel 6—7), sepalis externis oppositi; capsulae valvae 2—3, sepalis alternae, vel cum iisdem numero pauciores sunt, sepalis interioribus oppositae.

8. Alsine Wahlenb. Fl. Lapp. p. 127 et 129.

Dispositio specierum:

§ 1. Stamina biseriata; cotyledones accumbentes; petala rosea.

1. Sectio. *Rhodalsine* J. Gay. Sepala obtusa, obsolete nervosa. Perennis.

1. A. procumbens (Vahl.).

§ 2. Stamina uniseriata; cotyledones incumbentes; petala alba.

a. Sepala obtusa.

2. Sectio. *Spectabiles* Fenzl. Sepala trinervia, apice membranacea, basi non indurata; petala calyce duplo longiora. Perennis.

2. A. Baldaccii Hal.

b. Sepala acuta vel acuminata.

3. Sectio. *Lanceolatae* Fenzl. Sepala (saltem exteriora) 5-plurinervia, anguste albomarginata, basi non indurata; petala calyce aequilonga vel longiora. Perennes.

× Folia 5—7nervia.

3. **A. graminifolia** (Ard.). 4. **A. stellata** (Clarke).

×× Folia 3nervia.

5. **A. recurva** (All.).

4. Sectio. *Tryphane* Fenzl. Sepala 3nervia, anguste albomarginata, basi non indurata; petala calyce aequilonga vel longiora. Perennes, caespitosae.

× Caudiculi indurati, nodoso-incrassati; folia acerosa.

6. **A. juniperina** (L.).

×× Caudiculi herbacei, non incrassati; folia tenera.

7. **A. Pichleri** Bois. 8. **A. verna** (L.).

5. Sectio. *Minuartieae* Fenzl. Sepala uninervia, late albomarginata, fascia viridi nervo albo bipartita, basi demum indurata; petala calyce sublongiora vel breviora. Perennes vel annuae.

× Perennes.

9. **A. setacea** (Thuill.). 10. **A. confusa** Heldr. et Sart.

×× Annua.

11. **A. fasciculata** (L.).

5. Sectio. *Sabulineae* Fenzl. Sepala 3nervia, anguste albomarginata, basi non vel vix indurata; petala calyce breviora vel longiora. Annuae.

× Caules crassiusculi; folia 5—7nervia.

12. **A. globulosa** (Lab.).

×× Caules tenues; folia trinervia.

13. **A. tenuifolia** (L.). 14. **A. mediterranea** Led.
15. **A. thymifolia** S. et S.

§ 1. Stamina biseriata; cotyledones accumbentes; petala rosea.

1. Sectio. *Rhodalsine* J. Gay. ann. sc. nat. ser. 3 X. p. 25 sub gen.; Bois. Fl. or. I. p. 669. Sepala obtusa, obsolete nervosa. Perennis.

1. **A. procumbens** Vahl Symb. I. p. 50 t. 33 (*Arenaria*); Fenzl. in Endl. gen. p. 965; Bois. Fl. or. I. p. 571; Haussk. Symb. p. 39; Heldr. Fl. Aegin. p. 289. — *Arenaria herniariaefolia* Desf. Fl. Atl. I. p. 358. — *Arenaria rosea* Presl. Fl. sic. I. p. 165. — *Rhodalsine procumbens* Gay l. c. — Icon: Willk. ic. et descr. pl. nov. t. 67 b. — Exsicc.: Heldr. herb. norm. n. 205.

Glanduloso-pubescens; rhizomate indurato; caulibus procumbentibus vel adscendentibus, ramosis, apice dichotomis; foliis carnosulis, lineari-lanceolatis, oblongisve, subtus uninerviis; pedicellis calycem superantibus; sepalis oblongis, anguste albomarginatis; petalis ovatis, obtusis, calycem aequantibus; capsula calycem aequante. — Habitus *Spergulariae rubrae*.

In rupestribus ad litora, rarissime. — Aegina: ad Paleochora (Heldr.); olim ad Phalerum Atticae, sed locus nunc destructus. — Apr. Maio. ♃.

§. 2. Stamina uniseriata; cotyledones incumbentes; petala alba.

a. Sepala obtusa.

2. Sectio. *Spectabiles* Fenzl. in Endl. gen. p. 965 sensu ampl.; Bois. Fl. or. I. p. 670. Sepala (saltem exteriora) 5-plurinervia, anguste-albomarginata, basi non indurata; petala calyce aequilonga vel longiora. Perennis.

12. **A. Baldacii.** — *A. liniflora* Bald. riv. coll. bot. Alb. 1896 p. 34; non L. fil. suppl. pl. syst. veg. p. 340 (*Arenaria*). — Exsicc.: Bald. it. Alb. Epir. IV. n. 223.

Caespitosa, rhizomate repente, ramoso, surculos foliosos flaccidos caulesque floriferos edente; caulibus e basi procumbenti adscendentibus, 1—2 floris, inferne pilis brevibus asperulis, superne cum bracteis, pedicellis sepalisque dense glanduloso-hirtis; foliis viridibus, tenuissime lineari-subulatis, acutis, mucronatis, basi dilatatis trinerviis, margine valde scabris, saepissime falcatis, surculorum dense fasciculatis; pedicellis apice vix incrassatis, calyce aequilongis vel longioribus; bracteis herbaceis, trinerviis; sepalis oblongis; petalis obovato-cuneatis; capsula calyce aequilonga, seminibus minute tuberculatis. — *A. liniflorae* (L. fil.), surculis caulibusque firmioribus, foliis glaucescentibus erecto-patulis, acutis, uninerviis diversae, subspecies austroorientalis.

Epirus: in regione abietina mt. Smolika supra Palaeoseli distr. Konitza (Bald.). — Jul. Aug. ♃.

b. Sepala acuta vel acuminata.

3. Sectio. *Lanceolatae* Fenzl. in Endl. gen. p. 965 sensu ampl.; Bois. Fl. or. I. p. 670. Sepala (saltem exteriora) 5-plurinervia, anguste albomarginata, basi non indurata; petala calyce aequilonga vel longiora. Perennes.

× Folia 5—7 nervia.

3. **A. graminifolia** Ard. spec. anim. bot. alt. p. 25 t. 10 (*Arenaria*); Gmel. syst. nat. II. p. 507. — *Arenaria Rosani* Ten. fl. nap. prodr. p. 26. — *Arenaria Arduini v. italica* Vis. stirp. Dalm. spec. p. 8. — *Alsine Arduini* Fenzl. Vers. Darstell. Alsin. p. 57. — *Arenaria Arduini α.* Bert. Fl. Ital. IV. p. 666. — *Alsine Rosani* Guss. fl. sic. syn. I. p. 498. — *Alsine graminifolia α. hirsuta* Vis. Fl. Dalm. III. p. 178; Bald. riv. coll. bot. Alb. 1896 p. 36. — Exsicc.: Bald. It. Alb. Epir. IV. p. 161.

Dense pulvinaris, tota patule glanduloso-hirta; caudicibus induratis, foliis emarcidis dense vestitis; foliis rosulatis, lineari-lanceolatis, acutis, firmis, subtus 5—7 nerviis; caulibus floriferis erectis, corymbose 2—7 floris; sepalis lanceolatis, acuminatis, 5—7 nerviis; petalis obovatis, calyce longioribus; capsula calycem subaequanti. — Affinis *A. saxifraga* Friv. in Flora 1841 p. 434 (*Arenaria*); Bois. Diagn. I. p. 47, differt foliis teneris, caulinis majoribus oblongis ovatisque, caulibus floriferis teneris fragilibus, corymbis plurifloris, floribus minoribus, sepalis acutis.

In praeruptis alpinis mt. Papignon et Gamila distr. Zagorion in Epiro (Bald.). — Jul. Sept. ♃.

4. **A. stellata** Clarke trav. in var. countr. of Eur. As. and. Afr. II, 3, p. 211 (*Cherleria*); Hal. Beitr. Fl. Epir. p. 16. — *A. parnassica* Bois. et Spr. Diagn. I. p. 46, Fl. or. I. p. 673, suppl. p. 112; Hal. in z. b. G. 1888 p. 750; Heldr. chlor. Parn. p. 14; Haussk. Symb. p. 38. — ? *A. lanceolata* S. et Sm. Pr. I. p. 305, Ch. et B. exp. p. 125, Fl. Pelop. p. 28. — *A. graminifolia v. semiglabra* Bald. riv. coll. bot. Alb. 1895 p. 20, non Vis. fl. Dalm. III. p. 178. Exsicc.: Heldr. herb. norm. n. 4 et 1312; Orph. Fl. gr. n. 24; Bald. it. Alb. Epir. III. n. 124; Dörfl. fl. gr. n. 178.

Densissime pulvinaris; caudicibus foliis vetustis, imbricatis obsitis; foliis rosulatis, brevissime triangulari-lanceolatis, acutis, rigidis, glabris vel pruinoso-puberulis, subtus 5—7 nerviis; caulibus floriferis erectis, brevibus, interdum subnullis, 1-rarius 2-floris, glandulosis; sepalis lanceolatis, acutis, basi obsolete 5-nerviis, apice 3-nerviis; petalis oblongis, calyce sesquilongioribus; capsula calycem subaequanti. — Affinis *A. clandestinae* Port. en. pl. Dalm. p. 13, t. 1 (= *A. graminifolia β. semiglabra* Vis.), quae tamen differt foliis elongatis acutissimis, caulibus saepissime elongatis et plurifloris, floribus majoribus, sepalis acuminatis, ad apicem usque 5—7 nerviis.

β. **epirota** Hal. Beitr. Fl. Epir. p. 16, Beitr. Fl. Thessal. p. 10. — *A. graminifolia v. glaberrima* Bald. riv. coll. bot. Alb. 1895 p. 20, non Vis. — Pedunculi calycesque glaberrimi. — Exsicc.: Hal. it. gr. II. n. 1893.

In rupestribus regionis alpinae. In mt. Parnasso (Sprun.), Kiona (Hal.), Korax (Heldr.); Thessalia: mt. Karava in Pindo (Haussk.); Epirus: mt. Peristeri, Tsumerka (Bald.); Achaia: mt. Olenos (Heldr.), Chelmos, Kyllene (Orph.); Laconia: mt. Taygetos (Pichl.); *β.* Epirus: mt. Peristeri (Hal.), Tsumerka (Bald.), Tringia (Hartl.). — Jul. Aug. ♃.

×× Folia trinervia.

5. **A. recurva** All. fl. Ped. p. 113 t. 89 (*Arenaria*); Wahlenb. Heldr. p. 87; Haussk. Symb. p. 38; Form. in Ver. Brünn 1896 p. 83. — *A. recurva α. nivalis* Bois. Fl. or. I. p. 674; Bald. riv. coll. bot. Alb. 1896 p. 35. — *A. falcata* Griseb. spic. I. p. 206; Hal. Beitr. Fl. Epir. p. 16, est forma sparse glandulosa caulibus floriferis elatioribus plurifloris. — Exsicc.: Sint. it. Thessal. n. 944; Bald. it. Alb. Epir. IV. n. 162 et 304.

Caespitosa; foliis viridibus, lineari-subulatis, obtusis vel mucronatis glabris, saepe falcatis, ramorum sterilium dense fasciculatis; caulibus floriferis erectis vel adscendentibus, corymboso-multifloris; inflorescentia glandulosa; pedicellis calyce subaequilongis vel longioribus; sepalis ovato-lanceolatis, acuminatis, exterioribus 5—7 nerviis, interioribus 3 nerviis;

petalis ovatis, calyce aequilongis vel longioribus; capsula calyce sub-breviori.

β. **condensata** Presl. del. Prag. I. p. 62 pro sp. (*Arenaria*); Bald. riv. coll. bot. Alb. 1896 p. 35. — Dense pulvinaris, caulibus floriferis brevissimis paucifloris. — Exsicc.: Bald. it. Alb. Epir. IV. n. 225.

γ. **eurytanica** Bois. et Heldr. Diagn. ser. 2, VI. p. 35, Fl. or. I. p. 675 pro sp. — Differt a typo inflorescentia glaberrima, floribus submajoribus, sepalis albomarginatis. — Exsicc.: Heldr. herb. norm. n. 607; Dörfl. fl. gr. n. 273.

In rupestribus regionis mediae et alpinae. Epirus: mt. Smolika et Gamila (Bald.), mt. Strungula supra pagum Melisurgi (Hal.); Thessalia: mt. Zygos (Heldr.), Dokimi (Form.) in Pindo, mt. Godaman (Form.) in Olympo (Auch.); Phthiotis: mt. Oeta (Heldr.); *β.* mt. Smolika in Epiro (Bald.); *γ.* mt. Tymphrestus Eurytaniae loco dicto Megarheuma (Samarit.), mt. Oeta Phthiotidis (Heldr.), mt. Korax Aetoliae (Leon.). — Jul. Aug. ♃.

4. Sectio. *Tryphane* Fenzl. in Endl. gen. p. 965 (sensu extens.); Bois. Fl. or. I. p. 670. Sepala trinervia, anguste albomarginata, basi non indurata; petala calyce aequilonga vel longiora, Perennes, caespitosae.

× Caudiculi indurati, nodoso-incrassati; folia acerosa.

6. **A. juniperina** L. mant. I. p. 72 (*Arenaria*); Fenzl. Verb. Alsin. p. 18; Bois. Fl. or. I. p. 677; Hal. Beitr. Fl. Achaia p. 15; Boissieu in bull. soc. bot. France 1896 p. 284; Bald. riv. coll. bot. Alb. 1896. — *Arenaria nodosa* Ch. et B. exp. p. 125 t. 14, Fl. Pelop. p. 28 t. 15.

Caespites saepe extensos formans; ramis strictis, simplicibus, cymoso-corymbiferis; foliis subulatis, subuninerviis, rigidis, erecto-patulis vel sub-falcatis, pungentibus; floribus subumbellatis; pedicellis calyce longioribus; sepalis lanceolatis, acuminatis; petalis lineari-cuneatis, calyce sesquilon-gioribus; capsula calyce sesquilongiore.

α. **eglandulosa.** Tota glaberrima. — Exsicc.: Bald. it Alb. Epir. IV. n. 105.

β. **glandulifera.** Folia, caules, bracteae et pedicelli glanduloso-puberuli. — Differt ab *A. juniperina β. glandulosa* Bois. Fl. or. I. p. 677 (*A. glandulosa* Bois. et Huet. Diagn. ser. 2, V. p. 61) ca-lycibus glabris. — Exsicc.: Orph. fl. gr. n. 23; Dörfl. fl. gr. n. 396.

In rupestribus regionis abietinae et alpinae, rare. — Epirus: mt. Gamila distr. Zagorion (Bald.); Thessalia: pr. Kalabaka (Boissieu); *β.* Achaia: mt. Chelmos (Hal.). Kyllene (Orph.); Laconia: mt. Taygetos (Heldr.). — Jun. Aug. ♃.

×× Caudiculi herbacei, non incrassati; folia tenera.

7. **A. Pichleri** Bois. fl. or. suppl. p. 113. — Exsicc.: Pichl. pl. gr. a. 1876.

Dense caespitosa, tota patule glanduloso-hirta; foliis subulato-setaceis, subfalcatis, elevatim 3 nerviis; ramis floriferis laxe cymoso-paniculatis; cymis 3—6 floris, pedicellis capillaribus, calyce 3—5 plo longioribus; bracteis herbaceis; sepalis ovato-lanceolatis, acuminatis; petalis oblongo-linearibus, obtusis, calyce subsesquilongioribus; capsula calyce subexserta, seminibus dorso acute tuberculatis. — Sequenti affinis, ab ea indumento copiosiore patule glanduloso-hirto, bracteis herbaceis, floribus submajoribus, sepalis brevius acuminatis, petalis longioribus et seminibus acute tuberculatis discrepat.

In fissuris rupium regionis mediae mt. Kyllene Achaiae (Pichl.). — Jul. 2|.

8. **A. verna** L. mant. I. p. 72; S. et S. Pr. I. p. 364 (*Arenaria*); Wahlenb. Fl. lapp. p. 129; Bois. Fl. or. I. p. 676; Haussk. Symb. p. 38; Bald. riv. coll. bot. Alb. 1895 p. 20, 1896 p. 36. — Icon: Rchb. f. 4929.

Caespitosa, glabra vel glanduloso-puberula; foliis lineari-subulatis, strictis vel subfalcatis, 3 nerviis; ramis floriferis laxe cymoso-paniculatis, cymis 1-multifloris; pedicellis capillaribus, calyce paulo vel pluries longioribus; bracteis anguste scarioso-marginatis; sepalis ovato-lanceolatis, acuminatis; petalis ovatis, obtusiusculis vel acutis, calycem subaequantibus vel paulo longioribus; capsula calyce subexserta, seminibus minutissime tuberculatis. — Species summopere polymorpha.

α. **typica.** Viridis, glabriuscula vel parce glandulosa, flores mediocres, sepala 3—4 mm. longa, petala obtusa, calycem aequantia. — Exsicc.: Heldr. it. thessal. IV. a. 1885; Bald. it. Alb. Epir. III. n. 24.

β. **attica** Bois. et Spr. Diagn. V. p. 84; Hal. in z. b. G. 1888 p. 756, in ö. b. Z. 1897 p. 61; Bald. viagg. Creta p. 38; Form. in d. bot. Monatschr. 1898 p. 80, pro sp. — *A. verna v. mediterranea* Ung. Reise p. 135 ex loco, an Fenzl. in Led. fl. ross. I. p. 349 et in Griseb. spic. I. p. 201. — *A. verna β. acutipetala* Bois. fl. or. I. p. 676, suppl. p. 113; Raul. Cret. p. 721; Heldr. Chlor. Parn. p. 14; Haussk. Symb. p. 38. — *A. Gerardi* Hal. Beitr. fl. Achaia p. 15. — *A. Gerardi* v. *acutipetala* Form. in Ver. Brünn 1897 p. 60. — ? *Arenaria setacea* Ch. et B. exp. p. 125, Fl. Pelop. p. 28. — Laxior, ramosior, tota glanduloso-puberula, folia saepe abbreviata recurva, flores plerumque majores, sepala 3—5 mm. longa, petala acuta, calyce paulo breviora. — Intermediis ad typum transit. — Exsicc.: Orph. fl. gr. n. 933; Heldr. herb. norm. n. 403 et 1219; Bald. it. cret. n. 57; Sint. it. thessal. n. 713 et 1157.

γ. **laureotica** Haussk. Symb. p. 38. Densius glandulosa, var. *β.* robustior, caudiculi crassiores, folia recurva, flores majusculi, sepala 5 mm. longa, manifestius scarioso-marginata, petala acuta calyce breviora, semina applanato rugulosa. — Exsicc.: Heldr. herb. mus. Athen. a. 1873.

δ. **thessala** Hal. Beitr. fl. Thessal. p. 9 pro sp. — Glaucescens, glaberrima vel pedicelli tantum glandulosa, folia tenuissima, flores duplo minores, sepala 2 mm. longa, petala obtusiuscula, calyce breviora. — Intermediis ad var. *β*. transit. — Exsicc.: Hal. it. gr. II. a. 1893; Sint. et Bornm. it. turc. n. 1176; Sint. it. thessal. n. 18 et 483 b.

ε. **Gerardi** Willd. Sp. II. p. 729 pro sp. (*Arenaria*); M. et K. in Roehl. Deutsch. Fl. ed 3, III. p. 285; Bald. riv. coll. bot. Alb. 1895 p. 20. — *Alsine Gerardi* Wahlenb. fl. Carpat. p. 132; Hal. Beitr. Fl. Epir. p. 16, Beitr. fl. Thessal. p. 16; Form. in Ver. Brünn 1896 p. 84. — Parce glandulosa, dense caespitosa, folia breviora, cyma 1—pluriflora, flores majores, sepala 4—5 mm. longa, petala obtusa, calyce paullo longiora. — Intermediis ad var. *α*. et *β*. transit. — Exsicc.: Hal. it. gr. II. a. 1893; Bald. it. Alb. Epir. IV. n. 224; Dörfl. fl. gr. n. 301 et 391.

ζ. **idaea**. — *A. verna v. mediterranea* Bald. viagg. Cret. p. 37, non Fenzl l. c. — Dense caespitosa, tota dense glanduloso-hirta, folia brevia, rami floriferi abbreviati, cyma 1-pauciflora, flores mediocres, sepala 3—4 mm. longa, petala obtusa, calyce breviora. — Exsicc.: Bald. it. Cret. n. 177, it. cret. alt. n. 214.

In rupestribus regionis mediae et superioris. — Epirus: ad Klissura distr. Philippiada, mt. Micikeli et Olycika, pr. Cepelovon distr. Janina, mt. Smolika distr. Konitza (Bald.), mt. Tsumerka, Strungula (Hal.); Thessalia: pr. Chaliki, mt. Zygos, Karava, Ghavellu (Haussk.), Oxya in Pindo (Hal.), mt. Oeta Phthiotidis, mt. Olympus (Heldr.); mt. Parnassus (Hal.); *β*. Attica: mt. Hymettus (Orph.), Pentelicon (Heldr.), Parnes (Bois.); mt. Parnassus (Heldr.); Thessalia: mt. Zygos (Haussk.), mt. Karava (Form.), Gion-Skala, Ghavellu in Pindo (Sint.), mt. Pirgo, Mavrika et Katasara in mt. Othrys (Form.); Sporadum ins. Skopelos (Leon.); Achaia: mt. Olenos, Kyllene (Heldr.), Chelmos (Hal.); Laconia: mt. Malevo (Orph.), Taygetos (Heldr.); Creta: ad Hellinoseli, mt. Hagios Theodoros (Raul.), mt. Gigilos, Volakia et Hagion Pneuma in mt. Sphacioticis (Bald.); *γ*. inter scorias fodinarum pr. Kamariza distr. Laurion (Haussk.); *δ*. pr. Kalabaka, mt. Oxya (Hal.), pr. Guvelzi (Sint.) in Pindo, in valle Megarheuma in mt. Olympo (Sint.); *ε*. Epirus: mt. Smolika, Tsumerka (Bald.), Peristeri (Hal.), mt. Zygos, Said Pascha, Dokimi, pr. Malakasi (Form.); Aetolia: mt. Korax (Leon.); *ζ*. Creta: mt. Ida (Bald.). — Jun. Aug. ♃.

5. Sectio. *Minuartieae* Fenzl in Endl. gen. p. 964 emend. Sepala uninervia, late albomarginata, fascia viridi nervo albo bipartita, basi demum indurata; petala calyce sublongiora vel breviora. Perennes vel annuae.

× Perennes.

9. **A. setacea** Thuill. fl. Paris. ed. 2, p. 220 (*Arenaria*); M. et K. in Roehl. deutsch. Fl. ed. 3, III. p. 286; Bois. fl. or. I. p. 679; Form. in d. bot. Mon. 1891 p. 36. — Icon: Rchb. f. 4921.

Caespitosa, glabra; caulibus erectis vel adscendentibus; foliis subulato-setaceis, trinerviis; floribus cymoso-paniculatis, longiuscule pedicellatis; sepalis ovato-lanceolatis, acutis, basi vix induratis; petalis obovato-oblongis, calyce sublongioribus; capsula calycem subsuperaute.

In rupestribus montanis. Thessalia: mt. Olympus (Heldr.), mt. Ossa, pr. Kalabaka, Chaliki, Lepeniza (Form.). — Jun. Aug. ♃. N. v.

10. **A. confusa** Heldr. et Sart. in Bois. Diagn. ser. 2, I. p. 87; Bois. fl. or. supp. p. 114. — *A. trichocalycina* Heldr. et Sart. l. c.; Bois. fl. or. I. p. 681, non *Arenaria trichocalycina* Ten. fl. nap. V. syll. app. IV. p. 7 (*Alsine trichocalycina* Ces. Pass. et Gib. comp. fl. ital. p. 777) quae sec. Bois. fl. or. suppl. p. 114 = *A. mucronata* L. = *A. rostrata* Koch. — *Cherleria sedoides* S. et S. pr. I. p. 306 sec. Bois. fl. or. I. p. 681, non L. — Exsicc.: Orph. fl. gr. n. 435; Heldr. herb. norm. n. 306.

Caespitosa; caulibus prostratis, puberulis; foliis subulato-setaceis, basi trinerviis; floribus dense corymbosis, brevissime pedicellatis; sepalis lineari-lanceolatis, longe acuminatis, basi manifeste induratis; petalis obovato-oblongis, calyce 4plo brevioribus; capsula calyce quarta parte breviori.

In rupestribus regionis alpinae, rarissime, hucusque tantum in mt. Parnasso et Kyllene (Heldr.). — Jun. Aug. ♃.

×× Annua.

11. **A. fasciculata** L. Syst. ed. 12 p. 733 (*Arenaria*); Wahlenb. fl. lapp. p. 129. — *A. Jacquini* Koch syn. p. 115; Bois. fl. or. I. p. 681. — Icon: Jacq. austr. II. t. 182.

Glabra, rarius puberula; caulibus strictis, superne ramosis; foliis subulato-setaceis, basi trinerviis; floribus in cymis densis fasciculatis racemosis; pedicellis calyce subbrevioribus; sepalis lanceolato-subulatis, acutis, basi induratis, petalis ovatis, calyce triplo brevioribus; capsula calyce triente breviori.

In collibus siccis. Thessalia: pr. Drepani et Miluna (Form.). — Jul. Aug. ⊙. N. v.

6. Sectio. *Sabulineae* Fenzl in Endl. gen. p. 964. Sepala trinervia, anguste albomarginata, basi non vel vix indurata; petala calyce breviora vel longiora. Annuae.

× Caules crassiusculi; folia 5—7 nervia.

12. **A. globulosa** Lab. ic. pl. syr. dec. IV. p. 6, t. 3, f. 1 (*Arenaria*); Hal. Beitr. Fl. Achaia p. 15. — *Arenaria fastigiata* S. et S. pr. I. p. 306; Sieb. in Flora I. p. 274. — *Arenaria fasciculata* S. et S. pr. I. p. 306, Fl. gr. V. p. 30 t 442. — *Alsine Smithii* Fenzl. Verbr. Alsin. p. 57; Bois. fl. or. I. p. 683; Raul. Cret. p. 721; Haussk. symb. p. 39; Hal. in ö. b. Z. 1892 p. 369; Form. in Ver. Brünn 1897 p. 60; Heldr. fl. Aegin. p. 289. — *Minuartia fasciculata* Rchb. ic. fl. germ. V. p. 28 f. 4919 b; Clem. sert. p. 42.

— Exsicc.: Heldr. herb. norm. n. 609 et 830; Orph. fl. gr n. 930; Sint. et Bornm. it. turc. n. 1177.

Glanduloso-villosa; caulibus divaricatim ramosis, rarius simplicibus; foliis lineari-lanceolatis; floribus axillaribus subfasciculatis, demum horizontaliter patentibus; pedicellis calyce duplo brevioribus; sepalis lanceolatis, acutis, basi parum induratis; petalis ovatis, calyce 3—4plo brevioribus; capsula calyce duplo breviori.

In argillosis, cultis, vinetis regionis inferioris et montanae. — Attica: mt. Lycabettus (Heldr.), Hymettus (Orph.); Thessalia: pr. Litochoron (Sint.), Neraida (Form.); mt. Parnassus (Heldr.); Achaia: pr. Patras, mt. Panachaicon, pr. Kalavryta (Hal.); Argolis: pr. Nauplia, Vromolimni (Hausk.); ins. Aegina (Heldr.); Creta: pr. Serisso (Sieb.), mt. Volokia (Raul.). — Apr. Jul. ⊙.

×× Caules tenues; folia trinervia.

○ Folia acuta; petala calyce breviora.

13. **A. tenuifolia** L. Sp. p. 424; S. et S. Pr. I. p. 305 (*Arenaria*); Crantz inst. II. p. 407; Bois. Fl. or. I. p. 685; Weiss in z. b. G. 1869 p. 54; Haussk. Symb. p. 39; Hal. in ö. b. Z. 1895 p. 218; Form. in Ver. Brünn 1895 p. 40, 1897 p. 60.

Caulibus dichotome paniculato-ramosis; foliis subulatis; pedicellis calyce 2—5plo longioribus; sepalis lanceolatis, cuspidatis, basi non induratis; petalis ovato-oblongis, calyce brevioribus vel subaequilongis; staminibus 3—10; capsula calyce saepius longiore.

α. **typica.** Glabra, effusa, petala oblonga, calyce subbreviora, stamina saepius 10, capsula calyce longior. — Icon: Rchb. f. 4916.

β. **brachypetala** Fenzl in Led. fl. ross. I. p. 342; Ung. Reise p. 135. — *A. laxa* Jord. pug. p. 34. — *A. tenuifolia v. laxa* Willk. ic. et descript. p. 106; Haussk. Symb. p. 39. — Glabra, effusa, petala oblonga calyce 2—3plo breviora, interdum nulla; stamina saepius 5; capsula calyce longior.

γ. **viscosa** Schreb. Spic. p. 30. pro sp.; Bois. fl. or. I. p. 686; Raul. Cret. p. 721; Haussk. Symb. p. 39. — Stricta vel effusa, plus minus glandulosa, flores minores, petala oblonga calyce 2—3plo breviora, stamina saepius 5, capsula calyce subaequilonga. — Icon: Rchb. f. 4917. — Exsicc.: Heldr. herb. norm. n. 1018; Rev. pl. Cret. n. 189.

δ. **Orphanidis** Bois. Diagn. ser. 2, V. p. 62 pro sp.; Bois. fl. or. I. p. 686. — Glandulosa, effusa, folia brevissima subrecurva, stamina 10, petala ovata calyce triente breviora, capsula calyce triente longior.

ε. **grandiflora** Fenzl in Led. fl. ross. I. p. 342. Glandulosa, stricta, petala ovata calycem aequantia, stamina 10, capsula calycem subsuperante. — Exsicc.: Heldr. pl. fl. Hellen. a. 1876.

In aridis, arvis, arenosis regionis inferioris et montanae, probabiliter in tota ditione. Indicatur: α. β. et γ. in Attica: pr. Athenas, Liosia, Stephani, Podoniphti (Heldr.), mt. Kerata, Pentelicon, Hymettus (Haussk.); Thessalia: pr. Sophades (Reis.), Kastri (Form.); Epirus: pr. Ephemiades (Form.); mt. Parnassus (Heldr.); Cephalonia (Ung.); Euboea: pr. Steni (Pichl.); Argolis: pr. Nauplia (Haussk.); Cycladum ins. Syra (Weiss); Achaia: mt. Panachaicon (Hal.); Laconia: mt. Malevo (Orph.); Creta: pr. Canea, Kissamos (Rev.), ad Katharos in mt. Lassiti (Raul.); δ. Achaia: pr. Aegion (Orph.); ε. Euboea: mt. Dirphys (Heldr.). — Specimina absolute glabra e Graecia non vidi. — Mart. Jun. ⊙.

14. **A. mediterranea** Led. in Link en. hort. Berol. I. p. 431 (*Arenaria*). — *Arenaria mucronata* S. et S. fl. gr. III. p. 87 t. 293, non L. — *Alsine mucronata* Friedr. Reise p. 274, non L. — *Alsine tenuifolia v. maritima* Bois. et. Heldr. Diag. VIII. p. 95; Raul. Cret. p. 721. — *Alsine tenuifolia v. mucronata* Bois. fl. or. I. p. 686; Raul. Cret. p. 721; Heldr. fl. Cephalon. p. 26, Chlor. Parn. p. 14; Haussk. Symb. p. 39; Boissieu in bull. soc. bot. France 1896 p. 284. — *Alsine conferta* Jord. pug. p. 35. — Exsicc.: Heldr. herb. norm. n. 608 et 1019.

Superne glandulosa; caulibus strictis; foliis subulatis; floribus fasciculato-congestis; pedicellis calyce brevioribus vel sublongioribus; sepalis lanceolatis, valde acuminatis, cuspidatis, basi non induratis; petalis oblongis, calyce 2—3plo brevioribus, interdum nullis; staminibus saepius 10; capsula calyce aequilonga. — Habitu, foliis confertis, pedicellis brevibus a praecedente primo aspectu diversa.

In arenosis. Attica: ad radices mt. Corydalus, ad lacusculum Thalas in mt. Pentelicon (Heldr.); Boeotia; pr. Larmes (Boissieu); mt. Parnassus (Heldr.); Acrocorinthus (Haussk.); Argolis (Sprun.): pr. Poros (Friedr.); Creta: pr. Canea (Raul.); Cephalonia: mt. Aenos (Heldr.). — Mart. Jun. ⊙.

○○ Folia obtusa; petala calyce longiora.

15. **A. thymifolia** S. et S. pr. I. p. 305, Fl. gr. t. 441 (*Arenaria*); Fenzl. Verbr. Alsin. p. 57; Bois. fl. or. I. p. 687; Raul. Cret. p. 721. — Exsicc.: Heldr. herb. n. 460 (Rhodus).

Caulibus nanis, simplicibus vel a basi ramosis, cymoso-corymbosis; foliis carnosulis, lineari-spathulatis; pedicellis calyce aequilongis vel brevioribus; sepalis ovato-oblongis, obtusiusculis, basi non induratis; petalis ovatis; staminibus 10; capsula calyce longiore.

In arenosis maritimis Cretae (Sibth.), loco speciali non notato. — Mart. Apr. ⊙. N. v.

9. Bufonia L. gen. n. 168.

a. Annuae, radice tenui; petala oblongo-lanceolata.

1. **B. macrosperma** J. Gay. in Gr. et Godr. fl. fr. I. p. 248; Bois. fl. or. I. p. 665; Heldr. Chlor. Parn. p. 14. — *B. annua* DC.

fl. fr. IV. p. 768; Mazz. fl. corc. in antol. ion. IV. p. 952. — Icon: Willk. ic. I. t. 72 c. — Exsicc.: Heldr. herb. norm. n. 219.

Caulibus divaricatim ramosis; sepalis lanceolatis acuminatis, 5-nerviis, nervis fere ad apicem usque inter se distinctis; petalis sepala exteriora subaequantibus; staminibus 4, calyce 4plo brevioribus; stylis ovario brevioribus; capsula suborbiculari, sepala exteriora subaequante; seminibus magnis, ellipticis, 2 mm. longis, facie et dorso valde tuberculatis.

In lapidosis, glareosis regionis inferioris et montanae. Ad pagum Rachova in mt. Parnasso (Heldr.); in mt. Tymphresto (Samar.); Corcyra: pr. Botumia (Mazz.). — Maio, Aug. ⊙.

2. **B. tenuifolia** L. Sp. p. 123; Mazz. fl. corc. in antol. ion. IV. p. 952; Bois. Fl. or. I. p. 665; Form. in Ver. Brünn 1896 p. 83, 1897 p. 66. — Icon: Willk. ic. I. t. 72 b. — Exsicc.: Heldr. pl. fl. hellen. a. 1873.

Caulibus stricte ramosis; sepalis lanceolatis, longe acuminatis, 3-nerviis, nervis longe infra apicem confluentibus; petalis sepalis exterioribus dimidio brevioribus; staminibus 2—3, calyce 6-plo brevioribus; stylis ovario multo brevioribus; capsula ovali, calyci dimidio breviore; seminibus parvis, ellipticis, 1 mm. longis, facie laeviusculis, dorso tuberculatis.

In aridis regionis inferioris et submontanae. Attica: ad fluvium Ilyssus pr. Athenas (Heldr.); Thessalia: pr. Neraida, Malakasi (Form.); Corcyra: pr. San. Pantaleone (Mazz.). — Maio, Nov. ⊙.

b. Perennis, rhizomate suffruticuloso, caudiculis prostratis; petala orbiculata stipitata.

3. **B. stricta** S. et S. pr. I. p. 264; Sieb. in Flora I. p. 275 (*Moehringia*); Gürke pl. europ. II. p. 247. — *B. brachyphylla* Bois. et Heldr. Diagn. VIII. p. 94, Fl. or. I. p. 666; Raul. Cret. p. 720; Bald. viagg. Creta p. 35 et 36 cum var. *Cecconiana*, quae meo sensu a typo non differt. — Icon: Fl. gr. t. 362.

Caulibus simplicibus; foliis minutis, subulatis, basi ciliatis; racemo paucifloro, laxo; floribus axillaribus et terminalibus 1—3nis approximatis, saepe ad 1—3 terminalibus reductis, pedicello brevissime hirtulo, saepe cernuo, calycem aequanti suffultis; sepalis lanceolatis, acutis, 5 nerviis; petalis calycem dimidium aequantibus; stylis ovario longioribus; seminibus parvis, dorso tuberculatis, facie laeviusculis. — Habitu *Tunicae creticae*, a qua sepalis 4 liberis statim diagnoscitur.

α. **typica.** Folia crassiuscula viridia, cauli subadpressa. — Exsicc.: Heldr. pl. Cret. n. 1613; Bald. it. cret. n. 107 et 175.

β. **hymettia.** Folia tenuissima, scariosa, cauli adpressissima; caulis saepissime uniflorus. — Exsicc.: Heldr. herb. norm. n. 414 et 1313.

In petrosis regionis mediae et superioris. — Creta (Sibth.): ad Hellinoseli, in mt. Hagios Theodoros (Heldr.), mt. Gigilos Volakia (Bald.) in mt. Sphacioticis, mt. Jda (Raul.); *β.* in mt. Hymetto Atticae (Heldr.). — Jun. Aug. ♃.

10. Queria L. gen. n. 108.

1. **Q. hispanica** L. Sp. p. 90; Bois. fl. or. I. p. 688; Heldr. chlor. Parn. p. 15; Hal. Beitr. fl. Achaia p. 16; Bald. riv. coll. bot. Alb. 1895 p. 13. — Icon: Lam. ill. t. 52. — Exsicc.: Orph. fl. gr. n. 387; Heldr. herb. norm. n. 376 et 1314.

In saxosis montium. — Attica: in regione superiori mt. Parnes, Cithaeron (Heldr.), mt. Parnassus (Sprun.); Epirus: mt. Micikeli distr. Janina (Bald.); Achaia: mt. Panachaicon, Chelmos (Hal.), Kyllene (Heldr.). — Maio, Jun. ☉.

2. Subtribus. *Sagineae* Fenzl. in Endl. gen. p. 963. Styli tot quot sepala, iisdem alterni; capsulae valvae sepalis oppositae.

11. Sagina L. gen. n. 176.

1. Sectio. *Saginella* Koch syn. ed. 2 p. 117. — Flores tetrameri, staminibus 4.

a. Perennis.

1. **S. procumbens** L. Sp. p. 128; S. et S. pr. I. p. 110; Ch. et B. fl. Pelop. p. 12; Bois. fl. or. I. p. 662; Heldr. fl. Cephal. p. 26; Haussk. symb. p. 39. — Icon: Rchb. f. 4959. — Exsicc.: Heldr. herb. norm. n. 357.

Caespitosa, glabra; caulibus procumbentibus vel radicantibus, ex axillis foliorum rosulae centralis sterilis prodeuntibus; foliis subulatis, aristatis; pedunculis sub anthesi fructiferisque rectis, post anthesin apice hamato-curvatis; sepalis ovatis, obtusis, fructiferis cruciatim patentibus; petalis oblongis, calyce dimidio brevioribus, interdum nullis; capsula calycem superante.

In arenosis humidis praesertim montanis. — Thessalia: mt. Zygos, in oropedio Neuropolis ad regionem subalpinam mt. Ghavellu adscendens (Haussk.), mt. Pelion (Leon.); Euboea: mt. Dirphys (Heldr.); mt. Parnassus, Korax (Heldr.); Peloponnesus: mt. Kyllene, Taygetos (Heldr.), Malevo (Orph.); in insulis (Sibth.); Cephalonia: ad Hagios Gerasimos in oropedio Omala (Heldr.). — Maio, Aug. ♃.

b. Annuae.

α. Folia subulato-aristata.

2. **S. apetala** L. mant. alt. app. p. 559; Mazz. fl. corc. in antol. ion. IV. p. 958; Friedr. Reise p. 266; Ung. Reise p. 134; Weiss in z. b. G. 1869 p. 54; Raul. Cret. p. 720; Spreitz. in z. b. G. 1877 p. 723; Heldr. fl. Aegin. p. 290; Hal. in z. b. G. 1899 p. 709. — ? *S. stricta* Gelmi in bull. soc. bot. ital. 1889 p. 448. — Icon: Rchb. f. 4958. — Exsicc.: Heldr. pl. fl. hellen. a. 1878 et 1879; Baen. herb. europ. n. 9329.

Multicaulis; caulibus e radicis collo egredientibus, adscendentibus, ramosis vel simplicibus, nunquam radicantibus; foliis basi ciliatis, rarius

glabris; pedunculis glabris vel glandulosis, defloratis rectis; sepalis ovato-oblongis, obtusis, exterioribus mucronulatis, fructiferis cruciatim patentibus; petalis minimis, lanceolatis vel nullis; capsula calycem superante.

Ad vias, in cultis, arenosis regionis inferioris et montanae. Attica: pr. Athenas (Friedr.), mt. Pentelicon (Heldr.); Euboea: ad Kyme (Ung.); Cycladum ins. Syra (Weiss); ins. Aegina: ad monasterium (Heldr.); Messenia: pr. Kalamata (Zahn); Creta: pr. Canea (Raul.); Corcyra: in urbe (Mazz.), pr. Kastrades (Baen.), Potamo (Spreitz.), mt. Hagios Deca (Ung.). — Mart. Jul. ⊙.

3. **S. ciliata** Fr. in Lilj. utk. svensk. fl. ed. 3. p. 713; Haussk. symb. 39. — *S. depressa* Schultz. pr. fl. starg. suppl. I. p. 10. — *S. patula* Jord. obs. I. p. 23. t. 3 f. a. — Exsicc.: Heldr. herb. norm. n. 1123 (Thessalonica).

Differt a praecedente caulibus superne glandulosis, foliis basi plerumque non ciliatis, sepalis fructiferis erecto-patulis vel adpressis, capsulam subaequantibus.

In cultis, arenosis, herbidis regionis inferioris et montanae. — Thessalia: ad monasterium Korona, in oropedio Neuropolis (Haussk.); Argolis: pr. Vromolimni in penins. Methana (Haussk.). — Mart. Jul. ⊙. N. v.

β. Folia obtusa, mutica vel mucronata.

4. **S. maritima** Don hort. sicc. brit. n. 155, engl. bot. t. 2195; Bois. fl. or. I. p. 663; Haussk. Symb. p. 39; Hal. in z. b. G. 1899 p. 709. — Exsicc.: Heldr. herb. norm. n. 576.

Glabra, multicaulis; caulibus ex axillis foliorum rosulae centralis sterilis prodeuntibus; pedunculis fructiferis erectis; sepalis ovatis, obtusis, muticis, fructiferis patulis; petalis lanceolatis, calyce subaequilongis, interdum nullis; capsula calyce sublongiori.

In arenosis maritimis. — Attica: ad Phalerum (Heldr.); Argolis: pr. Nauplia (Haussk.); Messenia: pr. Methone (Zahn.). — Mart. Jul. ⊙.

2. Sectio. *Spergella* Koch syn. ed. 2. p. 118. — Flores pentameri, staminibus 10, raro 5.

5. **S. saginoides** L. Sp. p. 441 (*Spergula*); Dalla Torre Anleit. Beob. Alpenpfl. p. 189. — *S. Linnaei* Presl. reliq. Haenk. II. p. 14; Haussk. Symb. p. 39; Bald. riv. coll. bot. Alb. 1895 p. 18, 1896 p. 33; Form in Ver. Brünn 1897 p. 60. — Icon: Rchb. f. 4962.

Caespitosa; caulibus decumbentibus vel adscendentibus, sub rosula centrali prodeuntibus; foliis mucronatis; pedunculis defloratis nutantibus, fructiferis erectis; sepalis ovato-oblongis, obtusis, fructiferis capsulae subadpressais; petalis oblongis, calyce subbrevioribus; capsula calyce duplo longiori. — Petalis calyce tantum subbrevioribus et capsula duplo longiori, praeter pentameriam, a *S. procumbenti*, habitu simili, facile distinguitur.

α. **typica.** Glabra. — Exsicc.: Bald. it. Alb. Epir. III. n. 126.

β. **adenophora.** Pedicelli et calyces (saepe etiam folia) glanduloso-puberulis. — Exsicc.: Heldr. it. thessal. n. 17; Bald. it. Alb. Epir. IV. n. 226.

In pascuis regionis superioris. — Epirus: mt. Tsumerka (Bald.); Thessalia: ad Hepdominta-Aderfia et Phlamburo in mt. Oxya (Form.); *β.* Epirus: mt. Smolika distr. Konitza, mt. Tsumerka (Bald.); Thessalia: mt. Zygos, Karava, Ghavellu (Haussk.); mt. Pelion (Heldr.). — Jun. Aug. ♃.

III. Tribus. *Sperguleae* Gr. et Godr. fl. fr. I. p. 274. — Folia stipulata; capsulae valvae stylis numero aequales.

12. Spergula L. gen. n. 586.

1. **S. arvensis** L. Sp. p. 440; S. et. S. pr. I. p. 317; Ch. et B. exp. p. 131, Fl. Pelop. p. 29; Weiss in z. b. G. 1869 p. 746; Bald. riv. coll. bot. Alb. 1896 p. 36; Hal. in z. b. G. 1899 p. 709. — Icon: Lam. ill. t. 392 f. 1. — Exsicc.: Heldr. herb. norm. n. 1413.

Foliis fasciculato-subverticillatis, subtus sulco exaratis; petalis ovatis obtusis; seminibus globoso-lenticularibus, minute tuberculatis vel albo-papillosis, angustissime marginatis.

In arenosis, arvis, cultis regionis inferioris rare. — Epirus: pr. Janina (Bald.); Peloponnesus (Sibth.): inter urbem Arcadia et Pylos Messeniae, ad fluvium Eurotas (Chaub.), pr. Kalamata (Zahn); Cycladum insula Tenos (Weiss), Melos (Leon.). — Mart. Jun. ⊙.

2. **S. pentandra** L. Sp. p. 440; S. et S. pr. I. p. 317; Ch. et B. exp. p. 131, Fl. Pelop. p. 29; Bois. fl. or. I. p. 731. — Icon: Lam. ill. t. 392 f. 2. — Exsicc.: Heldr. pl. fl. hellen. a. 1879.

Foliis fasciculato-subverticillatis, subtus sulco non exaratis; petalis lanceolatis acutis; seminibus rotundis, plano-compressis, laevibus, ala alba eis aequilata, radiato-striata cinctis.

In arvis, arenosis regionis inferioris et montanae, rare. — Attica: ad Dionyson in mt. Pentelicon (Heldr.); Argolis (Sibth.). — Mart. Jun. ⊙.

13. Spergularia Pers. Syn. I. p. 504.

a. Semina laevia, alata.

1. *S. marina* L. Sp. p. 423 pro var. *Arenariae rubrae.* — *Arenaria marginata* DC. fl. fr. IV. p. 793. — *Lepigonum marinum* Wahlb. fl. Gothob. p. 45; Kindb. Monog. Lepig. p. 18 t. 1 f. 6. — *Arenaria media* Ch. et B. exp. p. 125, Fl. Pelop. p. 28, vix L. sp. ed. 2 p. 606, quae sec. Kindb. Mon. Lep. p. 21 species obscura. — *Lepigonum marginatum* Koch in Flora 1841 p. 505. — *Spergularia marginata* Kitt. Taschenb. Fl. Deutschl. ed. 2 p. 1003; Haussk. Symb. p. 39.

Perennis, glabrescens superne glanduloso-pubescens; foliis carnosis, semiteretibus, submuticis; stipulis late ovatis, breviter acuminatis, parum nitidis; cyma racemosa, subaphylla; pedunculis capsula vix duplo longioribus; sepalis lanceolatis, margine scariosis; petalis late ovatis, calycem aequantibus; staminibus 10; capsula magna, calyce fere duplo longiore; seminibus obovato-orbiculatis.

In arenosis maritimis, rare. — Neo-Corinthus (Haussk.); pr. Methone et Korone Messeniae (Chaub.). — Maio, Jul. ♃. N. v. •

b. Semina plus minus tuberculata, omnia vel fere omnia aptera.

α. Folia carnosa, semiteretia, submutica; semina obovata, compressa.

2. **S. salina** I. et C. Presl. fl. cech. p. 95; Haussk. Symb. p. 39; Gelmi in bull. soc. bot. ital. 1889 p. 448. — *Arenaria marina* S. et S. pr. I. p. 304. — *Lepigonum salinum* Fr. nov. fl. suec. mant. III. p. 34; Kindb. Mon. Lepig. p. 36 t. 3 f. 27. — *Spergularia marina v. salina* Friedr. Reise p. 265. — *Spergularia marina* Grsb. spic. I. p. 213; Hal. in ö. b. Z. 1897 p. 61. — *Lepigonum neglectum* Kindb. syn. Lepig. p. 6. — *Spergularia media* Bois. fl. or. I. p. 733; Raul. Cret. p. 722; Heldr. fl. Cephal. p. 27. — *Lepigonum medium* Weiss in z. b. G. 1869 p. 54.

Annua vel perennans, glabrescens, superne glanduloso-pubescens; stipulis late ovatis, breviter acuminatis, haud nitidis; cyma racemosa, foliosa vel subaphylla; pedunculis capsula aequilongis vel brevioribus; sepalis lanceolatis, margine scariosis; petalis obovatis, calycem aequantibus; staminibus 5—10; capsula majuscula, calyce aequilonga vel longiore; seminibus apteris vel paucissimis inferioribus anguste alatis.

α. **typica.** Annua, radice sat tenui; cyma foliosa, pedunculis capsula saepius brevioribus; capsula calyce saepe duplo longior. — Exsicc.: Heldr. pl. fl. hellen. a. 1879.

β. **heterosperma** Guss. fl. sic. pr. suppl. p. 129 pro sp. (*Arenaria*); Gürke pl. europ. II. p. 196. — *Lepigonum heterposermum* Guss. en. pl. inarim p. 51; Kindb. Monog. Lepig. p. 28. — *Spergularia heterosperma* Lebel. in mem. soc. sc. nat. Cherb. 1869 p. 45; Haussk. Symb. p. 39; Heldr. fl. Aegin. p. 289. — *Spergularia halophila* Friedr. Reise p. 278. — Exsicc.: Heldr. herb. gr. norm. n. 587 et 588. — Perennans, robustior, radice crassiore; cyma subaphylla, pedunculis capsula aequilongis vel sublongioribus; capsula calycem aequante. — Intermediis ad typum transit (*S. heterosperma* × *salina* Haussk. Symb. p. 39).

γ. **sperguloides** Lehm. ind. schol. 1828 p. 21 pro sp. (*Holosteum*); Gürke pl. europ. p. II. p. 196. — *Lepigonum sperguloides* Fisch. et Mey. ind. hort. Petrop. I. p. 10. — *Lepigonum salium v. sperguloides* Kindb. Mon. Lepig. p. 39, t. 3 f. 28. — *Spergularia sperguloides* Hausk. Symb. p. 39. — Annua, cyma elongata, racemosa,

subaphylla; sepala latius scariosa; capsula calye parum longior; semina nunquam alata. Exsicc.: N. v.

In salsis, arenosis, maritimis. — Attica: ad Phalerum, in insula Salamis (Heldr.), pr. Laurion, Sunium (Haussk.); Peloponnesus (Sibth.): Corinthus (Haussk.), Argos, ad lacum Lerna (Friedr.), Nauplia et Tyrinthum Argolidis (Haussk.); ins. Aegina et in scopulo adj. Angistri (Heldr.); Cycladum insula Thermia (Orph.), Syra, Tenos (Weiss), Melos (Leon.); Sporadum ins. Peristeri (Leon.); Creta: ad Tuzla pr. Suda, pr. Spinalunga, Pilialimata (Raul.); Cephalonia: ad Kutavo pr. Drapano (Heldr.); γ. ad Phalerum Atticae et pr. Vromolimni in peninsula Methana Argolidis (Haussk.). — Maio, Jul. ⊙ et ♃.

β. Folia lineari-filiformia, mucronulata; semina triquetro-obovata.

× Stamina 5—10.

○ Stipulae lanceolatae.

3. **S. rubra** L. sp. p. 423 (α. *campestris*); S. et S. pr. I. p. 304; Marg. et R. Fl. Zante p. 33; Ch. et B. exp. p. 125, Fl. Pelop. p. 28; Friedr. Reise p. 267 (*Arenaria*); Pers. syn. I. p. 504; Friedr. Reise p. 284; Ung. Reise p. 134; Bois. fl. or. I. p. 732 p. p.; Raul. Cret. p. 722; Form. in d. bot. Mon. 1891 p. 36, in Ver. Brünn. 1896 p. 83; Haussk. Symb. p. 40. — *Lepigonum rubrum* Fr. fl. Halland. p. 76; Kindb. mon. p. 40 t. 3 f. 29. — *Spergularia campestris* Aschers. Fl. Brand. II. p. 25 non *Lepigonum campestre* Kindb. mon. Lepig. p. 35. — *Spergularia rubra* v. *media* Bald. riv. coll. bot. Alb. 1896 p. 37. — Exsicc.: Heldr. it. thessal. IV. a. 1885; Bald. it. Alb. Epir. IV. n. 14.

Annua vel perennans, inferne glabrescens superne pubescens vel glanduloso-pubescens; caulibus prostratis; foliis utrinque planis; stipulis nitidis; cyma foliosa; pedunculis capsula 2—3plo longioribus; sepalis lanceolatis, margine scariosis; petalis obovatis, calyci aequilongis; capsula calyce aequilonga; seminibus apteris, margine incrassatis.

β. **stipularis** Bois. fl. or. I. p. 732; Haussk. Symb. p. 4; Bald. riv. coll. bot. Alb. 1895 p. 20, 1896 p. 36. — *S. campestris* v. *stipularis* Hal. in ö. b. Z. 1895 p. 218. — Caules saepius abbreviati, stipulae elongatae argenteae. — Intermediis ad typum transit. — Exsicc.: Heldr. it. thessal. n. 18; Bald. it. Alb. Epir. III. n. 125, IV. n. 163.

γ. **brevistipulata.** — *Lepigonum rubrum* δ. *marinum* Kindb. Mon. Lepig. p. 41. — *Spergularia rubra* v. *marina* Haussk. symb. p. 40; Form. in Ver. Brünn 1897 p. 60. — Stipulae breviores, oblongo-lanceolatae, cyma fere aphylla.

In arenosis planitierum montiumque. Attica: pr. Athenas (Friedr.), Rheitro (Friedr.); Thessalia: mt. pr. Koryza, Portaria, Kapurna, Larissa, Macrichory, mt. Baba, pr. Klinovo (Form.), Korona, mt. Ghavellu, Karava, Zygos (Haussk.); Epirus: pr. Lapsista et Janina (Bald.); Zante (Marg.); Cephalonia: pr. Drapano, Argostoli (Heldr.); Peloponnesus

(Chaub.): mt. Malevo ad Hag. Petros (Friedr.); Creta: ad Tuzla pr. Suda (Raul.); *β.* Euboea: mt. Telethrion, Dirphys (Heldr.); Thessalia: mt. Pelion (Heldr.); Epirus: mt. Tsumerka, Gamila (Bald.); *γ.* Attica: pr. Athenas, ins. Salamis (Heldr.), pr. Laurion (Haussk.); Thessalia: pr. Volo (Form.), Pharsalus (Haussk.). — Maio, Aug. ⊙ et ♃.

○○ Stipulae ovatae.

4. **S. atheniensis** Heldr. et Sart. in Heldr. herb. gr. norm n. 590 pro var. *S. rubrae*; Aschers. et Schweinf. Beitr. Fl. Aethiop. p. 267; Heldr. fl. Aegin. p. 290, Chlor. Thera p. 9. — *Lepigonum campestre* Kindb. Mon. Lepig. p. 35 t. 3 f. 23. — *Spergularia campestris* Heldr. herb. gr. norm. n. 831; Haussk. Symb. p. 40; Hal. in ö. b. Z. 1895 p. 218; non Aschers. — *S. rubra* Bois. fl. or. I. p. 732 p. p.

Perennans, glanduloso-viscosa; caulibus prostratis; foliis utrinque planis; stipulis haud nitidis; cyma densiflora, subaphylla; pedunculis capsulam vix aequantibus vel ea brevioribus; sepalis lanceolatis, margine scariosis; petalis obovatis, calyci aequilongis; capsula calycem excedente; seminibus apteris, margine incrassatis. — *S. rubrae* habitu affinis, sed differt ab ea praeter notas indicatas viscositate, radice validiori, capsulis minoribus.

In arenosis, maritimis regionis inferioris, per totam Graeciam vulgaris (Heldr.), praesertim in Thessalia: pr. Volo, Orman-Magula, Pharsalus (Haussk.), ad lacum Karla (Reis.); Attica: ad Phalerum (Heldr.), Eleusis (Haussk.); Argolis: pr. Nauplia, Port Tolon, Vromolimni peninsulae Methana (Haussk.), Aegina (Heldr.); Cycladum insula Thera (Heldr.); Aetolia: pr. Antirrhion (Hal.); Elis: pr. Lintzi (Heldr.). — Apr. Jun. ⊙.

×× Stamina 2—3.

5. **S. diandra** Guss. fl. sic. pr. I. p. 515 (*Arenaria*); Heldr. et Sart. in Heldr. herb. norm. n. 492; Bois. fl. or. I. p. 733; Haussk. symb. p. 40; Heldr. fl. Aegin. p. 290. — *Arenaria salsuginea* Bunge in Led. fl. alt. II. p. 163. — *Lepigonum salsugineum* Fisch. et Mey. ind. sem. hort. Petrop. I. p. 10; Kindb. Mon. Lep. p. 42 t. 3, f. 30. — *Spergularia salsuginea* Fenzl in Led. fl. ross. II. p. 166; Friedr. Reise p. 42. — *Lepigonum diandrum* Nym. syll. p. 250. — Exsicc.: Heldr. herb. norm. n. 492 et 1124, herb. fl. Hellen. n. 83 et 84, in Baen. herb. europ. n. 3608 et 3609.

Annua, glaucescens, glandulosa vel inferne glabrescens; caulibus erectis vel adscendentibus; foliis tenuiter filiformibus; stipulis late ovatis, griseis; cyma laxiuscula, aphylla; pedunculis capillaribus, capsula fere duplo longioribus; sepalis lanceolatis, margine scariosis; petalis ovatis, calyce subbrevioribus; capsula minuta, calyce sublongiore; seminibus apteris, margine incrassatis. — Praecedentibus omnibus partibus gracilior. — Variat floribus roseis et albis.

In arenosis, maritimis. Attica: pr. Athenas, ad Ilyssum, Phalerum (Heldr.), Eleusis (Haussk.); Corinthus (Haussk.); Argolis: pr. Nauplia, Port Tolon (Haussk.), Poros (Friedr.); ins. Aegina (Heldr.), Syra (Weiss.). Mart. Maio. ☉.

4 × 5. **S. atheniensis × diandra.** — *S. hybrida* (*campestris × diandra*) Haussk. symb. p. 40. — „Caules numerosi prostrati ramosissimi elongati, inflorescentia subaphylla elongata dense viscoso-glandulosa, capsulae pro maxima parte non evolutae, semina minuta sterilia. — Habitu magis ad *S. diandram* accedit, sed caulibus procumbentibus valde elongatis, glandulositate uberrima, inflorescentia elongata, dense conferta, pedicellis brevioribus, bracteis sublongioribus et floribus confertis differt; a *S. atheniensi* caulibus tenuioribus elongatis, herba glaucescente, inflorescentia minus densa subaphylla, pedunculis tenuioribus longioribus, floribus fere duplo minoribus diversa". — Argolis: ad Port Tolon pr. Nauplia Argolidis (Haussk.). N. v.

XV. Ordo. Elatinaceae Camb. in mem. XVIII. p. 225.

1. Elatine L. gen. n. 502.

1. **E. alsinastrum** L. sp. p. 368; Bois. fl. or. I. p. 782; Raul. Cret. p. 724. — Icon: Seub. monogr. Elat. t. 5. — Exsicc.: Heldr. pl. fl. Hellen. a. 1890.

In stagnis rarissime. — Euboea: mt. Telethrion (Heldr.); in oropedio Omala in mt. Sphacioticis Cretae (Raul.). — Jun. Jul. ♃.

XVI. Ordo. Linaceae DC. theor. elem. p. 214.

1. Radiola Roth tent. fl. germ. II. p. 199. — Flores tetrameri.

1. **R. linoides** Roth. l. c.; Gmel. syst. I. p. 289; Haussk. in bot. Ver. Thüring. 1886 V. p. 62, symb. p. 41. — *Linum radiola* L. sp. p. 281. — Icon: Rchb. f. 5152.

Herbula annua, pusilla, repetite dichotoma, floribus minimis albis.

In nemorosis subhumidis Pindi dolopici in oropedio Neuropolis (Haussk.). — Maio, Aug. ☉. N. v.

2. Linum L. gen. n. 389. — Flores pentameri.

Dispositio specierum:

A. Folia omnia opposita.

1. Sectio. *Cathartolinum* Griseb. Petala libera, alba; folia omnia opposita, absque glandulis stipularibus; sepala margine glandulosa; stigmata capitata.

1. **L. catharticum** L.

B. Folia saltem superiora alterna.

I. Petala lutea vel alba.

2. Sectio. *Linastrum* Planch. et Hook. — Petala libera, lutea; folia alterna, rarius infima opposita, absque glandulis stipularibus; sepala margine glandulosa; stigmata capitata vel clavata.

a. Stigmata clavata.

2. L. maritimum L.

b. Stigmata capitata.

α. Flores laxe corymboso-paniculati.

3. L. gallicum L. **4. L. liburnicum** Scop.

β. Flores dense cymoso-fasciculati; folia scaberrima.

5. L. strictum L.

3. Sectio. *Syllinum* Griseb. — Petala sub anthesi unguibus cohaerentia, alba vel lutea; folia alterna, ima interdum rosulata, glandulis stipulata; sepala glabra vel glandulosa; stigmata varia. — Species grandiflorae.

a. Petala flava.

α. Annuum.

6. L. nodiflorum L.

β. Perennia.

× Fruticosa; folia infima rosulata.

7. L. arboreum L. **8. L. caespitosum** S. et S.

×× Herbacea vel basi suffrutescentes; folia omnia alterna.

9. L. elegans Sprun. **10. L. flavum** L.

b. Petala alba.

11. L. leucanthum Bois. et Spr.

II. Petala cyanea vel rosea.

4. Sectio. *Eulinum* Griseb. — Petala libera, cyanea vel rosea; folia omnia alterna, absque glandulis stipularibus, saepe glandula axillari instructa; sepala glabra vel glandulosa; stigmata varia.

a. Stigmata clavato-filiformia.

α. Sepala glandulosa.

× Pedicelli fructiferi calyce breviores.

12. L. spathulatum Hal. et Bald. **13. L. pubescens** Russ.

×× Pedicelli fructiferi calyce longiores.

14. L. aroanium Bois. et Orph.

β. Sepala eglandulosa; pedicelli fructiferi calyce longiores.

15. L. angustifolium L.

b. Stigmata capitata vel oblongo-capitata; pedicelli fructiferi calyce longiores.

α. Sepala glandulosa.

16. L. tenuifolium L.

β. Sepala eglandulosa.

17. L. austriacum L. **18. L. pycnophyllum** Bois. et Heldr.

1. Sectio. *Cathartolinum* Griseb. spic. I, p. 118. Petala libera, alba; folia omnia opposita, absque glandulosis stipularibus; sepala margine glandulosa; stigmata capitala.

1. **L. catharticum** L. Sp. p. 281; Pieri Corc. fl. p. 41; Bois. fl. or. I. p. 851; Haussk. Symb. p. 41; Hal. Beitr. Fl. Thessal. p. 10;

Form in Ver. Brünn 1896 p. 92. 1897 p. 66. — Icon: Rchb. f. 5153. — Exsicc.: Heldr. it. Graec. septentr. a. 1879, it. Thessal. IV. a. 1885, Hal. it. gr. II. a. 1893.

Glabrum; caule gracili, pumilo; foliis inferioribus obovatis, caeteris lanceolatis; cyma laxiflora; sepalis ellipticis, acuminatis, corolla dimidio brevioribus, capsulam aequantibus.

In pascuis montanis, rare. — Phthiotis: mt. Oeta (Heldr.); in oropedio Neuropolis Pindi dolopici (Heldr.), mt. Ghavellu, Zygos (Form.). Oxya (Hal.); Corcyra (Pieri). — Jun. Aug. ☉.

2. Sectio. *Linastrum* Planch. et Hook. in Lond. journ. bot. VI. p. 597 ex p. — Petala libera, lutea; folia alterna, rarius infima opposita absque glandulis stipularibus; sepala margine glandulosa; stigmata capitata vel clavata.

a. Stigmata clavata.

2. **L. maritimum** L. Sp. p. 280; Ch. et B. exp. p. 93, Fl. Pelop. p. 20; Bois. fl. or. I. p. 851; Haussk. Symb. p. 40. — Icon: Rchb. f. 5172. — Exsicc.: Pichl. pl. gr. a. 1876; Heldr. pl. fl. Hellen. a. 1889.

Glabrum; caulibus virgatis; foliis inferioribus oppositis ellipticis, superioribus alternis lanceolatis; floribus laxe cymoso-paniculatis; sepalis ovatis, acutis, corolla 4 plo brevioribus, capsulam aequantibus.

In maritimis, humidis, rare. Attica: ad Phalerum (Heldr.); Argolis: pr. Nauplia (Haussk.); Laconia: pr. Marathonisi (Pichl.); Messenia: pr. Chimova, Kardamyle, Kalamata (Chaub.). — Jun. Jul. ♃.

b. Stigmata capitata.

α. Flores laxe corymboso-paniculati.

3. **L. gallicum** L. Sp. ed. 2 p. 401; Sieb. avis p. 3, rem. p. 3; Ch. et B. exp. p. 93, Fl. Pelop. p. 20; Marg. et R. Fl. Zante p. 33; Bois. fl. or. p. 851; Weiss in z. b. G. 1869 p. 53; Raul. Cret. p. 727; Haussk. Symb. p. 41; Hal. in ö. b. Z. 1895 p. 219, 1897 p. 61; Form. in Ver. Brünn 1897 p. 66; Heldr. Fl. Aegin. p. 290. — *L. liburnicum* Hal. Beitr. fl. Epir. p. 16, in ö. b. Z. 1891 p. 61. — Icon: Rchb. f. 5168. — Exsicc.: Orph. fl. gr. n. 488.

Glabrum; caule tenui; foliis lineari-lanceolatis, margine scabriusculis; pedicellis fructiferis calycem subaequantibus vel eo longioribus; sepalis lanceolatis, acuminatis, corolla duplo brevioribus, capsula dimidio longioribus.

In arvis, herbidis regionis inferioris et montanae. Attica: mt. Hymettus (Orph.), Parnes, pr. Marathon (Heldr.), ins. Salamis (Reis.); Thessalia: pr. Kucuro in mt. Chassia (Form.), in oropedio Neuropolis, ad monast. Korona, pr. Kalabaka, Meteora (Haussk.) et Kataphygi (Form.) in Pindo; Epirus: pr. Kalentini (Hal.); Sporadum insula Skopelos et Peristeri (Leon.); Argolis: pr. Vromolimni in peninsula Methana (Haussk.), pr. Poros (Heldr.); ins. Aegina: mt. Oros (Heldr.); Laconia:

mt. Malevo (Orph.); Messenia: pr. Messene, Phigalea, Methone (Chaub.); Creta: pr. Canea (Weiss), Retymo, Rukaka, inter Palaeokastron et Zarko (Raul.); Zante: supra colles Akroteri (Marg.). — Maio, Jul. ⊙.

4. **L. liburnicum** Scop. fl. carn. ed 2 I. p. 230; Haussk. symb. p. 41; Hal. Beitr. Fl. Aetol. p. 5. — *L. gallicum* S. et S. pr. I. p. 216, Fl. gr. t. 303. — *L. corymbulosum* Rchb. fl. excurs. p. 834; Friedr. Reise p. 284; Bois. fl. or. I. p. 852; Raul. Cret. p. 728; Heldr. fl. Cephal. p. 28. — Icon: Rchb. f. 5169. — Exsicc.: Heldr. pl. fl. Hellen. a. 1883.

Glabrum; caule tenui; foliis lineari-lanceolatis, utrinque scabris; pedicellis fructiferis calycem aequantibus vel eo longioribus; sepalis lanceolatis, longe acuminatis, scabridulis, corolla tertia parte brevioribus, corolla duplo longioribus. — Differt a praecedente capsulis majoribus, sepalis longioribus acuminatissimis.

In collibus et montanis. Thessalia: pr. Aivali (Heldr.); Attica: mt. Pentelicon (Haussk.), Parnes (Heldr.); Peloponnesus (Bois.): pr. Nauplia (Sart.), Laconia (Sibth.); Aetolia: pr. Krioneri (Hal.), Mesolongion (Heldr.); Corcyra: pr. Dukades (Griseb.); Cephalonia: pr. Argostoli, Pessada (Heldr.); Zante (Bois.): Creta: pr. Tuzla, Akroteri, Malaxa, Kenurio-Korio, Spinalunga (Raul.); Archipelagus (Sibth.). — Maio, Jul. ⊙.

β. Flores dense cymoso fasciculati; folia scaberrima.

5. **L. strictum** L. sp. p. 279; Sieb. avis p. 3, rem. p. 3; Ch. et B. exp. p. 93, Fl. Pelop. p. 20; Friedr. Reise p. 286; Bois. fl. or. I. p. 852; Weiss in z. b. G. 1869 p. 53; Raul. Cret. p. 728; Spreitz. in z. b. G. 1877 p. 721, 1877 p. 655; Heldr. fl. Cephalon. p. 28; Haussk. Symb. p. 41.

Glabrum; caule stricto; foliis lineari-lanceolatis, utrinque scaberrimis; pedicellis fructiferis, calyce brevioribus; sepalis lanceolatis acuminatis, scabris, corolla tertia parte brevioribus, capsula duplo longioribus.

α. **typicum.** Florum fasciculi fastigiato-paniculati. — Icon: Rchb. f. 5170. — Exsicc.: N. v.

β. **spicatum** Lam. enc. III. p. 523 pro var. *L. sessiliflori*; Pers. Syn. I. p. 336; Marg. et R. fl. Zante p. 33; Bois. fl. or. I. p. 852; Raul. Cret. p. 728; Weiss in z. b. G. 1869 p. 53; Haussk. Symb. p. 41. — *L. spicatum* Guss. fl. sic. II. p. 809; Hal. Beitr. Fl. Aetol. p. 5, Beitr. Fl. Achaia p. 16, in ö. b. Z. 1897 p. 61, 1899 p. 24; Heldr. Fl. Aegin. p. 290, Chlor. Thera p. 9. — *L. strictum* S. et S. pr. I. p. 316, Fl. gr. t. 304. — Icon: Rchb. f. 5170. — Florum fasciculi axillares, racemum spiciformem formantes. — Exsicc.: Heldr. herb. norm. n. 1020; Baen. herb. europ. n. 9283.

In apricis, collibus siccis, ad vias. — Attica: pr. Athenas (Friedr.), mt. Pentelicon, pr. Laurion (Haussk.); Argolis (Sprun.); Laconia: pr. Kardamyle, Chimova (Chaub.); Messenia: pr. Methone, Arcadia (Chaub.); Cythera: pr. Katuni (Spreitz.); Creta: pr. Canea (Weiss), Candia, Franco-

Castello (Raul.); Archipelagus (Bois.): mt. Syra, Tenos (Weiss); Cephalonia: pr. Lixuri, Argostoli (Heldr.); Ithaca: mt. Skino (Sprech.); Corcyra: cap Bianco (Spreitz.). — β. Attica: pr. Buliasmene, mt. Parnes, Pentelicon (Heldr.), Lycabettus, Hymettus, Turcovuni, pr. Laurion (Haussk.), Pharmacusarum ins. Mikra-Kyra (Heldr.); Argolis: pr. Nauplia (Haussk.): ins. Aegina (Heldr.); Cycladum insula: Thera (Heldr.), Syra, Tenos (Weiss); Sporadum insula Skopelos (Leon.); Thessalia: pr. Pharsalus, Aivali, Kalabaka, in Pindo (Haussk.); Acarnania: pr. Agrinion (Hal.); Corcyra: pr. Kanone (Baen.), Analypsis (Form.); Zante: supra colles Akroteri Marg.); Strophades (Reis.); Achaia: pr. Patras (Hal.), mt. omplo (Heldr.); Elis: pr. Lintzi (Heldr.); Creta: pr. Canea (Weiss), Akroteri, Candia (Raul.). — Maio, Jul. ⊙.

3. Sectio. *Syllinum* Griseb. spic. I. p. 115. — Petala sub anthesin unguibus cohaerentia, alba vel lutea; folia alterna, ima interdum rosulata, glandulis stipulata; sepala glabra vel glandulosa; stigmata varia. — Species grandiflorae.

a. Petala flava.

α. Annuum.

6. **L. nodiflorum** L. sp. p. 280; S. et S. pr. I. p. 217; Ch. et B. Fl. Pelop. p. 20; Bois. fl. or. I. p. 853; Weiss in z. b. G. 1869 p. 53; Raul. Cret. p. 728; Haussk. Symb. p. 40. — *L. luteolum* M. B. fl. taur. cauc. I. p. 256; Sieb. avis p. 3, rem. p. 3. — Icon: Fl. gr. t. 307. — Exsicc.: Orph. fl. gr. n. 86.

Glabrum, glaucescens; caulibus angulatis, scabridis; foliis lanceolato-spathulatis, margine scabris; cymae dichotomae ramis remotifloris, floribus subsessilibus; sepalis lanceolato-linearibus, margine scabris, basin versus glandulosis, corolla dimidio brevioribus, capsula duplo longioribus; stigmatibus oblongo-clavatis.

In collibus siccis. Attica: pr. Athenas (Haussk.), mt. Lycabettus (Haussk.), Pateras (Heldr.); Zante (Sibth.); Messenia (Chaub.); Creta (Sieb.): pr. Perama (Raul.); Cycladum insula Syra (Weiss.) — Apr. Jun. ⊙.

β. Perennia.

× Fruticosa; folia infima rosulata.

7. **L. arboreum** L. sp. p. 279; S. et S. pr. I. p. 216; Sieb. avis p. 3, rem. p. 3, in Flora I. p. 273; Bois. fl. or. I. p. 853; Raul. Cret. p. 278; Spreitz in z. b. G. 1890 p. 293. — *L. caespitosum β. Sieberi* Planch. Lond. journ. bot. VI. p. 512. — Icon: Fl. gr. t. 305. — Exsicc.: Pichl. pl. exs. ins. Karpathos.

Frutex vel arbuscula glabra, erecta, 1—3 pedalis; ramis denudatis, plus minus tortuosis; foliis glaucescentibus, trinerviis, obovatis vel oblongo-obovatis, obtusiusculis, basi attenuatis, imis ad basin ramorum annotinorum rosulatis, 2—3 cm. longis, superioribus lanceolatis linearibusve; cymis terminalibus, plurifloris; sepalis ovato-lanceolatis, acuminatis, glabris,

vel margine parcissime glandulosis, capsula matura brevioribus; petalis obtusis, calyce 3—4plo longioribus; stigmatibus linearibus.

Ad rupes regionis montanae. Creta: ad Theriso (Sieb.), mt. Hagios Theodoros (Spreitz.), ad Hagia Rumeli, Aradhena, Askyphos, Hagios Joannes Kaimenos, Muliana (Raul.). — Loca hic indicata plura probaliter ad speciem sequentem, ab auctoribus recentioribus cum *L. arboreo* confusam, spectant. — Apr. Maio ♄.

8. **L. caespitosum** S. et. S. pr. I. p. 216; Bois. fl. or. suppl. p. 137. — *L. arboreum β. minus* Bois. fl. or. I. p. 853; Raul. Cret. p. 278. — *L. arboreum* Bald. viagg. Creta p. 40. — Icon: Fl. gr. t. 306. — Exsicc.: Bald. it. Cret. n. 2.

Frutex humilis; ramis numerosis, intricatis, caespitosis, superne dense foliosis; foliis glaucis, uninerviis, obovatis, acutis, 1 cm. longis, subpetiolatis, infimis rosulatis; cymis terminalibus, 2—5floris; sepalis ovato-lanceolatis, acuminatis, glabris vel margine parcissime glandulosis, capsula matura brevioribus; petalis obtusis, calyce triplo longioribus; stigmatibus linearibus. — Ramis caespitosis, foliis parvis, magis glaucis, acutis, uninerviis, floribus dimidio minoribus a praecedente diversissimum.

In rupestribus regionis mediae et superioris. Creta: mt. Hagios Elias distr. Kissamos, Hagion Pneuma (Bald.) et Lakus in mt. Sphacioticis (Rev.). — Apr. Maio. ♄.

×× Herbaceae vel basi suffrutescentes; folia omnia alterna.

9. **L. elegans** Sprun. in Bois. Diagn. ser. 2. I. p. 99, Fl. or. I. p. 854, suppl. 137; Hal. in z. b. G. 1888 p. 750, 1899 p. 709; Heldr. chlor. Parn. p. 15.

Glabrum, glaucovirens, basi suffrutescens, caespitosum; caulibus tenuibus adscendentibus, superne angulatis; foliis imis saepius confertis, ovato- vel oblongo-spathulatis, obtusiusculis, obsolete trinerviis, superioribus lanceolatis linearibusve, acutis; cymae 3—7florae ramis inaequalibus; sepalis anguste lanceolatis, margine glandulosis, corolla triplo brevioribus, capsula sublongioribus; petalis obovato-oblongis, obtusis; stigmatibus linearibus.

α. **typicum.** Caules pumili, 10—15 cm. alti, folia ima conferta. — Exsicc.: Orph. fl. gr. n. 486; Heldr. herb. norm. 657.

β. **elatius.** — *L. flavum* Bald. riv. coll. bot. Alb. 1895 p. 21. — Caules 20—30 cm. alti, folia majora, sparsa. — Transitum ad *L. flavum* praebet, a quo tamen caulibus tenuibus, adscendentibus, foliis minoribus obtusiusculis, non manifeste trinerviis; cyma pauciflora, non fastigiata, sepalis angustioribus brevioribusque differt. — Huc forsan pertinet *L. campanulatum* Ch. et B. fl. Pelop. p. 20 e Korone Messeniae. — Exsicc.: Heldr. herb. norm. n. 1414; Bald. it. Alb. Epir. III. n. 127.

In rupestribus regionis mediae et superioris. Thessalia: mt. Olympus, Pelion (Heldr.); Euboea: mt. Dirphys et Xerobuno (Pichl.); mt.

Parnassus (Orph.), Kiona (Hal.), Tymphrestus (Samarit.); **Laconia**: mt. Malevo (Orph.), Taygetos (Zahn.); *β*. **Epirus**: mt. Tsumerka (Bald.); mt. Taygetos Alagoniae l. d. Splithara (Zahn.). — Maio, Jul. ♄.

10. **L. flavum** L. Sp. p. 279; Form. in D. bot. Mon. 1891 p. 40; Hal. in ö. b. Z. 1892 p. 369. — Icon.: Jacq. fl. austr. t. 214. — Exsicc.: Sint. et Bornm. it. turc. n. 1191.

Glabrum, glaucovirens; caulibus crassiusculis, erectis, superne acute angulatis, 20—40 cm. altis; foliis sparsis, obovato-lanceolatis, acutis, manifeste trinerviis; cymae fastigiatae ramis dichotomis; sepalis a basi latiore lanceolatis, margine glanduloso-denticulatis, corolla triplo brevioribus, capsula sesquilongioribus; petalis obovato-oblongis, acutiusculis; stigmatibus oblongis.

In siccis, apricis, fruticetis, rarissima. **Thessalia**: ad Plaka pr. Litochorion in Olympo (Sint.), mt. Pelion (Form.). — Jun. Jul. ♃.

b. Petala alba.

11. **L. leucanthum** Bois. et Spr. Diagn. I. p. 55, Fl. or. I. p. 858; Hal. in ö. b. Z. 1895 p. 218, 1897 p. 61. — Exsicc.: Orph. fl. gr. n. 85; Heldr. herb. norm. n. 545 et 1220.

Glabrum vel minute papilloso-hirtum, basi suffrutescens, caespitosum caulibus 5—25 cm. altis, superne acute angulatis; foliis uninerviis, inferioribus rosulatis, obovato- vel oblongo-spathulatis, obtusiusculis, caeteris elliptico-linearibus, acutis; cymae 3-pluriflorae, ramis brevibus; sepalis lanceolatis, margine glanduloso-denticulatis, corolla triplo brevioribus, capsula longioribus; petalis obovatis; stigma-tibus clavatis.

In saxosis regionis inferioris et montanae. **Attica**: pr. Sunium (Sprun.), Raphina (Heldr.), mt. Hymettus (Orph.), Pentelicon, Parnes, Pateras (Heldr.); **Boeotia**: mt. Onion (Heldr.); **Sporadum insula** Jura (Reis.). — Apr. Jun. ♄.

4. Sectio. *Eulinum* Griseb. Spic. I. p. 116. — Petala libera, cyanea vel rosea; folia omnia alterna, absque glandulis stipularibus, saepe glandula axillari instructa; sepala glabra vel glandulosa; stigmata varia.

a. Stigmata clavato-filiformia.

α. Sepala glandulosa.

× Pedicelli fructiferi calyce breviores.

12. **L. spathulatum** Hal. et Bald. in z. b. G. 1892 p. 576; Bald. riv. coll. bot. Alb. 1892 p. 22 pro var. *L. hirsuti*. — *L. hirsutum* Bois. fl. or. I. p. 859 p. p., non L. — Exsicc.: Heldr. herb. n. 2427; Orph. fl. gr. n. 827; Bald. it. Alb. 1892 n. 115.

Perenne, basi suffruticulosum, caespitosum, caules numerosos, floriferos e basi prostrata adscendentes, 10—30 cm. altos, simplices, plus minus villosos, superne glandulosos et surculos steriles edente; foliis plus minus villosis, rarius glabratis, inferioribus oblongo- vel obovato-spathu-

latis, superioribus lanceolatis, glanduloso-ciliatis; cymae tandem laxae ramis spiciformibus; sepalis ovato-lanceolatis, tomentellis, corolla cyanea basi pallida 4 plo brevioribus, capsula subduplo longioribus. — Differt a *L. hirsuto* L. rhizomate caespitoso, caulibus tenuibus brevioribus, adscendentibus, superne foliisque glandulosis; magis affine esse videtur *L. anatolico* Bois. Diagn. I. p. 56, secundum descriptionem indumento crebrius glanduloso, foliis lineari-lanceolatis acuminatis et caulibus parte superiori dichotome ramosissimis diverso.

In regione abietina mt. Olympus pr. Mavro-Longhos, rare (Heldr.); occurrit etiam extra territorium nostrum in Acroceraunlae mt. Cuka (Bald.). — Jul. Aug. ♃.

13. **L. pubescens** Russ. nat. hist. of Aleppo II. p. 268; Bois. fl. or. I. p. 860; Weiss in z. b. G. 1869 p. 746; Raul. Cret. p. 728; Heldr. fl. Cephal. p. 29; Spreitz. in z. b. G. 1887 p. 655; Gelmi in bull. soc. bot. ital. 1889 p. 448; Hal. in ö. b. Z. 1895 p. 219, Beitr. Fl. Achaia p. 16, in z. b. G. 1899 p. 709. — *L. hirsutum* S. et S. pr. I. p. 215; Pieri fl. Corc. p. 41; Sieb. avis p. 3; Ch. et B. exp. p. 92, Fl. Pelop. p. 20; Friedr. Reise p. 282; non L. — *L. Sibthorpianum* Marg. et R. Fl. Zante p. 33 t. 3. — *L. piligerum* Presl. fl. sic. p. 170. — *L. decoloratum* Griseb. spic. I. p. 117. — Exsicc.: Orph. fl. gr. n. 829; Sint. it. thessal. n. 523.

Annuum, plus minus villosum; caulibus erectis, simplicibus vel rarius a basi ramosis; foliis oblongis, obtusiusculis, superioribus oblongo-lanceolatis acutis, eglandulosis; cymae ramis saepe elongatis, spiciformibus; sepalis lineari-lanceolatis, corolla rosea triplo brevioribus, capsula subtriplo longioribus.

In fruticetis, olivetis, herbidis, declivibus arenosis regionis inferioris et montanae. Aetolia: pr. Neochori (Heldr.), Aetolikon (Reis.); Thessalia: pr. Wutades in Pindo tymphaeo (Sint.); Corcyra (Pieri): mt. Deca pr. S. Croce (Spreitz.), Pelleka (Bicknell); Leucas: pr. Amaxichi (Spreitz.); Cephalonia: pr. Argostoli (Heldr.); Zante: mt. Scopo et alibi (Marg.); Achaia: pr. Patras (Hal.); Elis (Sibth.): pr. Olympia (Friedr.), Kunupeli (Heldr.); Messenia (Chaub.): pr. Kalamata (Zahn.); Argolis: pr. Astros (Orph.); Creta: pr. Canea (Weiss). — Apr. Jun. ⊙.

×× Pedicelli fructiferi calyce longiores.

14. **L. aroanium** Bois. et Orph. Diagn. ser. 2, I. p. 96, Fl. or. I. p. 862; Haussk. Symb. p. 40. — Exsicc.: Orph. pl. gr. a. 1870.

Glabrum vel basi hirtulum, multicaule; caulibus basi suffrutescentibus, adscendentibus, virgatis, parce ramosis, cymoso-corymbosis; foliis uninerviis, inferioribus imbricatis ovato-oblongis acutis, superioribus lanceolato-linearibus; sepalis trinerviis, oblongo-lanceolatis acutissimis, margine parce denticulato-glandulosis, corolla coerulea 4 plo brevioribus, capsulam subaequantibus. — Habitu *L. angustifolio* simile et differt floribus majoribus, sepalis angustioribus, acutissimis, trinerviis, glanduloso-denticulatis.

In regione media montium. Achaia: mt. Chelmos - Aroania veterum-, Kyllene (Orph.); Euboea: mt. Dirphys (Heldr.); Thessalia: mt. Ghavellu, Karava et Zygos in Pindo (Haussk.). — Jun. Jul. ♃.

β. Sepala eglandulosa; pedicelli fructiferi calyce longiores.

15. L. **angustifolium** Huds. fl. Angl. p. 134; S. et S. pr. I. p. 215; Urv. enum. p. 36; Ch. et B. exp. p. 92, Fl. Pelop. p. 20; Fraas fl. class. p. 81; Bois. fl. or. I. p. 861; Weiss in z. b. G. 1869 p. 53; Raul. Cret. p. 728; Heldr. fl. Cephal. p. 29, in ö. b. Z. 1898 p. 183; Spreitz. in z. b. G. 1887 p. 655; Haussk. Symb. p. 40. — *L. narbonense* Desf. fl. Atl. I. p. 279; ? Friedr. Reise p. 273; non L. — Icon: Rchb. f. 5158. — Exsicc.: Orph. fl. gr. n. 487; Sint. it. thessal. n. 567; Dörfl. fl. gr. n. 13.

Glabrum, a collo saepius pluricaule; caulibus adscendentibus, virgatis, ramosis, cymoso-corymbosis; foliis lineari-lanceolatis, uninerviis; sepalis uninerviis, ovatis, breviter acuminatis, corolla coerulea 2—3plo brevioribus, capsulam subaequantibus.

In collibus herbidis, probabiliter in omni territorio. Indicatur: Attica: pr. Athenas (Orph.), ad radices mt. Pentelicon (Heldr.), pr. Laurion, Sunium (Haussk.); Argolis: pr. Nauplia (Haussk.), Troezene (Friedr.), in collibus litoris insulae Poros oppositis (Heldr.); Cyclades (Bois.): Naxos (Heldr.), Melos (Urv.); Creta: pr. Canea (Weiss.), Tuzla, Nerokuru, Askyphos, Anopolis (Raul.); Messenia: pr. Methone (Chaub.); Elis: ad castrum Chlemutzi (Heldr.); Cephalonia: pr. Pessada (Heldr.); Corcyra: ad cap Bianco, pr. Potamo (Spreitz.); Thessalia: in valle Penei ad Kriovrisi (Sint.), pr. Kalabaka, Korona, mt. Ghavellu (Haussk.). — Apr. Jun. ⊙ et ♃.

Obs. *L. usitatissimum* L. sp. p. 277; S. et S. pr. I. p. 214; Pieri fl. Corc. p. 41; Dallap. prosp. p. 45; Ch. et B. exp. p. 92, Fl. Pelop. p. 20; Marg. et R. fl. Zante p. 33; Fraas fl. class. p. 81; Heldr. Nutzpfl. p. 63, Fl. Aegin. p. 290, Fl. Cephalon. p. 29; Raul. Cret. p. 728. — Differt a *L. angustifolio* radice annua, petalis laete coeruleis, capsulis majoribus, septis margine interno glabris et seminibus majoribus. — Colitur ad usum oeconomicum.

b. Stigmata capitata vel oblongo-capitata; pedicelli fructiferi calyce longiores. Perennia.

α. Sepala glandulosa.

16. L. **tenuifolium** L. sp. p. 278; Ch. et B. fl. Pelop. p. 20; Bois. fl. or. I. p. 863, Hal. in z. b. G. 1888 p. 750; Bald. riv. coll. bot. Alb. 1895 p. 20, 1896 p. 37; Form. in Ver. Brünn. 1896 p. 92. — Icon: Rchb. f. 5165. — Exsicc.: Heldr. herb. norm. n. 546; Hal. it. gr. a. 1888.

Glabrum; caulibus erectis vel adscendentibus, cymoso-corymbosis; foliis crebris, lineari-subulatis, uninerviis, margine scabridulis; sepalis

uninerviis, ovato-lanceolatis, acuminatis, corolla pallide rosea triplo brevioribus, capsula sublongioribus.

In lapidosis regionis mediae et alpinae. Epirus: mt. Murga distr. Paramythia, ad Cepelovon distr. Zagorion (Bald.); Thessalia: pr. Miluna (Form.) in mt. Olympo (Heldr.); Attica: mt. Cithaeron (Heldr.); Doris: mt. Kiona (Hal.); Peloponnesus: mt. Chelmos, Kyllene (Orph.), pr. Pyros (Gittard). — Jun. Jul. ♃.

β. Sepala eglandulosa.

17. **L. austriacum** L. sp. p. 278; Bois. fl. or. I. p. 864. — Icon: Jacq. fl. austr. t. 418. — Exsicc.: Orph. fl. gr. n. 826.

Glabrum; caulibus erectis, firmis, densiuscule foliosis; foliis linearibus, acutis, uninerviis; cymae ramis racemiformibus; pedicellis defloratis arcuato-patentissimis, secundis; sepalis ovatis, basi subquinquenerviis, corolla cyanea 3—4 plo, capsula subdimidio brevioribus, 3 interioribus obtusis, 2 exterioribus acutis; stigmatibus ovato-oblongis.

β. **collinum** Guss. syn. II. p. 808; Haussk. Symb. p. 41; Form. in Ver. Brünn 1897 p. 66, pro sp.; Bois. fl. or. I. p. 864. Humilius, folia abbreviata.

In montosis, rare. Laconia: mt. Malevo (Orph.); *β.* mt. Malevo (Orph.); Thessalia: pr. Pharsalus, Aivali, Meteora (Haussk.), Neochori in mt. Agrapha (Form.). — Jun. Jul. ♄.

18. **L. pycnophyllum** Bois. et Heldr. Diagn. ser. 2, I. p. 97. — *L. alpinum* v. *pycnophyllum* Bois. fl. or. I. p. 865; Bald. riv. coll. bot. Alb. 1896 p. 37. — Huc forsan *L. alpinum* S. et S. pr. I. p. 215; Raul. Cret. p. 728 e Cretae montibus elatioribus. — Exsicc.: Heldr. pl. fl. hellen. a. 1887; Bald. it. alb. epir. IV. n. 227.

Glabra; caulibus filiformibus, procumbentibus, inferne nudis, dein dense foliosis; foliis minutis, ellipticis vel elliptico-linearibus, obtusis, mucronulatis, uninerviis; floribus 1—3, terminalibus; pedicellis defloratis erecto-patulis; sepalis ovatis, basi trinerviis, omnibus obtusis, obsolete mucronulatis, corolla cyanea triplo, capsula subdimidio brevioribus; stigmatibus ovato-oblongis. — Ab affini *L. alpino* Jacq. en. p. 54 caulibus abbreviatis, filiformibus, procumbentibus, 1—3 floris, foliis minutis obtusis discrepat; magis affine *L. punctato* Presl. del. Prag p. 58, caulibus firmis, saepius erectis, foliis acutis, sepalis subacutis diverso. — Specimina epirota medium tenent inter hanc speciem siculam et plantam cylleneam.

In regione alpina mt. Kyllene Achaiae (Heldr.) et mt. Smolika in Epiro (Bald.). — Jun. Aug. ♃.

XVII. Ordo. Malvaceae Juss. gen. p. 271.

1. Tribus. *Hibisceae* Benth. et Hook. gen. I. p. 198. — Columna staminea extus antherifera, apice truncata vel quinquedentata; styli rami tot quot ovarii loculi; carpella in capsulam loculicide dehiscentem coalita.

1. Hibiscus L. gen. n. 846.

1. **H. trionum** L. Sp. p. 697; S. et S. pr. II. p. 48; Ch. et B. exp. p. 199, Fl. Pelop. p. 45; Bois. fl. or. I. p. 840; Heldr. Cephal. p. 28; Haussk. Symb. p. 41; Bald. viagg. Creta p. 38. — Icon: Fl. gr. t 666. — Exsicc.: Heldr. herb. a. 1886.

In arvis, ruderatis. Attica: pr. Athenas (Haussk.); Achaia (Sibth.): pr. Patras (Chaub.); Cephalonia: pr. Pessada (Heldr.); pr. Pylos Messeniae, pr. Marathonisi Laconiae (Chaub.); Cyclades (Chaub.); Creta: ad Kalyves distr. Apokorona (Bald.). — Jul. Sept. ⊙.

Obs. Ad usum oeconomicum coluntur: *Hibiscus cannabinus* L. Sp. ed. 2. p. 979; Sieb. in Flora V, 2, p. 639 in Creta. — *H. esculentus* L. Sp. p. 696; Ch. et B. exp. p. 199, Fl. Pelop. p. 45; Friedr. Reise p. 265; Heldr. Nutzpfl. p. 52, Fl. Cephal. p. 28, Chlor. Thera p. 29 (*Abelmoschus*); Raul. Cret. p. 727; ubique in olitoriis ob fructus edules. — Porro: *Gossypium herbaceum* L. Sp. p. 693; Sieb. avis rem. p. 5; Dallap. prosp. p. 95; Ch. et B. exp. p. 198, Fl. Pelop. p. 45; Friedr. Reise p. 275; Fraas fl. class. p. 102; Clem. sert. p. 26; Heldr. Nutzpfl. p. 52, Fl. Cephal. p. 28, Fl. Aegin. p. 290, Chlor. Thera p. 28 (*v. perennans*); Bois. fl. or. I. p. 840; Raul. Cret. p. 27. — *G. arboreum* L. Sp. p. 693; Heldr. Chlor. Thera p. 28. — *G. hirsutum* L. Sp. p. 975; Sieb. avis p. 4, in Creta. — *G. nanking* Meyen Reise II. p. 323; Bald. viagg. Creta p. 38, in Creta. — *G. religiosum* L. syst. ed. 12 p. 642; Heldr. Chlor. Thera p. 28. — *G. vitifolium* Lam. dict. II. p. 135; Sieb. avis rem. p. 5.

2. Tribus. *Malveae* Benth. et Hook. gen. I. p. 196. — Columna staminea tota antherifera; styli rami tot quot carpella; matura ab axi secedentia.

1. Subtribus. *Abutileae* Benth. et Hook. gen. I. p. 197. — Ovula in loculo 2—plura, alia pendula, alia adscendentia.

2. Abutilon Gaertn. fruct. II. p. 251.

1. **A. Avicennae** Gaertn. l. c.; Bois. fl. or. I. p. 836; Raul. Cret. p. 727; Form. in D. bot. Mon. 1891 p. 39, in Ver. Brünn 1896 p. 89. — *Sida abutilon* L. Sp. p. 685; Pieri corc. fl. p. 95; Sieb. avis p. 4, rem. p. 5; Haussk. Symb. p. 41. — Icon: Rchb. f. 4832. — Exsicc.: Orph. fl. gr. n. 2. 275.

In ruderatis, cultis. Thessalia: pr. Trikala, Tyrnavos (Haussk.); Boeotia (Sart.); Argolis: pr. Nauplia (Orph.), Mylus (Heldr.); Corcyra (Pieri); Creta (Sieb.). — Jul. Sept. ⊙.

2. Subtribus. *Sideae* Benth. et Hook. gen. I. p. 197. — Ovula pendula in loculo solitaria.

3. Malvella Jaub. et Spach. Ill. fl. or. V. p. 47.

1. **M. Sherardiana** L. Sp. ed. 2 p. 1675; S. et S. pr. II. p. 45; Ch. et B. fl. Pelop. p. 45 (*Malva*); Jaub. et Spach. l. c. t. 444; Bois. fl. or. I. p. 834, suppl. p. 133; Haussk. Symb. p. 42. — Exsicc.: Heldr. it. Gr. septentr. a. 1879, Fl. thessala a. 1885; Heldr. herb. gr. norm. n. 1126 (Thessalonica).

In locis aridis, agris neglectis, inter *Gossypia*. Thessalia: Tyrnovo, Larissa, Orman Magula, Aivali (Haussk.), Velestinos (Heldr.), in valle Sperchii pr. Lamia Phthiotidis (Heldr.); Attica: pr. Athenas (Sibth.), sed a recentioribus hic non lecta; Creta (Tourn. coroll. p. 2). — Jun. Aug. ♃.

3. Subtribus. *Eumalveae* Bois. fl. or. I. p. 817. — Ovula adscendentia, in loculo solitaria.

A. Epicalyx 6—9fidus.

4. Alcea L. gen. n. 840.

1. **A. rosea** L. Sp. p. 687; S. et S. pr. II. p. 43; Dallap. prosp. p. 94; Bois. fl. or. I. p. 831, suppl. p. 132; Raul. Cret. p. 726; Heldr. fl. Cephalon. p. 28; Haussk. Symb. p. 41; Form. in Ver. Brünn 1896 p. 89, 1897 p. 64. — *Althaea rosea* Cav. monad. diss. II. p. 91; Ch. et B. exp. p. 196, fl. Pelop. p. 44; Marg. et R. fl. Zante p. 34; Heldr. Nutzpfl. p. 52. — *Althaea cretica* Weinm. syll. Ratisb. II. p. 171. — *Althaea pallida* Hal. Beitr. fl. Achaia p. 16. — Icon: Fl. gr. t. 662. — Exsicc.: Heldr. it. thessal. IV. a. 1885.

Tomentosa; caule elato, crasso, hirsuto, in racemum longum, laxum, basi foliosum abeunte; foliis cordato-orbiculatis, obtuse 5—7lobatis, crenatis; stipulis multifidis; floribus solitariis vel 2—3nis, brevissime pedunculatis; epicalycis, calyce paulo brevioris, calycisque lobis triangularibus acutis; petalis retusis, latitudine sua aequantibus, intense roseis vel lilacinis; carpellis tenuiter rugosis, ad medium dorsum hirtis, ad faciem saepe glabris.

β. **Sibthorpii** Bois. fl. or. I. p. 832; Raul. Cret. p. 727. — *Alcea ficifolia* S. et S. pr. II. p. 43, non L. — *Althaea ficifolia* Ch. et B. exp. p. 196, fl. Pelop. p. 44, non Cav. — *Alcea Sibthorpii* Haussk. Symb. p. 41. — Icon: Fl. gr. t. 663. — Foliis profunde palmatilobatis, lobis foliorum superiorum acutis; calycis lobis angustioribus longioribusque; carpellis pallidioribus, dorso dense hirsutis, minus profunde sulcatis, facie adpresse pilosis; seminibus majoribus, pallidis. — Exsicc.: N. v.; descriptionem emendatam ex Haussk. symb. p. 41 deprompsi.

γ. **meonantha** Link. in Linn. IX. 586 pro sp. (*Althaea*). — *Alcea meonantha* Haussk. Symb. p. 41. — Caule diffuso, tenuiore,

minus alto; foliis crenatis, non lobatis; stipulis bipartitis; calyce majore; petalis purpurascentibus, minoribus. — Exsicc.: N. v.

In aridis, campis regionis inferioris et submontanae. **Attica**: mt. Lycabettus (Heldr.); **Thessalia**: mt. Pelion, mt. Ghavellu (Form.), ad monasterium Korona (Heldr.), mt. Baba inter Krania et Klinovo (Haussk.); **Cephalonia** (Dallap.), sed probabiliter culta tantum (Heldr.); **Peloponnesus**: pr. Xylocastron Sicyoniae (Heldr.), pr. Patras et Chalandritza Achaiae (Hal.), ad castrum Chlemutzi Elidis (Heldr.), pr. Pylos, Thuria, in Maina, ad fluvium Eurotas, pr. Sparta (Chaub.); **Creta**: ad Canea, Stilo, Pyrgos (Raul.); — β. ad monasterium Hagios Elias supra Tyrnavos Thessaliae (Haussk.); **Laconia** (Sibth.): pr. Vitilos, Chimova, Marathonisi (Chaub.); **Creta**: mt. Sphaciotici (Sibth.). — γ. frequens in insula Zante (Link.); **Thessalia**: ad monasterium Hagios Elias supra Tyrnavos (Haussk.). — Maio, Jul. ♃.

2. A. **pallida** W. et. K. pl. rar. hung. I. p. 46 t. 47; Form. in D. bot. Mon. 1891 p. 39 (*Althaea*); Nym. syll. p. 212; Bois. fl. or. I. p. 832; Haussk. Symb. p. 41; Form. in Ver. Brünn 1895 p. 41, 1896 p. 89, 1897 p. 64. — Huc spectare videtur etiam *Alcea thessala* Form. in Ver. Brünn 1897 p. 64. — Exsicc.: Heldr. fl. hellen. a. 1890.

Differt a praecedente indumento parciore; foliis obsolete quinquelobis; calycis lobis triangulari-lanceolatis; petalis roseis, bilobis, latitudinae suae longioribus; carpellis minoribus, dorso profundius sulcatis; seminibus minoribus.

In apricis, fruticetis regionis inferioris et submontanae. — **Attica**: pr. Sunium (Haussk.); **Euboea**: mt. Telethrion (Heldr.), pr. Volo (Orph.), Pharsalus, Phanari (Haussk.), Velestinos, Larissa, Trikala, Hadzi Obasi, Vlachava, Kritsotades, Hagios Paraskevi in mt. Chassia (Form.), frequens in Pindo (Haussk.); **Epirus**: pr. Janina (Form.). — Maio, Jul. ♃.

Obs. Alcea acaulis Cav. diss. II. p. 93 (*Althaea*); S. et S. pr. II. p. 49 et *Althaea lavateraeflora* DC. pr. I. p. 437; Friedr. Reise p. 272 (ab autore ipso cum ? enumerata) certe erronee in Graecia indicantur. — *Althaea Tournefortiana* Tausch in Flora XII p. 9, e seminibus creticis a Sieber missis, in horto botanico Pragensi educta, est species dubia.

5. Althaea L. gen. n. 839.

α. Perennes; antherae purpureae.

1. A. **officinalis** L. sp. p. 686; S. et S. pr. II. p. 42: Dallap. prosp. p. 93; Ch. et B. exp. p. 196, Fl. Pelop. p. 44; Fraas fl. class. p. 100; Heldr. Nutzpfl. p. 52, Fl. Cephalon. p. 28; Bois. fl. or. I. p. 825; Form. in D. bot. Mon. 1891 p. 39, Ver. Brünn 1895 p. 41, 1896 p. 89, 1897 p. 65; Haussk. Symb. p. 42; Bald. riv. coll. bot. Alb. 1896 p. 38. — Icon: Rchb. f. 4849. — Exsicc.: Sint. it. or. 1889 n. 1901; Sint. et Bornm. it. turc. n. 1189.

Caule erecto, simplici vel ramoso, foliisque molliter tomentoso; foliis breviter petiolatis, cordatis ovatisve, inferioribus obsolete 5 lobis, superioribus trilobis; stipulis caducis; pedunculis axillaribus, 1—plurifloris, folio multo brevioribus; petalis pallide roseis, calyce duplo longioribus; epicalycis lobis lineari-lanceolatis, calyce dimidio brevioribus; calycis lobis triangularibus; carpellis stellato-tomentosis.

Ad fossas, in humidis. Epirus: pr. Prevesa, Luros, Philippiades, Klissura, Janina (Form.); Thessalia: in valle Penei pr. Chilziades, Han Kuraneos, Trikala (Form.), Karditza (Hausk.), Velestinos, Karacair pr. Larissa, Kapurna, Plessidi, Koryza, Volo (Form.); pr. Caterina et Litochorion in Olympo (Sint.); pr. Agria, Stylida, Mavromandila (Form.) et Lamia (Fraas) Phthiotidis; Boeotia (Sibth.); Attica: ad Phalerum (Fraas); Argolis: pr. Tyrinthum (Heider), Argos (Chaub.); Messenia: pr. Kalamata (Chaub.); Cephalonia (Dallap.). — Jun. Sept. ♃.

2. **A. cannabina** L. Sp. p. 686; S. et S. pr. II. p. 42; Fraas fl. class. p. 100; Bois. fl. or. I. p. 825; Haussk. Symb. p. 42; Form. in Ver. Brünn 1895 p. 41. — Icon: Rchb. f. 4847. — Exsicc.: Orph. fl. gr. n. 824.

Caule erecto, divaricatim ramoso, foliisque aspero-pubescentibus; foliis sat longe petiolatis, infimis palmatipartitis, caeteris palmatisectis et trisectis, segmentis incisis, grosseque serratis; stipulis persistentibus; pedunculis axillaribus, 1—2 floris, folio multo longioribus; epicalycis lobis lanceolatis, calyce subbrevioribus; calycis lobis acuminatis; petalis roseis, calyce 2½plo longioribus; carpellis glabris.

Ad sepes, in fruticetis. Thessalia: ad radices mt. Olympus pr. Caterina (Orph.), pr. Larissa, Trikala, Karditza, Pharsalus (Haussk.); mt. Othrys (Fraas); Epirus: pr. Prevesa (Form.). — Jun. Aug. ♃.

b. Annua; antherae flavae.

3. **A. hirsuta** L. Sp. p. 687; S. et S. pr. II. p. 43; Ch. et B. exp. p. 197, Fl. Pelop. p. 44; Fried. Reise p. 269; Ung. Reise p. 137; Bois. fl. or. I. p. 824; Weiss in z. b. G. 1869 p. 52; Haussk. Symb. p. 42; Hal. Beitr. fl. Epir. p. 16; Heldr. fl. Aegin. p. 290. — Icon: Jacq. fl. austr. t. 170. — Exsicc.: Heldr. pl. fl. hellen. a. 1876, 1880, 1887.

Patule hirsuta; caule erecto, simplici vel ramoso; foliis petiolatis, inferioribus cordato-orbiculatis, crenatis; obsolete lobatis, superioribus palmatipartitis, lobis oblongis inciso-crenatis; stipulis persistentibus; pedunculis unifloris, folio longioribus; epicalycis lobis lineari-lanceolatis, calyce brevioribus; calycis lobis lanceolatis; petalis coerulescentibus, calyce subaequilongis; carpellis glabris.

In arvis, ruderatis, saxosis herbidis. Thessalia: pr. Pharsalus, Aivali (Haussk.); Attica: pr. Eleusis, Piraeus (Heldr.), Laurion (Haussk.); ins. Aegina, Poros (Heldr.); Argolis (Sibth.); Cycladum insula Syra, Tenos (Weiss); Messenia (Heldr.); Ithaca (Ung.); Epirus: pr. Kalarrytes (Hal.). — Apr. Jul. ⊙.

B. Epicalyx trifidus.

6. Lavatera L. gen. n. 842.

1. Sectio. *Anthema* Med. Malv. p. 42. — Pedunculi axillares, fasciculati; carpophorum parvum, conicum, vix exsertum.

1. **L. arborea** L. Sp. p. 690; S. et S. pr. II. p. 46; Ch. et B. fl. Pelop. p. 45; Fraas fl. class. p. 100; Bois. fl. or. I. p. 821; Haussk. Symb. p. 42; Heldr. Chlor. Thera p. 9. — Icon: Fl. gr. t. 665. — Exsicc.: Heldr. herb. norm. n. 544.

Suffrutescens, stellato-pubescens; caulibus elatis, 2—3 m. altis, ramosis; foliis longe petiolatis, inferioribus cordato-orbiculatis, obtuse 5—7 lobis, superioribus angulato-lobatis; epicalyce calyce majori, fructifero valde accreto, lobis ovato-rotundatis; calycis lobis triangularibus, acutis; petalis violaceis, retusis, calyce triplo longioribus; carpellis dorso et faciebus transverse rugosis, dorso planis, margine acutis. — Ab habitu non absimili *Malva silvestri* praeter alias notas, epicalyce magno trifido statim diagnoscenda.

In rupibus, ad sepes. Attica: pr. Athenas (Sibth.), in Acropoli (Fraas), in Pharmacusarum scopelo Arpedoni (Heldr.); Cycladum insula Thera (Heldr.); Corcyra (Haussk.). — Apr. Aug. ♄.

2. **L. cretica** L. Sp. p. 691; S. et S. pr. II. p. 47; Tausch. in Flora XII. p. 183; Ch. et B. exp. p. 198, Fl. Pelop. p. 45; Ung. Reise p. 137; Bois. fl. or. I. 822; Weiss in z. b. G. 1869 p. 52; Raul. Cret. p. 726; Heldr. fl. Cephalon. p. 28; Spreitz. in z. b. G. 1890 p. 293; Haussk. Symb. p. 42. — Icon: Cav. dissert. t. 32 f. 1. — Exsicc.: Heldr. herb. norm. n. 143.

Herbacea, pilis fasciculatis tomentella; caulibus 40—120 cm. altis, ramosis; foliis longe petiolatis, inferioribus cordato-orbiculatis, obsolete 5—7 lobis, superioribus profundius 5 lobis; epicalyce calyce breviori, fructifero parum accreto, lobis ovatis, obtusis; calycis lobis acutis vel acuminatis; petalis violaceis, emarginato-bilobis, calyce 2—4 plo longioribus; carpellis dorso sublaevibus, faciebus transverse rugulosis, dorso et margine rotundatis.

In cultis, ruderatis, arenosis, ad vias. Attica: ad Phalerum (Heldr.), pr. Athenas (Haussk.); Messenia (Sibth.); ins. Sapienza (Chaub.); Cephalonia (Ung.); pr. Pessada (Heldr.); Zante (Sibth.); Creta: pr. Candia, Hierapetra (Raul.), Nipros (Spreitz.); Cycladum insula Syra (Weiss). — Apr. Maio ⊙.

2. Sectio *Olbia* Med. Malv. p. 41. — Pedunculi axillares, solitarii; carpophorum conicum vel hemisphaericum, radiatim striatum.

a. Fruticosae; pedunculi calyce breviores.

3. **L. unguiculata** Desf. hist. arb. I. p. 471; Marg. et R. fl. Zant. p. 34; [illegible] Reise p. 277; Bois. fl. or. I. p. 822; Weiss in z. b. G. 1869 p. 52; Raul. Cret. p. 726; Haussk. Symb. p. 42. —

L. olbia S. et S. pr. II. p. 46, non L. Sp. p. 690, quae floribus subsessilibus majoribus et carpellis tomentosis differt. — *L. bryonifolia* Tausch. in Flora XII. p. 179, an Mill. dict. n. 11. — Huc forsan *L. maritima* Ch. et B. fl. Pelop. p. 45 e Kalamata, non Gouan ill. p. 46, quae in regione mediterranea occidentali tantum provenit. — Exsicc.: Orph. fl. gr. n. 386; Heldr. herb. norm. n. 912; Rev. pl. Cret. n. 20 et in Baen. herb. europ. n. 4884.

Pube stellata tomentosa; caulibus elatis, ramosis; foliis petiolatis, infimis obtuse, intermediis acute 5 lobis, supremis trilobo-hastatis; epicalycis calyce subbrevioris lobis rotundatis; caliycs lobis ovatis, acuminatis; petalis violaceis, emarginato-bilobis, calyce 2—3 plo longioribus; carpellis scabridis, laevibus, dorso et margine obtusis.

In collibus saxosis, sepibus regionis inferioris. Attica: supra Kyprianos pr. Laurion (Heldr.); in isthmo Corinthiaco: pr. Megara, Kakiscala (Orph.), Lutraki (Heldr.); pr. Xylocastron Sicyoniae (Heldr.); Argolis: pr. Vromolimni in peninsula Methana (Haussk.), ins. Poros (Friedr.); Archipelagus (Sibth.); Creta (Sibth.): pr. Kissamos, (Reverch.), ad fluv. Jardanus (Weiss) pr. Canea, Tuzla, Dramia, Messara, Embaro (Raul.); Zante: pr. Argassi (Marg.). — Apr. Jul. ♄.

b. Herbaceae; pedunculi calyce longiores.

4. **L. thuringiaca** L. sp. p. 691: Bois. fl. or. I. p. 823; Hal. Beitr. fl. Epir. p. 16. — *L. ambigua* DC. pr. I. p. 440; Form. in Ver. Brünn 1896 p. 89, 1897 p. 65; forma foliorum lobis acutioribus, loboque medio multo longiore. — Icon: Rchb. f. 4854. — Exsicc: Hal. it. gr. II. a. 1893 (*var. longioba*).

Perennis, adpresse stellato-tomentella; caule erecto, ramoso; foliis petiolatis, inferioribus angulato 5 lobis, superioribus trilobis lobo medio longiore; pedunculis folio axillari subbrevioribus; epicalycis calyce brevioris lobis orbiculari-ovatis, acutis vel obtusiusculis, saepe dentato-lobulatis; calycis lobis ovato-triangularibus; petalis roseis, bilobis, calyce 3—4 plo longioribus; carpellis glabris, obsolete rugulosis, dorso et margine obtusis.

In fruticetis, silvaticis, humidiusculis, rare. Epirus: pr. Kalentini ad septentrionem urbis Arta (Hal.); Thessalia (Bois.): pr. Asproklisia, in valle Tempe (Form.) — Jul. Aug. ♃.

5. **L. punctata** All. auct. p. 26; Ch. et B. exp. p. 198, Fl. Pelop. p. 45; Marg. et R. fl. Zante p. 34; Bois. fl. or. I. p. 823; Raul. Cret. p. 726; Heldr. fl. Cephalon. p. 28; Haussk. symb. p. 42; Form. in Ver. Brünn 1895 p. 41, 1896 p. 89; Hal. in ö. b. Z. 1899 p. 24. — Icon: Rchb. f. 4853. — Exsicc.: Heldr. it. thessal. IV. a. 1885.

Annua, adpresse stellato-tomentella; caule erecto, ramoso; foliis petiolatis, infimis cordato-orbiculatis crenatis, intermediis 3—5 fidis, supremis hastato-trilobis lanceolatisve; pedunculis folio subaequilongis, fructiferis illo multo longioribus; epicalycis calycem subaequantis lobis late subcordatis, acuminatis; calycis lobis ovato-lanceolatis; petalis roseo-violaceis,

truncato-retusis, calyce subtriplo longioribus; carpellis glabris, obsolete rugulosis, dorso et margine obtusis.

Ad sepes, in cultis, fruticetis. Thessalia: pr. Orman Magula (Heldr.), Pharsalus, Sophades, Karditza (Haussk.), Velestinos (Form.); Aetolia: ad radices mt. Chalkis — Varassova hodie — (Hal.); Corcyra; pr. urbem, Alepu, Kanali, Kanoni, Gasturi, Potamos, Evropuli, Afra (Form.); Cephalonia: pr. Spilaea, Pessada, Same, Lixuri (Heldr.); Zante: supra colles Akroteri (Marg.); in Strophadum insula minore (Reis.); Elis: pr. Lechena (Heldr.); Messenia: pr. Korone, Messene, Thuria (Chaub.); Creta: pr. Khalepa (Raul.). — Maio, Jun. ⊙.

3. Sectio. *Stegia* DC. fl. fr. IV. p. 835. — Pedunculi axillares, solitarii; carpophorum apice in discum concavum, carpella tegentem expansum.

6. **L. trimestris** L. sp. p. 692; Ch. et B. exp. p. 198, Fl. Pelop. p. 45; Bois. fl. or. I. p. 823. — Icon: Rchb. f. 4852. —

Hirta vel glabrata; caule erecto, ramoso; foliis petiolatis, inferioribus cordato-orbiculatis vel cordato-ovatis, summis trilobis; pedunculis elongatis; epicalycis calyce brevioris, demum valde accreti reticulati lobis triangulari-acutis, saepe dentatis; calycis lobis ovato-lanceolatis; petalis roseo-violaceis, truncato-subretusis, calyce 4—5 plo longioribus; carpellis glabris, valde rugosis, dorso et margine rotundatis.

In cultis, arenosis. Messenia: pr. Methone (Chaub.); a recentioribus non lecta. — Apr. Maio ⊙. N. v.

C. Epicalyx triphyllus, rarius diphyllus.

7. **Malope** L. gen. n. 841.

1. **M. malacoides** L. sp. p. 692; S. et S. pr. II. 47; Pieri Corc. fl. p. 95; Ch. et B. exp. p. 199, Fl. Pelop. p. 45; Friedr. Reise p. 283; Fraas fl. class. p. 100; Bois. fl. or. I. p. 817; Raul. Cret. p. 725; Gelmi in bull. soc. bot. ital. 1889 p. 448; Hal. Beitr. fl. Aetol. p. 5. — Icon: Rchb. f. 4830. — Exsicc.: Gerold pl. corcyr. a. 1890; Orph. fl. gr. n. 825 (Chios).

Pilis e tuberculo ortis hispida; caulibus adscendentibus, simplicibus vel ramosis; foliis petiolatis, ovatis vel oblongis, crenatis; pedunculis elongatis; foliolis epicalycis 3, cordatis, acuminatis, calyce dimidio brevioribus; calycis lobis lanceolatis; corolla rosea, calyce triplo longiore; carpellis glabris, rugulosis.

In dumosis, olivetis. Corcyra (Pieri): pr. Afra (Gerold); Acarnania: pr. Kravassaras (Hal.); Aetolia: pr. Mesolongion, Krionerion (Hal.); Boeotia: pr. Lebadea (Fraas); Elis: mt. Sekli pr. Alithura (Friedr.); Messenia: pr. Methone, Pylos, Phigalea, Messene (Chaub.); Creta (Sibth.). — Maio, Jul. ♃.

8. Malva L. gen. n. 841.

1. Sectio. *Bismalva* DC. pr. I. p. 432, sensu ampliori. — Pedunculi axillares solitarii.

a. Epicalyx triphyllus.

1. **M. moschata** L. sp. p. 690; Hal. in z. b. G. 1899 p. 709. — Huc probabiliter: *M. Tourneforliana* S. et S. pr. II. p. 46; Ch. et B. fl. Pelop. p. 45; Bois. fl. or. I. p. 818. — Icon: Rchb. f. 4841. — Exsicc.: Heldr. it. gr. septentr. a. 1879, Pl. fl. hellen. a. 1897.

Perennis, glabrescens vel sparse hirsuta; caule elato; foliis petiolatis, inferioribus orbiculatis, lobatis vel crenatis, caeteris in lacinias lineares multipartitis; pedunculis sub anthesi brevibus, fructiferis parum elongatis; foliolis epicalycis linearibus, utrinque attenuatis, calycis tubum aequantibus; calycis lobis late triangularibus; corolla rosea, calyce triplo longiore; carpellis sublaevibus, dorso hirsutis.

In regione abietina. Aetolia: mt. Korax (Heldr.); Laconia: mt. Taygetos l. d. Koromila (Zahn); Messenia: inter Andrusa et Messene (Chaub.). — Icon: Aug. ♃.

Obs. *M. alcea* L. sp. p. 689 et *M. fastigiata* Cav. Mon. diss. II. p. 75 indicantur in Ch. et B. fl. Pelop. p. 45 ut a Gittard, qui plures species Hispaniae et Africae ex confusione schedularum in Graecia indicavit, in Messenia collectae, sed probabiliter erronee, nam nemo recentiorum has species in Graecia legit.

2. **M. cretica** Cav. mon. diss. II. p. 67; Bois. fl. or. I. p. 818, suppl. p. 131; Weiss in z. b. G. 1869 p. 52; Raul. Cret. p. 726; Speitz. in z. b. G. 1877 p. 721, 1887 p. 656; Haussk. symb. p. 42; Hal. Beitr. Fl. Achaia p. 16, in ö. b. Z. 1897 p. 61; Heldr. fl. Aegin. p. 290. — *M. althaeoides* S. et S. pr. II. p. 44; Ch. et B. exp. p. 197, Fl. Pelop. p. 44, non Cav. — *Althaea hirsuta* Sieb. avis p. 4, in Isis 1823 p. 457, non L. — Icon: Fl. gr. t. 664. — Exsicc.: Heldr. herb. norm. n. 151; Reverch. pl. cret. n. 19. —

Annua, patule hirta, caule erecto; foliis petiolatis, infimis orbiculatis, crenatis vel obtuse 3—5 lobatis, superioribus 3—5 partitis, lobis oblongo-lanceolatis, dentatis; pedunculis folio longioribus; foliolis epicalycis anguste linearibus, calyce triente brevioribus; calycis lobis lanceolato-acuminatis; corolla coerulescente, calyce vix longiore; carpellis rugulosis, glabris. — *Althaeae hirsutae* facie valde similis, ab ea epicalyce triphyllo, non 6—9 fido, statim distinguitur.

In arvis, collibus siccis, lapidosis regionis inferioris. Attica: pr. Athenas (Sibth.), mt. Kerata (Haussk.), Hymettus, pr. Pikermi, Buliasmene, Thorikos distr. Laurion (Heldr.); ins. Hydra (Pichl.); Acrocorinthus (Haussk.); Argolis: pr. Nauplia (Haussk.); ins. Aegina: pr. Paleochora, mt. Oros (Heldr.); Sporadum insula Jura (Leon.); Creta: pr. Kissamos (Rev.), Canea (Weiss), Akroteri, Malaxa, Hagios Paulos, Lutro, Francocastello (Raul.); Messenia: pr. Messene, Phigalea, Arcadia (Chaub.);

Achaia: pr. Patras (Hal.); Ithaca: pr. Vathy (Spreitz.); Corcyra: mt. Deca, Santa Croce (Spreitz.). — Apr. Jun. ⊙.

b. Epicalyx diphyllus.

3. **M. aegyptia** L. sp. p. 690; Bois. fl. or. I. p. 818, suppl. p. 131; Weiss in z. b. G. 1869 p. 52; Haussk. symb. p. 42; Heldr. fl. Aegin. p. 290. — Icon: Cav. diss. t. 17, f. 1. — Exsicc.: Heldr. herb. norm. n. 363; Orph. fl. gr. n. 1019. —

Annua; caulibus decumbentibus vel adscendentibus, adpresse strigosis; foliis petiolatis, orbiculatis, bipalmatipartitis, laciniis linearibus; pedunculis 1—2 floris, folio sublongioribus; foliolis epicalycis linearibus, calyce brevioribus, hispido-pilosis; calycis lobis triangularibus, acuminatis, margine et ad nervos hispidis, corollam minutam subaequantibus; carpellis rugosis, glabris.

In collibus apricis. Attica: mt. Pentelicon (Pichl.), Kerata (Haussk.), pr. Eleusis, Heracleon, in colle Munychiae, in colle Lycabetto, ad Phalerum, Piraeum (Heldr.), Kamariza distr. Laurion (Haussk.); Euboea (Sprun.); insula Syra (Weiss), Aegina (Heldr.). — Apr. Maio ⊙.

2. Sectio. *Fasciculatae* DC. pr. I. p. 432. — Pedunculi axillares, cymoso-fasciculati aut glomerati; epicalyx triphyllus.

a. Foliola epicalycis oblonga.

α. Petala 20—25 mm longa, calyce 3—4 plo longiora.

4. **M. silvestris** L. sp. p. 689; S. et S. pr. II. p. 45; Ch. et B. exp. p. 197, Fl. Pelop. p. 44; Marg. et R. Fl. Zante p. 34; Fraas fl. class. p. 99; Clem. sert. p. 26; Heldr. Nutzpfl. p. 52, Fl. Cephalon. p. 28, Fl. Aegin. p. 290, Chlor. Thera p. 10; Bois. fl. or. I. p. 819; Raul. Cret. p. 726; Spreitz. in z. b. G. 1877 p. 721; Form. in D. b. Mon. 1891 p. 39, in Ver. Brünn 1895 p. 41; Hal. Beitr. Fl. Epir. p. 16. — Icon: Rchb. f. 4840. —

Patule plus minus hrisuta; caulibus erectis vel adscendentibus; foliis majusculis, petiolatis, cordato-orbiculatis, obtuse 5—7 lobis; floribus 3—6 fasciculatis; pedunculis inaequalibus, folio brevioribus; foliolis epicalycis calyce subbrevioribus; calycis demum accreti lobis triangularibus; petalis violaceis, ungue barbatis; carpellis reticulato-rugosis, dorso planis, margine acutis integris.

α. **typica.** Pedunculi et petioli hirsuti; petala profunde emarginata; carpella glabra.

β. **mauritiana** L. sp. p. 689; Friedr. Reise p. 283, pro sp. Bois. fl. or. I. p. 819. — Pedunculi et petioli glabri; folia obtusius lobata; petala minus profunde emarginata.

γ. **eriocarpa** Bois. fl. or. I. p. 819; Weiss in z. b. G. 1869 p. 52; Haussk. symb. p. 42; Bald. in nuovo giorn. bot. ital. 1894 p. 93; Form. in Ver. Brünn 1896 p. 89, 1897 p. 65. — Carpella plus minus dense tomentosa. — Exsicc.: Sint. it. thessal. n. 511.

In ruderatis, neglectis, arvis, herbidis totius ditionis; varietatem γ. tantum vidi. — Apr. Aug. ⊙.

5. **M. ambigua** Guss. fl. sic. II. p. 331, syn. fl. sic. II. p. 225. — Exsicc.: Heldr. et Hal. fl. aegaea a. 1889.

Plus minus dense hirsuta; caulibus prostratis vel adscendentibus; foliis parvis, petiolatis, cordato-orbiculatis, inferioribus obtusiuscule 5 lobis, summis acute 3 lobis, lobo intermedio longiore; floribus 1—3 fasciculatis; pedunculis fructiferis folium aequantibus vel superantibus; foliolis epicalycis calyce dimidio brevioribus; calycis demum accreti lobis triangularibus; petalis violaceis, ungue barbatis; carpellis reticulato-rugosis, tomentosis, dorso planis, margine acutis, integris. — Praeter notas indicatas floribus minoribus habituque gracili a praecedente distinguitur. — Planta graeca convenit cum *f. microphylla* Rouy et Fouc. fl. fr. IV. p. 35, foliis 1—3 cm tantum latis, subtomentosis, floribus sat remotis.

In incultis Cycladum insulae Jos (Heldr.) et certe alibi. — Apr. Aug. ⊙ et ⊙.

β. Petala circa 10 mm longa, calyce duplo longiora.

6. **M. nicaeensis** All. fl. ped. II. p. 40; Ch. et B. exp. p. 197, Fl. Pelop. p. 44; Friedr. Reise p. 284; Marg. et Reut. fl. Zante p. 34; Heldr. Nutzpfl. p. 52, Fl. Cephal. p. 28; Bois. fl. or. I. p. 819; Raul. Cret. 1869 p. 726; Weiss in z. b. G. 1869 p. 52 et 746; Haussk. symb. p. 42. — Icon: Rchb. f. 4838.

Plus minus hirta; caulibus prostratis vel adscendentibus; foliis longe petiolatis, cordato-orbiculatis, obtuse 5—7 lobis; floribus 3—6 fasciculatis; pedunculis brevibus, fructiferis erecto-patulis; foliolis epicalycis calyce brevioribus; calycis demum accreti lobis triangularibus; petalis pallide violaceis, ungue barbatis; carpellis reticulato-rugosis, glabris vel pubescentibus, dorso planis, margine acutis integris. — A praecedentibus floribus parvis, a sequentibus foliolis epicalycis latis statim diagnoscenda.

In ruderatis, ad vias regionis inferioris. Indicatur in Thessalia: pr. Trikala, Pharsalus (Haussk.); Attica: pr. Eleusis, Athenas (Haussk.); Argolis: pr. Epidaurus (Friedr.); Arcadia: pr. Carithena, Tripolizza (Chaub.); Creta: pr. Canea (Weiss), Nerokuru (Raul.); Zante (Marg.); Cephalonia: pr. Argostoli (Heldr.). — Apr. Jul. ⊙. N. v.

b. Foliola epicalycis linearia.

7. **M. rotundifolia** L. sp. p. 688; S. et S. pr. II. p. 45; Dallap. prosp. p. 94; Ch. et B. exp. p. 198, Fl. Pelop. p. 45; Marg. et R. Fl. Zante p. 34; Friedr. Reise p. 267; Fraas fl. class. p. 99; Heldr. Nutzpfl. p. 52, Fl. Cephal. p. 28; Bois. fl. or. I. p. 820; Haussk. symb. p. 42. — *M. neglecta* Wallr. syll. Ratisb. I. p. 140; Form. in Ver. Brünn 1896 p. 89, 1897 p. 65. — *M. vulgaris* Fr. nov. ed. 2 p. 219. — Icon: Rchb. f. 4836. — Exsicc.: Heldr. it. thessal. IV. a. 1885.

Plus minus hirta; caulibus erectis vel adscendentibus; foliis longe petiolatis, cordato-orbiculatis, obsolete lobatis; floribus 2—6 fasciculatis; pedunculis defloratis deflexis; foliolis epicalycis parvis; calycis demum accreti lobis triangularibus; petalis pallide violaceis, ungue barbatis, calyce duplo longioribus, carpellis laevibus, tomentellis, margine acutis integris.

In ruderatis, ad vias regionis inferioris et montanae. **Attica**: ad Phalerum (Friedr.); Argolis, Messenia (Sibth.); **Thessalia**: pr. Miluna in Olympo, Han Kriavris in valle Penei, pr. Sermenikon, Malakasi (Form.), ad monasterium Korona, mt. Karava (Haussk.); Cephalonia (Dallap.): pr. Argostoli (Heldr.); Zante (Marg.). — Apr. Jun. ⊙.

8. **M. parviflora** L. sp. ed. 2 p. 969; S. et S. pr. II. p. 44; Ch. et B. exp. p. 197, Fl. Pelop. p. 44; Bois. fl. or. I. p. 820; Weiss in z. b. G. 1869 p. 52; Raul. Cret. p. 726; Haussk. Symb. p. 42. — Icon: Rchb. f. 4833. — Exsicc.: Heldr. fl. hellen. a. 1878 et 1894.

Plus minus hirta; caulibus erectis vel adscendentibus; foliis longe petiolatis, cordato-orbiculatis, obsolete 5—7 lobis; floribus 2—6 fasciculatis; pedunculis brevibus, fructiferis patulis; foliolis epicalycis parvis; calycis demum accreti lobis rotundatis, mucronatis; petalis pallide violaceis, ungue glabris, calyce sublongioribus; carpellis reticulato-rugosis, glabris vel hirtis, margine denticulatis. — Praeter notas indicatas, petalis parvis a praecedentibus facile distinguitur.

In ruderatis, ad vias regionis inferioris. **Attica**: in Acropoli Athenarum, pr. Cephissia (Heldr.), Eleusis (Haussk.); Corinthus (Haussk.); Argolis (Sibth.); **Arcadia**: pr. Tripolizza, Carithena (Chaub.); **Creta**: pr. Canea (Heldr.); Cycladum insula Syra (Weiss); **Thessalia**: pr. Pharsalus (Haussk.) et certe alibi. — Apr. Jul. ⊙.

XVIII. Ordo. Tiliaceae Juss. gen. p. 289.

1. Tilia L. gen. n. 660.

a. Flos staminodiis instructus; stamina petalis breviora.

1. **T. tomentosa** Moench. Verz. Bäume Weissenst. p. 136. — *T. alba* W. et K. icon. pl. rar. Hung. I. p. 3, t. 3. — *T. argentea* Desf. in DC. hort. monspel. p. 66; Fraas fl. class. p. 99; Heldr. Nutzpfl. p. 53, in Sitzungsb. Acad. Wiss. Berlin 1883 p. 159; Bois. fl. or. I. p. 847; Haussk. symb. p. 42; Bald. in nuovo giorn. bot. ital. 1894 p. 93; Chloros Waldverh. Griechenl. p. 38. — Exsicc.: Orph. fl. gr. n. 867.

Foliis a basi cordata subobliqua ovato-orbiculatis, subtus canotomentosis; capsula coriacea, ovato-globosa, costis non vel vix prominulis.

In silvis montanis. **Epirus**: pr. Delvinon (Bald.); **Thessalia**: ad monasterium Korona in Pindo dolopico (Heldr.), pr. Litochoron in mt. Olympo (Orph.), mt. Ossa (Heldr.); **Euboea**: pr. Kumi (Fraas): **Laconia**: mt. Malevo (Orph.). — Maio, Jun. ♃.

b. Flos staminodiis destitutus; stamina petalis longiora.

2. **T. vulgaris** Hayne Arzneigew. III. t. 47; Form. in d. bot. Mon. 1891 p. 39. — *T. europaea* L. sp. p. 514 p. p.; S. et S. pr. I. p. 362, II. p. 359; Pieri Corc. fl. p. 66; Ch. et B. exp. p. 146, Fl. Pelop. p. 33. — *T. intermedia* DC. pr. I. p. 513; Bois. fl. or. I. p. 847; Heldr. in Sitzungsb. Acad. Wiss. Berlin 1883 p. 159; Haussk. symb. p. 42; Chloros Waldverh. Griechenl. p. 38. — *T. microphylla* Heldr. Nutzpfl. p. 53; Chloros l. c., non Vent. diss. in mem. inst. IV. p. 5. —

Foliis a basi subaequali cordata orbiculatis, abrupte acuminatis, subtus concoloribus, ad nervorum axillas barbatis; capsula sublignosa, ellipsoidea vel obovata, costis prominentibus.

α. **platyphylloides** Rouy fl. fr. IV. p. 22. Foliis subtus nervis pilosis, capsula brevissime mucronata. — Exsicc.: Orph. fl. gr. n. 1130.

β. **affinis** Rouy. l. c. Foliis subtus (nervorum axillis exceptis) glabris; capsula longiuscule mucronata. — Exsicc.: Orph. fl. gr. n. 868; Sint. it. thessal. n. 698.

In silvis montanis. Thessalia: in Pindo (Sibth.) tymphaeo et dolopico (Haussk.), mt. Ossa (Heldr.), Oeta (Chloros); Euboea: mt. Pyxaria Orph.); Achaia: mt. Kyllene (Orph.); Laconia (Sibth.): mt. Malevo Orph.), Taygetos (Psarides); Corcyra (Pieri). — Jun. Jul. ♄.

Obs. 1. *Corchorus olitorius* L. sp. p. 529; Heldr. Nutzpfl. p. 53; Bois. fl. or. I. p. 845; Raul. Cret. p. 727, colitur in hortis et subspontanea pr. Canea Cretae (Heldr.).

Obs. 2. Ex ordine *Aurantiaceae* Corr. ann. mus. VI. p. 376 coluntur in calidioribus locis, praesertim in Argolide pr. Poros, Nauplia, Argos, Troezene, in Laconia, Messenia, Achaia, in Euboea meridionali, in insulis Cycladum et Jonicis, in Creta: *Citrus medica* L. sp. p. 782; Dallap. prosp. p. 101; Ch. et B. exp. p. 229; Fl. Pelop. p. 52; Friedr. Reise p. 273; Heldr. Nutzpfl. p. 54; Raul. Cret. p. 731; Form. in Ver. Brünn 1895 p 41. — *C. decumana* L. sp. ed. 2. p. 1101; Fraas fl. class. p. 85; Heldr. Nutzpfl. p. 54. — *C. limetta* Risso ann. mus. XX. p. 195; Ch. et B. exp. p. 229; Fl. Pelop. p. 52; Heldr. Nutzpfl. p. 54. — *C. limonum* Risso ann. mus. XX. p. 201; Ch. et B. exp. p. 229; Fl. Pelop. p. 52; Heldr. Nutzpfl. p. 54; Fl. Cephalon. p. 30; Chlor. Thera p. 28; Raul. Cret. p. 731; Form. in Ver. Brünn 1895 p. 41. — *C. aurantium* L. sp. p. 782; Dallap. prosp. p. 104; Ch. et B. exp. p. 229; Fl. Pelop. p. 53; Friedr. Reise p. 277; Fraas fl. class. p. 87; Heldr. Nutzpfl. p. 55; Fl. Cephalon. p. 29; Raul. Cret. p. 731; Form. in Ver. Brünn 1895 p. 41. — *C. vulgaris* Risso ann. mus. XX. p. 190; Ch. et B. exp. p. 229; Fl. Pelop. p 53; Heldr. Nutzpfl. p. 55; Fl. Cephalon. p. 29; Raul. Cret. p. 731. — *C. deliciosa* Ten. sull. aranc. mandar. p. 11; Heldr. Nutzpfl. p. 55.

XIX. Ordo. Hypericaceae DC. theor. elem. p. 214.

1. Androsaemum All. fl. ped. II. p. 47.

1. **A. officinale** All. l. c. — *Hypericum androsaemum* L. sp. p. 784; S. et S. pr. II. p. 114; Ch. et B. exp. p. 15; Fl. Pelop. p. 53. — Icon: Rchb. f. 5192.

Fruticosum, glabrum; caule erecto, ramoso, superne subancipiti; foliis magnis, sessilibus, cordato-ovatis; cyma terminali, laxe pauciflora; floribus inodoris; sepalis ovatis, obtusis, integris, diu persistentibus; petalis calyce parum longioribus; stylis arcuatis, ovario brevioribus; capsula baccata, indehiscenti.

In agro Laconico (Sibth.); a recentioribus non lectum. — Jun. Jul. ♃.

2. **A. hircinum** L. sp. p. 784; S. et S. pr. II. p. 115; Sieb. avis p. 4, rem. p. 4; Ch. et B. exp. p. 151, Fl. Pelop. p. 53; Boiss. fl. or. I. p. 789; Raul. Cret. p. 724; Bald. viagg. Creta p. 39; (*Hypericum*): Spach. suit. Buff. V. p. 419. — Icon: Fl. gr. t. 733. — Exsicc.: Orph. fl. gr. n. 820; Bald. it. cret. n. 3.

Fruticosum, glabrum; caule erecto, valde ramoso, subtetragono; foliis sessilibus, ovato-lanceolatis vel ellipticis; cyma terminali, laxiflora; floribus hircino-foetidis; sepalis lanceolatis, integris, cito deciduis; petalis calyce 3—4plo longioribus; stylis rectis, ovario sextuplo longioribus; capsula apice dehiscenti.

Ad sepes, in humidis umbrosis. Messenia: pr. Pylos (Zahn), Messene (Chaub.); Laconia: mt. Malevo pr. Platanos (Orph.); Creta: pr. Platania (Sibth.), Murnies, Rumata, Sevronas, Ennechoria, Perivolia, Hagia Rumeli (Raul.). — Jun. Jul. ♃.

Obs. *Hypericum inodorum* Willd. sp. III. p. 1449; Spreng. syst. veg. III. p. 345; Raul. Cret. p. 725: erronee in Creta indicatur.

2. Hypericum L. gen. n. 902.

Dispositio specierum:

I. Herbae, basi saepe suffrutescentes: folia opposita.

A. Sepala inaequalia, integerrima, marginibus imbricata.

1. Sect. Olympia Spach. Capsulae valvae obsolete vittatae.

1. H. olympicum L.

B. Sepala aequalia, marginibus non imbricata.

2. Sect. Drosocarpium Spach. Capsulae valvae vesiculis subrotundis vel ovatis [illegible]

a. Sepala obtusa, glandulis marginalibus subsessilibus, rarius nullis

2. H. vesiculosum Griseb.

b. Sepala acuta, glanduloso-denticulata vel fimbriata.

α. Sepala glanduloso-denticulata

3. H. Sprunneri Boiss. **4. H. Apollinis** Boiss. et Heldr.

β. Sepala fimbriata [illegible]

5. H. barbatum Jacq.

3. Sectio. *Millepora* Spach. Capsulae valvae longitudinaliter 1—3vittatae, utroque latere vesiculis ovatis vel oblongis, saepius obliquis transverse obsitae.

a. Folia caulis floriferi cordato-amplexicaulia.

6. H. **perfoliatum** L.

b. Folia non cordata-amplexicaulia.

α. Caules tenuiter filiformes, prostrati vel adscendentes; sepala nigropunctata, glanduloso-denticulata.

7. H. **trichocaulon** Bois. et Heldr. 8. H. **Kelleri** Bald.

β. Caules erecti, rigidi; sepala nec nigro-punctata nec denticulata.

9. H. **perforatum** L.

4. Sectio. *Taeniocarpia* Jaub. et Spach. Capsulae valvae longitudinaliter multivittatae.

a. Caules elati, rigidi, erecti vel adscendentes.

α. Caulis simplex vel ramosus.

× Caulis quadrangulus.

10. H. **acutum** Moench. 11. H. **quadrangulum** L.

×× Caulis teres vel bilineatus.

○ Folia glabra.

. Folia saltem media et superiora anguste-linearia.

12. H. **tymphresteum** Bois. et Spr.

.. Folia ovata vel ovato-oblonga.

13. H. **pulchrum** L. 14. H. **montanum** L.

○○ Folia hirsuta.

15. H. **delphicum** Bois. et Heldr. 16. H. **atomarium** Bois.

β. Caules a basi pyramidatim et decussatim ramosissimi, ramis rigidis divaricatis.

17. H. **crispum** L.

b. Caules caespitosi, nani, filiformes, simplices, e rhizomate crasso lignoso orti.

18. H. **fragile** Heldr. et Sart.

II. Frutices; folia verticillata, sempervirentia.

5. Sectio. *Coridia* Spach. Capsulae valvae dorso bivittatae, lateraliter vesiculis obliquis obsitae.

19. H. **empetrifolium** Willd.

I. Herbae, basi saepe suffrutescentes; folia opposita.

A. Sepala inaequalia, integerrima, marginibus imbricata.

1. Sectio. *Olympia* Spach. suit. Buff. V. p. 406. Capsulae valvae obsolete vittatae.

1. H. **olympicum** L. sp. p. 784; Ch. et B. exp. p. 151, Fl. Pelop. p. 53; Ung. Reise p. 137; Bois. fl. or. I. p. 790; Heldr. in Sitzungsb. Acad. Wiss. Berlin 1883 p. 4, Chlor. Parn. p. 15; Form. in D. bot. Mon. 1891 p. 39, in Ver. Brünn 1896 p. 89, 1897 p. 65; Haussk. symb. p. 42; Hal. Beitr. Fl. Achaia p. 16, in ö. b. Z. 1895 p. 219. — *Olympia glauca* Spach. suit. Buff. V. p. 406. — Icon: Fl. gr. t. 772. — Exsicc.: Heldr. herb. norm. n. 254 et 1415; Orph. fl. gr. n. 110; Sint. it. thessal. n. 531.

Glabrum, glaucum, basi suffrutescens; caulibus adscendentibus: foliis sessilibus, elliptico-linearibus, pellucide-punctatis; cyma terminali 1—6 flora; calycis, fructiferi accreti, laciniis pellucide-punctatis, exterioribus late ovatis cuspidatis, interioribus ovato-oblongis acutis; petalis impunctatis, calyce duplo longioribus; seminibus foveolato-lineatis.

β. minus Ch. et B. fl. Pelop. p. 53; Haussk. symb. p. 42; Form in Ver. Brünn 1896 p. 89. — *H. orbiculare* Hal. in ö. b. Z. 1890 p. 405. — Omnibus partibus multo minor, calycis laciniae saepius minus cuspidatae. — Formis intermediis gradatim typo confluit.

In saxosis aridis montosis, usque in regionem abietinam adscendens. Thessalia: frequens in Pindo dolopico (Haussk.), in mt. Chassia, in Olympo pr. Patsios et Tafilvris, in mt. Ossa pr. Selicany et Spilaea (Form), mt. Pelion (Heldr.); mt. Parnassus pr. Rachova (Guicc.); Euboea: pr. Loto (Ung.), Steni (Pichl) in mt. Dirphys (Heldr.); Achaia: mt. Chelmos pr. Syvista (Hal.) et Ghiona (Orph.), mt. Kyllene (Heldr.); Laconia: mt. Malevo (Orph.), mt. Taygetos, pr. Megali-Anastasova (Heldr.), Androvista, Kardamyle (Chaub.); Arcadia: pr. Carithena, mt. Diaforti (Chaub.). — Maio, Jul. ♃.

B. Sepala aequalia, marginibus non imbricata.

2. Sectio. *Drosocarpia* Spach. suit. Buff. V. p. 358. Capsulae valvae vesiculis subrotundis vel ovatis inordinatim conspersae.

a. Sepala obtusa, glandulis marginalibus subsessilibus rarius nullis.

2. **H. vesiculosum** Griseb. spic. I. p. 226; Bois. fl. or. I. p. 813: Hal. in z. b. G. 1899 p. 710. — Exsicc.: Orph. herb. n. 3711; Heldr. herb. norm. n. 1415.

Glabrum, glaucum, basi suffrutescens; caulibus teretibus, elatis; foliis coriaceis, crebre pellucide-, interdum etiam sparsim nigro-punctatis, infimis oblongis crenulato-denticulatis, caeteris cordato-amplexicaulibus, ovato-orbiculatis obtusissimis, summis ovatis obtusiusculis; cymis paniculato-corymbosis, sepalis oblongo-rotundatis, nigro-punctatis; petalis nigro-striatis, calyce 3plo longioribus; capsula vesiculis crassis ovatis conspersa; seminibus longitudinaliter undulato-striatis. — Caules 40 — 80 cm alti, folia elevatim nervosa, saepe pollicem et amplius longa lataque.

In lapidosis regionis abietinae rare. Thessalia: mt. Olympus inter Litochoron et Hagios Dionysios (Orph.); Achaia: pr. coenobium Megaspilaeon (J. St. Mill); Laconia: ad radices mt. Taygetos pr. Selitza (Heldr.); Messenia: pr. Kalamata (Zahn). — Jun. Jul. ♃.

b. Sepala acuta, glanduloso-denticulata vel fimbriata.

α. Sepala glanduloso-denticulata.

3. **H. Spruneri** Bois. diagn. VIII p. 112, Fl. or. I. p. 814; Form. in D. bot. Mon. 1891 p. 39, in Ver. Brünn 1897 p. 66. Haussk. symb. p. 43; Hal. Beitr. Fl. Epir. p. 16, Beitr. Fl. Aetol.

p. 5. — *H. ferrugineum* Bois. et Heldr. diagn. ser. 2, I. p. 104, Fl. or. I. p. 815, forma foliis superioribus basi vix dilatatis. — Exsicc.: Sint. et Bornm. it. turc. n. 1183; Heldr. it. Thessal. IV. a. 1885.

Glabrum, glaucum; caulibus erectis, rigidulis, subsimplicibus, obsolete bilineatis; foliis sessilibus, oblongis vel oblongo-lanceolatis, inferioribus vix punctatis, superioribus cordato-amplexicaulibus, pellucide- et parce nigro-punctatis; cyma corymbosa, laxa; sepalis lanceolatis, capsulae adpressis, petalisque nigro-punctatis; petalis calyce 2—3 plo longioribus; capsula crebre vesiculosa; seminibus longitudinaliter undulato-striatis. — *H. rumelico* Bois. diagn. VIII. p. 114, Fl. or. I. p. 815, foliis angustioribus, non pellucide punctatis, sepalis longius glanduloso-denticulatis diverso, maxime affine.

In fruticetis regionis inferioris et montanae Thessalia: mt. Pelion (Heldr.), pr. Litochoron et Scala (Orph.) in mt. Olympo (Heldr.); pr. Kerasia Sina et Kucuro in mt. Chassia, pr. Konisko, Vlachava, Kalabaka, Sermenikon (Form.), mt. Ghavellu et ad monasterium Korona in Pindo, pr. Pharsalus (Haussk); Epirus: pr. Kalarrytes, Vulgarelion (Hal.); Acarnania: pr. Agrinion (Hal.); Aetolia: mt. Tymphrestus (Sprun.). — Jun. Jul. ♃.

4. **H. Apollinis** Bois. et Heldr. diagn. ser. 2, I p. 105, Fl. or. I. p. 791, suppl. p. 126; Heldr. chlor. Parn. p. 15; Hal. in ö. b. Z. 1897 p. 282. — *H. rumelicum* Bald. riv. coll. bot. Alb. 1895 p. 21, 1896 p. 39, non Bois., quod caulibus erectis rigidulis, foliis oblongo-linearibus non pellucido-punctatis, longius glanduloso-denticulatis, floribus capsulisque minoribus differt. — Exsicc.: Heldr. herb. norm. n. 650; Orph. fl. gr. n. 1050; Bald. it. Alb. Epir. III. n. 26, IV. n. 16; Sint. it. thessal. n. 883. —

Glabrum, glaucum, multicaule; caulibus tenuibus, brevibus, prostratis vel adscendentibus, teretibus, simplicibus; foliis sessilibus, parce pellucide-, margineque nigro-punctatis, ovatis vel oblongis, obtusiusculis, superioribus basi subcordatis; cyma 1—7 flora; sepalis oblongis, capsulae non adpressis, petalisque nigro-punctatis; petalis calyce 3 plo longioribus; capsula obsolete sparseque vesiculosa; seminibus longitudinaliter undulato-striatis. — Differt a *H. Spruneri* caulibus tenuibus, numerosis, prostratis, foliis latioribus brevioribusque, parce pellucide-punctatis, cyma pauciflora, sepalis capsulae non adpressis, floribus capsulisque majoribus. — Video sepala in speciminibus numerosis semper aequalia, marginibus non se tegentibus, quare speciem non in sectione *Olympia*, sed in *Drosocarpia* enumero, ad quam caeteris etiam notis multo magis spectat et ab auctore ipso primo (in diagn. pl. or. VIII. p. 112) ducta fuit.

In saxosis regionis mediae et superioris, rare. Boeotia: mt. Helicon (Orph.); mt. Oeta, Parnassus (Heldr.), Korax (Tuntas); Epirus: mt. Plaka pr. Chaliki (Sint.), mt. Peristeri (Hal.), mt. Micikeli et Olycika (Bald.). — Iun. Jul. ♃.

β. Sepala fimbriis eglandulosis ciliata.

5. **H. barbatum** Jacq. fl. austr. III p. 33, t. 256; **Bois. fl.** or. I p. 816; Form. in D. bot. Mon. 1891 p. 39.

Glabrum, glaucum; caulibus adscendentibus, teretibus; **foliis** sessilibus, parcissime pellucido-punctatis; cyma corymbosa; **sepalis oblongo-lanceolatis**, petalisque nigro-punctatis, fimbriis setaceis, **sepali latitudine** aequilongis vel longioribus ciliatis; petalis calyce triplo **longioribus**; seminibus longitudinaliter undulato-striatis.

α. **typicum.** Caules elatiores; folia oblongo-lanceolata, **omnia** sat crebre nigro-punctata. — Exsicc.: N. v.

β. **pindicolum** Haussk. Symb. p. 43; Form. in Ver. **Brünn 1896** p. 90; Hal. Beitr. Fl. Thessal. p. 10, Bald. riv. coll. **bot. Alb. 1895** p. 22. — Caules elatiores; folia oblongo-lanceolata, non **vel ad** margines tantum parcissime nigro-punctata. — Exsicc.: **Heldr. it. thessal.** IV a. 1885; Sint. it. thessal. n. 955. —

γ. **epirotum.** — *H. barbatum* v. *pindicolum* **Bald. riv. coll. bot.** Alb. 1896 p. 39. — Caules minus elati; folia anguste **lineari-lanceolata**, non vel ad margines tantum parcissime nigro-punctata; cyma **conferta**. — Exsicc: Bald. it. Alb. Epir. IV. n. 311.

δ. **trichanthum** Bois. et Spr. Diag. ser. 2, I. p. 105 **pro sp.**; Bois. fl. or. I. p. 816; Hal. Beitr. Fl. Epir. p. 16. — **Caules pumili**, dense foliosi; folia latiuscula, non vel parce **nigro-punctata.** — **Exsicc.**: Heldr. herb. norm. n. 651; Hal. it. gr. II. a. 1893.

In herbidis lapidosis regionis subalpinae et alpinae, rare. **Thessalia**: mt. Olympus (Aucher): *β.* in Pindi mt. Ghavellu (Heldr.), pr. **Malakasi** (Sint.), mt. Zygos (Haussk.), Dokimi, Ochsa Despot (Form.), **Oxya (Hal.)**, mt. Tsumerka et Peristeri (Bald.). — *γ.* mt. Smolika **distr. Konitza** in Epiro (Bald.); *δ.* mt. Peristeri (Hal.), mt. Tymphrestus Aetoliae (**Samarit.**). — Jul. Aug. ♃.

3. Sectio. *Millepora* Spach. Suit. Buff. V. p. 357. — Capsulae valvae longitudinaliter 1—3 vittatae, utroque latere vesiculis ovatis vel oblongis, saepius obliquis transverse obsitae.

a. Folia caulis floriferi cordato-amplexicaulia.

6. **H. perfoliatum** L. Syst. nat. ed. 12, II. p. 510; S. et S. pr. II. p. 116; Pieri Corc. fl. p. 112; Fraas fl. class. p. 111; **Heldr. fl.** Cephalon. p. 28; Haussk. Symb. p. 43. — *H. ciliatum* **Lam. dict** IV. p. 170; Ch. et B. exp. p. 152, Fl. Pelop. p. 53; **Marg. et R. fl.** Zante p. 35; Friedr. Reise p. 282; Ung. Reise p. 137; **Bois. fl. or. I.** p. 812; Weiss in z. b. G. 1869 p. 53; Raul. Cret. p. 725; **Spreitz.** in z. b. G. 1877 p. 721, 1887 p. 656; Gelmi in bull. soc. **bot. ital.** 1889 p. 448; Bald. in nuovo giorn. bot. ital. 1894 p. 93. — ***H. dentatum*** Lois. fl. gall. p. 499; Sieb. avis p. 4, rem. p. 4. — **Icon: Desf.** coroll. t. 41. — Exsicc.: Rev. pl. cret. n. 18; Sint. it. **thessal. n. 524**: Bald. it. cret. alt. n. 299.

Glabrum, glaucum; caulibus erectis, elatis, bilineatis; foliis pellucide et saepe nigro-punctatis, ovatis oblongisve, summis interdum glanduloso-denticulatis, ramorum sterilium parvis, elliptico-linearibus; cyma corymbosa; sepalis oblongo-lanceolatis, acutiusculis, nigro-punctatis, breviter glanduloso-denticulatis; petalis nigro-punctatis, calyce 2—3plo longioribus; seminibus longitudinaliter undulato-striatis. — Variat foliis latis (*f. latifolium*) Guss. en. pl. Inarim. p. 63) et angustis (*f. angustifolium* Parl. fl. ital. V. p. 537).

β. **Heldreichii** Bois. Diagn. VIII. p. 113 pro sp.; Bois. fl. or. I. p. 812; Weiss in z. b. G. 1869 p. 53; Raul. Cret. p. 725 t. 11; Heldr. fl. Cephalon p. 28; pro var. *H. ciliati.* — Humilius, folia omnia minuta, oblongo-elliptica, superiora margine glanduloso-dentata. — Exsicc.: N. v.

γ. **amblypetalum** Haussk. Symb. p. 43. — Sepala ovata, obtusa, brevius densiusque glanduloso-dentata. — Exsicc.: N. v.

In fruticetis regionis inferioris et montanae. Áttica: pr. Marathon (Heldr.), Hagios Mercurios (Ung.), Sunium (Gerold); Thessalia: pr. Malakasi, Neuropolis, Korona, Pharsalus (Haussk.), Kalabaka (Sint.); Aetolia: pr. Mesolongion (Heldr.); Achaia: pr. Patras (Hal.); Elis: pr. Pyrgos, Arcadia (Friedr.); Messenia: pr. Phigalea, insula Sapienza (Chaub.); Laconia: mt. Taygetos (Zahn); Creta: pr. Kissamos (Reverch.), Canea (Weiss), pr. Suda, Malaxa, Rumata (Raul.), Hagios-Georgios distr. Monofrati (Bald.); Cycladum insula Tenos (Wiedem.), Keos (Heldr.); Zante (Sibth.); Cephalonia: pr. Argostoli, Pessada, Kontogianata, Karavias, Kastro (Heldr.); Ithaca (Ung.): mt. Skino (Spreitz); Corcyra (Pieri): mt. Deca (Spreitz.); — *β.* Creta: pr. Canea (Weiss), Damasta, Rukaka, Daphnes (Raul.); Cycladum insula Tenos (Weiss); Cephalonia: pr. Argostoli, Lixuri (Heldr.); — *γ.* ad monasterium Korona in Pindo (Haussk.). — Mart. Jun. ♃.

b. Folia non cordato-amplexicaulia.

α. Caules tenuiter filiformes, prostrati vel adscendentes; sepala nigro-punctata, glanduloso-denticulata.

7. **H. trichocaulon** Bois. et Heldr. Diagn. VIII. p. 110, Fl. or. I. p. 812; Raul. Cret. p. 725. — *H. repens* S. et S. pr. II. p. 115, Fl. gr. t. 775, non L. — Exsicc.: Rev. pl. cret. a. 1884.

Glabrum, glaucum, a basi ramosissimum; foliis parvis, sessilibus subsessilibusve, ovato-oblongis, obtusis, vix pellucide-punctatis, margine nigro-punctatis, integris; bracteis oblongis, integris vel breviter denticulatis; cymis confertim 3—5 floris, interdum unifloris; sepalis ovatis, obtusis, nigro-punctatis, margine obsolete et remote denticulato-glandulosis; petalis nigro-punctatis, subtus purpurascentibus, calyce duplo longioribus; seminibus foveolato-punctatis. — Habitus *H. humifusi* L.

In locis aridis regionis montanae, rare. Creta: mt. Psiloriti supra Voriza (Heldr.), mt. Sphaciotici (Sibth.), in oropedio Omala (Reverch.). — Maio, Jul. ♃.

8. **H. Kelleri** Bald. viagg. Creta p. 39. — Exsicc.: Bald. it. cret. n. 58.

Glabrum, glaucum, a basi ramosissimum; foliis parvis, ovato-oblongis, obtusis, breviter petiolatis, parce pellucide- et nigro-punctatis, margine eroso-asperulis; bracteis ovatis, sparsim glanduloso-ciliatis; cymis 1—3 floris; sepalis oblongo-lanceolatis, acutis, nigro-punctatis, glanduloso-fimbriatis; petalis nigro-punctatis, subtus rubellis; seminibus foveolato-punctatis. — Differt a praecedente foliis petiolatis, sepalis acutis, bracteisque fimbriatis.

Ad agrorum margines. Creta: in oropedio Omala distr. Khaniotika (Bald.). — Maio, Jul. ♃.

β. Caules elati, erecti, rigidi; sepala nec nigro-punctata, nec denticulata.

9. **H. perforatum** S. sp. p. 785; Dallap. prosp. p. 106; Ch. et B. exp. p. 151, Fl. Pelop. p. 53; Marg. et R. Fl. Zante p. 35; Fraas Fl. class. p. 110; Bois Fl. or. I. p. 809; Heldr. Fl. Cephalon. p. 28, in ö. b. Z. 1898 p. 183; Raul. Cret. p. 725; Form. in D. bot. Mon. 1891 p. 40, in Ver. Brünn 1895 p. 41, 1896 p. 91, 1897 p. 66; Haussk. Symb. p. 44; Hal. Beitr. Fl. Epir. p. 17, Beitr. Fl. Thessal. p. 10; Bald. riv. coll. bot. Alb. 1895 p. 21. — *H. veronense* Schrank in Hoppe Taschenb. 1811 p. 95; Form in D. bot. Mon. 1891 p. 40, in Ver. Brünn 1895 p. 41, 1896 p. 91, 1897 p. 66; forma foliis minoribus angustioribus, intermediis innumeris ad formam latifoliam, in Graecia typice rarius obviam, transiens. — Icon: Rchb. f. 5177. — Exsicc.: Sint. it. Thessal. n. 954.

Glabrum, viride; caulibus elevatim bilineatis, paniculato-corymbosis; foliis sessilibus, ellipticis vel linearibus, crebre pellucide-punctatis, margine parce nigro-punctatis; sepalis lanceolatis, integris; petalis nigro-punctatis, calyce duplo longioribus; seminibus regulariter foveolatis.

In campis, collibus, ad sepes. Vulgare in Epiro et Thessalia; indicatur etiam in Euboea (Fraas); Attica: mt. Pentelicon (Haussk.), ad Cephissum (Fraas); Arcadia: pr. Carithena, Gortys, Francovritzi (Chaub.); Creta: pr. Epanochorio (Raul.); Archipelagus (Sibth.): ins. Naxos (Heldr.); Zante (Sibth.), Cephalonia (Dallap.), Corcyra (Form.) — Jun. Jul. ♃.

Obs. *H. Plasonii* Form in D. bot. Mon. 1897 p. 76, Ver. Brünn 1897 p. 65 (e Megali Kastania Thessaliae) e descriptione mihi tantum nota, sed in ea notas differentiales a *H. perforato* videre nequeo, quare speciem ut mihi dubiam hic enumero.

4. Sectio. *Taeniocarpia* Jaub. et Spach. ill. or. I. p. 47. — Capsulae valvae longitudinaliter multivittatae.

a. Caules elati, rigidi, erecti vel adscendentes.

α. Caulis simplex vel ramosus.

× Caulis quadrangulus.

10. **H. acutum** Moench. meth. p. 128, Form in Ver. Brünn 1896 p. 91, 1897 p. 66. — *H. tetrapterum* Fr. nov. p. 94; Bois. Fl. or. I. p. 805; Heldr. chlor. Parn. p. 15; Form in D. bot. Mon. 1891 p. 40, in Ver. Brünn 1895 p. 41; Haussk. symb. p. 43; Hal. in ö. b. Z. 1892 p. 369, Beitr. Fl. Thessal. p. 10; Bald. riv. coll. bot. Alb. 1896 p. 39. — Icon: Rchb. f. 5179. — Exsicc.: Orph. Fl. gr. n. 818; Sint. et Bornm. it. turc. n. 1186.

Glabrum, basi stoloniferum; caule ramoso, angulis membranaceo alatis; foliis sessilibus, ovato-oblongis, obtusis, pellucide-et margine nigro-punctatis; cymis paniculam subcorymbosam foliosam formantibus; sepalis lanceolatis, acutis, integris, eglandulosis; petalis sparsim nigro-punctatis, calyce vix duplo longioribus; seminibus rugoso-foveolatis.

β. **corsicum** Steud. nomencl. bot. p. 787 pro sp.; Bois Fl. or. I. p. 806. — *H. tenellum* Tausch in Flora 1831 p. 211, non Clarke. — Caules pusilli, 1—2 pollicares, simplices, uniflori. — Exsicc.: N. v.

In humidis montanis, ad fontes. Epirus: pr. Prevesa (Form.), Janina (Bald.); Thessalia: pr. Kastania (Hal.), Neuropolis (Haussk), mt. Ghavellu, pr. Bisula et Klinovo (Form.) in Pindo, ad Hepdominta Aderfia in mt. Oxya (Form.), pr. Rapsani (Form) et Catherina (Sint.) in mt. Olympo, pr. Selicany in mt. Ossa (Form.); Phthiotis: ad Mavromandila pr. Lamia (Form.); mt. Parnassus (Heldr.); Laconia: mt. Malevo pr. Hagios Joannes (Orph.). — *β.* Creta: mt. Ida (Sieb.). — Jul. Aug. ♃.

11. **H. quadrangulum** L. sp. p. 785; Form. in D. bot. Mon. 1891 p. 40; Haussk. symb. p. 43. — Icon: Rchb. f. 5178.

Glabrum, basi stoloniferum; caule superne breviter ramoso, angulis exalatis; foliis sessilibus, ovatis vel oblongis, obtusis, sparsim pellucide-punctatis vel impunctatis; floribus cymoso-corymbosis; sepalis ellipticis, obtusis, integris, eglandulosis; petalis nigro-punctatis, calyce 3—9plo longioribus; seminibus seriatim-foveolatis.

In nemorosis montanis, rarissime. Thessalia: in oropedio Neuropolis (Haussk.), pr. Velitsena et Kastania (Form.) in Pindo. — Julio, Aug. ♃. N. o.

×× Caulis teres vel bilineatus.

○ Folia glabra.

. Folia saltem media et superiora anguste-linearia.

12. **H. tymphresteum** Bois. et Spr. diagn. I. p. 57. — *H. hyssopifolium var. tymphresteum* Bois. Fl. or. I. p. 800. —

Glabrum, glaucescens; caulibus obscure bilineatis, axillis ramuligeris; foliis sessilibus, subcoriaceis, pellucide-punctatis, inferioribus oblongo-linearibus, obtusis, margine subrevolutis, superioribus et ramulorum sterilium convolutis; ramulis floriferis oppositis, subtrifloris, paniculam angustam formantibus; sepalis ovato-oblongis, eglandulosis vel crebre glanduloso-marginatis; petalis calyce 6plo longioribus, apicem versus

nigro-punctatis; seminibus papillosis. — Ab *H. hyssopifolio* Vill., cui affine, diagnoscitur glaucescentia et imprimis floribus duplo majoribus.
In mt. Tymphresto Aetoliae (Sprun.). — Jul. Aug. ♃. N. v.

. . Folia ovata vel ovato-oblonga.

13. **H. pulchrum** L. sp. p. 786; S. et S. pr. II p. 118; Ch. et B. exp. p. 152, Fl. Pelop. p. 53. — Icon: Rchb. f. 5185.

Glabrum; caulibus teretibus vel ramulosis; foliis parvis, cordato-amplexicaulibus, pellucide-punctatis, subtus glaucis; cymis paucifloris racemum elongatum laxum formantibus; sepalis ellipticis vel obovatis, obtusis, margine glandulis nigris subsessilibus cinctis; petalis calyce 3—4 plo longioribus, margine nigro-glandulosis; seminibus punctato-tuberculatis.
In Laconia (Sibth.) sine loci specialis indicatione. — A recentioribus non lectum. — Jun. Jul. ♃.

14. **H. montanum** L. fl. suec. p. 266; S. et S. pr. II. p. 117; Ch. et B. fl. Pelop. p. 53. — Icon: Rchb. f. 5187.

Glabrum; caulibus teretibus, simplicibus; foliis sessilibus, margine nigro-punctatis, superioribus semiamplexicaulibus, pellucide-punctatis; cymis in paniculam densiusculam, brevem, ovatam confertis; sepalis lanceolatis, acutis, denticulatis, dentibus nigro-glandulosis; petalis calyce subduplo longioribus, eglandulosis; seminibus minute foveolatis.
In agro Messeniaco (Sibth.). — A recentioribus non lectum. — Jun. Jul. ♃. N. v.

○○ Folia hirsuta.

15. **H. delphicum** Bois. et Heldr. diagn. ser. 2, I. p. 106, Fl. or. I. p. 807. — Exsicc.: Heldr. herb. norm. n. 773.

Caulibus teretibus, simplicibus, patule hirsutis; foliis sessilibus, ovatis, obtusis, crebre pellucide-punctatis, basi cordatis; cymis corymboso-paniculatis, ramis glabrescentibus; sepalis lanceolatis, acutis, elevatim nervosis, dorso non vel sparsim nigro-punctatis, margine crebre et breviter glanduloso-denticulatis; petalis calyce triplo longioribus, impunctatis vel parcissime nigro-punctatis, seminibus laeviusculis.
In regione montana et alpina, rarissime. Euboea: mt. Dirphys a pago Steni usque ad cacumen montis (Heldr.) et in montosis ad coenobium Panagia Achrantos insulae Andros Cycladum (Sart.). — Jul. Aug. ♃.

16. **H. atomarium** Bois. diagn. VIII. p. 114, Fl. or. I. p. 808. — *H. lanuginosum* Friedr. Reise p. 273, non Lam. dict. IV. p. 171, quod differt axillis ramuligeris, foliis vix pellucide-punctatis, sepalis brevioribus obtusis non nigro-punctatis. — ! *H. hirsutum* S. et S. pr. II. p. 117, Ch. et B. exp. p. 152, Fl. Pelop. p. 53, non L. — Exsicc.: Heldr. herb. norm. n. 252.

Caulibus teretibus, simplicibus, brevissime tomentosis, superne glabrescentibus; foliis sessilibus, ovato-oblongis, obtusis, basi cordato-amplexicaulibus, crebre pellucide- et sparsim nigro-punctatis; cymis paniculam oblongam, laxam formantibus; sepalis oblongis, obtusiusculis,

elevatim nervosis, dorso nigro-punctatis, margine breviter glanduloso-denticulatis; petalis calyce 2—3 plo longioribus, vix nigro-punctatis; seminibus . . . — Differt a praecedente indumento multo breviori, papillari-tomentoso, foliis ovato-oblongis, cymis elongatis, sepalis obtusiusculis.

In dumosis humidiusculis, rarissime. Argolis: in citretis pr. Poros (Heldr.); Laconia: mt. Malevo pr. Hagios Petros (Orph). — Maio, Jun. ♃.

β. Caules a basi pyramidatim et decussatim ramosissimi, ramis rigidis divaricatis.

17. **H. crispum** L. mant. p. 106; S. et S. pr. II. p. 116; Sieb. avis p. 4, rem. p. 4; Urv. enum. p. 58; Ch. et B. exp. p. 152, Fl. Pelop. p. 53; Fraas fl. class. p. 110; Clem. sert. p. 27; Heldr. fl. Cephalon. p. 28, in Sitzungsb. Acad. Wiss. Berl. 1883 p. 8, Fl. Aegin. p. 291, Chlor Thera p. 10; Spreitz. in z. b. G. 1887 p. 656, 1890 p. 294; Hal. in z. b. G. 1888 p. 750, Beitr. fl. Thessal. p. 10, Beitr. fl. Achaia p. 16; Form. in D. bot. Mon. 1891 p. 40; Bald. viagg. Creta p. 39. — Icon: Fl. gr. t. 776. – Exsicc.: Orph. fl. gr. n. 819; Rev. pl. cret. n. 17, in Baen. herb. europ. n. 4882.

Glabrum, glaucescens; caulibus teretibus; foliis parvis, e basi cordata lanceolatis, acutis, pellucide- et margine nigro-punctatis, prope basin subundulatis; cymis ad omnes ramulos terminalibus, 1—5 floris; sepalis ovatis vel oblongis, obtusis, non nigro-punctatis, minutissime denticulatis, nunquam glanduloso-marginatis; petalis calyce 4 plo longioribus, impunctatis; seminibus punctulatis.

In campis, agris derelictis, vinetis, Frequens in planitie Thessala et Attica tota, in Phthiotide; dein indicatur pr. Amphissa Locridis (Hal.); Achaia pr. Patras (Hal.); Argolis (Chaub.); ins. Aegina (Heldr.); Laconia: pr. Zarnate, Sparta, Marathonisi (Chaub.); Cyclades (Sibth.): insula Syra (Weiss), Thera (Hal.); Creta: pr. Kissamos (Reverch.), Canea, Platania (Raul.), Askyphos (Spreitz.), Galata (Bald.); Cythera: pr. Kapsali (Spreitz.); Cephalonia: pr. Pessada, Piscardo (Heldr.). — Jun. Aug. ♃.

b. Caules caespitosi, nani, filiformes, simplices, e rhizomate crasso lignoso orti.

18. **H. fragile** Heldr. et Sart. in Bois. diagn. ser. 2, I. p. 108; Bois fl. or. I. p. 794. — Exsicc.: Sart. herb. n. 1975; Pichl. pl. gr. a. 1876; Heldr. herb. a. 1895.

Glabrum, glaucum; caulibus fragillimis, tetragonis; foliis parvis, subdistichis, breviter petiolatis, ovatis, pellucide- margineque sparsim nigro-punctatis; cyma terminali, 3-multiflora; sepalis lineari-lanceolatis, acutiusculis, dorso impunctatis, nervosis, margine parce et breviter glanduloso-denticulatis; petalis impunctatis, calyce 2—3 plo longioribus; seminibus . . . Species distinctissima, nulli propius affinis.

In fissuris rupium regionis inferioris mt. Dirphys pr. Steni Euboeae Sart.), rarissime. — Jul. Aug. ♃.

II. Frutices; folia verticillata, sempervirentia.

5 Sectio *Coridia* Spach. suit. Buff. V p. 358. — Capsulae valvae dorso bivittatae, lateraliter vesiculis obliquis obsitae.

19. **H. empetrifolium** Willd. sp. III p. 1452; Sieb. avis p. 4, rem. p. 4; Marg. et R. fl. Zante p. 35; Clem. sert. p. 27; Heldr. Nutzpfl. p. 53, Fl. Cephalon. p. 28, Fl. Aegin. p. 291; Bois. fl. or. I p. 792; Weiss in z. b. G. 1869 p. 53; Raul. Cret. p. 725; Spreitz. in z. b. G. 1887 p. 656, 1890 p. 294; Haussk. symb. p. 44; Bald. viagg. Creta p. 39; Hal. Beitr. Fl. Achaia p. 16, in ö. b. Z. 1895 p. 219, in z. b. G. 1899 p. 710; Form. in d. bot. Mon. 1898 p. 80. — *H. coris* S. et S. pr. II. p. 118; Ch. et B. exp. p. 181, Fl. Pelop. p. 53; Marg. et R. fl. Zante p. 35; Friedr. Reise p. 268; Fraas fl. class. p. 111; non L. — Icon: Fl. gr. t. 774, forma humilior. — Exsicc.: Orph. fl. gr. n. 316; Heldr. herb. norm. n. 253 et 1127, herb. dimorph. n. 14; Reverch. pl. cret. n. 227, in Baen. herb. europ. n. 5226; Sint. it. thessal. n. 1313; Bald. it. cret. n. 5.

Glabrum, ramosissimum; foliis ternis, anguste-linearibus, obtusis, pellucide-punctatis, margine revolutis; cymis paucifloris, in racemum pyramidatum dispositis; sepalis oblongo-linearibus, obtusis, glandulis paucis nigris sessilibus marginatis; petalis impunctatis, calyce 3—4plo longioribus; seminibus papillosis.

In regione sempervirenti, passim. Thessalia: pr. Drakia in mt. Pelion (Sint.), pr. Pharsalus, mt. Othrys (Fraas); Attica: mt. Parnes, Pentelicon (Heldr.), Hymettus (Orph.), Kerata, pr. Laurion (Haussk.), pr. Dremisa ad radices mt. Kiona (Reiser); Argolis: in peninsula Methana (Heldr.), pr. Hiero (Chaub.); insula Aegina (Heldr.), Poros (Sart.); Achaia: pr. Kalavryta, Patras (Hal.); Messenia: pr. Methone (Chaub.); Laconia (Sibth.): pr. Selitza (Zahn) in mt. Taygetos, pr. Kardamyle (Chaub.), mt. Malevo (Fraas); Cyclades (Sibth.); insula Keos (Heldr.), Ios (Thermites); Creta: pr. Sevronas, Akroteri, Canea, Retymo, Hagios Joannes pr. Sitia, insula Gaidaronisi (Raul.), pr. Askyphos (Spreitz.); Cythera: pr. Kapsali (Spreitz.); Zante (Sibth.); Cephalonia: pr. Argostoli, Charakas, Athera (Heldr.). — Maio, Jun. ♃.

Obs. Probabiliter ex confusione indicantur: *H. linarifolium* Vahl. symb. I. p. 65, a Ch. et B. exp. p. 153, Fl. Pelop. p. 53 pr. Kardamyle, Scutari, in Maina; *H. nummularium* L. sp. p. 787 a Ch. et B. l. c. in mt. Taygetos; *H. origanifolium* Willd. sp. III. p. 1467, a Fraas fl. class. p. 111 in montibus altioribus.

3. Triadenia Spach in ann. sc. nat. ser. 2, V. p. 172.

1. **T. maritima** Sieb. Reise II. p. 322 t. 10, avis p. 4, rem. p. 4 (*Hypericum*); Bois. fl. or. I. p. 789. — *T. Sieberi* Spach. l. c. t. 5 c. — Exsicc.: Sieb. pl. Cret.

Glabra, glauca, fruticulosa, ramosissima; foliis subcoriaceis, minutis, decussatis, subsessilibus, elliptico-lanceolatis, minute punctatis; floribus paucis, subsolitariis, subsessilibus; sepalis ovatis, obtusis, eglandulosis; petalis impunctatis, calyce subduplo longioribus; stylis ovario sublongioribus, calycem superantibus; capsula longitudinaliter vittata.

In rupibus maritimis, rarissime. Creta: pr. Perivolizza ad promontorium Maleca (Sieb.) — Febr. Maio. ♃.

2. **T. Webbii** Spach. in ann. sc. nat. ser. 2, V. p. 174 t. 5 a; Bois. fl. or. I. p. 784; Heldr. fl. Cephalon. p. 27; Spreitz. in z. b. G. 1877 p. 722. — *H. aegyptiacum* Marg. et R. fl. Zante p. 35; ? Ch. et B. Fl. Pelop. p. 53, an L. — *H. heterostylum* Parl. fl. ital. V. p. 550 p. p. — Exsicc.: Heldr. herb. norm. n. 809; Orph. fl. gr. n. 315; Spreitz. it. jonic. a. 1877.

Differt a praecedente foliis majoribus acutiusculis, sepalis oblongo-ellipticis, stylis ovario 2—3 plo longioribus.

In rupibus maritimis, rarissime. Cephalonia: ad Hagios Theodoros pr. Argostoli (Heldr.); Zante: pr. Krionero (Marg.). — A Chaubard e Bory indicatur in Peloponneso sine loci specialis indicatione. — Febr. Maio. ♃.

XX. Ordo. Aceraceae DC. theor. element. p. 214.

1. Acer. L. gen. n. 1155.

A. Stamina hypogyna, discus extrastaminalis.

1. **A. pseudoplatanus** L. sp. p. 1054; Bois. fl. or. I. p. 947; Haussk. symb. p. 44; Hal. Beitr. Fl. Epir. p. 17. — Icon.: Rchb. f. 2829. — Exsicc.: Orph. fl. gr. n. 807; Sint. et Bornm. it. turc. n. 1216; Sint. it. thessal. n. 694.

Foliis synanthiis, cordatis, palmato-quinquelobis, supra glabris, lucidulis, subtus opacis glaucis, secus nervos praesertim hirtis, lobis acuminatis, inaequaliter dentato-serratis; floribus in racemos elongatos pendulos, basi compositos dispositis; sepalis et petalis oblongis, aequilongis; filamentis pilosis florum masculorum corolla duplo longioribus; samaris glabris, alis subdivergentibus.

In silvis montanis. Thessalia: mt. Olympus pr. Hagios Dionysios (Orph.), frequens in Pindo dolopico, tymphaeo et aspropotamitico (Haussk.); Epirus: mt. Strungula supra Melisurgi et Mazuki (Hal.). — Apr. Maio. ♃.

2. **A. Heldreichii** Orph. in Bois. diagn. ser. 2, V. p. 71, Fl. or. I. p. 949; Heldr. Nutzpfl. p. 56, Chlor. Parn. p. 15; Hal. in ö. b. Z. 1895 p. 219. — *A. Heldreichii v. Euheldreichii* Pax in Engl. bot. Jahrb. VII. p. 194. — Exsicc.: Orph. fl. gr. n. 409; Heldr. herb. norm. n. 701; Reiser. fl. gr. a. 1894.

Foliis synanthiis, cordatis, fere ad basin usque tripartitis, supra glabris, lucidulis, subtus opacis glaucis, parce hirtulis, lobis oblongo-

cuneatis, acuminatis, inaequaliter dentatis, lateralibus profunde bilobis, lobulo exteriore minore; floribus in paniculam brevem, corymbosam erectam vel subnutantem dispositis; sepalis ovatis, petala oblongo-linearia subsuperantibus; filamentis glabris, florum masculorum calycem superantibus; samaris pilosiusculis, alis divergentibus, purpurascentibus. — Ab *A. Visianii* Nym. consp. p. 131 (*A. macropterum* Vis., non Guss.) foliis minoribus, subtus intense glaucis, samaris minoribus alis magis divergentibus diversum.

In regione abietina, rarissime. In mt. Parnasso prope Carcaria (Orph.), mt. Kiona (Reis.), mt. Kyllene supra Flamburitza (Orph.); indicatur etiam cum? in mt. Pelion et Ossa (Form. in d. bot. Mon. 1891 p. 40), sed probabiliter ex confusione. — Maio, Jun. ♄.

B. Stamina perigyna vel medio disco inserta;

a. Samarae loculi planiusculi.

3. **A. platanoides** L. Sp. p. 1055; Heldr. Nutzpfl. p. 56; Bois. fl. or. I. p. 948; Chloros Waldverh. p. 29. — Icon: Rchb. f. 4828. — Exsicc.: Heldr. it. gr. septentr. a. 1879, pl. fl. hellen. a. 1887.

Foliis synanthiis, cordato-rotundatis, palmatim 5 lobis, subconcoloribus, subtus ad nervorum axillis barbatis, caeterum glabris, lobis latis, apice inaequaliter 3—5 dentatis, cuspidatis; floribus in corymbos erectos dispositis; petalis ovato-oblongis, glabris, sepalis glabris aequilongis; filamentis glabris, florum masculorum calycem aequantibus; ovario glabro; samaris glabris, alis divaricatis.

In regione abietina, rare. Eurytania: pr. Spinassa, in silva Muntzuraki, Kukkos (Chloros), mt. Oeta (Heldr.); mt. Parnassus (Heldr.); Achaia: mt. Kyllene supra Trikala (Orph.) et Flamburitza (Heldr.). — Apr. Maio ♄.

b. Samarae loculi carinato-convexi.

α. Flores hirti; samarae alae horizontaliter divaricatae.

4. **A. campestre** L. Sp. p. 1055; Fraas fl. class. p. 98; Bois. fl. or. I. p. 948; Heldr. in Sitzb. acad. Wiss. Berlin 1883 p. 5 et 7; Chloros Waldverh. p. 29; Haussk. Symb. p. 44; Form. in Ver. Brünn 1896 p. 92, 1897 p. 66; Bald. riv. coll. bot. Alb. 1895 p. 23. — Icon.: Rchb. f. 4828.

Foliis synanthiis, cordatis, obtuse 3—5 lobis, subconcoloribus, subtus pubescentibus; floribus in corymbos erectos dispositis; sepalis oblongis, petala linearia superantibus; filamentis florum masculorum corollam aequantibus.

α. **leiocarpum** Tausch. in Flora XII. p. 547; Haussk. Symb. p. 44. — Folia 3—5 loba, lobis leviter 2—3 lobulatis; samarae loculi jam juveniles glaberrimi. — Exsicc.: Orph. fl. gr. n. 809.

β. **haplolobum** Borb. in Természetz. füz. 1891 p. 75. — *A. campestre* v. *pseudomonspessulanum* Bornm. et Pax in Engl. bot. Jahrb. XI. p. 78, non Ung. — Folia 3 loba, lobis integris; samarae loculi

glabri. — Varietatis *δ. marsici* (loculis samararum pubescentibus) forma parallela. — Exsicc.: Sint. et Bornm. it. turc. n. 1217.

β. **hebecarpum** DC. pr. I. p. 594. Folia 3—5 loba, lobis leviter 2—3 lobulatis; samarae loculi velutino-pubescentes. — Exsicc.: Heldr. it. thessal. n. 81.

δ. **marsicum** Guss. pl. rar. p. 375 pro sp.; Pax in Engl. bot. Jahrb. VII. p. 222; Haussk. Symb. p. 44. — Folia triloba, lobis integris; samarae loculi velutino-pubescentes. — Exsicc.: N. v.

ε. **obtusangulum.** — *A. campestre* v. *hebecarpum* Bald. riv. coll. bot. Alb. 1895 p. 23. — Folia 3—5 loba, lobis subintegris; samarae pubescentis alae angulo obtuso divergentes. — Ultima nota transitum ad speciem sequentem praebet. — An hybrida? — Exsicc.: Bald. it. Alb. Epir. III. n. 128.

In silvis montanis. Var. *α.* frequens in Pindi silvis regionis inferioris et subalpinae (Haussk.), mt. Chassia (Form.), mt. Olympus inter Litochoron et Scala (Orph.); *β.* pr. Litochoron in mt. Olympo (Sint.), mt. Oxya in Pindo (Hal.); *γ.* pr. Laspochori in mt. Ossa (Heldr.); *δ.* pr. Klinovo in Pindo (Haussk.); *ε.* ad Paleochora pr. Janina (Bald.). — *A. campestre* indicatur porro in Eurytania pr. Karpenitza et pr. Epanocrepa et Chalasmeno Arcadiae (Fraas). — Apr. Maio ♄.

4. × 5. **A. campestre × monspessulanum** Pax in Engl. Jahrb. XI. p. 79; Haussk. Symb. p. 44. — *A. Bornmülleri* Borb. in Term. füz. 1881 p. 75. — Differt ab *A. campestre* foliis minoribus, glabris, floribus glabris; ab *A. monspessulano* foliis 3—5 lobis, majoribus; samarae alae horizontaliter patentes vel angulo obtuso divergentes.

In quercetis oropedii Neuropolis et in Pindo tymphaeo supra Klinovo (Haussk.).

β. Flores glabri; samarae alae subparallelae vel angulo acuto divergentes.

× Folia lucida, triloba, lobis saepissime integris.

5. **A. monspessulanum** L. Sp. p. 1056; Bois. fl. or. I. p. 951; Chloros Waldverh. p. 29; Haussk. Symb. p. 45; Hal. Beitr. Fl. Thessal. p. 10; Form. in Ver. Brünn 1895 p. 41, 1896 p. 92, 1897 p. 66; Bald. riv. coll. bot. Alb. 1895 p. 23. — Icon: Rchb. f. 4826. — Exsicc.: Orph. fl. gr. n. 808; Bald. it. Alb. Epir. III. n. 29; Sint. it. thessal. n. 311.

Foliis subhysteranthiis, coriaceis, tarde deciduis, a basi rotundata vel subcordata trilobis, subtus glaucescentibus, lobis oblongis obtusis vel acutis, integris, rarius repandis; petiolis laminae aequilongis vel longioribus; corymbis subsessilibus, nutantibus; sepalis petalisque ovato-oblongis; filamentis petalis duplo longioribus; ovario piloso; samaris glabris, alis subparallelis, saepe rubentibus.

β **microphyllum** Bois. fl. or. I. p. 951; Hal. Beitr. Fl. Achaia p. 16. — Folia multo minora, 20—25 cm. tantum longa, lobis

plus minus dentatis; samarae dimidio minores. — Varietas egregia. — Exsicc: Heldr. it gr. septentr. a. 1879, pl. fl. hellen. a. 1887. —

In silvis regionis montanae et subalpinae. Epirus: pr. Dodona silvas constituens (Bald.), mt. Micikeli, in valle Dipotami (Form.); Thessalia: frequens in Pindo tymphaeo et dolopico (Haussk.), pr. Litochoron in mt. Olympo (Orph.), mt. Oeta Phthiotidis (Chloros); β. mt. Oeta Phthiotidis (Heldr.); Achaia: pr. Flamburitza in mt. Kyllene, pr. Megaspilaeon (Heldr.), ad Hagios Vlasios in mt. Olenos (Hal.). — Apr. Maio. ♃.

6. **A. creticum** L. Sp. ed. 2. p. 1497; S. et S. pr. I p. 263; Sieb. avis p. 3, in Flora I. p. 271; Urv. enum. p. 42; Ch. et B. exp. p. 112, Fl. Pelop. p. 25; Fraas fl. class. p. 98; Heldr. Nutzpfl. p. 56; Bois. fl. or. I. p. 950; Raul. Cret. p. 732; Chloros Waldverh. p. 29; Bald. viagg. Creta p. 42; Hal. in ö. b. Z. 1897 p. 61. — *A. orientale* Tourn. voy. p. 19, coroll. p. 43; C. Koch Dendrol. I. p. 540; Pax in Engl. bot. Jahrb. VII. p. 231; Bornm. in ö. b. Z. 1894 p. 127, in z. b. G. 1898 p. 571. — *A. sempervirens* L. mant. p. 128 forma pygmaea; Tausch in Flora XII. p. 550.

Foliis subhysteranthiis, coriaceis, hiemem perdurantibus, a basi rotundata vel cuneata trilobis, glaberrimis, concoloribus, lobis ovatis obtusis, rarius acutis, integris, interdum obsoletis; petiolis lamina multo brevioribus; corymbis subsessilibus, nutantibus; petalis obovatis, sepala ovata superantibus; filamentis petala superantibus; ovario piloso; samaris glabris, purpurascentibus, alis subparallelis vel angulo plus minus acuto divergentibus. — Petiolis brevissimis a praecedente statim diagnoscitur. — Foliorum forma valde variat et inde varietates sequentes, per transitus conjunctae; interdum in uno eodemque individuo folia diversa occurrunt.

α. **rotundifolium** Spach. in ann. sc. nat. 2, II. p. 174. — *A. creticum α. semiorbiculatum* Bois. fl. or. I. p. 950. — Folia basi rotundata, vix cuneata, saepius laeviter cordata, ad medium in tres lobos aequales ovatos acutos divisa. — Exsicc.: Orph. fl. gr. n. 810 (Chios); Reverch. pl. cret. n. 26 (forma angustiloba).

β. **obtusifolium** S. et S. pr. I. p. 263, Fl. gr. t. 361; Friedr. Reise p. 272, pro sp.; Bois, fl. or. I. p. 951; Raul. Cret. p. 731; Bald. viagg. Creta p. 43; Hal. in ö. b. Z. 1895 p. 219. — Folia basi rotundata, breviter triloba, lobis obtusis vel retusis, integris vel repandis. — Exsicc.: Orph. herb. n. 644.

γ. **cuneifolium** Spach. l. c.; Pax in Engl. bot. Jahrb. VII. p. 232; Hal. in ö. b. Z. 1895 p. 219. — *A. creticum γ. cuneatum* Bois. fl. or. I. p. 951; Chloros Waldverh. p. 29. — Folia basi cuneata, obtuse et breviter triloba, lobis obtusis. — Exsicc.: Orph. fl. gr. n. 51.

δ. **trichocladum** Bornm. in z. b. G. 1898 p. 571 pro var. *A. orientalis*. — Ramuli juveniles petiolisque tomentelli, caetera ut in α. — Exsicc.: Heldr. fl. hellen. a. 1890., Bald. it. cret. alt. n. 62.

In montosis, subalpinis. Euboea: pr. Skylojanni (Orph.); Sporadum insula Skopelos et Jura (Leon.); Cycladum insula Syra (Urv.), Naxos (Chaub.), Keos, Andros (Heldr.); Argolis (Chaub.): pr. Troezene (Friedr.); Laconia: mt. Malevo (Orph.), Taygetos (Fraas); Arcadia: pr. Tripolizza, Kapsa (Fraas), Leontari (Guicc.); Messenia: mt. Ithome (Heldr.), pr. Phigalea, Pylos (Chaub.); Creta (Sibth.): mt. Sphaciotici, mt. Ida, Lassiti (Raul.); — δ. mt. Telethrion Euboeae (Heldr.) et mt. Ida Cretae (Bald.). Apr. Maio. ♃.

×× Folia opaca, quinque-vel subquinqueloba, lobis crenulato-dentatis vel repandis.

. Folia parva, 2—4 cm. longa, subhysteranthia.

7. **A. reginae Amaliae** Orph. in Bois. diagn. ser. 2. I. p. 109; Heldr. Nutzpfl. p. 56; Chloros Waldverh. p. 29. — *A. Amaliae* Bois. fl. or. I. p. 951; Heldr. chlor. Parn. p. 15. — Exsicc.: Orph. fl. gr. n. 408 et 1047; Heldr. herb. norm. n. 702.

Foliis coriaceis, a basi truncata vel subcordata subquinquelobis, trilobis immixtis, glabris, subtus glaucis, lobis grosse crenulato-dentatis, acutis vel obtusis; petiolis lamina aequilongis; corymbis subsessilibus; sepalis elliptico-linearibus, obtusis; ovario piloso; samaris glabris, purpurascentibus, alis subparallelis, saepe sese invicem tegentibus. — Folia eis Crataegi oxyacanthae non absimilia.

In regione abietina, rarissime. Prope Karkaria et Hagios Nicolaos in mt. Parnasso (Orph.); pr. Klukines et pr. Stygem in mt. Chelmos, mt. Kyllene (Orph.). — Maio. ♃.

.. Folia majora 5—10 cm. longa, synanthia.

8. **A. intermedium** Panc. sumsk. drvet. Srbiji 1871 p. 19 et 21. *A. italum subsp. hyrcanum var. serbicum* Pax in Engl. bot. Jahrb. VII. p. 227. — *A. serbicum* Pax l. c. XI. p. 80. — *A. hyrcanum v. intermedium* Bornm. in ö. b. Z. 1894 p. 126. — Icon: Borb. in Természetr. füz. 1891, t. 4. f. 1. — Exsicc.: Sint et Bornm. it. turc. n. 1905 et 1918.

Foliis subcoriaceis, a basi cuneata, truncata vel subcordata subquinquelobis, glabris, subtus glaucis, lobis oblongis vel triangularibus, acutis vel obtusis, obtuse dentatis vel repandis; petiolis lamina, circa 5 cm longa, longioribus; floribus longe pedicellatis, in corymbos nutantes dispositis, sepalis oblongis, obtusis; ovario piloso; samaris 25—30 mm longis, glabris, purpurascentibus, alis subparallelis vel angulo acuto divergentibus. — Differt a praecedente toto habitu, foliis duplo majoribus, longe petiolatis, floribus fructibusque longius pedunculatis; ab *A. monspessulano* foliis subquinquelobis, subtus magis glaucis, magis reticulato-venosis, lobis dentatis.

In regione abietina mt. Olympus pr. Hagios Dionysios (Sint.). — Apr. Maio. ♃.

9. **A. obtusatum** Kit. in Willd. sp. IV. p. 984; Haussk. symb. p. 44. — Icon: Tratt. arch. I. t. 14. — Exsicc.: Orph. fl. gr. n. 1048 (Bitolia)

Foliis subcoriaceis, a basi cordata 5lobis, subtus plus minus dense tomentosis, lobis brevibus obtusis, repando-dentatis; petiolis lamina 10 cm longa longioribus; floribus longe pedicellatis, in corymbos mox pendulos dispositis; sepalis oblongis obtusis; ovario piloso; samaris 35—40 mm longis, loculis pilosiusculis, alis angulo fere recto divergentibus. — Affine *A. opulifolio* Vill., foliis minoribus subtus glabris, samarae loculis glabris diverso.

In montosis Thessaliae inter Chaliki, Krania et Klinovo (Haussk.). — Apr. Maio. ♃. N. v.

Obs. *A. ricinifolium* Bois. et Orph. in atti congr. Firenze 1876. p. 214; Chloros Waldverh. p. 29; (e mt. Taygetos); solum nomen. Mihi ignotum est.

XXI. Ordo. Hippocastanaceae DC. theor. elem. p. 244.

1. Aesculus L. gen. n. 462.

1. **A. hippocastanum** L. sp. p. 344; S. et S. pr. I. p. 252, II. p. 358; Bois. fl. or. I. p. 946, suppl. p. 149; Raul. Cret. p. 731; Heldr. in Sitzungsb. bot. Ver. Brandenb. 1879 p. 139, 1882 p. 20; Haussk. in Mitth. thür. bot. Ver. 1886 p. 72, symb. p. 45; Philippson in naturw. Wochenschr. 1894 p. 421; Bald. riv. coll. bot. Alb. 1895 p. 23; Form. in Ver. Brünn 1897 p. 66. — Icon.: Lam. ill. t. 273. — Exsicc.: Heldr. it. gr. septentr. a. 1879, it. thessal. IV. a. 1885; Bald. it. Alb. Epir. III. n. 129; Sint. it. thessal. n. 692.

In silvis montanis. Phthiotis: mt. Kukkos pr. Muntzuraki, in fauce Arkudorheuma inter oropedium Makrikampi et Mavrolithari mt. Oeta (Heldr.); Eurytania: in valle Stenoma mt. Tymphrestus, supra Selos in mt. Kaliakuda, in fauce Kephalovrysi supra Mikrochorio in mt. Chelidoni (Heldr.); Thessalia: in Pindo (Sibth.) dolopico ad monasterium Korona (Haussk.), pr. Vlazda (Form.), Knissovo, inter Kastania et Krania (Philipps.), pr. Chaliki in valle superiore fluminis Acheloos (Haussk.); Epirus: in valle Arachthos pr. Kalarrytes et Syraku (Münter); — in mt. Pelion et in Creta non crescit. — Maio, Jun. ♃.

Obs. *Melia azedarach* L. sp. p. 384; Sieb. avis. p. 3, rem. p. 4; Ch. et B. exp. p. 196, Fl. Pelop. p. 44; Heldr. Nutzpfl. p. 55; Bois. fl. or. I. p. 954; Raul. Cret. p. 732; (ex ordine *Meliaceae* Juss. gen. p. 576) saepe colitur in ambulacris.

XXII. Ordo. Ampelidaceae Knuth nov. gen. americ. V. p. 222.

1. Vitis L. gen. n. 284.

1. **V. vinifera** L. sp. p. 202; S. et S. pr. I. p. 161; Sieb. in Flora I. p. 273; Dallap. prosp. p. 29; Mazz. in antol. ion. V. p. 218; Ch. et B. exp. p. 77, Fl. Pelop. p. 16; Marg. et R. Fl. Zante p. 35;

Fraas fl. class. p. 95; Heldr. Nutzpfl. p. 41, Fl. Cephalon. p. 30, in Sitzungsb. acad. Wiss. Berlin 1883 p. 7, Fl. Aegin. p. 291; Bois. fl. or. I. p. 955; Raul. Cret. p. 732; Haussk. symb. p. 45; Philipps. in naturw. Wochenschr. 1894 p. 422; Form. in Ver. Brünn 1896 p. 93, 1897 p. 67. — Icon: Fl. gr. t. 242. — Exsicc.: Heldr. fl. hellen. a. 1879; Sint. it. thessal. n. 616.

Colitur per omnem Graeciam, in dumetis, ad silvarum margines subspontanea facta est, in locis nonnullis atque adeo ut videtur re vera spontanea; in statu hoc baccis parvis, violaceis, acerbis gaudet (*V. silvestris* Gm. fl. bad. I. p. 543; Hal. Beitr. Fl. Epir. p. 17, Beitr. Fl. Thessal. p. 10), saepe truncos crassos format et ad cacumina arborum altissimarum scandit. Quae indicatur: Epirus: pr. Kalentini ad septentrionem urbis Arta (Hal.); Thessalia: in valle Penei superioris usque ad vallem Tempe, ad ripas Enipei (Heldr.), in valle Asproklisia, pr. Vlachava, Velestinon, Pharsala (Form.), Karditza (Haussk.), ad fluvium Sperchios Phthiotidis (Heldr.); Eurytania: inter Lipiana et Granitza (Philipps.); Boeotia: ad lacum Kopais supra Mulki, ad Cephissum (Heldr.); Euboea: pr. Mantudi (Fraas); Laconia: ad fluvium Eurotas (Heldr.), pr. Sparta (Chaub.); Arcadia: pr. Megalopolis, Gortys, Carithena (Chaub.); Elis (Fraas). — Maio, Jun. ♃.

XXIII. Ordo. **Geraniaceae** DC. fl. fr. IV. p. 83.

1. **Geranium** L. gen. n. 832.

Dispositio specierum:

1. Sectio. *Batrachia* L. — Rhizoma crassum, obliquum, nodosum, apice saepius praemorsum, ad collum squamigerum vel fibrilligerum.

a. Petala longe unguiculata, ungue ciliato; filamenta glabra.

1. G. **macrorrhizum** L.

b. Petala breviter unguiculata, ungue ciliato; filamenta ciliata.

α. Plantae subacaules.

2. G. **subcaulescens** L'Her.

β. Plantae caulescentes.

× Valvulae laeves; petala calyce duplo longiora.

○ Semina tenuissime lineato-punctata.

. Pedunculi uniflori, deflorati declinati.

3. G. **sanguineum** L.

.. Pedunculi biflori, pedicelli deflorati erecti.

4. G. **striatum** L. 5. G. **peloponnesiacum** Bois.

○○ Semina reticulato-foveolata.

6. G. **asphodeloides** Burm.

×× Valvulae apice dentato-cristatae; petala calyce fere aequilonga.

7. G. **reflexum** L. 8. G. **aristatum** Freyn. et Sint.

2. Sectio. *Tuberosa* Bois. — Rhizoma tuberosum, fibrillas et saepe caudiculos cylindricos repentes edente.

9. G. **tuberosum** L. 10. G. **macrostylum** Bois.

3. Sectio. *Columbina* Fr. Radix fusiformis, descendens, simplex vel ramosa saepissime annua; sepala patula; petala breviter unguiculata.

a. Valvulae laeves.

α. Semina laevia.

11. G. pyrenaicum L.

β. Semina reticulato-foveolata.

× Folia fere ad basin palmato-partita, segmentis in lacinias lineares partitis.

12. G. columbinum L. **13. G. dissectum L.**

×× Folia palmatifida, segmentis cuneatis vel subrhombeis, inciso-dentatis.

14. G. rotundifolium L. **15. G. lanuginosum Lam.**

b. Valvulae transverse rugosae; semina laevia.

16. G. molle L. **17. G. brutium Gasp.**

4. Sectio. *Robertia* Gr. et Godr. Radix fusiformis, descendens, simplex, annua; sepala erecta, conniventia; petala longe unguiculata (unguis laminae aequilongus).

a. Plantae glabrae; sepala transverse corrugata.

18. G. lucidum L.

b. Plantae glanduloso-pubescentes; sepala non corrugata.

19. G. Robertianum L. **20. G. purpureum Vill.**

1. Sectio. *Batrachia* L. syst. ed. 13 p. 513. Rhizoma crassum, obliquum, nodosum, apice saepius praemorsum, ad collum squamigerum vel fibrilligerum.

a. Petala longe unguiculata, ungue ciliato; filamenta glabra.

1. **G. macrorrhizum** L. sp. p. 680; S. et S. pr. II. p. 39; Bois. fl. or. I. p. 871; Heldr. chlor. Parn. p. 15; Hal. Beitr. Fl. Epir. p. 17; Bald. riv. coll. bot. Alb. 1896 p. 38. — Icon: Rchb. f. 4886. — Exsicc.: Orph. fl. gr. n. 335; Sint. et Bornm. it. turc. n. 1192; Sint. it. thessal. n. 677.

Breviter pubescens; caule infra dichotomiam nudo, apice corymboso; foliis orbiculatis palmatim 5—7 fidis, segmentis inciso-dentatis, radicalibus longe petiolatis, pedicellis fructiferis erectis; sepalis ovatis, aristatis; petalis spathulato-unguiculatis, purpureis, ungue calycem aequante; filamentis calyce $2^{1}/_{2}$plo longioribus, superne declinatis valvulis glabris, transverse rugosis; seminibus tenuissime punctulatis.

In rupestribus regionis abietinae. Euboea: mt. Dirphys (Auch.); Thessalia: mt. Olympus ad Hagios Dionysios (Heldr.); mt. Plaka supra Chaliki in Pindo (Sint.); Epirus: mt. Tsumerka supra Vulgarelion (Hal.), mt. Micikeli distr. Janina (Bald.); mt. Parnassus pr. Carcaria (Orph.) et Livadi (Hal.). — Jun. Jul. ♃.

b. Petala breviter unguiculata, ungue ciliata; filamenta ciliata.

α. Plantae subacaules.

2. **G. subcaulescens** L'Her. in DC. pr. I. p. 640; Bois. fl. or. I. p. 872, suppl. p. 141; Hal. in ö. b. Z. 1888 p. 750, Beitr. Fl. Epir. p. 17, Beitr. Fl. Thessal. p. 10, Beitr. Fl. Achaia p. 16, in ö.

b. Z. 1897 p. 283; Heldr. chlor. Parn. p. 15; Haussk. symb. p. 45; Form. in Ver. Brünn 1896 p. 91, 1897 p. 66. — *G. asphodeloides* S. et S. pr. II. p. 40, Fl. gr. t. 661. — *G. cinereum* Bald. riv. coll. bot. Alb. 1896 p. 30; vix Cav. diss. 4 p. 204, quod Pyrenaeorum incola et sec. auctores nonnullos a nostro indumento tenuiore foliorum, calyce breviter canescente, floribus albidis, arista valvularum contortuplicata discedit. Planta italica (Rigo it. ital. IV. n. 448) a nostra non differre videtur. Parlatore in Fl. ital. V. p. 138 eam et nostram a planta pyrenaica differre non putat. — *G. argenteum* Ch. et B. exp. p. 194, Fl. Pelop. p. 44, non L. — Exsicc.: Orph. fl. gr. n. 27.

Plus minus hirsutum; caulibus brevibus, paucifloris, saepe aphyllis, rarius elongatis, ad 8 floris (v. *major* Haussk. symb. p. 45); foliis longe petiolatis, orbiculatis, 5 partitis, segmentis cuneatis trifidis, laciniis obtusis vel acutis; pedicellis fructiferis deflexis; sepalis indumento brevi adpresso pilisque longioribus sparsis obsitis, breviter mucronatis; petalis obovatis, saepe truncatis, purpureo-fulgentibus, rarius pallidioribus, rarissime albis, calyce duplo longioribus, filamentis ciliatis; valvulis hirtis, apice 1—3 rugis instructis, arista demum recurva; seminibus tenuissime lineato-punctatis.

In rupestribus regionis alpinae. Epirus: mt. Olycika (Bald.), Tsumerka, Strungula, Peristeri (Hal.); Thessalia: mt. Tringia (Hartl.), Ghavellu, Karava (Haussk.) in Pindo, mt. Oeta Phthiotidis, mt. Ossa (Heldr.); Euboea: mt. Dirphys (Heldr.); Aetolia: mt. Tymphrestus (Sprun.); mt. Korax (Heldr.), Kiona (Hal.), Parnassus (Sibth.); Attica: mt. Cithaeron (Heldr.); Achaia: mt. Panachaicon, Chelmos (Hal.), Kyllene (Orph.); Laconia: mt. Taygetos (Heldr.). — Jun. Aug. ♃.

β. Plantae caulescentes.

× Valvulae laeves; petala calyce duplo longiora.

○ Semina tenuissime lineato-punctata.

• Pedunculi uniflori, deflorati declinati.

3. **G. sanguineum** L. sp. p. 653; Pieri corc. fl. p. 94; Ch. et B. exp. p. 194, Fl. Pelop. p. 44; Bois. fl. or. I. p. 874; Haussk. symb. p. 45. — Icon: Rchb. f. 4894. — Exsicc.: Heldr. it. thessal. IVa. 1885.

Patule hirsutum; caule ramoso; foliis petiolatis, orbiculari-reniformibus, palmato-7 partitis, segmentis trifidis, laciniis linearibus; pedunculis longis; sepalis obtusis, longiuscule aristatis; petalis obovatis, retusis, sanguineis, valvulis superne pilosis, basi intus barbatis.

In dumosis, silvaticis. Thessalia: mt. Ghavellu, pr. Sermenikon, Pezula, in oropedio Neuropolis, pr. monasterium Korona (Haussk.), mt. Olympus (Heldr.); Boeotia: ad canalem Euboeae (Sprun.); Messenia: ab Arcadia usque Phigalea (Chaub.); Corcyra (Pieri). — Maio, Jul. ♃

•• Pedunculi biflori, pedicelli deflorati erecti.

4. **G. striatum** L. Sp. ed. 2 p. 953; S. et S. pr. II. p. 39; Bois. fl. or. I. p. 875; Heldr. in Sitzb. acad. Wiss. Berlin 1883 p. 4, Chlor. Parn. p. 15; Form. in d. bot. Mon. 1891 p. 40, in Ver. Brünn 1896 p. 91, 1897 p. 66; Haussk.' Symb. p. 45. — Probabiliter huc pertinet: *G. nodosum* S. et S. pro II. p. 39; Pieri corc. fl. p. 93; Ch. et B. exp. p. 194, Fl. Pelop. p. 44. — Icon: Fl. gr. t. 660. — Exsicc.: Heldr. it. thessal. n. 50; Sint. it. thessal. n. 678.

Caule patule-villoso, bifurco; foliis adpresse hirsutis, petiolatis, radicalibus palmato-5 fidis, superioribus trilobis, laciniis ovatis acutis, dentatis; pedunculis elongatis; sepalis oblongis, obtusis, trinerviis, parce albo-setulosis, aristatis; petalis obovatis, albidis, violaceo-reticulatis, emarginatis, valvulis basi barbatis, apice hirtis, rostro brevissime puberulo.

In silvaticis montanis et subalpinis. Thessalia: mt. Zygos, Ghavellu, pr. Sermenikon, Pezula, in oropedio Neuropolis (Haussk.), pr. Neochori, Itamos in Agrapha, pr. Lepeniza, Chaliki, Malakasi, mt. Dokimi (Form.) in Pindo, mt. Pelion (Heldr.); mt. Parnassus, mt. Dirphys Euboeae (Sibth.). In Laconia et Corcyra, si *G. nodosum* Aut. huc pertinet. — Jun. Aug. ♃.

5. **G. peloponnesiacum** Bois. Diagn. Ser. 2. I. p. 110, Fl. or. I. p. 876; Hal. Beitr. Fl. Achaia p. 16. — *G. asphodeloides* Ch. et B. exp. p. 194, Fl. Pelop. p. 44, non Burm. — Exsicc.: Orph. fl. gr. n. 624.

Caule patule-hirto, superne glanduloso, bifurco; foliis adpresse hirsutis, petiolatis, palmato 3—5 fidis, segmentis ovatis, inciso-dentatis; pedunculis elongatis; sepalis oblongo-ellipticis, acutiusculis, 3—5 nerviis, albo-setosis, glandulosis, aristatis; petalis obovatis, coeruleo-violaceis, retusis, calyce duplo longioribus; valvulis longe barbatis, rostro glanduloso-pubescenti.

In umbrosis regionis subalpinae rarissime. Laconia: mt. Malevo pr. Hagios Petros (Orph.); Messenia: pr. Phigalea (Chaub.); Achaia: mt. Olenos (Hal.). — Maio, Jun. ♃.

OO Semina reticulato-foveolata.

6. **G. asphodeloides** Burm. specim. bot. geran. p. 28; Ung. Reise p. 138; Bois. fl. or. I. p. 878; Haussk. Symb. p. 45; Hal. Beitr. Fl. Epir. 17, Beitr. Fl. Thessal. p. 16, Beitr. Fl. Achaia p. 16. — *G. nemorosum* Ten. fl. nap. I. suppl. II. p. 62, forma magis glandulosa. — Icon: Tourn. voy. II. p. 14. — Exsicc.: Orph. fl. gr. n. 623; Sint. it. thessal. n. 952.

Caule ramoso, adpresse hirsuto, superne pubescenti-glanduloso; foliis adpresse hirsutis, petiolatis, orbicularibus, palmato 5—7 partitis, segmentis, cuneatis, inciso-dentatis, superioribus sensim diminutis; pedicellis fructiferis declinatis; sepalis oblongo-lanceolatis, pubescenti-glandulosis, aristatis; petalis obovatis, pallide-violaceis, integris vel emarginatis; valvulis pubescentibus, rostro glanduloso-pubescente.

In querictis, dumosis regionis montanae et subalpinae. Epirus: mt. Peristeri supra Syraku (Hal.); Thessalia: mt. Oxya supra Chaliki

(Hal.), pr. Malakasi (Sint.); mt. Zygos, pr. Sermenikon, ad monasterium Korona, in oropedio Neuropolis (Haussk.) in Pindo, mt. Pelion (Heldr.); Euboea (Ung.): pr. Kumi (Bois.); Laconia: mt. Malevo pr. Hagios Petros (Orph.); Messenia (Heldr.); Achaia: pr. Manesi (Hal.). — Maio, Jul. ♃.

6 × 15. **G. asphodeloides × lanuginosum.** — *G. decipiens* (*asphodeloides* × *bohemicum*) Haussk. Symb. p. 46. — Perenne, ramis elongatis, inferne pilis glandulosis crebris, simplicibus longioribus intermixtis obsitis, superne praecipue in inflorescentia dense glandulosis, foliis utrinque adpresse pilosis, palmato-5 fidis, segmentis ovato-lanceolatis, inciso-dentatis; petiolis glandulosis; pedunculis bifloris, pedicellis dense-glandulosis, fructiferis erecto-patentibus; sepalis ellipticis, 3 nerviis, glandulosis, petalis coerulescentibus; valvulis rostrisque glandulosis; seminibus sterilibus, tenuiter foveolato-punctulatis. — In derelictis pr. ruinas castelli turcici supra monasterium Korona Thessaliae (Haussk.). — N. v.

×× Valvulae apice dentato-cristatae; petala calyce fere aequilonga.

7. **G. reflexum** L. mant. p. 257; Haussk. Symb. p. 46. — *G. reflexum forma graeca* Terrac. in Malpigh. IV. p. 214. — Icon: Rchb. f. 4889. — Exsicc.: Sint. it. thessal. n. 675.

Caule simplici vel bifurco, patule hispido, eglanduloso; foliis palmato-subseptemfidis, adpresse hirsutis, segmentis oblongo-rhomboideis, inciso-dentatis, inferioribus petiolatis, summis sessilibus; pedunculis bifloris; pedicellis fructiferis refractis; sepalis oblongo-lanceolatis, obtusis, puberulis et pilis longis albo-setosis, breviter mucronatis, post anthesin retroflexis, tandem erectis; petalis violaceis, oblongis, apice eroso-dentatis, calyce sublongioribus, ungue ciliatis; filamentis basi ciliatis; valvulis pilosis, rostro puberulo; seminibus laevibus.

In subalpinis Thessaliae: mt. Zygos (Haussk.) et mt. Turnara supra Chaliki (Sint.) in Pindo. — Jun. Jul. ♃.

8. **G. aristatum** Freyn et Sint. in bull. Bois. V. p. 587.

Caule fere a basi ramoso, inferne retrorsum hispido, superne patule hispido, glandulosissimo; foliis, palmato-septempartitis, superne pubescentibus, subtus praesertim ad nervos hirsutis, segmentis rhomboideis, trilobis et acute grosse-dentatis, inferioribus longe, superioribus breviter petiolatis; pedunculis bifloris; pedicellis fructiferis deflexis; sepalis oblongo-ellipticis, albo-villosis, arista villosa eis aequilonga terminatis, post anthesin subdeflexis, tandem erectis; petalis cyaneis, elliptico-oblongis, breviter apiculatis, calyce subbrevioribus, ungue albo-villosis; filamentis, basi villosulis; valvulis basi adpresse albo-hirsutis, ad apicem breviter hirtis, rostro seriatim hirto; seminibus . . . — Praecedenti affine, ab eo foliis magis divisis, sepalis longe aristatis, petalis cyaneis brevioribus, indumento copiosiore glanduloso differt.

In fissuris rupium mt. Plaka Pindi tymphaei pr. Chaliki rarissime (Sint.). — Jun. Jul. ♃. N. v.

2. Sectio. *Tuberosa* Bois. fl. or. I. p. 869. Rhizoma tuberosum, fibrillas et saepe caudiculos cylindricos repentes edente.

9. **G. tuberosum** L. Sp. p. 680; S. et S. pr. II. p. 38; Ch. et B. exp. p. 194, Fl. Pelop. p. 44; Friedr. Reise p. 279; Fraas fl. class. p. 82; Bois. fl. or. I. p. 872; Raul. Cret. p. 729; Haussk. Symb. p. 64; Bald. riv. coll. bot. Alb. 1896 p. 38. — Icon: Fl. gr. t. 659. — ? *G. malvaefolium* Pieri fl. corc. p. 94. — Exsicc.: Reverch. pl. cret. 22.

Caule breviter puberulo ad inflorescentiam usque aphyllo; foliis suborbiculatis, adpresse puberulis, 5—9 partitis, segmentis oblongis vel obovato-cuneiformibus, pinnatifido-incisis, radicalibus longe petiolatis, floralibus sessilibus; cyma repetite-dichotoma; pedunculis 1—2 floris, breviter puberulis, eglandulosis; fructiferis erectis; sepalis ovatis, albosetulosis, abrupte mucronatis; petalis breviter unguiculatis, violaceis, calyce duplo longioribus, basi filamentisque ciliatis; valvulis laevibus, hirtis, rostro usque ad stigmata vix attenuato, hirto; seminibus subtiliter lineato-punctatis.

In arvis, cultis regionis inferioris et montanae. Attica: pr. Athenas Fraas), Eleusis (Hausk.); pr. Neo-Corinthum (Haussk.); Arcadia (Sibth.): pr. Tripolizza (Friedr.); Epirus: mt. Micikeli et Olycika (Bald.); Corcyra (Pieri); Creta: pr. Canea (Raul.), Kissamos (Reverch.). — Apr. Maio. ♃.

10. **G. macrostylum** Bois. Diagn. I. p. 58. — *G. tuberosum γ. macrostylum* Bois. fl. or. I. p. 873; Hal. Beitr. fl. Achaia p. 16. — Exsicc.: Orph. fl. gr. n. 334.

Caule breviter puberulo, unifolio vel ad inflorescentiam usque aphyllo; foliis suborbiculatis, adpresse puberulis, 5—7 partitis, segmentis oblongis vel obovato-cuneiformibus, pinnatifido-incisis, radicalibus longe caulinis breviter petiolatis, floralibus sessilibus; cyma repetite dichotoma; pedunculis 1—2 floris, dense glandulosis, fructiferis erectis; sepalis ovatis, dense albo-villosis, abrupte mucronatis; petalis breviter unguiculatis, violaceis, calyce duplo longioribus, basi filamentisque ciliatis, valvulis laevibus, hirtis, rostro glanduloso, apice attenuato glabro; seminibus subtiliter lineato-punctatis. — Praecedenti maxime affinis, ab eo pedunculis glandulosis, sepalis villosis, rostro glanduloso, apice attenuato differt.

In rupestribus regionis mediae et superioris. Aetolia: mt. Korax (Leon.); Achaia: mt. Panachaicon, Olenos, Chelmos (Hal.), Kyllene (Orph.). — Jun. Jul. ♃.

3. Sectio. *Columbina* Fr. nov. p. 211. Radix fusiformis, descendens, simplex vel ramosa, saepissime annua; sepala patula; petala breviter unguiculata.

a. Valvulae laeves.

α. Semina laevia.

11. **G. pyrenaicum** L. mant. p. 97; S. et S. pr. II. p. 40; Ung. Reise p. 138; Bois. fl. or. I. p. 880; Gelmi in bull. soc. bot. ital. 1889 p. 448; Heldr. chlor. Parn. p. 15; Haussk. Symb. p. 46. — Icon: Rchb. f. 4881. — Exsicc.: Heldr. it. thessal. IV. a 1885.

Pubescens; caulibus ramosis; foliis reniformibus, 5—9 fidis, lobis obtuse crenato-dentatis, superioribus diminutis palmatipartitis; pedunculis axillaribus, pedicellis fructiferis declinatis; sepalis adpresse hirtis, brevissime mucronatis; petalis purpureis, obcordatis, supra basin ciliatis, calyce subduplo longioribus; filamentis ciliolatis; valvulis pubescentibus vel glabris, rostro pubescente.

In umbrosis silvaticis regionis montanae. Thessalia: mt. Karava (Heldr.), mt. Baba supra Klinovo, mt. Ghavellu, pr. Sermenikon (Haussk.); Corcyra (Ung.); mt. Parnassus (Heldr.); in agro Eliensi et Messeniaco (Sibth.). — Maio, Jul. ♃.

β. Semina reticulato-foveolata.

× Folia fere ad basin palmato-partita, segmentis in lacinias lineares partitis.

12. **G. columbinum** L. sp. p. 682; S. et S. pr. II. p. 41; Ch. et B. exp. p. 196, Fl. Pelop. p. 44; Marg. et R. fl. Zante p. 35; Friedr. Reise p. 267; Ung. Reise p. 138; Bois. fl. or. I. p. 881; Weiss in z. b. G. 1869 p. 53; Raul. Cret. p. 729; Haussk. Symb. p. 46; Hal. Beitr. Fl. Epir. p. 17, Beitr. Fl. Achaia p. 16. — Icon: Rchb. f. 4875. — Exsicc.: Heldr. pl. fl. hellen. a. 1883.

Adpresse pubescens, eglandulosum; caule diffuso vel adscendente, patule-ramoso; foliis petiolatis, palmatim 5—7 partitis; pedunculis bifloris, folio longioribus, pedicellis defloratis declinatis; sepalis ovato-lanceolatis, aristatis, adpresse hirtis; petalis pallide purpureis, obcordatis, supra basin ciliatis, calyce sublongioribus; filamentis subciliatis; valvulis rostroque pilosiusculis.

In lapidosis regionis inferioris et montanae. Attica: ad Phalerum (Friedr.), Cephissum pr. Tatoi (Heldr.); Achaia: mt. Panachaicon (Hal.); Elis, Messenia (Sibth.); Creta: pr. Canea (Weiss), inter Perama et Damasta, mt. Ida (Raul.); Zante (Marg.); Corcyra (Ung.); Epirus: pr. Pramanta (Hal.); Thessalia: ad monasterium Korona (Haussk.). — Maio, Jul. ⊙.

13. **G. dissectum** L. amoen. IV. p. 282; S. et S. pr. II. p. 41; Ch. et B. exp. p. 195, Fl. Pelop. p. 44; Marg. et R. fl. Zante p. 36; Bois. fl. or. I p. 881; Weiss in z. b. G. 1869 p. 53; Raul. Cret. p. 729; Haussk. Symb. p. 46; Form. in Ver. Brünn 1897 p. 66; Hal. in ö. b. Z. 1897 p. 61. — Icon: Rchb. f. 4876. — Exsicc.: Heldr. et Hal. fl. sporad. a. 1896; Sagb. pl. corc. n. 2.

Patule hispidum, superne glandulosum; caule diffuso vel adscendente, patule ramoso; foliis petiolatis, palmatim 5—7 partitis; pedunculis bifloris, folio brevioribus vel aequilongis, pedicellis fructiferis declinatis; sepalis oblongo-lanceolatis, aristatis, glanduloso-hirtis; petalis intense purpureis, obcordatis, supra basin ciliatis; filamentis inferne ciliatis; valvulis rostroque glanduloso-pilosis.

In incultis, herbidis regionis inferioris. Thessalia: pr. Konisko (Form.), Pharsalus (Haussk.); Sporadum insula Skopelos (Leon.); Laconia:

pr. Kardamyle (Chaub.); Creta: pr. Canea (Weiss), Nerokuru (Raul.); Achaia: pr. Patras (Reis.); Zante (Marg.); Corcyra: pr. urbem (Sagburg). — Apr. Jul. ⊙.

×× Folia palmatifida, segmentis cuneatis vel subrhombeis inciso-dentatis.

14. **G. rotundifolium** L. Sp. p. 683; S. et S. pr. II. p. 41; Ch. et B. exp. p. 195, Fl. Pelop. p. 44; Marg. et R. fl. Zante p. 35; Boiss. fl. or. I. p. 880; Weiss in z. b. G. 1869 p. 53; Raul. Cret. p. 729; Spreitz. in z. b. G. 1877 p. 721; Heldr. fl. Cephalon. p. 29, Fl. Aegin. p. 291; Haussk. Symb. p. 47; Form. in Ver. Brünn 1897 p. 66; Hal. in ö. b. Z. 1899 p. 24. — Icon: Rchb. f. 4878. — Exsicc.: Hal. it. gr. II. a. 1893.

Totum patule pubescenti-glandulosum; caule diffuso vel adscendente, divaricatim ramoso; foliis petiolatis orbiculatis, palmatim 5—7 fidis, segmentis cuneatis, obtuse inciso-crenatis, superioribus diminutis lobis acutatis; pedunculis bifloris, folio brevioribus, pedicellis fructiferis declinatis; sepalis ovato-lanceolatis, acutiusculis, breviter mucronatis; petalis pallide violaceis, cuneatis, integris, ungue glabris, calyce longioribus; filamentis subciliatis; valvulis rostroque glanduloso-pilosis.

In saxosis, ad muros, in graminosis regionis inferioris et montanae. Thessalia: ad monasterium Korona (Haussk.), pr. Konisko (Form.); Attica: mt. Kerata (Haussk.); insula Aegina: pr. Konto (Heldr.); Argolis (Sibth.): in peninsula Methana (Haussk.); Messenia (Sibth.): pr. Methone (Chaub.); Creta: pr. Theriso, mt. Volakia, pr. Murnies (Raul.), Canea (Weiss); Archipelagus (Sibth.); Strophades (Reis); Zante (Marg.); Cephalonia: pr. Argostoli, in oropedio Omala (Heldr.); Corcyra: mt. Pantocrator supra Barbati (Spreitz.). — Apr. Maio. ⊙.

15. **G. lanuginosum** Lam. dict. II. p. 655, Rouy ill. pl. Europ. V. p. 35. t. 107; Burnat fl. alp. marit. II. p. 14. — *G. divaricatum* Lois. fl. gall. ed. 2, II. p. 91; ? Boissieu in bull. soc. bot. fr. 1896 p. 284; non Ehrh. Beitr. VII. p. 164. — *G. Perreymondi* Schuttl. et Huet in bull. soc. bot. hort. Prov. 1886 p. 139; Burn. in bull. soc. dauph. 1881 p. 323. — *G. bohemicum* Haussk. in bot. Ver. Thür. 1886 V. p. 61, symb. p. 47 et auct. mult., non L. Sp. ed. 2 p. 955. — Exsicc.: Heldr. it. thessal. IV. a. 1885.

Patule hirsutum; superne glandulosum; caule erecto, divaricatim ramoso; foliis petiolatis, palmatim 5—7 partitis, segmentis obovato-cuneatis, inciso-dentatis, superioribus diminutis, 3 partitis; pedunculis bifloris, folio longioribus, pedicellis fructiferis erectis; sepalis ovato-ellipticis, acutiusculis, mucronatis; petalis violaceis, obcordatis, ungue ciliatis, calyce longioribus; filamentis ciliatis; valvulis rostroque glandulosis. — Praecedenti omnibus partibus majus. — *G. bohemico* L., foliis plerumque 3partitis, segmentis minus profunde incisis, pedunculis fructiferis subbrevioribus et praesertim seminibus obscure reticulato-foveolatis, fere laevibus diverso, maxime affine. — *G. divaricatum* Ehrh. valvulis rugosis seminibusque laevibus a nostro discedit.

In ruderatis prope ruinas castelli turcici supra monasterium Korona in Pindo dolopico (Haussk.) et pr. Kalabaka (Boissieu). — Maio, Jun. ⊙.

b. Valvulae transverse rugosae; semina laevia.

16. **G. molle** L. sp. p. 682; S. et S. pr. II. p. 41; Ch. et B. exp. p. 195, Fl. Pelop. p. 44; Marg. et R. fl. Zante p. 35; Ung. Reise p. 138; Bois. fl. or. I. p. 882; Weiss in z. b. G. 1869 p. 53; Heldr. fl. Cephalon. p. 29, Chlor Thera p. 9; Haussk. symb. p. 47; Hal. Beitr. Fl. Epir. p. 17, in ö. b. Z. 1897 p. 62, in ö. b. Z. 1897 p. 62. — *G. stipulare* Kunze chlor. p. 53; Freyn. in bull. Bois. VI. p. 976; forma petalis longioribus. — Icon: Rchb. f. 4879. — Exsicc.: Heldr. pl. fl. hellen. a. 1879; Heldr. et Hal. fl. Sporad. a. 1896.

Molliter patuleque villosum, superne glandulosum; caulibus diffusis vel adscendentibus, simplicibus vel bifurcis; foliis petiolatis, orbiculatis, palmatim 5—9 fidis, segmentis cuneatis, obtuse tridentatis trifidisve, summis sessilibus, diminutis, trifidis, segmentis subintegris; pedunculis bifloris, folio aequilongis vel sublongioribus, pedicellis fructiferis reflexis; sepalis ovato-oblongis, obtusiusculis, dense longissimeque villosis, brevissime mucronatis; petalis purpureis, emarginatis, ungue ciliatis, calyce sublongioribus; filamentis glabris; valvulis glabris, rostro pubescente.

In collibus aridis, herbidis, ad vias regionis inferioris et montanae. Attica: pr. Athenas, in colle Philopappo, in scopulo Rhaphti (Heldr.): Argolis (Sibth.); Messenia (Sibth.): pr. Pylos (Chaub.); Cyclades (Sibth.); insula Syra, Tenos (Weiss), Thera (Heldr.); Sporadum insula Skopelos (Leon.); Thessalia: in planitie, nec non ad monasterium Korona in Pindo (Haussk.); Epirus: pr. Kalarrytes (Hal.); Cephalonia: mt. Aenos (Ung.), in oropedio Omala (Heldr.); Zante (Marg.). — Mart. Jun. ⊙.

17. **G. brutium** Gasp. in rend. acad. sc. nap. I. p. 49; Lojac. fl. sic. I. p. 204; Freyn. in bull. Bois VI. p. 978. — *G. villosum* Rchb. fl. exc. p. 778; Link in Linnaea IX. p. 586; Haussk. symb. p. 47; Hal. in ö. b. Z. 1895 p. 219; an Ten. fl. nap. I. p. 61, V. p. 83 t. 166, quod radice perenne differre dicitur (tametsi icon auctoris hanc notam vix demonstrat). — *G. pyrenaicum* Ch. et B. exp. p. 195; Hal. Beitr. Fl. Epir. p. 17, Beitr. Fl. Achaia p. 16, non L. — *G. aristatum* Ch. et B. fl. Pelop. p. 44, non Stev. — *G. molle v. grandiflora* Vis. fl. dalm. III. p. 212. — *G. molle v. macropetalum* Bois. fl. or. I. p. 882; Spreitz in z. b. G. 1877 p. 721. — *G. villosum v. graecum* Terrac. in Malpigh. IV. p. 199. — Icon: Rchb. f. 4880. — Exsicc.: Sint. it. thessal. n. 184b; Baen. herb. europ. n. 9264.

Molliter patuleque villosulum, superne glandulosum; caulibus diffusis vel adscendentibus, simplicibus vel bifurcis; foliis petiolatis, orbiculatis, palmatim 5—9 fidis, segmentis cuneatis, obtuse tridentatis, summis sessilibus, diminutis, segmentis subintegris; pedunculis bifloris, folio longioribus, pedicellis fructiferis reflexis; sepalis oblongis, obtusiusculis, sparse villosis, brevissime mucronatis; petalis purpureis, emarginato-bilobis, ungue

ciliatis, calyce 2—2½plo longioribus; filamentis glabris; **valvulis glabris**, rostro puberulo. — A praecedente indumento parciore, colore viridi, pedunculis longioribus et praesertim petalis multo majoribus distinguitur. Semina a nonnullis auctoribus laevissime reticulata dicuntur, in speciminibus graecis autem, sub lente forte etiam, semper laevia vidi.

Ad sepes, in herbosis lapidosis regionis inferioris et montanae. Thessalia: pr. Kalabaka (Sint.), ad monasterium Korona, mt. Zygos (Haussk.); Epirus: pr. Vulgarelion (Hal.); Aetolia: pr. Krionerion (Reiser); Achaia: pr. Patras (Link), mt. Olenos (Hal.); Arcadia: pr. Mazuki (Heldr.); Messenia: pr. Messene, Methone, Korone, insula Sapienza (Chaub.); Cephalonia, Ithaca (Spreitz.); Corcyra: pr. urbem (Sagb.), Kastrades (Baen.), Katogaruna (Bicknell). — Apr., Jul. ⊙.

Obs. *G. pusillum* L. syst. ed. X. p. 1144 a Friedrichsthal Reise p. 267 pr. Phalerum indicatum, sed probabiliter erronee, nam postea a nemini lectum.

4. Sectio. *Robertia* Gr. et Godr. fl. fr. I. p. 306. Radix fusiformis, descendens, simplex, annua; sepala erecta, conniventia; petala longe unguiculata (unguis laminae aequilongus).

a. Plantae glabrae; sepala transverse corrugata.

18. **G. lucidum** L. sp. p. 682; S. et S. pr. II p. 40; Ch. et B. exp. p. 195, Fl. Pelop. p. 44; Marg. et R. Fl. Zante p. 36; Friedr. Reise p. 279; Ung. Reise p. 138; Bois. fl. or. I. p. 884; Weiss in z. b. G. 1869 p. 53; Raul. Cret. p. 729; Spreitz. in z. b. G. 1877 p. 721; Heldr. fl. Cephalon. p. 29, Fl. Aegin. p. 291; Form. in d. bot. Mon. 1891 p. 40, in Ver. Brünn 1897 p. 66; Haussk. symb. p. 47; Hal. Beitr. Fl. Achaia p. 16. — Icon: Rchb. f. 4872. — Exsicc.: Sint. it. Thessal. n. 185.

Caule erecto vel adscendente, simplici vel ramoso; foliis petiolatis, orbiculatis, palmatim 5—7 fidis, segmentis cuneatis, crenato-incisis; pedunculis bifloris, pedicellis puberulis, fructiferis declinatis; sepalis lanceolatis, breviter aristatis; petalis roseis, apice rotundatis; filamentis glabris; valvulis dorso longitudinaliter rugosis, facie leviter reticulatis; seminibus laevibus.

In rupestribus umbrosis regionis inferioris et mediae. Thessalia: pr. Malakasi, Asproklisia (Form.), Kalabaka (Sint.), monasterium Korona, Pharsalus (Haussk.), mt. Pelion (Heldr.); mt. Korax (Leon); mt. Parnassus (Orph.); Attica: mt. Hymettus (Heldr.); Acrocorinthus (Haussk.); Argolis (Sibth.): pr. Mykene, Nauplia (Haussk.); Arcadia: pr. Tripolizza (Friedr.); Achaia: mt. Chelmos, Olenos (Hal.); Messenia: a regione maritima usque Kubeh, pr. Phigalea, mt. Ithome (Chaub.); insula Aegina: ad monasterium (Heldr.); Cycladum insula Tenos (Weiss), Keos (Heldr.); Creta: pr. Akroteri, Malaxa (Raul), mt. Sphaciotici (Sibth.) inter Askyphos et Anopolis, mt. Volokia (Raul); Zante (Marg.);

Cephalonia: mt. Aenos, in oropedio Omala, pr. Francata (Heldr.). Apr. Jun. ⊙.

b. Plantae glanduloso-pubescentes; sepala non corrugata.

19. **G. Robertianum** L. Sp. p. 681; S. et S. pr. II. p. 42; Pieri corc. fl. p. 93; Dallap. prosp. p. 93; Ch. et B. exp. p. 196, Fl. Pelop. p. 44; Marg. et R. fl. Zante p. 36; Friedr. Reise p. 269 et 271; Ung. Reise p. 138; Bois. fl. or. I. p. 883; Weiss in z. b. G. 1869 p. 53; Heldr. fl. Cephalon. p. 29; Haussk. Symb. p. 47; Form. in Ver. Brünn 1896 p. 92, 1897 p. 66. — Icon: Rchb. f. 4871. — Exsicc.: Heldr. fl. thessal. a. 1883; Sint. et Bornm. it. turc. n. 1193.

Caule erecto vel adscendente, ramoso; foliis petiolatis, ambitu triangularibus, palmatim 3—5 sectis, segmentis petiolulatis, pinnatifidis vel pinnatisectis; pedunculis bifloris, pedicellis fructiferis patulis; sepalis ovato-lanceolatis, aristatis, glanduloso-villosis; petalis purpureis, calyce duplo longioribus, lamina obovata, integra vel laeviter crenulata, abrupte in unguem attenuata; filamentis glabris; valvulis remote reticulato-rugosis; stigmatibus purpureis; seminibus minute punctatis.

In umbrosis montanis. Vidi tantum e mt. Olympo (Sint.) et e mt. Pelion pr. Mures (Heldr.) Thessaliae; Boissier indicat speciem tantum in mt. Chelmos (Orph.) Achaiae, Hausskuecht in mt. Pelion pr. Portaria et pr. Klinovo in Pindo, Formanek in mt. Mitrica; loca caetera indicata, certe pro maxima parte ad speciem sequentem, quae ab auctoribus multis, praesertim prioribus, cum nostra confusa fuit, pertinentes: Corcyra (Pieri); Cephalonia (Dallap.): pr. Spartia (Heldr.), Zante (Marg.); Peloponnesus (Chaub.); insula Poros et Aegina (Friedr.); Cyclades (Sibth.): insula Syra (Weiss). — Maio, Jul. ⊙.

20. **G. purpureum** Vill. fl. delph. p. 72; Bois. fl. or. I. p. 883; Raul. Cret. p. 729; Haussk. Symb. p. 47; Bald. riv. coll. bot. Alb. 1895 p. 21, 1896 p. 38; Boissieu in bull. soc. bot. France 1896 p. 284; Hal. Beitr. Fl. Aetol. p. 5, in ö. b. Z. 1897 p. 62, 1899 p. 24; Heldr. fl. Aegin. p. 291. — Icon: Vill. hist. pl. dauph. III. t. 40. — Exsicc.: Heldr. herb. norm. n. 1222; Sint. it. thessal. n. 522 et 939.

Differt a praecedente indumento saepius parciore et breviore, petalis minoribus, calyce sesquilongioribus, lamina anguste obovato-oblonga, sensim in unguem attenuata, valvulis dense et tenuiter rugosis, stigmatibus roseis. — Quoad indumentum, foliorum, sepalorum et petalum formam, valvularum sculpturam valde variat, sed limites certos inter has formas definire mihi impossibile videtur. Tales formas meo sensu minimae dignitatis, in Graecia indicatas, sistunt: *G. semiglabrum* Jord. in Bor. fl. centr. ed. 3. p. 130 (*G. purpureum v. leiosepalum* Haussk. Symb. p. 47), sepalis glabris vel glabrescentibus; *G. modestum* Jord. adn. cat. jard. Grenoble p. 3, Haussk. l. c., sepalis glanduloso-villosis, brevius aristatis; *G. purpureum v. eriosepalum* Haussk. l. c., sepalis glanduloso-villosis, longe-aristatis; *G. Villarsianum* Jord. l. c., segmentis foliorum latioribus ovalibus obtusis. —

In rupestribus regionis inferioris et montanae. **Epirus: mt. Murga** et Micikeli (Bald.); Thessalia: pr. Guwelzi, Kalabaka (Sint.), mt. Pelion (Heldr.); Boeotia: pr. Larmes (Boissieu); Aetolia: mt. Chalkis (Hal.); Attica: in Acropoli Athenarum, mt. Hymettus, Kerata (Haussk.), in colle Ardetto, pr. Kephissia, mt. Pentelicon (Heldr.); Acrocorinthus (Haussk.); Argolis: mt. Palamidi supra Nauplia (Haussk.), ins. Poros (Heldr.); Sporadum insula Skopelos (Leon.); Cycladum insula Keos (Heldr.); Aegina: ad templum (Heldr.); Creta: pr. Malaxa (Raul.); Strophades (Reiser). — Apr. Jun. ⨀.

2. Erodium L'Herit. in Ait. hort. Kew. II. p. 414.

Dispositio specierum:

1. Sectio. *Caulescentia* Willk. et Lange. Radix annua vel biennis; caules plus minus elongati, folia et pedunculos axillares edentes.

a. Calyx fructifer 10—15 mm longus; rostrum carpellorum crassum, 8—11 cm longum.

α. Folia saltem inferiora indivisa vel lobata; valvularum foveolae plicatae.

1. E. gruinum (L.). **2. E. botrys** (Cav.).

β. Folia omnia bipinnatisecta; valvularum foveolae non plicatae.

3. E. ciconium (L.).

b. Calyx fructifer 3—5 mm longus; rostrum carpellorum gracile, 2—6 cm longum.

α. Folia saltem inferiora indivisa vel lobata.

4. E. laciniatum (Cav.). **5. E. chium** (L.). **6. E. malacoides** (L.).

β. Folia omnia pinnatim vel bipinnatim secta.

7. E. moschatum (L.). **8. E. cicutarium** (L.).

2. Sectio. *Rhizomatosa* Willk. et Lange. Rhizoma crassum, lignosum, folia et pedunculi scapiformes vel caules breves ramosos edens.

a. Viride, sparsim adpresse hirtum.

9. E. romanum (L.).

b. Dense adpresse sericeo-argentea.

10. E. Guicciardii Heldr. **11. E. chrysanthum** L'Her.

1. Sectio. *Caulescentia* Willk. et Lange pr. fl. hisp. III. p. 536. — Radix annua vel biennis; caules plus minus elongati, folia et pedunculos axillares edentes.

a. Calyx fructifer 10—15 mm. longus; rostrum carpellorum crassum, 8—11 mm. longum.

α. Folia saltem inferiora indivisa vel lobata; valvularum foveolae plicatae.

1. **E. gruinum** L. Sp. p. 680; Ch. et B. exp. p. 193, Fl. Pelop. p. 44 (*Geranium*); Ait. hort. Kew. II. p. 415; S. et S. pr. II. p. 37; Friedr. Reise p. 269, *f. acaulis*; Bois. fl. or. I. p. 892; Weiss in z. b. G. 1869 p. 53; Raul. Cret. p. 729; Haussk. Symb. p. 47; Forsyth in bull. Bois. 1895 p. 87; Boissieu in bull. soc. bot. Fr. 1896

p. 284; Hal. in ö. b. Z. 1897 p. 62; Heldr. fl. Aegin. p. 291. — Icon: Fl. gr. t. 656. — Exsicc.: Heldr. et Hal. fl. aegaea a. 1889, Fl. Sporad. a. 1896.

Caule crasso, erectiusculo, sparsim papilloso-hirsuto; foliis inferioribus longe petiolatis, cordato-ovatis, indivisis, superioribus breviter petiolatis, triangulari-ovatis, trisectis, segmentis serrato-dentatis, terminali majore, 3—5 lobo; stipulis ovatis, acuminatis; pedunculis 2—5 floris; pedicellis recurvo-pilosis; sepalis longe mucronatis, ad nervos patule hirtis, fructiferis 15 mm longis; petalis violaceis, calycis mucronem superantibus; filamentis glabris; valvulis dense albo-strigosis, foveolis plica profunda auctis; rostro 8—9 cm longo.

In herbosis, arenosis, praesertim maritimis. — Sporadum insula Skiathos (Leon.); insula Salamis (Heldr.); Argolis (Sibth.): pr. Nauplia (Haussk.); insula Aegina (Friedr.), Hydra (Heldr.), Keos (Boissieu), Syra, Tenos (Weiss); Creta: pr. Platania, Malaxa, inter Prosnero et Askyphos (Raul.); Messenia: insula Sapienza, pr. Kubeh, Messene (Chaub.). — Mart. Maio. ⊙.

2. **E. botrys** Cav. diss. IV. p. 218, t. 96, f. 2 (*Geranium*); Bert. amoen. ital. p. 35; Sieb. avis p. 4; Hal. in ö. b. Z. 1895 p. 257. — Exsicc.: Reiser fl. gr. a. 1894.

Caulibus adscendentibus vel erectis retrorsum papilloso-hirsutis, foliis inferioribus longe petiolatis, cordato-oblongis, obtuse sinuato-lobatis vel crenatis, superioribus subsessilibus, ovato-lanceolatis, pinnatifidis, laciniis inciso-serratis; stipulis oblongis, acutis; pedunculis 1—3 floris, pedicellis glandulosis; sepalis glanduloso-pubescentibus, breviter mucronatis, fructiferis 10 mm. longis; petalis violaceis, calyce sesquilongioribus; filamentis glabris; valvulis dense albo-strigosis, foveolis plicis binis profundis auctis, rostro 10—11 cm. longo. — A praecedente foliorum forma, pedicellis glandulosis, sepalis minoribus glandulosis breviter mucronatis, valvulis tenuioribus diversum.

β. **eglandulosum**. — Pedicelli et calyces eglandulosi. — Exsicc.: Heldr. et Hal. fl. Aegaea a. 1889.

In herbidis arenosis regionis inferioris, rarissime. — Corcyra: pr. urbem (Reiser), Creta (Sieb.). — *β*. Cycladum insula Tenos (Leon.). — Mart. Maio. ⊙.

β. Folia omnia bipinnatisecta; valvularum foveolae non plicatae.

3. **E. ciconium** L. Sp. ed. 2 p. 952; Ch. et B. exp. p. 193. Fl. Pelop. p. 44 (*Geranium*); Willd. sp. III. 629; S. et S. pr. II. p. 35; Bois. fl. or. I. p. 891; Haussk. Symb. p. 47; Heldr. fl. Aegin. p. 291, Chlor. Thera p. 10. — Icon: Jacq. hort. vind. I. t. 18. — Exsicc.: Heldr. pl. fl. hellen. a. 1877 et 1887.

Pubescenti-glandulosum; caulibus diffusis vel adscendentibus; foliis petiolatis, decursive pinnatisectis, segmentis pinnatifidis, rhachide dentata; stipulis lanceolatis, acutis; pedunculis 2—7 floris; sepalis longiuscule mucronatis, fructiferis 10 mm. longis; petalis purpureis, calyce aequilongis; filamentis inferne ciliatis; valvulis patule albo-strigosis; rostro

8 cm. longo. — Foliorum forma, foveolis plica destitutis et indumento a praecedentibus discedit.

In herbidis, collibus maritimis, ad vias. — Attica: pr. Piraeum, Amarysia (Heldr.), Geraka, Laurion (Haussk.); Argolis (Sprun.); insula Aegina et Thera (Heldr.); Messenia (Sibth.). — Mart. Maio. ⊙.

b. Calyx fructifer 3—5 mm. longus; rostrum carpellorum gracile, 2—6 cm. longum.

α. Folia saltem infima indivisa vel lobata.

4. **E. laciniatum** Cav. diss. IV. p. 228 t. 113 f. 3 (*Geranium*); Willd. sp. III. p. 633; Bois. fl. or. I. p. 893; Raul. Cret. p. 730; Haussk. Symb. p. 47; Heldr. chlor. Thera p. 10. — *Geranium pulverulentum* Cav. diss. V. p. 272; Ch. et B. exp. p. 193, Fl. Pelop. p. 44; non Desf. Atl. II. p. 3, quod radice perenne crasso describitur. — *E. chium* S. et S. pr. II p. 37, Fl. gr. t. 657, forma maritima petalis diminutis; non L. — *E. affine* Ten. syll. p. 333; Ch. et B. exp. p. 193, Fl. Pelop. p. 44; Friedr. Reise p. 265. — Icon: Fl. gr. t. 655. — Exsicc.: Heldr. herb. norm. n. 126; Reverch. pl. cret. n. 23.

Caulibus procumbentibus vel adscendentibus, retrorsum hirtis vel glabrescentibus; foliis papilloso-hirtis vel glabrescentibus, infimis longe petiolatis, ovato-cordatis obtuse trilobis, caeteris breviter petiolatis, pinnati-partitis vel bipinnatisectis, laciniis latiusculis brevibus acutis; stipulis ovatis, obtusis; pedunculis 4—6 floris, pedicellis glandulosis; sepalis glandulosis, breviter mucronatis; petalis purpureis, calyce parum longioribus; filamentis glabris, rarius 1—2 ciliis obsitis; valvulis adpresse strigosis, foveolis plica destitutis; rostro 5—6 cm. longo. — A praecedente indumento, foliorum segmentis latiusculis, calyce dimidio minore et rostro gracili diversum.

β. **Cavanillesii** Willk. pl. haloph. p. 111 pro sp.; Haussk. Symb. p. 47. — *E. laciniatum β. pulverulentum* Bois. Fl. or. I. p. 893. — Caulibus gracilioribus, saepius humifusis; foliis minoribus, crispule-canescentibus, laciniis angustioribus; sepalis brevissime puberulis; rostro saepius breviori. — Exsicc.: Reverch. pl. cret. n. 24.

In arenosis maritimis, collibus aridis. — Attica: pr. Athenas (Friedr.), pr. Phalerum (Heldr.), Geraka, Kamariza distr. Laurion, promontorium Sunium (Haussk.); Peloponnesus: pr. Argos, Sparta, mt. Taygetos (Chaub.); Cycladum insula Thera (Heldr.); Creta: pr. Kissamos (Reverch.), Canea, Khalepa, Francocastello, inter Askyphos et Anopolis (Raul.); — β. Creta: in peninsula Akroteri (Reverch.); Cycladum insula Cythnos (Heldr.); pr. Neocorinthum (Haussk.). — Mart. Maio. ⊙.

5. **E. chium** L. Sp. ed. 2. p. 951 (*Geranium*); Willd. Sp. III. p. 636; Bois. fl. or. I. p. 894; Weiss in z. b. G. 1869 p. 53; Boissieu in bull. soc. bot. Fr. 1896 p. 284. — Icon: Cav. diss. IV. t. 92 f. 1. — Exsicc.: Orph. fl. gr. n. 621; Heldr. herb. norm. n. 125.

Pilis papillosis incurvis hirtum, eglandulosum; caulibus diffusis vel erectiusculis; foliis petiolatis, glabriusculis, cordato-orbiculatis vel cordato-

ovatis, obtuse lobatis, lobis crenato-dentatis, superioribus trilobis trifidisve; stipulis ovatis, acutis; pedunculis 4—8 floris, pedicellis eglandulosis; sepalis eglandulosis, longiuscule mucronatis; petalis roseis, calyce sesquilongioribus; filamentis sterilibus ciliatis; valvulis adpresse strigosis, foveolis plica destitutis; rostro 3—3$^{1}/_{2}$ cm longo. — Indumento eglanduloso, foliorum forma, rostro breviore a praecedente diagnoscitur.

In herbosis regionis calidae, rarius. Attica: in Acropoli Athenarum, pr. Buliasmene (Heldr.); Argolis (Sprun.); Cycladum insula: Keos (Boissieu), Syra (Orph.). — Mart. Maio. ○.

6. **E. malacoides** L. sp. p. 680; Pieri. corc. fl. p. 92; Ch. et B. exp. p. 193, Fl. Pelop. p. 44 (*Geranium*); Willd. sp. III. p. 639; S. et S. pr. II. p. 37; Marg. et R. fl. Zante p. 36; Fraas fl. class. p. 82; Ung. Reise p. 138; Bois. fl. or. I. p. 893; Weiss in z. b. G. 1869, p. 53; Raul Cret. p. 730; Heldr. fl. Cephalon. p. 29, Fl. Aegin. p. 291; Haussk. symb. p. 47; Forsyth in bull. Bois. 1895. p. 87. — Icon: Fl. gr. t. 658. — Exsicc.: Heldr. pl. fl. hellen. a 1871; Sagb. pl. corc. n. 3.

Pubescenti-glandulosum; caulibus erectis vel diffusis; foliis petiolatis, adpresse-pubescentibus, cordato-ovatis vel cordato-oblongis, crenatis vel crenato-lobatis; stipulis ovatis, obtusis; pedunculis 4—8 floris, pedicellisque glandulosis; sepalis glandulosis, breviter mucronatis; petalis lilacinis, calyce sublongioribus; filamentis glabris; valvulis albo-strigosis, foveolis plica profunda auctis, rostro 3 cm longo. — Indumento glanduloso, foliorum forma, foveolis plicatis et rostro breviore a praecedente differt.

In ruderatis, arenosis, ad vias, frequens. — Attica: pr. Athenas (Fraas), Patissia (Heldr.); in isthmo Corinthiaco: pr. Kalamaki, Corinthum (Haussk.); Argolis: pr. Nauplia (Fraas); insula Aegina (Heldr.); Cyclades (Sibth.): insula Tenos, Syra (Weiss); Messenia (Sibth.): pr. Methone, Kubeh, Messene (Chaub.); Elis (Sibth.); Achaia: pr. Patras (Hal.); Zante (Marg.); Cephalonia: pr. Argostoli, in oropedio Omala (Heldr.); Corcyra (Pieri): pr. urbem (Sagb.); Creta: insula Dia (Raul.). — Mart. Jun. ⊙.

β. Folia omnia pinnatim vel bipinnatim secta.

7. **E. moschatum** L. sp. p. 680; Pieri corc. fl. p. 92; Ch. et B. Fl. Pelop. p. 44 (*Geranium*); L'Herit. in Ait. hort. Kew. II. p. 414; S. et S. pr. II. p. 36; Sieb. in Flora I. p. 271; Friedr. Reise p. 278; Fraas fl. class. p. 82; Bois. fl. or. I. p. 891; Weiss in z. b. G. 1869 p. 53; Raul. Cret. p. 729; Gelmi in bull. soc. bot. ital. 1889 p. 448; Haussk. symb. p. 47. — Icon: Jacq. hort. vind. I. t. 55. — Exsicc.: Heldr. pl. fl. hellen. a. 1877 et 1894; Sagb. pl. corc. n. 5 et 6.

Subacaule, tandem caulescens, pilis albis sparsim papilloso-hirtum, superne saepissime glandulosum; caulibus diffusis vel adscendentibus; foliis petiolatis, pinnatisectis, segmentis remotis, ovatis, inciso-serratis; stipulis late ovatis, obtusiusculis; pedunculis 2—8 floris; sepalis breviter et crasse mucronatis; petalis roseis, calyce aequilongis vel paulo longi-

oribus; filamentis glabris, fertilibus a basi dilatata utrinque unidentata subulatis; valvulis albostrigosis, foveolis plica concentrica auctis. — Cotyledones integrae dicuntur.

In ruderatis, herbidis, ad vias regionis inferioris. — Attica: in Acropoli Athenarum, ad Cephissum (Heldr.), Phalerum (Hausk.); Argolis (Sibth.): pr. Nauplia (Friedr.); Laconia: mt. Taygetos (Psarides); Messenia (Sibth.): pr. Kalamata (Zahn), Pylos (Chaub.); Elis (Sibth.); Zante (Weiss); Corcyra (Pieri): pr. urbem (Sagb.); Creta: pr. Canea (Raul.), in fauce Perivoglia (Sieb.); Cycladum insula Syra (Weiss.). — Nov. Maio ⊙.

8. **E. cicutarium** L. sp. p. 680; Pieri corc. fl. p. 93; Ch. et B. exp. p. 193, Fl. Pelop. p. 44 (*Geranium*); L'Herit. in Ait. hort. Kew. II. p. 414; S. et S. pr. II. p. 35; Marg. et R. fl. Zante p. 36; Friedr. Reise p. 266 *v. cicutaefolium* et p. 274 *v. pimpinellifolium*; Bois. fl. or. I. p. 890; Weiss in z. b. G. 1869 p. 53; Raul. Cret. p. 729; Spreitz. in z. b. G. 1877 p. 721; Heldr. fl. Cephalon. p. 29, Fl. Aegin. p. 291, Chlor Thera p. 10; Haussk. symb. p. 47; Form. in Ver. Brünn 1897 p. 66. — Icon: Rchb. f. 4864. — Exsicc.: Heldr. herb. norm. n. 832, herb. gr. dimorph. n. 13; Sint. it. thessal n. 189.

Subacaule, tandem caulescens, pilis albis plus minus papilloso-hirtum, superne interdum glandulosum; caulibus diffusis vel erectiusculis; foliis petiolatis, pinnatisectis, segmentis semel bel bis pinnatifidis; stipulis ovato-lanceolatis, acutis; pedunculis 2—8 floris; sepalis breviter mucronatis; petalis purpureis, calyce paulo vel subduplo longioribus; filamentis glabris, lanceolatis, edentulis; valvulis hirsutis, foveolis plica concentrica auctis. — Cotyledones trilobatae dicuntur. — Species quoad habitum, caulis longitudinem et crassitiem, florum magnitudinem et praesertim foliorum formam mire variat.

In campis, cultisque regionis inferioris et submontanae per totam Graeciam frequens. — Nov. Maio. ⊙ et ⊙.

2. Sectio. *Rhizomatosa* Willk. et Lange pr. fl. hisp. III. p. 532. — Rhizoma crassum, lignosum, folia et pedunculi scapiformes vel caules breves ramosos edens.

a. Viride, sparsim adpresse hirtum.

9. **E. romanum** L. sp. ed. 2. p. 951; Ch. et B. exp. p. 193, Fl. Pelop. p. 44 (*Geranium*); L'Herit. in Ait. hort. Kew. II. p. 414; S. et S. pr. II. p. 36; Marg. et R. fl. Zante p. 36; Bois. fl. or. I. p. 890. — Icon: Fl. gr. t. 654.

Rhizomate lignoso, pluricipiti; foliis numerosis, radicalibus, rosulatis, petiolatis, pinnatinectis, segmentis sessilibus, ovato-oblongis, pinnatifidis, laciniis oblongis, acutis, integris incisisve; pedunculis radicalibus, 3—9 floris, sepalis aristatis, aristis bisetulosis; petalis roseis, calyce 2—3 plo longioribus; filamentis lanceolatis, glabris; valvulis hirsutis, foveolis plica destitutis; rostro 4—5 cm longo. — Plantam graecam non vidi et descriptionem ex speciminibus siculis, in Todaro fl. sic. exs. n. 634 pul-

cherrime editis, deprompsi. — Saepissime commutantur cum *E. romano* specimina biennia subacaulia *E. cicutarii*, a quibus illud rhizomate lignoso multicipite, foliis et pedunculis omnibus radicalibus, petalis majoribus et valvularum foveolis non plicatis optime discedit. — Nescio anne plantae locorum infra indicatorum, saltem pro parte, rectius ad has formas referri debeantur.

In agro Argolico, Messeniaco et Arcadiensi (Sibth.), in insula Melos (Chaub.) et Zante (Marg.). — Mart. Apr. ♃.

b. Dense adpresse sericeo-argentea.

10. **E. Guicciardii** Heldr. in Bois. diagn. ser. 2 VI. p. 40; Bois fl. or. I. p. 888. — Exsicc.: Heldr. herb. gr. norm. n. 659, it. gr. septentr. a. 1879.

Rhizomate crasso, indurato, multicipite; caulibus ramosis, foliatis; foliis radicalibus numerosis, petiolatis, bipinnatisectis, laciniis linearibus, acutis, caulinis diminutis, sessilibus, pinnatisectis; pedunculis 3—7 floris, pedicellisque eglandulosis; sepalis longiuscule mucronatis, eglandulosis; petalis roseis, calyce subduplo longioribus; carpellis albo-velutinis, rostro glanduloso 4plo brevioribus.

In regione alpina mt. Tymphrestus Eurytaniae, rarissime (Heldr.). — Jul. Aug. ♃.

11. **E. chrysanthum** L'Her. in DC. pr. I. p. 645; Bois. fl. or. I. p. 887; Heldr. chlor. Parn. p. 15. — *E. absinthoides* S. et S. pr. II. p. 39, Fl. gr. t. 652, non L'Her. — Exsicc.: Orph. fl. gr. n. 1131; Heldr. herb. gr. norm. n. 1315.

Rhizomate crasso, indurato, multicipite; caulibus abbreviatis, scapiformibus, rarius paucifoliis; foliis radicalibus numerosis, petiolatis, bipinnatisectis, laciniis latiusculis, obtusis; pedunculis 2—5 floris, pedicellisque glandulosis; sepalis longiuscule mucronatis, glandulosis; petalis luteis, calyce duplo longioribus; carpellis albo-hirsutis, rostro 6plo brevioribus.

In regione alpina, rare. In mt. Parnasso (Sibth.), Malevo (Orph.), Taygetos et Kyllene (Heldr.). — Maio, Jul. ♃.

Obs. *E. alpinum* S. et S. pr. II. p. 35, Fl. gr. t. 653, non L'Her., ad *E. hirtum* (Forsk.) referendum est, in Graecia non occurrit. — *E. maritimum* L. sp. ed. 2 p. 951 (*Geranium*); S. et S. pr. II. p. 37 in Attica et insula Seriphos erronee indicatum.

3. **Biebersteinia** Steph. in mem. mosq. I. p. 89.

1. **B. Orphanidis** Bois. diagn. ser. 2. I. p. 113, Fl. or. I. p. 900. — Exsicc.: Orph. fl. gr. n. 292.

Glandulosa, radice crassa; caule erecto, crasso, simplici, a basi foliato, 40 cm alto, superne in spicam densam oblongam abeunte; foliis late oblongo-lanceolatis, tripinnatisectis, laciniis oblongo-linearibus acutis; bracteis magnis, ovatis; floribus subsessilibus, 2—3 fasciculatis; sepalis

ovatis, acutis; petalis calyce multo brevioribus, longe unguiculatis, lamina rosea, apice denticulato-fimbriata.

In regione superiori mt. Kyllene Achaiae, ad 1900 m. circa altitudinis, in vallecula sicca ad meridiem spectanti loco „tou pugiou o ochdos" dicto (Orph.). Postea a nemine reperta. — Maio, Jun. ♃.

XXIV. Ordo. Oxalidaceae DC. pr. I. p. 214.

1. Oxalis L. gen. n. 582.

a. Caulescens.

1. **O. corniculata** L. sp. p. 435; S. et S. pr. I. p. 313; Ch. et B. exp. p. 128, Fl. Pelop. p. 29; Bois. fl. or. I. p. 866; Raul. cret. p. 729; Gelmi in bull. soc. bot. ital. 1889 p. 448; Haussk. symb. p. 47; Form. in Ver. Brünn 1897 p. 66. — Icon: Fl. gr. t. 451. — Exsicc.: Heldr. pl. attic. a. 1869.

Radice estolonosa; caulibus diffusis, ramosis, basi radicantibus; foliolis obcordatis; pedunculis axillaribus, 2—5floris, pedicellis defloratis, deflexis; petalis flavis, 4 mm longis, calyce duplo longioribus.

In arvis, ad muros, in ruderatis. Attica: pr. Athenas (Haussk.), Cephissia (Heldr.); Thessalia: pr. Lechonia (Form.); Argolis (Sart.); Laconia (Sibth.): in Maina, in planitie Philiatra (Chaub.); Creta (Sibth.): pr. Canea (Raul.); Cycladum insula Tenos (Chaub.); Corcyra: pr. Alipi (Gelmi). — Maio, Sept. ♃.

b. Acaules.

2. **O. acetosella** L. sp. p. 435; S. et S. p. 312; Ch. et B. exp. p. 128, Fl. Pelop. p. 29; Form. in d. bot. Mon. 1891 p. 40, in Ver. Brünn 1896 p. 92. — Icon: Rchb. f. 4898.

Rhizomate tenui, repente, dentato; foliolis obcordatis; pedunculis radicalibus, foliis aequilongis, unifloris, supra medium bibracteatis; petalis albis vel pallide roseis, purpureo-venosis, 15 mm longis, calyce 3—4plo longioribus.

In silvis umbrosis. Thessalia: mt. Zygos et Ochsa Despot in Pindo, mt. Pelion (Form.); Laconia (Sibth.). — Apr. Maio. ♃. N. v.

3. **O. cernua** Thunb. diss. oxal. n. 12 t. 2; Bois. fl. or. I. p. 867; Weiss in z. b. G. 1869 p. 53; Gelmi in bull. soc. bot. ital. 1889 p. 448; Haussk. Symb. p. 47. — *O. libyca* Viv. fl. lyb. spec. p. 24. — Exsicc.: Rev. pl. cret. n. 21, Sagb. pl. corc. n. 7 et n. 8 (flore pleno); Baen. herb. europ. n. 4888 et 9296.

Rhizomate tenui, obliquo, ad collum squamigero, bulbillifero; foliolis late obcordato-bilobis; pedunculis radicalibus, foliis subduplo longioribus, nudis, umbellato-multifloris; petalis flavis, 2—3 cm longis, calyce 4—5plo longioribus.

In cultis, sepibus, olivetis, hortis neglectis. Indigena in promontorio Bonae spei Africae; nunc multis locis inquilina; Corcyra: pr. ur-

bem (Sagb.), Kastrades (Baen.); Zante (Weiss); Attica: in hortis neglectis Athenarum, abunde in herbosis horti botanici (Haussk.); Creta: pr. Kissamos, Canea, Platania (Reverch.). — Jan. Apr. ♃.

XXV. Ordo. Zygophyllaceae R. Br. gen. rem. p. 13.

1. Fagonia L. gen. n. 531.

1. **F. cretica** L. sp. p. 386; Bois. fl. or. I. p. 905; Raul. cret. p. 730. — Icon: Lam. ill. t. 346. — Exsicc.: Dörfl. fl. aeg. n. 109.

Caulibus prostratis, ramosissimis; foliis petiolatis, trifoliolatis, foliolis lineari-lanceolatis, cuspidatis, lateralibus petiolo subaequilongis, intermedio paulo brevioribus; stipulis spinescentibus petiolo brevioribus; sepalis corolla purpurea subtriplo brevioribus; capsulis deflexis.

In collibus aridis, rarissime. Creta (Tourn.); Cycladum insula Anaphi (Leonis). — Apr. Dec. ♃.

2. Tribulus L. gen. n. 532.

1. **T. terrestris** L. sp. p. 387; S. et S. pr. I. p. 273; Pieri corc. fl. p. 53; Sieb. avis p. 4, rem. p. 4; Dallap. prosp. p. 56; Ch. et B. exp. p. 115, Fl. Pelop. p. 26; Marg. et R. fl. Zante p. 36; Friedr. Reise p. 273 et 284; Fraas fl. class. p. 83; Clem. sert. p. 28; Bois. fl. or. I. p. 902; Weiss in z. b. G. 1869 p. 53; Raul. cret. p. 730; Heldr. fl. Cephal. p. 29, Fl. Aegin. p. 291, Chlor. Thera p. 10; Spreitz. in z. b. G. 1887 p. 656; Form. in d. bot. Mon. 1891 p. 40, in Ver. Brünn 1895 p. 41, 1896 p. 92, 1897 p. 66; Haussk. symb. p. 48; Bald. viagg. Creta p. 40, riv. coll. bot. Alb. 1895 p. 22 (*v. robustus*). — Icon: Fl. gr. t. 372. — Exsicc.: Sint. et Bornm. it. turc. n. 1194; Bald. it. cret. n. 112.

Adpresse-pubescens vel cano-sericeus; caulibus prostratis, simplicibus vel ramosis; foliis pari-pinnatis, 5—6jugis, foliolis oblongis; pedunculis unifloris; petalis luteis, parvis; carpellis dorso carinatis et spinuloso-cristatis.

In campis, arenosis, ad vias. Frequens in Thessalia, Attica, Argolis, Laconia mer.; Creta: pr. Hierapetra (Raul.), Armeni (Bald.); Cythera: pr. Hagios Nicolaos (Spreitz.); Cyclades: Thera (Heldr.), Syra, Melos (Chaub.); ins. Aegina (Heldr.); Euboea: pr. Chalkis (Orph.); Zante, Cephalonia, Corcyra; Epirus: pr. Philippiada (Bald.). — Maio, Oct. ⊙.

XXVI. Ordo. Rutaceae Juss. gen. p. 297.

1. Dictamnus L. gen. n. 522.

1. **D. albus** L. sp. p. 383; S. et S. pr. I. p. 271; Ch. et B. exp. p. 340, Fl. Pelop. p. 25; Fraas fl. class. p. 83; Hal. in z. b.

G. 1888 p. 750; Haussk. symb. p. 48; Form. in Ver. Brünn 1896 p. 92. — *D. fraxinella* Pers. syn. I. p. 464; Bois. fl. or. I. p. 920. — Icon: Jacq. austr. V. t. 428. — Exsicc.: Sint. it. thessal. n. 441.

Caule simplici, superne glanduloso-viscido; foliis imparipinnatis, infimis simplicibus, foliolis elliptico-oblongis; floribus speciosis, in racemum laxum dispositis; petalis roseis, purpureo-venosis; carpellis stellatis, rostratis.

In silvaticis montanis, rare. Thessalia: ad monasterium Korona, pr. Pezula, mt. Ghavellu (Haussk.), pr. Wutades (Sint.) in Pindo, pr. Patsios in mt. Olympo (Form.), pr. Hypati in mt. Oeta (Fraas); pr. Segditza in mt. Kiona (Hal.); Laconia (Sibth.): ad radices mt. Taygetos (Chaub.). — Maio, Jun. ♃.

2. Haplophyllum Juss. mem. mus. XVI. p. 464.

1. **H. coronatum** Griseb. Spic. I. p. 129; Bois. fl. or. I. p. 929; Heldr. chlor. Parn. p. 15; Haussk. symb. p. 48; Bald. riv. coll. bot. Alb. 1895 p. 23, 1896 p. 39. — *Ruta patavina* S. et S. pr. I. p. 272, Fl. gr. t. 369, non L. — *H. Biebersteinii* Form. in Ver. Brünn 1895 p. 41. — Exsicc.: Orph. fl. gr. n. 823; Sint. it. thessal. n. 1237; Bald. it. alb. epir. n. 314.

Caulibus adscendentibus, simplicibus vel ramosis; foliis simplicibus ternatisque, oblongo-spathulatis, in petiolum attenuatis, undique pilosiusculis; corymbis densis; calycis pilosi, laciniis lineari-lanceolatis, acutis; petalis oblongis, obtusis, dorso pilosis; filamentis filiformibus, inferne barbatis; ovarii lobis ventre pilosis, in cornicula echinata abeuntibus.

In herbidis regionis inferioris et montanae. Epirus: mt. Maria et Kuruna distr. Ljaskovik, mt. Micikeli distr. Janina (Bald.); Thessalia: pr. Klinovo, Kalabaka, Korona, Pharsalus (Haussk.), pr. Litochoron in mt. Olympo (Orph.); pr. Lebadea in mt. Helicon (Sprun.), mt. Parnassus (Sibth.). — Jun. Jul. ♃.

2. **H. Buxbaumii** Poir. enc. VI. p. 356 (*Ruta*); G. Don. gen. syst. I. p. 780; Bois. fl. or. I. p. 937; Raul. Cret. p. 731. — *Ruta linifolia* S. et S. pr. I. p. 273, non L. — *R. spathulata* S. et S. fl. gr. t. 370.

Caulibus adscendentibus, ramosis; foliis simplicibus, obovato- vel lanceolato-spathulatis, in petiolum brevem attenuatis, supra glabris, subtus et margine puberulis; corymbo lato, dissitifloro; calycis glabri, laciniis ovatis, obtusis; petalis oblongis, obtusis, glabris; filamentis a medio deorsum dilatatis et barbatis; ovario glabro, lobis non appendiculatis.

In incultis, arvis. Creta (Sieb.); in variis Graeciae locis (Sibth.). A recentioribus non lectum. — Jun. Jul. ♃. N. v.

Obs. *H. tuberculatum* Forsk. descr. p. 86 (Ruta), in Raul. Cret. p. 731 in Creta indicatum, ibi vix crescit.

3. Ruta L. gen. n. 523.

a. Foliorum laciniae anguste lineares; corymbus densus.

1. **R. montana** L. sp. p. 383; S. et S. pr. I. p. 272; Fraas fl. class. p. 82; Bois. fl. or. I. p. 921. — Icon: Rchb. f. 4811. — Exsicc.: Heldr. it. graec. septentr. a. 1879.

Glauca; foliis petiolatis, bi-tripinnatisectis; pedicellis capsula brevioribus; bracteis calycisque laciniis lanceolatis, acuminatis; petalis basi attenuatis, vix unguiculatis; capsulis parvis, obtusilobis.

In collibus aridis dumosis, rarissime. Aetolia (Sprun.); Phthiotis: mt. Oeta pr. Hypati (Fraas), in valle fluvii Sperchios pr. Aga (Heldr.). — Maio. Jul. ♃.

b. Foliorum laciniae oblongo-spathulatae vel oblongae; corymbus divaricatus.

α. Petala subdenticulata.

2. **R. graveolens** L. sp. p. 383, excl. v. β; S. et S. pr. I. p. 271; Pieri corc. fl. p. 52; Dallap. prosp. p. 57; Ch. et B. exp. p. 114, Fl. Pelop. p. 25; Friedr. Reise p. 273; Fraas fl. class. p. 82; Heldr. Nutzpfl. p. 63; Bois. fl. or. I. p. 921; Spreitz. in z. b. G. 1887 p. 656; Hal. in ö. b. Z. 1892 p. 369. — Icon: Rchb. f. 4814. — Exsicc : Sint. et Bornm. it. turc. n. 1195.

Glaucovirens; foliis petiolatis, subtripinnatisectis; pedicellis capsula sublongioribus; bracteis lanceolatis; calycis laciniis triangularibus, acutis; petalis abrupte unguiculatis, capsulis majusculis, obtusilobis.

β. **divaricata** Ten. fl. nap. IV. p. 222 t. 36; Clem. sert. p. 28; Heldr. Nutzpfl. p. 63; Form. in d. bot. Mon. 1891 p. 40, Ver. Brünn 1897 p. 66; Haussk. Symb. p. 48; Bald. in nov. giorn. bot. 1894 p. 93; Hal. in ö. b. Z. 1895 p. 257, 1897 p. 62, pro sp.; Bald. riv. coll. bot. Alb. 1895 p. 22. — Icon: Rchb. f. 4812. — Exsicc: Heldr. herb. norm. n. 379 et 1223, herb. dimorph. n. 15; Orph. fl. gr. n. 312. — Laciniae foliorum longiores, angustiores. Formis intermediis ad typum transit.

In collibus saxosis, varietas typo multo frequentior. Thessalia: pr. Litochoron ad radices mt. Olympus (Sint.), pr. Volo (Orph.), Kalyvia, Kapurna, Trikala, Limogardi (Form.), Pharsalus (Haussk); Sporadum insula Jura (Reis); Euboea (Auch.); Attica: mt. Hymettus (Orph.), ad Piraeum (Heldr.), pr. Munychia (Sprun.); Acrocorinthus (Haussk.); Argolis (Fraas): insula Poros (Friedr.); Laconia: mt. Taygetos, pr. Marathonisi (Chaub.); frequens in Archipelagi insulis (Sibth); Cephalonia (Dallap.); Leucas (Bald.); Corcyra (Pieri): pr. Palaeokastrizza (Spreitz.), Epirus: mt. Murga et Micikeli (Bald.). — Colitur etiam hinc inde. — Majo, Jun. ♃.

β. Petala fimbriata.

3. **R. chalepensis** L. mant. I. p. 69; S. et S. pr. I. p. 272; Urv. enum. p. 44, *v. tenuifolia*; Ch. et B. exp. p. 114, Fl. Pelop.

p. 25; Heldr. Nutzpfl. p. 63, Fl. Aegin. p. 292, in ö. b. Z. 1898 p. 183; Bois. fl. or. I. p. 922; Weiss in z. b. G. 1869 p. 53; Raul. Cret. p. 731. — *R. graveolens β.* L. sp. p. 383. — *R. angustifolia* Pers. syn. I. p. 464. — Icon: Rchb. f. 4813.

Glaucovirens; foliis breviter petiolatis subsessilibusve, bipinnatisectis; pedicellis capsula vix longioribus; calycis laciniis triangularibus, acutis; petalis abrupte unguiculatis; capsulis majusculis, acutilobis.

α. **typica.** — Bracteae et bracteolae anguste lanceolatae, ramo vel pedunculo angustiores. — Exsicc.: N. v.

β. **bracteosa** DC. pr. I. p. 710; Marg. et R. fl. Zante p. 36; Spreitz. in z. b. G. 1890 p. 294; Bald. viagg. Cret. p. 41; Hal. in ö. b. Z. 1895 p. 257, 1899 p. 24; Heldr. fl. Aegin. p. 291, chlor. Thera p. 10, pro sp.; Bois. fl. or. I. p. 922; Heldr. fl. Cephal. p. 29. — Icon: Fl. gr. t. 368. — Exsicc.: Reverch. pl. cret. n. 25; Dörfl. fl. aeg. n. 101. — Bracteae et bracteolae cordato-ovatae vel lanceolatae, ramo vel pedunculo latiores. —

γ. **fumariaefolia** Bois. et Heldr. diagn. VIII. p. 125 pro sp.; Bois. fl. or. I. p. 922; Raul. Cret. p. 731. — Caules breviores, usque ad apicem foliosi; folia longius petiolata, laciniis minutissimis oblongo-obovatis, petiolulatis; corymbus pauciflorus. — Exsicc.: N. v.

In collibus saxosis. Messenia: pr. Pylos (Chaub.); Laconia: pr. Monembasia (Chaub.); Cyclades (Sibth.): in scopulo St. Istad pr. Cimolos (Urv.), Amorgos (Heldr.); insula Angistri et Metopi pr. Aegina (Heldr.); Creta: pr. Akroteri (Weiss), Canea, Kalyves, Kephala, Aradhena, Sphakia, inter Zakro et Palaeokastro (Raul.); Zante (Sibth.); sed probabiliter loca indicata plurima ad var. *β.* spectant, quae indicatur: Attica: pr. Tatoi ad radices mt. Parnes (Pichler); in collibus maritimis Argolidis (Sprun.); insula Aegina (Heldr.); Cycladum insula: Tenos (Wied.), Melos, Paros (Leon.), Thera (Heldr.); Creta: pr. Kissamos, Malaxa (Reverch.), Hagia Trikala, Katholiko (Bald.), Hagia Rumeli (Spreitz.); Zante: infra collem Strani (Marg.); Cephalonia: pr. Lixuri, Kontogionata, Travlata, Petrikata (Heldr.); *γ.* pr. Toplo in promontorio Sidero Cretae (Heldr.). — Mart. Jun. ♃.

4. Peganum L. gen. n. 601.

1. **P. harmala** L. sp. p. 444; S. et S. pr. I. p. 319; Urv. enum. p. 52; Ch. et B. exp. p. 132, Fl. Pelop. p. 29; Fraas fl. class. p. 83; Clem. sert. p. 28; Bois. fl. or. I. p. 917; Raul. Cret. p. 730; Heldr. in Sitzungsb. Acad. Wiss. Berlin 1883 p. 8; Form. in d. bot. Mon. 1891 p. 40; Haussk. symb. p. 48. — Icon: Fl. gr. t. 456. — Exsicc.: Orph. fl. gr. n. 822; Heldr. herb. norm. n. 482, in Baen. herb. europ. n. 5723.

Caulibus erectis, dichotome et corymbose-ramosis; foliis multifidis, laciniis linearibus, acutis; floribus solitariis; petalis oblongis, albis, calyce sublongioribus; fructu capsulari, sphaerico, apice depresso.

In ruderatis, arvis. Frequens in planitie thessala a Trikala ad Larissa et Volo, nec non in agro Atheniensi; pr. Corinthum (Fraas); Nauplia, ad fluvium Eurotas, in planitie Helos Laconiae (Chaub.); Cycladum insula Antiparos (Chaub); Creta (Sibth.). — Maio, Jul. ♃.

XXVII. Ordo. Coriariaceae DC. pr. I. p. 739.

1. Coriaria L. gen. n. 458.

1. **C. myrtifolia** L. sp. p. 1037; Ch. et B. exp. p. 340, Fl. Pelop. p. 29; Bois. fl. or. I. p. 943. — Icon: Rchb. f. 4820.

Fruticosa; ramis subtetragonis, ramulis floriferis oppositis, inferne paucifoliatis; foliis subsessilibus, ovato-lanceolatis, trinerviis; racemis patulis, floribundis; sepalis ovatis; petalis virentibus, ovatis, obtusis calyce brevioribus; fructibus pentagonis, nigris, nitidis.

In sepibus humidis. Peloponnesus: in pluribus locis regionis inferioris (Chaub.). — Mart. Apr. ♃. N. v.

II. Subclassis. Calyciflorae DC.

XXVIII. Ordo. Celastraceae R. Br. gen. rem. p. 22.

1. Evonymus L. gen. n. 271.

1. **E. europaeus** L. sp. p. 197; Mazz. in ant. ion. V. p. 218; Heldr. Nutzpfl. p. 56, in Sitzb. acad. Wiss. Berlin 1883 p. 6; Bois. fl. or. II. p. 8. — *E. vulgaris* Scop. fl. carn. ed. 2. I. p. 166; Haussk. symb. p. 48. — Icon: Fl. dan. f. 1089. — Exsicc.: Orph. herb. a. 1851.

Fruticosus; ramis laevibus, tetragonis; foliis elliptico-lanceolatis, serrulatis; cymis axillaribus, pedunculatis; floribus saepissime tetrameris; petalis oblongis; capsulis quadrilobis, apteris, arillo totum semen involvente.

In silvis montanis. Achaia: mt. Olenos, pr. Kalavryta, ad fluvium Ladon (Heldr.), mt. Chelmos (Orph.); Thessalia: mt. Ossa, in valle Agya (Heldr.), in oropedio Neuropolis (Haussk.); Corcyra: pr. Castellanus, mt. Deca (Mazz.). — Apr. Maio ♃.

2. **E. latifolius** L. sp. p. 197 pro var. *β. E. europaei;* Scop. fl. carn. ed. 2. I. p. 165; Ch. et B. Fl. Pelop. p. 16; Fraas fl. class. p. 95; Heldr. Nutzpfl. p. 56, Chlor. Parn. p. 16; Bois. fl. or. II. p. 10; Chloros Waldverh. p. 32; Haussk. symb. p. 48. — Icon: Jacq. fl. austr. III. t. 289. — Exsicc.: Orph. herb. n. 2792.

Fruticosus; ramis laevibus, subcompressis; foliis oblongo-ellipticis, serrulatis; cymis axillaribus, longe pedunculatis; floribus saepissime pen-

tameris; petalis subrotundis; capsulis 4—5lobis, alatis, arillo totum semen involvente.

In silvis montanis: Eurytania: pr. Karpinitza (Fraas); Thessalia: inter Chaliki et Kotura (Heldr.), pr. Krania (Haussk.) in Pindo, mt. Oeta Phthiotidis (Heldr.), mt. Pelion (Aphentulis), mt. Olympus (Orph.): mt. Parnassus pr. Dipotamo (Orph.); Achaia: mt. Olenos (Heldr.); Arcadia (Chaub.) — Maio, Jun. ♃.

2. Ilex L. gen. n. 172.

1. **I. aquifolium** L. sp. p. 125; S. et S. pr. I. p. 108; Pieri corc. fl. p. 21; Fraas fl. class. p. 94; Ung. Reise p. 137; Heldr. Nutzpfl. p. 56, in Sitzb. acad. Wiss. Berlin p. 2, 7 et 9; Bois. fl. or. IV. p. 34; Chloros Waldverh. p. 32; Form. in d. bot. Mon. 1891 p. 40, in Ver. Brünn 1896 p. 93, 1897 p. 67; Haussk. symb. p. 48; Hal. Beitr. Fl. Epir. p. 17. — Icon: Fl. dan. t. 508. — Exsicc.: Sint. it or. 1889 n. 1907; Sint. et Bornm. it. turc. n. 124.

Fruticosa vel arborea; foliis ovatis vel ellipticis, coriaceis, sempervirentibus, nitidis, undulatis, spinoso dentatis vel integris; pedunculis axillaribus, multifloris, brevissimis; drupis atrosanguineis.

In silvis montanis. Epirus: pr. Melisurgi (Hal.); Thessalia: mt. Karava, Ghavellu (Haussk.), inter Phurna et Spinassa in mt. Agrapha (Philipps.) in Pindo (Sibth.), mt. Godaman (Hartl), mt. Kerfi pr. Diodendron, pr. Nezeros, Rapsani (Form.), Laspochori (Heldr.), Hag. Dionysios (Sint.) in Olympo, pr. Selicany et Spilia in mt. Ossa (Form.); mt. Pelion (Sibth.), mt. Oeta Phthiotidis (Heldr.); Eurytania (Fraas); pr. Mavrika, Katasara et Jurti in mt. Othrys (Form.); Euboea: pr. Steni in mt. Dirphys (Fraas); Corcyra (Pieri). — Maio, Jun. ♃.

XXIX. Ordo. Rhamnaceae R. Br. gen. rem. p. 22.

1. Paliurus Juss. gen. p. 380.

1. **P. australis** Gaertn. fruct. I. p. 203 t. 43; Fraas fl. class. p. 94; Form. in d. bot. Mon. 1891 p. 40, in Ver. Brünn 1895 p. 41, 1896 p. 93, 1897 p. 67; Haussk. symb. p. 48; Hal. Beitr. fl. Epir. p. 17, Beitr. fl. Thessal. p. 10; Bald. riv. coll. bot. Alb. 1896 p. 39. — *Rhamnus paliurus* L. sp. p. 194. — *Paliurus aculeatus* Lam. ill. III. t. 210; Ch. et B. exp. p. 77, Fl. Pelop. p. 16; Bois. fl. or. II. p. 12; Heldr. in Sitzb. acad. Wiss. Berlin 1883 p. 5 et 7; Spreitz. in z. b. G. 1887 p. 656. — *Zizyphus paliurus* Willd. sp. I. p. 1103; S. et S. pr. I. p. 159; Mazz. in antol. ion. V. p. 218; Friedr. Reise p. 280. — Icon: Fl. gr. t. 240. — Exsicc.: Baen. herb. europ. n. 9297.

Fruticosus; foliis oblique ovatis, subcrenatis; stipulis aculeatis; florum racemis brevibus, axillaribus; ala fructus undulato-crenata.

Ad sepes, in dumetis regionis inferioris. Vulgaris in Epiro, Thessalia tota, Aetolia, Acarnania, Euboea; Arcadia: pr. Carithena (Friedr.),

Leontari (Charb.); Laconia: pr. Manglava, Magula, Sparta, Mistra (Chaub.); Leucas: pr. Amaxichi (Spreitz.); frequens in Corcyra. — Maio, Jun. ♃.

2. Zizyphus Juss. gen. p. 380.

1. **Z. sativa** Gaertn. fruct. I. p. 202 t. 43; Form. in Ver. Brünn 1895 p. 41. — *Rhamnus zizyphus* L. sp. p. 194; Ch. et B. Fl. Pelop. p. 16. — *Z. vulgaris* Lam. enc. III. p. 316; S. et S. pr. I. p. 159; Mazz. in ant. ion. V. p. 218; Fraas. fl. class. p. 94; Bois. fl. or. II. p. 12; Raul. cret. p. 733; Heldr. Nutzpfl. p. 57, fl. cephalon. p. 30; Form. in Ver. Brünn 1896 p. 93. — *Rhamnus jujuba* Ch. et B. exp. p. 76, non L. — Icon: Fl. gr. t. 241. — Exsicc.: Form. pl. corcyr. a. 1894.

Fruticosa vel arborea; ramulis flexuosis, viridibus; stipulis spinescentibus, altera deflexa, interdum nullis; foliis oblongis, obtusis, denticulatis, trinerviis; floribus 3—5, axillaribus, fasciculatis; drupis ovato-oblongis. — Fructus edules.

Saepe colitur et hinc inde subspontanea facta. Corcyra (Mazz.): pr. Alipu, Kanali, Kipuria, Hagios Joannes, Potamos (Form.); Cephalonia: pr. Mavrata (Heldr.); mt. Parnassus (Sibth.); Boeotia: pr. Lebadea (Fraas); pr. Megara (Sibth.); Attica: pr. Athenas, Phalerum, ad Ilyssum (Chaub.); Thessalia: pr. Trikala (Form.); Creta: pr. Kokodiki, Spilaea, Armenos distr. Apokorona (Raul.); Cycladum insula Naxos (Fraas). — Jun. Jul. ♃.

2. **Z. lotus** L. sp. p. 194 (*Rhamnus*); Desf. fl. atl. I. p. 200, t. 21; Bois. fl. or. II. p. 12; Haussk. symb. p. 48. — Exsicc.: Orph. fl. gr. n. 989.

Fruticosa, intricato-ramosissima; ramulis flexuosis, griseis; stipulis aculeiformibus, altera recurva; foliis ovato-oblongis, obtusiusculis, obsolete crenatis, trinerviis; floribus paucis, axillaribus, fasciculatis; drupis subglobosis.

In aridis regionis inferioris. Isthmus Corinthiacus: pr. Hexamilia (Orph.) et Kalamaki (Haussk.) — Jun. Jul. ♃.

3. Rhamnus L. gen. n. 265.

Dispositio specierum:

A. Stylus indivisus, stigma capitatum.

1. Sectio. *Frangula* DC. — Flores pentameri, hermaphroditi, fasciculati; semina lenticularia, dorso non sulcata, apice raphe sulciformi brevi notata; frutices inermes, ramis alternis, foliis deciduis.

1. **R. frangula** L. 2. **R. rupestris** Scop.

B. Stylus bi-trifidus.

2. Sectio. *Eurhamnus* Bois. — Flores tetrameri, dioici vel polygami, fasciculati; semina dorso sulcata; frutices inermes, ramis alternis, foliis deciduis.

a. Folia serrulata.

3. **R. fallax** Bois. 4. **R. Guicciardii** Heldr. et. Sart.

b. Folia margine integra (juniora interdum obsolete crenulata).

5. R. Sibthorpiana R. et Sch.

3. Sectio. *Cervispina* Bois. — Flores tetrameri, dioici vel polygami, fasciculati; semina dorso sulcata; frutices spinescentes, ramis alternis vel oppositis, foliis deciduis vel sempervirentibus.

a. Folia membranacea, regulariter crenulata, decidua, ramulorum novellorum opposita.

6. R. cathartica L. **7. R. tinctoria** W. et K. **8. R. prunifolia** S. et S.

b. Folia alterna aut fasciculata, plus minus coriacea, integra vel subintegra, tarde decidua vel sempervirentia.

9. R. graeca Bois. et Reut. **10. R. oleoides** L.

4. Sectio. *Alaternus* DC. — Flores pentameri, dioici, racemosi; semina dorso sulcata; frutex inermis, sempervirens.

11. R. alaternus L.

A. Stylus indivisus, stigma capitatum.

1. Sectio. *Frangula* DC. pr. II. p. 26. — Flores pentameri, hermaphroditi, fasciculati; semina lenticularia, dorso non sulcata, apice raphe sulciformi brevi notata; frutices inermes, ramis alternis, foliis deciduis.

1. **R. frangula** L. sp. p. 193; Mazz. in ant. ion. V. p. 216. — *Frangula vulgaris* Rchb. fl. exc. p. 488. — Icon: Fl. dan. t. 278. — Exsicc.: Heldr. it. thessal. IV. a. 1885.

Ramis erecto-patentibus; foliis alternis, ovatis, breviter acuminatis, integerrimis, glabris, basi rotundatis vel subcuneatis; pedicellis glabris, flore sublongioribus; drupa sphaerica.

In dumosis. Thessalia: in valle superiori Penei pr. Malakasi (Heldr.); Corcyra: pr. Peritia (Mazz.). — Maio, Jun. ♃.

2. **R. rupestris** Scop. fl. carn. ed. 2 I. p. 164 t. 5; Heldr. Nutzpfl. p. 57, chlor. Parn. p. 16; Bois. fl. or. II. p. 21, suppl. p. 158; Chloros Waldverh. p. 36; Bald. riv. coll. bot. Alb. 1895 p. 23, 1896 p. 39. — *Frangula Wulfenii* Rchb. fl. exc. p. 488. — Exsicc.: Orph. fl. gr. n. 203; Heldr. herb. norm. n. 573.

Ramis adscendentibus; foliis alternis, ovatis, obtusis et saepe breviter acuminatis, basi rotundatis vel subcordatis, subtus ad nervos ferrugineo-pilosis; pedicellis hirtulis, flore vix longioribus; drupa sphaerica, majuscula.

In saxosis montanis. Epirus: mt. Micikeli, ad Suli-Sirizana distr. Paramythia (Bald.); Aetolia: mt. Korax (Heldr.), pr. Charitza (Heldr.); mt. Parnassus (Heldr.); Euboea: mt. Dirphys (Heldr.); Achaia: mt. Chelmos ad Stygem (Orph.). — Majo, Jun. ♃.

B. Stylus bi-trifidus.

2. Sectio. *Eurhamnus* Bois. fl. or. II. p. 19. — Flores tetrameri, dioici vel polygami, fasciculati; semina dorso sulcata; frutices inermes, ramis alternis, foliis deciduis.

a. Folia serrulata.

3. **R. fallax** Bois. diagn. ser. 2. V. p. 73, Fl. or. II. p. 20; Heldr. Nutzpfl. p. 57, chlor. Parn. p. 16; Chloros Waldverh. p. 35; Hal. in ö. b. Z. 1888 p. 750, 1892 p. 369. — *R. alpinus* S. et S. pr. I. p. 58, non L. — *R. Crini* Orph. fl. gr. exs. n. 444. — *R. carniolica* Kern. ex nov. pl. sp. dec. 1 p. 282 t. 2 f. 16 (cf. Beck Fl. Südbosn. III. p. 88 et VII. p. 196, nec non Murb. Beitr. Fl. Südbosn. p. 149). — Exsicc.: Heldr. herb. norm. n. 571; Orph. fl. gr. n. 848; Sint. et Bornm. it. turc. n. 1196; Sint. it. thessal. n. 696.

Ramis erectis, glabris; foliis a basi rotundata, ovatis vel ellipticis, acuminatis, bis longioribus quam latioribus, viridibus, nitidis, nervis secundariis utrinque 12—16 instructis, praeter axillas interdum hirtulas glaberrimis; floribus polygamis, glabris; drupa obovato-globosa, glabra; seminibus sulco dorsali clauso. — Folia adulta 10—15 cm longa, 5—7 cm lata. — Valde affinis *R. alpinae* L., ramulis junioribus petiolisque puberulis, foliis minoribus ovalibus abrupte breviterque acuminatis, vix nitidis, junioribus subtus ad nervos saepius puberulis, floribus dioicis minoribus diversae.

In lapidosis regionis abietinae virgulta foliosa, 2 m. alta efformans. Thessalia: pr. Litochoron in Olympo et in mt. Salatura pr. Chaliki in Pindo (Sint.); mt. Kiona loco Platylithos dicto (Hal.), mt. Parnassus (Sibth.) loco Chabibi (Orph.), Gurna et Karkaria dicto (Heldr.) — Jun. Jul. ♃.

4. **R. Guicciardii** Heldr. et Sart. in Heldr. pl. exs. n. 2979. — *R. fallax β. Guicciardii* Bois. fl. or. I. p. 20; Heldr. chlor. Parn. p. 16. — *R. libanoticus* Heldr. Nutzpfl. p. 57, herb. norm. n. 276, non Bois., a qua autem nostra parum diversa videtur.

Ramis erectis, tomentellis; foliis a basi rotundata ovatis vel ellipticis, acuminatis, bis longioribus quam latioribus, canescentibus, opacis, supra parcius, subtus densius tomentellis, nervis secundariis utrinque 10—12 instructis; floribus polygamis, glabriusculis; drupa obovato-globosa, glabra; seminibus sulco dorsali aperto. — Medium quasi tenet inter proximis, sed vix hybrida, ut vult Boissier, nam fructus bene evoluti sunt; a priori differt indumento tomentello, foliis minoribus et seminum sulco dorsali aperto, a sequente foliis acuminatis, sparsius tomentellis, serrulatis.

In mt. Parnassi regione superiore pr. Hagios Nicolaos (Heldr.). — Jun. Jul. ♃.

b. Folia margine integra (juniora interdum obsolete crenulata).

5. **R. Sibthorpiana** Roem. et Schult. syst. VI. p. 286; Heldr. Nutzpfl. p. 57, chlor. Parn. p. 16; Bois. fl. or. II. p. 20; Chlor. Waldverh. p. 36; Hal. Beitr. Fl. Achaia p. 17, in z. b. G. 1895 p. 257. — *R. pubescens* S. et S. pr. I. p. 158, Fl. gr. t. 239, non Poir. — Exsicc.: Orph. fl. gr. n. 202; Dörfl. fl. gr. n. 221.

Ramis divaricatis, tomentellis; foliis a basi rotundata ovatis, obovatis vel suborbiculatis, obtusis vel breviter acuminatis, utrinque tomentellis,

canescentibus, nervis secundariis 10—12 instructis; floribus dioicis, hirsutis; drupa obovato-globosa, glabra; seminibus sulco dorsali aperto. — Folia adulta circa 5—6 cm longa 3—4 cm lata.

In rupibus regionis mediae et superioris. In mt. Parnasso (Sibth.), Kiona (Reis.), Chelmos (Hal.), Kyllene (Orph.). — Jun. Jul. ♃.

3. Sectio. *Cervispina* Bois. fl. or. II. p. 14. — Flores tetrameri, dioici vel polygami, fasciculati; semina dorso sulcata; frutices spinescentes, ramis alternis vel oppositis, foliis deciduis vel sempervirentibus.

a. Folia membranacea, regulariter crenulata, decidua, ramulorum novellorum opposita.

6. **R. cathartica** L. sp. p. 193; S. et S. pr. I. p. 157; Dallap. prosp. p. 28; Ch. et B. exp. p. 76, Fl. Pelop. p. 16; Heldr. fl. cephalon. p. 30. — Icon: Fl. dan. t. 850.

Ramis patulis, ramulis suboppositis, tandem spinescentibus; foliis 4—5 cm longis, petiolo eis 2—3plo breviori suffultis, a basi rotundata ovatis, nervis secundariis 2—3 convergentibus utrinque instructis, glabris vel junioribus sparsim pubescentibus; floribus numerosis, pedicellis eis duplo longioribus suffultis; calycis laciniis lanceolatis; drupa succosa, globosa; seminibus sulco dorsali clauso, basi et apice cartilagineo.

Laconia (Sibth.); Cephalonia (Dall.). — A. recentioribus non lecta. — Maio, Jun. ♃. N. v.

7. **R. tinctoria** W. et K. pl. rar. hung. III. p. 284 t. 255; Bois. fl. or. II. p. 18. — ? *R. infectoria* S. et S. pr. I. p. 157.

Ramis erectis, ramulis suboppositis, tandem spinescentibus; foliis 2—5 cm longis, petiolo eis 3—5plo breviori suffultis, a basi subcuneata ovatis vel oblongis, nervis secundariis 2—3 convergentibus utrinque instructis, utrinque pubescentibus; floribus paucis, pedicellis eis subduplo longioribus suffultis; calycis laciniis triangulari-lanceolatis; drupa subsicca, globosa; seminibus sulco dorsali aperto. — Praecedente similis, sed omnibus partibus minor.

In fruticetis Graeciae (Auch. ex Bois. fl. or. l. c.) sine loco speciali. — Maio, Jun. ♃. N. v.

8. **R. prunifolia** S. et S. pr. I. p. 157; Sieb. in Flora p. 272, avis p. 3 (sed sec. Flora V, 2 p. 639 ad *R. oleifoliam* pertinet); Bois. fl. or. II. p. 18; Raul. cret. p. 733; Chloros Waldverh. p. 35; Heldr. chlor. Parn. p. 16; Bald. viagg. Creta p. 42; Hal. in ö. b. Z. 1895 p. 257. — *R. Boissieri* Heldr. pl. exs. a. 1855. — Exsicc.: Heldr. herb. norm. n. 572; Bald. it. cret. alt. n. 61.

Ramis prostratis, intricatis, ramulis oppositis, spinescentibus; folio 6—12 mm longis, petiolo eis multo breviore suffultis, a basi subcuneata ovatis vel oblongis, obtusis, glabris, nervis secundariis evanescentibus; floribus paucis, pedicellis eis sublongioribus suffultis; calycis laciniis ovato-triangularibus; drupa subsicca, obovata, parva; seminibus sulco dorsali aperto, membranaceo-marginato. — Foliis parvis a praecedentibus, serratis a sequentibus differt.

In saxosis regionis inferioris et mediae. Aetolia: mt. Tymphrestus (Samarit.); mt. Parnassus (Heldr.), Kiona (Reis.); Euboea: mt. Dirphys (Heldr.); Creta (Sibth.): mt. Hagion Pneuma, Ida (Bald.). — Maio, Jun. ♄.

b. Folia alterna aut fasciculata, plus minus coriacea, integra vel subintegra, tarde decidua vel sempervirentia.

9. **R. graeca** Bois. et Reut. diagn. ser. 2, V. p. 74, Fl. or. II. p. 15, suppl. p. 156; Heldr. Nutzpfl. p. 57, Fl. Cephalon. p. 30; Weiss in z. b. G. 1869 p. 746; Raul. cret. p. 733; Chloros Waldverh. p. 35; Haussk. symb. p. 48; Bald. in nuovo giorn. bot. ital. 1894 p. 94, viagg. Creta p. 42. — *R. saxatilis* S. et S. pr. I. p. 158; Ch. et B. fl. Pelop. p. 16; Fraas fl. class. p. 93. — *R. infectoria* Ch. et B. exp. p. 76, Fl. Pelop. p. 16; Fraas fl. class. p. 93, saltem pro p.

Ramis prostratis, intricatis, ramulis alternis; puberulis, breviter spinescentibus, tandem glabratis; foliis subcoriaceis opacis, 6—12 mm longis, petiolo eis 2—3plo breviori suffultis, ovato-vel obovato-cuneatis, obtusis vel retusis, reticulato-venosis, tenuiter puberulis, demum glabratis, tarde deciduis; floribus pedunculis aequilongis suffultis; calycis laciniis lanceolato-triangularibus, obsolete trinerviis, disco tomentoso; drupa parva, obovata; seminibus sulco dorsali modice aperto. — Habitu *R. saxatili* L. similis, a qua foliis minoribus, crassioribus, margine integris differt. Cum sequente formis intermediis conjuncta videtur.

α. **typica**. Ramuli glabri vel tenuiter puberuli; folia viridia, puberula vel glabrata, integerrima, utrinque nervis purpurascentibus eximie-reticulato-venosa. — Exsicc.: Heldr. herb. gr. norm. n. 79.

β. **argolica**. Ramuli breviter velutini; folia canescentia, puberula, supra fere evenia, subtus minus manifeste reticulato-venosa, margine integra vel utrinque 1—4 crenulis minutis, apice glandulosis instructa. — Exsicc.: Orph. herb. n. 731.

In rupestribus, collibus saxosis. Attica: pr. Athenas (Sibth.), in colle Lycabetto, mt. Parnes, Pentelicon, Hymettus (Heldr.), mt. Kerata (Haussk.); dein indicatur: pr. Delphi in mt. Parnasso (Guicc.); Boeotia: pr. Lebadea (Orph.), Thebas (Fraas); Argolis: pr. Nauplia (Sprun.), Epidaurus (Fraas); Arcadia: pr. Kalavryta, Leonidi, Leondari (Heldr.); Laconia: ad Klitoria pr. Sparta (Heldr.), pr. Gaitzies (Orph.); Creta: pr. Akroteri, Canea, inter Malia et Kaenuriokorio, Archanes (Heldr.); Messenia: pr. Methone, insula Sapienza (Chaub.); Cycladum insula Syra (Weiss); Cephalonia: ad Drapano, Argostoli, Lixuri, Piscardo (Heldr.); Acarnania: pr. Paliampela (Bald.); sed specimina ex his locis non vidi; — *β.* pr. Nauplia Argolidis (Orph.). — Apr. Maio. ♄.

10. **R. oleoides** L. sp. ed. 2 p. 279; S. et S. pr. I. p. 157; Urv. enum. p. 26; Ch. et B. fl. Pelop. p. 16; Fraas fl. class. p. 93; Clem. sert. p. 29; Bois. fl. or. II. p. 15, suppl. p. 156; Chloros Waldverh. p. 35; Hal. in ö. b. Z. 1895 p. 257; Heldr. in ö. b. Z. 1898 p. 183, chlor. Thera p. 10. — *R. graeca v. angustifolia* Bois. et

Reut. diagn. ser. 2 V. p. 74. — *R. amygdalnia* DC. pr. II. p. 25 quoad pl. graecam. — *R. graeca* Bald. in bull. Bois. IV. p. 203.

Ramis divaricatis, saepe intricatis, ramulis alternis, glabratis vel puberulis, longe spinescentibus; foliis coriaceis, 5—20 mm longis, petiolo eis 3—4plo breviori suffultis, oblongo-linearibus vel obovato-cuneatis, obtusis vel retusis, interdum brevissime mucronatis, glabris, sempervirentibus, subtus plus minus reticulato-venosis; floribus pedunculis aequilongis suffultis; calycis laciniis lanceolato-triangularibus, trinerviis; disco glabro; drupa parva, obovata; seminibus sulco dorsali modice aperto. — A praecedente ramulis spinescentibus elongatis, foliis sempervirentibus crassioribus glabris et disco glabro differt. — Valde variat habitu, foliorum forma, magnitudine et nervatura. — Cum specimina in herbariis rarius et saepissime incomplete, nunc in statu florifero nunc fructifero tantum occurunt, dijudicare difficillime est, an forte formae sequentes, ulterius observandae, specifice separandae sint.

a. Formae foliis majusculis, 1—2 cm longis.

α. **typica.** Ramuli glabri; folia oblongo-linearia vel lineari-spathulata, integerima, subtus eximie reticulato-venosa. — Exsicc.: Heldr. rel. Orph. a. 1886 (Amorgos).

β. **sphaciotica.** Ramuli glabri; folia oblongo-linearia, obsolete crenulata, subtus vix reticulato-venosa. — Exsicc.: Bald. it. cret. alt. n. 218.

γ. **obovata.** Ramuli puberuli; folia obovato-cuneata, minute crenulata vel integra, subtus reticulato-venosa. — Exsicc.: Bald. it. Alb. epir. III. n. 28 (f. *crenulata*); Hal. it. gr. a. 1888 n. 25 (f. *integra*).

b. Folia parva, 5—10 mm longa.

δ. **microphylla.** Ramuli puberuli; folia oblonga vel oblongo-linearia, integra, subtus plus minus eximie reticulato-venosa. — Exsicc.: Rev. pl. cret. n. 228 et in Baen. herb. europ. n. 5237; Bald. it. cret. n. 7.

ε. **aegaea.** Ramuli glabri; folia oblonga, obsolete crenulata vel integra, subtus minus manifeste reticulato-venosa. — Exsicc.: Reis. fl. gr. a. 1894.

In collibus apricis, rupestribus regionis inferioris et submontanae. Indicatur: Graecia austr. (Sibth.); Attica: mt. Parnes (Clem.); Laconia: pr. Gythium (Bois.); Cycladum insula: Syra (Bois.), Amorgos (Orph.), Melos (Sibth.), Antimilos (Reis.), Kimolos (Urv), Naxos, Thera (Heldr.); Cephalonia (Bois.), Leucas (Bald.) — Vidi specimina: *α.* Amorgos (Orph.); *β.* Creta: ad Samaria distr. Sphakia (Bald.); *γ.* Leucas: supra Leukada (Bald.), mt. Hymettus Atticae (Hal.); *δ.* Creta: pr. Kissamos (Rev.), Akroteri (Bald.), Cycladum insula Naxos (Heldr.); *ε.* insula Antimilos (Reis.) — Mart. Apr. ♄.

4. Sectio. *Alaternus* DC. pr. II. p. 23. — Flores pentameri, dioici, racemosi, semina dorso sulcata; frutex inermis, sempervirens.

11. **R. alaternus** L. sp. p. 193; S. et S. pr. I. p. 159; Mazz. in Ant. ion. V. p. 216; Ch. et B. exp. p. 76, Fl. Pelop. p. 16; Marg. et R. fl. Zante p. 37; Friedr. Reise p. 273; Fraas fl. class. p. 93; Ung. Reise p. 137; Heldr. Nutzpfl. p. 57, Fl. Cephal. p. 30; Bois. fl. or. II. p. 14; Chloros Waldverh. p. 35; Spreitz. in z. b. G. 1887 p. 656; Hal. in ö. b. Z. 1895 p. 257, 1897 p. 283. — Icon: Clus. hist. I. p. 56 f. 2. — Exsicc.: Reiser fl. gr. a. 1897.

Ramis erectis, glabris; foliis coriaceis, glabris, ovatis ellipticisve, denticulato-serratis; racemis axillaribus et terminalibus, brevibus; calycis laciniis lanceolatis; petalis nullis; drupa obovato-globosa; seminibus sulco dorsali aperto.

β. integrifolia Bois. fl. or. suppl. p. 156. — *R. amorgina* Orph. in atti congr. Firenze 1876 p. 214, solum nomen. — Folia ovata, obtusa, saepe mucronata, integra. — Exsicc.: Orph. fl. gr. n. 1132; Bald. it. cret. alt. n. 216; Reis. fl. gr. a. 1894.

In regione sempervirenti probabiliter totius Graeciae. Indicatur: Corcyra (Mazz.); Leucas: pr. Amaxichi (Spreitz.); Cephalonia (Ung.); Zante: pr. Bochali, mt. Scopo (Marg.); Echinadum insula Oxya (Reis.); Messenia: pr. Pylos, Carithena, Gortys (Chaub.); Argolis: pr. Troezene (Friedr.), insula Poros (Heldr.); Creta (Fraas). — *β.* Creta: pr. Mesi distr. Rethymo (Bald.); Cycladum insula Amorgos (Orph.); Sporadum insula Psathura (Reis.). — Mart. Apr. ♄.

XXX. Ordo. Terebinthaceae Juss. gen. p. 368.

1. Pistacia L. gen. n. 1108.

1. **P. terebinthus** L. sp. p. 1025; S. et S. pr. II. p. 256; Urv. enum. p. 125; Ch. et B. exp. p. 278, Fl. Pelop. p. 65; Friedr. Reise p. 277; Fraas fl. class. p. 84; Clem. sert. p. 29; Heldr. Nutzpfl. p. 59, in Sitzungsb. acad. Wiss. Berlin 1883 p. 5 et 7, Fl. Cephalon. p. 30, chlor. Thera p. 10; Raul. Cret. p. 704; Bois. fl. or. II. p. 6; Chloros Waldverh. p. 34; Hal. in z. b. G. 1888 p. 750, in ö. b. Z. 1897 p. 62; Form. in d. bot. Mon. 1891 p. 41, in Ver. Brünn 1895 p. 44, 1896 p. 93, 1897 p. 67; Bald. viagg. Creta p. 41. — *P. mutica* Raul. Cret. p. 734 ex Bois. fl. or. II. p. 6, probabiliter etiam Haussk. symb. p. 48, non Fisch. et Mey. in Hohen. Talysch. enum. p. 102. — Icon: Fl. gr. t. 956. — Exsicc.: Orph. fl. gr. n. 875 (Chios); Reverch. pl. cret. n. 27; Sint. et Bornm. it. turc. n. 1198; Bald. it. cret. n. 152.

Arborescens; foliis deciduis, impari-pinnatis, 4—5 jugis, petiolo exalato; foliolis glabriusculis, oblongis vel elliptico-lanceolatis, mucronulatis; racemis compositis, paniculatis; drupis ovoideo-compressis, apiculatis.

In dumetis regionis inferioris et submontanae totius ditionis. Apr. Maio. ♄.

2. **P. lentiscus** L. sp. p. 1026; S. et S. pr. II. p. 257; Sieb. avis p. 5, rem. p. 6; Urv. enum. p. 125; Ch. et B. exp. p. 278, Fl.

Pelop. p. 65; Marg. et R. fl. Zante p. 37; Friedr. Reise p. 264 et 268; Fraas fl. class. p. 84; Clem. sert. p. 29; Ung. Reise p. 138; Heldr. Nutzpfl. p. 60, Fl. Cephalon. p. 30, Fl. Aegin. p. 292, Chlor. Thera p. 10; Weiss in z. b. G. 1869 p. 752; Raul. Cret. p. 733; Bois. fl. or. II. p. 8; Spreitz. in z. b. G. 1877 p. 728, 1887 p. 656; Chloros Waldverh. p. 34; Gelmi in bull. soc. bot. ital. 1889 p. 448; Form. in d. bot. Mon. 1891 p. 41, in Ver. Brünn 1895 p. 49, 1896 p. 93, 1897 p. 67; Haussk. symb. p. 49; Hal. Beitr. Fl. Epir. p. 17; Bald. in nuovo giorn. bot. ital. 1894 p. 93, viagg. Creta p. 41. — Icon: Fl. gr. t. 957. — Exsicc.: Orph. fl. gr. n. 876 (Chios); Baen. herb. europ. n. 9309 et 9310.

Fruticosa; foliis persistentibus, pari-pinnatis, 3—5 iugis, petiolo alato; foliolis glabris, oblongo-lanceolatis, mucronulatis; racemis simplicibus, spiciformibus, densis; drupis globoso-subcompressis, apiculatis.

In dumetis regionis inferioris et submontanae totius Graeciae. — Mart. Maio ♄.

Obs. *P. vera* L. sp. p. 1025; Dallap. prosp. p. 129; Ch. et B. exp. p. 278, Fl. Pelop. p. 65; Fraas fl. class. p. 83; Heldr. Nutzpfl. p. 59; Raul. cret. p. 734; Bois. fl. or. II. p. 5. — Colitur hinc inde in hortis.

2. Rhus L. gen. n. 379.

1. **R. cotinus** L. sp. p. 267; S. et S. pr. I. p. 206; Ch. et B. exp. p. 91, Fl. Pelop. p. 20; Fraas fl. class. p. 85; Clem. sert. p. 29; Ung. Reise p. 138; Heldr. Nutzpfl. p. 62, Fl. Cephalon. p. 30, in Sitzungsb. acad. Wiss. Berlin 1883 p. 5 et 7; Bois. fl. or. II. p. 4; Chlor. Waldverh. p. 36; Spreitz. in z. b. G. 1887 p. 656; Form. in d. bot. Monatsschr. 1891 p. 41, in Ver. Brünn 1896 p. 93, 1897 p. 67; Haussk. symb. p. 49; Hal. Beitr. Fl. Epir. p. 17; Bald. riv. coll. bot. Alb. 1896 p. 39. — Icon: Jacq. fl. austr. III. t. 210. — Exsicc.: Sint. it. thessal. n. 443.

Fruticosa, glabra; foliis simplicibus, ovalibus vel suborbiculatis, integris, subtus glaucis; floribus hermaphrodicis, in paniculam amplam terminalem laxe dispositis; pedicellis gracilibus, pluribus demum abortivis elongatis plumosis; drupa compressa, reticulata.

In dumosis regionis montanae ad abietinam usque. **Attica**: mt. Pentelicon usque Oropos (Fraas), mt. Pateras (Heldr.); **Boeotia** (Heldr.); Thessalia: mt. Pelion (Form.), mt. Ossa, in valle Tempe (Heldr.), pr. Patsios in Olympo, pr. Konisko, Palaeokastro, Korona, Vlazda, Itamos, Kastania et Kataphygi in mt. Agrapha (Form.), pr. Kalabaka (Sint.); Epirus: pr. Kalentini (Hal.), Janina (Bald.); Leukas: pr. Amaxichi (Spreitz.); Cephalonia: mt. Rhudi, pr. Gruspa, Same, Dilinata (Heldr.); Messenia (Chaub.), Laconia (Sibth.): mt. Malevo; **Epidaurus** pr. **Nauplia** (Fraas). — Maio, Jun. ♄.

2. **R. coriaria** L. sp. p. 265; S. et S. pr. I. p. 206 et 357; Ch. et B. exp. p. 91, Fl. Pelop. p. 20; Fraas fl. class. p. 85; Heldr.

Nutzpfl. p. 62, chlor. Parn. p. 16, in Sitzungsb. acad. Wiss. Berlin 1883 p. 5; Bois. fl. or. II. p. 4; Chloros Waldverh. p. 36. — Icon: Fl. gr. t. 290. — Exsicc.: Heldr. herb. fl. hellen. a. 1878, it. gr. septentr. a. 1879; Pichl. pl. gr. a. 1876.

Fruticosa; ramulis petiolisque villosis; foliis imparipinnatis, 5—7 iugis, foliolis ellipticis, crenato-serratis, supra glabrescentibus, subtus dense pubescentibus; floribus polygamis, in paniculam densam terminalem congestis; drupa subglobosa, villosa.

In regione montana. Eurytania, mt. Oeta Phthiotidis, mt. Parnassus (Heldr.), in Acropoli pr. Amphissa (Fraas); Attica: mt. Parnes (Heldr.); Thessalia: mt. Ossa (Heldr.); Achaia: mt. Kyllene (Pichl.); Arcadia (Heldr.); Messenia: pr. Levetzova (Chaub.); Laconia: mt. Malevo (Fraas), pr. Marathonisi (Chaub.). — Maio, Jun. ♄.

Obs. In hortis et ambulacris saepe plantantur: *Schinus molle* L. sp. p. 388 et *Ailanthus glandulosa* Desf. act. ac. Paris 1786 p. 263.

XXXI. Ordo. Caesalpiniaceae R. Br. in Flinders voy. II. p. 551.

1. Ceratonia L. gen. n. 1167.

1. **C. siliqua** L. sp. p. 1026; S. et S. pr. I. p. 162; Sieb. avis. p. 5, rem. p. 6; Dallap. prosp. p. 132; Ch. et B. exp. p. 278, Fl. Pelop. p. 65; Marg. et R. fl. Zante p. 45; Friedr. Reise p. 275; Fraas fl. class. p. 65; Heldr. Nutzpfl. p. 73, Fl. Cephalon. p. 35, Fl. Aegin. p. 292, Chlor. Thera p. 27; Raul. cret. p. 749; Bois. fl. or. II. p. 632; Chloros Waldverh. p. 30; Haussk. symb. p. 49; Bald. viagg. Creta p. 47. — Icon: Lam. ill. t. 859. — Exsicc.: Orph. fl. gr. n. 622; Heldr. herb. norm. n. 1416.

In apricis saxosis regionis calidae. Attica: pr. Pikermi (Orph.), ad radices mt. Pentelicon (Heldr.), insula Salamis (Reis.); Euboea (Fraas); Corinthus (Fraas); Argolis: praesertim pr. Epidaurus (Chloros); insula Poros (Friedr.), Aegina (Heldr.), Tenos, Naxos (Chaub.), Thera (Heldr.); Creta: in promontorio Maleca (Sieb.), silvulas efformans in districtu Retymo, Mylopotamos, Pedhiada, Mirabello, Sitia (Raul.); passim in insula Zante (Mang.); Cephalonia: in regione inferiori mt. Aenos usque ad mare pr. Ikosimia, Elios, Koroni, Heracleon, Poros, mt. Atro, nec non pr. Argostoli, Pessada (Heldr.). — Sept. Nov. ♄.

2. Cercis L. gen. n. 510.

1. **C. siliquastrum** L. sp. p. 374; S. et S. pr. I. p. 271 et II. p. 358; Pieri corc. fl. p. 52; Ch. et B. exp. p. 201, Fl. Pelop. p. 45; Friedr. Reise p. 273 et 281; Fraas fl. class. p. 63; Heldr. Nutzpfl. p. 73, Fl. Cephalon. p. 35, in Sitzungsb. ac. Wiss. Berlin 1883 p. 5 et 7; Bois. fl. or. II. p. 633; Chloros Waldverh. p. 30; Haussk. symb. p. 49; Hal. Beitr. Fl. Epir. p. 20, Beitr. Fl. Thessal. p. 10; Form.

in Ver. Brünn 1895 p. 50, 1896 p. 109, 1897 p. 77; Bald. riv. coll. bot. alb. 1895 p. 30. — Icon: Fl. gr. t. 367. — Exsicc.: Bald. it. Alb. Epir. III. p. 41.

In silvis montanis praesertim ad rivulos passim. Indicatur: Epirus: pr. Prevesa (Bald.), in valle Dipotami (Form), pr. Arta, Kalentini (Hal.); Thessalia: pr. Kastania (Hal.), ad fluvium Peneios (Haussk.), pr. Klinovo, Malakasi, Kalabaka, Velestinos, mt. Pelion, pr. Lechonia, Povelci, Kastri, Palaeokastro, Kataphygi Stylida, Miluna, Rapsani (Form.), mt. Ossa, in valle Tempe (Heldr.); Aetolia: pr. Aetolikon (Reiser); frequens in Attica (Haussk.); ad Cephissum, in oliveto Athenarum (Heldr.); Argolis (Sibth.): pr. Troezene (Friedr.), mt. Chelone in peninsula Methana (Haussk.); Arcadia: mt. Diaforti (Friedr.); Cephalonia: pr. Asso, Charakas, Castro (Heldr.); Corcyra (Pieri).

Obs. Ex ordine *Mimosaceae* R.Br. saepe coluntur in hortis: *Acacia Farnesiana* Willd. sp. IV. p. 1083 et *A. julibrissin* Willd. l. c. p. 1065. — Species dubia: *Mimosa nilotica* Sieb. in Flora I. p. 270 (1818).

Obs. *Arachis hypogea* L. sp. p. 741; Fraas fl. class. p. 64; Heldr. Nutzpfl. p. 72 colitur hinc inde.

XXXII. Ordo. Papilionaceae L. phil. bot. p. 83.

Dispositio tribuum generumque.

§ 1. Stamina libera.

1. Tribus. *Podalyrieae* Benth. et Hook. Legumen inarticulatum, bivalvidehiscens; cotyledones foliacei; frutices foliis trifoliolatis.

1. Anagyris L.

§ 2. Stamina monadelpha vel diadelpha.

A. Cotyledones foliacei.

I. Legumen inarticulatum.

2. Tribus. *Genisteae* Benth. et Hook. — Stamina monadelpha, antheris alternis, brevioribus versatilibus, alternis longioribus, basi fixis; corollae alae margine superiori plicato-rugosae; legumen bivalvi-dehiscens, rarissime indehiscens; frutices, rarius herbae foliis saepius trifoliolatis, rarius digitatim-multifoliolatis vel unifoliolatis, foliolis integris.

a. Ungues petalorum saltem inferiorum tubo stamineo adnati; semina estrophiolata.

α. Calyx spathaceus, superne fissus, unilabiatus, breviter 5-dentatus.

2. Spartium L.

β. Calyx bilabiatus, labio superiore bifido, inferiore tridentato.

3. Genista L.

b. Ungues petalorum liberi: semina strophiolata vel estrophiolata.

α. Frutices vel suffrutices, foliis uni-vel trifoliolatis.

\ Frutices spinosi; calyx obsolete 5denticulatus; semina estrophiolata.

4. Calycotome Link.

×× Frutices saepissime inermes; calyx bilabiatus.

○ Calycis labii breves; legumen eglandulosum.

. Semina estrophiolata.

; Legumen stipitatum, subindehiscens, suturis alatis; stigma capitatum.

5. Podocytisus Bois. et Heldr.

; ; Legumen sessile, bivalvi-dehiscens, suturis non alatis; stigma paullo extrorsum declive.

6. Lembotropis Griseb.

.. Semina strophiolata.

7. Cytisus L.

○○ Calyx bilabiatus, labium superius ad basin usque bipartitus, inferius tridentatus vel trifidus; legumen glanduloso muricatum; semina estrophiolata.

8. Adenocarpus DC.

β. Herbae, foliis digitatis; seminibus estrophiolatis.

9. Lupinus L.

3. Tribus. *Trifolieae* Benth. et Hook. Stamina diadelpha, rarius monadelpha, filamentis apice interdum dilatatis, antheris conformibus, raro (*Ononis*) difformibus; corollae alae non plicatae; legumen bivalvi-dehiscens, rarius indehiscens; herbae, rarissime suffrutices, foliis saepissime trifoliolatis, foliolis fere semper denticulatis vel serrulatis.

a. Stamina monadelpha; carina rostrata; antherae saepissime biformes.

10. Ononis L.

b. Stamina diadelpha; carina obtusa; antherae conformes.

α. Corolla decidua, petalis nunquam in tubum connatis; stamina a petalis libera, filamentis apice non dilatatis.

× Legumen lineare, rectum, falcatum, arcuatum vel spiraliter contortum, interdum latum, plano compressum.

○ Legumen lineare, teres vel compressum, interdum latum et plano-compressum, polyspermum, dehiscens.

11. Trigonella L.

○○ Legumen saepissime spiraliter contortum, rarius falcatum vel reniforme, polyspermum, margine externo dehiscens vel indehiscens.

12. Medicago L.

×× Legumen subglobosum vel ovoideum.

13. Melilotus Tourn.

β. Corolla marcescens, persistens, petalis aut omnibus inferne in tubum connatis, aut vexillo libero; stamina cum petalis saltem inferioribus connata, filamentis apice plus minus dilatatis.

14. Trifolium L.

4. Tribus. *Loteae* Benth. et Hook. Stamina diadelpha, rarius monadelpha, filamentis alternis, aut omnibus apice dilatatis, antheris conformibus; corollae alae non plicatae; legumen indehiscens aut bivalvi-dehiscens; herbae vel suffrutices, foliis impari-pinnatis vel trifoliolatis, foliolis integerrimis.

a. Legumen indehiscens vel subindehiscens.

α. Stamina monadelpha.

15. Anthyllis L.

β. Stamina diadelpha.

○ Calyx fructifer vesicarie inflatus.

16. Physanthyllis Bois.

○○ Calyx fructifer non aut parum auctus.

. Legumen exsertum, plano-compressum, circinatum, indehiscens.

17. Hymenocarpus Savi.

.. Legumen elongatum, lineare, falcatum, subindehiscens.

18. Bonaveria Scop.

b. Legumen bivalvi-dehiscens.

α. Alae antice connatae; carina obtusa.

19. Dorycnium L.

β. Alae antice non connatae; carina rostrata.

× Stylus apice incrassatus; legumen cylindricum crassum, saepius quadrialatum.

20. Tetragonolobus Scop.

×× Stylus apice attenuatus; legumen oblongum vel cylindricum, apterum.

21. Lotus L.

5. Tribus. *Galegeae* Benth. et Hook. Stamina diadelpha, rarius (*Galega*) monadelpha; filamentis apice filiformibus, antheris conformibus, rarius alternis longioribus basi fixis; corollae alae plicatae vel planae; legumen indehiscens vel dehiscens; herbae vel frutices, foliis impari-pinnatis, rarius trifoliolatis, foliolis saepius integris.

a. Legumen uniloculare, sutura nulla impressa.

α. Folia trifoliolata; legumen breve, monospermum, indehiscens.

22. Psoralea L.

β. Folia imparipinnata.

○ Legumen vesiculoso-inflatum indehiscens vel apice hians.

23. Colutea L.

○○ Legumen non inflatum, bivalvi-dehiscens.

× Calyx campanulatus, 5 dentatus; stamina omnia in tubum clausum connata.

24. Galega L.

×× Calyx subbilabiatus; stamina diadelpha.

25. Glycyrrhiza L.

b. Legumen sutura inferiore introflexa semibiloculare vel biloculare, aut sutura superiore impressa uniloculare.

α. Legumen lineare, a dorso complanatum, valvis naviculari-compressis, margine sinuato-dentatis.

26. Bisserula L.

β. Legumen saepe sutura dorsali bilamellatim introflexa complete vel incomplete biloculare, saepe etiam complete uniloculare, valvis margine non sinuato-dentatis.

27. Astragalus L.

II. Legumen articulatum (cf. *Onobrychis* et *Ebenus*).

6. Tribus. *Coronilleae* Bois. Stamina diadelpha, filamentis alternis aut omnibus apice dilatatis, antheris conformibus; corollae alae non plicatae; legumen teres, rarius compressum, in articulos monospermos clausos indehiscentes et saepissime maturitate secedentes divisum; herbae vel suffrutices, foliis pinnatis, rarius simplicibus, foliolis integris, pedunculis axillaribus, umbellatim plurifloris, rarius unifloris.

a. Folia simplicia; legumen teres, circinnato-convolutum.

28. Scorpiurus L.

b. Folia 3—5 foliolata; legumen lineare, arcuatum, moniliforme, articulis ovatis turgidis tenuiter reticulatis.

29. Hammatolobium Fenzl.

c. Folia impari-pinnata.

α. Legumen teres vel tetragonum, rectum vel arcuatum.

30. Coronilla L.

β. Legumen compressum.

× Legumen arcuatum, margine superiore ad quodque semen profunde excavatum, in articulos ferri equini forma secedens.

31. Hippocrepis L.

×× Legumen lineare, rectum vel arcuatum, articulis oblongis ovatisve reticulato-venosis.

32. Ornithopus L.

7. Tribus. *Hedysareae* Bois. Stamina diadelpha vel monadelpha, filamentis ad apicem usque filiformibus, antheris conformibus; corollae alae non plicatae, saepissime abbreviatae; legumen plano-compressum, rarius teres, in articulos monospermos clausos indehiscentes et maturitate saepissime secedentes divisum, raro uniarticulatum 1—2 spermum; herbae vel suffrutices, foliis pinnatis, rarius simplicibus, foliolis integris, pedunculis axillaribus, racemosis vel spicatis.

a. Legumen plano-compressum; folia saltem superiora pinnata; rarissime omnia trifoliolata.

α. Legumen multiarticulatum, articulis suborbiculatis quadratisve.

33. Hedysarum L.

β. Legumen ad articulum unicum reductum, 1—2 spermum.

× Calycis laciniae non plumosae; legumen exsertum, coriaceum, disco foveolato lacunosum, margine cristatum vel echinatum.

34. Onobrychis Gaertn.

×× Calycis laciniae plumosae; legumen inclusum, membranaceum, laeve.

35. Ebenus L.

b. Legumen subteres, moniliforme, articulis non secedentibus; folia omnia simplicia; pedunculi abortivi spinescentes.

36. Alhagi Desv.

B. Cotyledones crassi, carnosi, etiam post germinationem hypogaei.

8. Tribus. *Vicieae* Bronn. — Stamina diadelpha vel monadelpha, antheris versatilibus; legumen inarticulatum, bivalvi dehiscens; herbae, saepe scandentes, foliis pinnatis, petiolo communi saepe in cirrhum producto, raro phyllodineo.

a. Legumen inflatum.

37. Cicer L.

b. Legumen compressum vel teretiusculum.

α. Staminum vagina ore aequalis.

× Stylus latere inferiore complicato-carinatus et canaliculatus, superiore barbatus.

38. Pisum L.

×× Stylus sursum dilatatus vel linearis, latere superiore a dorso complanatus et barbatus, caeterum glaber.

○ Folia cirrhifera (cf. *L. saxatilis*).

39. Lathyrus L.

○○ Folia ecirrhosa.

40. Orobus L.

β. Staminum vagina ore obliqua.

× Stylus superne circumcirca aequaliter hirtus vel sub apice fasciculo pilorum barbatus, vel rarius glaber.

41. Vicia L.

×× Stylus latere superiore a dorso complanatus et barbatus, inferiore glaber.

42. Ervum L.

1. Tribus *Podalyrieae* Benth. et Hook. gen. pl. I. p. 437.

1. Anagyris L. gen. n. 509.

1. **A. foetida** L. sp. p. 374; S. et S. pr. I. p. 270; Sieb. avis p. 3, rem. p. 4, in Flora I. p. 271; Ch. et B. exp. p. 201, Fl. Pelop. p. 46; Marg. et R. fl. Zante p. 37; Friedr. Reise p. 267 et 285; Fraas fl. class. p. 65; Weiss in z. b. G. 1869 p. 747; Raul. Cret. p. 734; Bois. fl. or. II. p. 24; Heldr. cat. herb. Orph. p. 1, Fl. cephalon. p. 31, Fl. Aegin. p. 292, in ö. b. Z. 1898 p. 183; Haussk. symb. p. 49; Hal. in ö. b. Z. 1897 p. 283. — Icon: Fl. gr. t. 366. — Exsicc.: Orph. fl. gr. n. 289; Heldr. herb. norm. n. 102, herb. dimorph. n. 16; Rev. pl. Cret. n. 229.

Fruticosa, 1—3 m. alta, ramulis novellis sericeis; foliolis elliptico-lanceolatis integris, supra glabris, subtus sericeo-puberulis; floribus ad ramulos laterales breviter racemosis; corolla lutea, vexillo nigro-maculato; leguminibus 10—15 cm longis, valde torosis; seminibus violaceis.

In dumosis, olivetis, collibus apricis. Attica: pr. Athenas, in oliveto, mt. Parnes, pr. Chassia, Menidi, in valle Cephissi, mt. Hymettus. (Heldr.), ad Phalerum (Friedr.), insula Salamis (Reiser); Euboea (Fraas); Thessalia: pr. Volo (Haussk.); Corinthus (Heldr.), Acrocorinthus (Orph.); Argolis: peninsula Methana, pr. Nauplia (Haussk.), Astros (Fraas), Epidaurus (Chaub.); Messenia: pr. Kalamata (Zahn); insula Aegina (Heldr.), Syra (Weiss), Pholegandros (Veneris), Amorgos (Heldr.); Creta: pr. Kissamos (Reverch.), Khalepa, inter Anopolis et Aradhena (Raul.); Zante (Marg.); Cephalonia: pr. Argostoli, Koroni, Lixuri (Heldr.); Echinadum insula Petala (Reis.). — Jan. Mart. ♃

2. Tribus. *Genisteae* Benth. et Hook. gen. pl. I. p. 439.

2. Spartium L. gen. n. 858.

1. **S. junceum** L. sp. p. 708; S. et S. pr. II. p. 53; Sieb. avis p. 4, rem. p. 5; Dallap. prosp. p. 96; Marg. et R. fl. Zante p. 37; Friedr. Reise p. 277; Fraas fl. class. p. 50; Heldr. Nutzpfl. p. 69, Fl. Cephalon. p. 31, in Sitzungsb. acad. Wiss. Berlin 1883 p. 5, in ö. b. Z. 1898 p. 183; Raul. Cret. p. 734; Bois. fl. or. II. p. 36; Spreitz in z. b. G. 1877 p. 724; Chloros Waldverch. p. 37; Gelmi in bull. soc. bot. ital. 1889 p. 448; Haussk. symb. p. 49; Form. in Ver. Brünn 1895 p. 51, 1896 p. 109, 1897 p. 77; Bald. riv. coll. bot. Alb. 1896 p. 40. — *Genista juncea* Scop. fl. carn. ed. 2 II. p. 50; Ch. et B. exp. p. 202, Fl. Pelop. p. 46. — *Spartianthus junceus*

Link. en berol. II. p. 223. — Icon: Fl. gr. t. 671. — Exsicc.: Bald. it. alb. epir. IV. n. 109; Dörfl. fl. aeg. n. 37.

Fruticosum, 1—2 m altum; ramis junceis, tenuiter striatis, glabris, parcissime foliatis; foliis 1-foliolatis, foliolo lineari-oblongo, subtus sericeo-puberulo; racemis terminalibus, laxis; floribus magnis, aureis; leguminibus lineari-compressis, 6—8 cm. longis.

In regione sempervirenti et montanae ad 300 m altitudinem usque. Frequens in Epiro, in Thessaliae orientalis mt. Olympus, Ossa et Pelion, in Phthiotide, Attica et in Peloponneso, etiam in insulis ionicis Corcyra, Cephalonia et Zante, nec non in Creta, in Archipelago (Sibth.): insula Keos (Heldr.), Naxos (Heldr.), Poros (Friedr.). — Apr. Jun. ♃.

3. **Genista** L. gen. n. 859.

1. Sectio. *Spartocarpus* Spach. in ann. sc. nat. 1844 p. 240. Legumen breve, ovatum vel rhombeum, oblique rostratum etorosum, abortu 1—2 spermum.

a. Folia trifoliolata.

α. Flores ad ramulos novellos terminales, 3—7 subcapitati.

1. **G. radiata** L. sp. p. 708 (*Spartium*); Scop. fl. carn. ed. 2, II. p. 51; Bois. fl. or. II. p. 37; Heldr. cat. herb. Orph. p. 10. — *Cytisus radiatus* Koch syn. p. 157. — Icon: Curt. bot. mag. t. 2260. — Exsicc.: Orph. fl. gr. n. 589.

Fruticosa, ramosissima; ramulis ephedroideis, subsericeis; foliis breviter petiolatis, saltem plerisque trifoliolatis, foliolis linearibus sericeis; calycis sericei labio superiore bipartito, inferiore longiore, dentibus tubo subbrevioribus; petalis extus sericeis; leguminibus ovatis, sericeo-tomentosis, falcatim acuminatis.

In silvaticis mt. Olympus supra Hagios Dionysios (Orph.). — Jun. Aug. ♃.

β. Flores ad ramulorum novellorum spinescentium apicem racemos breves paucifloros formantes.

2. **G. acanthoclada** DC. pr. II. p. 146; Ch. et B. exp. p. 202, Fl. Pelop. p. 46; Link in Linn. IX. p. 583; Fraas fl. class. p. 49; Clem. sert. p. 29; Heldr. Nutzpfl. p. 69, cat. herb. Orph. p. 10, Fl. Aegin. p. 292; Weiss in z. b. G. 1869 p. 747; Raul. Cret. p. 734; Bois. fl. or. II. p. 39, suppl. p. 159; Haussk. symb. p. 49; Bald. viagg. cret. p. 44; Form. in d. bot. Mon. 1898 p. 81. — *Spartium horridum* S. et S. pr. II. p. 54; Fl. gr. t. 674; Sieb. avis p. 4, rem. p. 5, non Vahl. — *Genista Lobelii* Urv. enum. p. 85, non DC. — *G. pilosa* Friedr. Reise p. 270 sec. Heldr. Fl. Aegin. p. 292, non L. — *G. Alpini* Spach. in ann. sc. nat. 1844 p. 247. — *G. Bruguierii* Spach. l. c. p. 248. — *G. peloponnesiaca* Spach. l. c. p. 249. — *G. Friedrichsthaliana* Presl bot. Bemerk. p. 136 (= *G. radiata* Friedr. Reise p. 273); Walp. annal. I. p. 219. — Exsicc.:

Orph. fl. gr. n. 256; Heldr. herb. norm. n. 352 et 1128; Reverch. pl. cret. n. 28, in Baen. herb. europ. n. 4877, in Magnier fl. sel. n. 809.

Fruticosa, ramosissima, ramulis rigidis, pungentibus, subsericeis, foliis subsessilibus, trifoliolatis, foliolis linearibus sericeis; calycis sericei labio superiore bipartito, inferiore sublongiore, dentibus tubo aequilongis vel brevioribus; vexillo et carina extus sericeis; leguminibus ovato-rhombeis, sericeis; oblique mucronatis.

In collibus saxosis, pinetis regionis inferioris et submontanae. Frequens in Attica, Boeotia; pr. Limni Euboeae (Fraas); isthmus Corinthiacus: pr. Kalamaki (Clem.); Argolis: pr. Nauplia (Orph.); insula Aegina (Heldr.), Poros (Friedr.); Laconia: mt. Malevo (Orph.), Taygetos (Heldr.), pr. Kalamata (Zahn), Kardamyle, Chimova (Chaub); insula Cythaera (Spreitz.); Creta: pr. Kissamos (Rev.), Canea (Weiss), Enneachoria, Akroteri, Palaeokastro pr. Suda (Raul.); Cycladum insula Cythnos (Crinos), Melos (Urv.), Naxos (Heldr.); Corcyra: pr. Palaeokastrizza (Letourn.). — Jun. Jul. ♃.

b. Folia unifoliolata.

3. **G. carinalis** Griseb. spic. I. p. 3; Form. in Ver. Brünn 1897 p. 77. — *G. gracilis* Spach. in ann. sc. nat. 1844 p. 256. — Icon: Jaub. et Sp. ill. or. t. 143. — Exsicc.: Orph. fl. gr. n. 596 (Macedonia); Form. pl. thessal. a. 1896; Sint. it. thessal. n. 447.

Suffruticosa, decumbens, inermis; ramulis adscendentibus, angulatis, ad angulos adpresse setulosis; foliis sessilibus, linearibus, glabriusculis; racemis terminalibus, laxifloris; pedicellis basi bractea lineari obsitis, apice bibracteolatis; calycis glabriusculi dentibus lanceolatis acuminatis, tubo duplo longioribus; vexillo glabro, carina margine ciliata subdimidio breviore; leguminibus ovata-rhombeis, parce setulosis, oblique acuminatis.

In silvaticis montanis. Thessalia: pr. Phlambures et Mitrica in mt. Chassia (Form.), ad Dahuri-Han pr. Kalabaka (Sint.). — Jun. Jul. ♃.

2. Sectio. *Stenocarpus* Spach in ann. sc. nat. 1844 p. 106. — Legumen lineare vel lanceolato-oblongum, rectum, torosum, saepius polyspermum.

a. Ramuli spinosi, spinae axillares, validae, breves, folia et flores gerentes; folia unifoliolulata.

4. **G. melia** Bois. diagn. IX. p. 2, Fl. or. II. p. 41. — *Spartium scorpius* S. et S. gr. II. p. 53 sec. Bois. fl. or. l. c., non L.

Suffruticosa, intricatim ramosissima, ramis spinisque brevibus patulis, subarcuatis, crispe hirtulis; stipulis subulato-spinosis; foliis minimis, hirtulis, cuneato-ovatis, saepe retusis; floribus e gemmis foliorum subbinis, pedicellis calyce sublongioribus suffultis; calycis glabri, campanulati, pentagoni dentibus tubo brevioribus, triangularibus, subaequilongis; petalis glabris, vexillo carina sublongiore; leguminibus glabris, anguste linearibus, subarcuatis, margine sinuatis. — *G. scorpio* (L.) affinis.

Cycladum insula Melos (Fauché); postea a nemine lecta. ♃ N. v.

b. Inermes; folia unifoliolulata.

α. Ramuli exalati; stigma introrsum declive.

× Corolla marcescens, vexillo et carina non deflexa sericeis.

5. **G. Sakellariadis** Bois. et Orph. diagn. ser. 2, VI. p. 42, Fl. or. II. p. 41; Heldr. cat. herb. Orph. p. 11. — Exsicc.: Orph. fl. gr. n. 597.

Suffruticosa, ramosissima; ramis prostratis, profunde striatis, subtuberculatis; ramulis brevibus erectis; foliis anguste elliptico-linearibus, saepe plicato-convolutis, adpresse sericeis; floribus 4—7, subsecundis, racemos breves terminales formantibus; pedicellis calyce brevioribus; bracteis anguste lineari-lanceolatis, calycem subsuperantibus; bracteolis binis, calycis tubum aequantibus vel superantibus; calycis sericei labiis tubo longioribus, superiori in dentes tringulares rectos partito, inferiori in dentes lanceolatos rectos profunde fisso; vexillo retuso et carina obtusa subaequilongis; leguminibus ignotis. — A. sequente foliis angustis, saepe convolutis, inflorescentia racemosa et bracteolibus multo longioribus differt.

In regione media mt. Olympus supra monasterium Hagios Dionysios, rarissime (Orph.). — Jul. Aug. ♃.

6. **G. sericea** Wulf. in Jacq. collect. II. p. 167. — *G. Sakellariadis* Hal. Beitr. Fl. Achaia p. 17. — Icon: Jacq. pl. rar. t. 556. — Exsicc.: Hal. it. gr. IIa. 1893.

Suffruticosa, ramosissima; ramis prostratis, profunde striatis, subtuberculatis; ramulis brevibus erectis; foliis lanceolatis, planis, adpresse sericeis; floribus 4—7, terminalibus, subcapitatis; pedicellis calyce brevioribus; bracteis lanceolatis, calycem superantibus; bracteolis binis, minutis; calycis sericei labiis tubo aequilongis, superiori in dentes triangulares partito, inferiori in dentes lanceolatos rectos profunde fisso; vexillo retuso et carina obtusa subaequilongis; leguminibus oblongo-linearibus, sericeis. — Planta graeca a dalmatica foliis angustioribus parum differt; specimina a capris mutilata ob ramulos brevissimos et folia diminuta faciem valde alienam habent.

In regione media mt. Panachaicon supra Patras Achaiae (Hal.) — Maio, Jun. ♃.

7. **G. Milli** Heldr. in Bois fl. or. suppl. p. 160. — Exsicc.: Pichl. pl. gr. a. 1876.

Suffruticosa, ramosissima; ramis prostratis, profunde striatis, subtuberculatis; ramulis brevibus, erectis; foliis parvis, ovatis oblongisve, planis, adpressiuscule sericeis; floribus 2—4, terminalibus, subcapitatis; pedicellis calyce brevioribus; bracteis ovatis, calyce brevioribus; bracteolis 2—1, minutissimis, interdum obsoletis; calycis sericei labiis tubo subbrevioribus, superiori in dentes triangulares partito, inferiori in dentes lanceolatos recurvos profunde fisso; vexillo retuso et carina obtusa subaequilongis; leguminibus ignotis.

In subalpinis: mt. Oeta Phthiotidis inter Molos et **Elatina (Mill)**; mt. Dirphys Euboeae (Pichl.). — Maio. ♃.

×× Corolla glabra, decidua, carina deflexa.

○ Folia venosa; inflorescentia paniculata.

8. **G. tinctoria** L. sp. p. 710; Haussk. symb. p. 49. — Icon: Fl. dan. t. 525.

Fruticosa; ramis erectis, striatis, pubescentibus; foliis elliptico-lanceolatis, acutis, margine et subtus pubescentibus; stipulis minimis; calycis glabri laciniis lanceolatis, tubum aequantibus; leguminibus glabris.

In Pindi dolopici regione inferiore pr. monasterium Korona et in nemorosis oropedii Neuropolis (Haussk.). — Jun. Jul. ♃. N. v.

○○ Folia evenia; flores ad ramulos breviter racemosi.

9. **G. triangularis** Kit. in Willd. sp. pl. III. p. 939; Haussk. symb. p. 49. — Exsicc.: Heldr. it. thessal. IV a. 1885; Sint. it. thessal. n. 745.

Fruticosa; ramis decumbentibus, triquetris hexagonisque; foliis oblongis vel oblongo-lanceolatis, cuspidatis, glabris, margine anguste scariosis, interdum remote ciliatis; stipulis minimis; calycis glabri laciniis tubo duplo brevioribus, superioribus triangularibus, inferioribus lanceolatis; leguminibus glabris.

β. **scariosa** Viv. annal. bot. I. 2 p. 175 pro sp.; Haussk. symb. p. 49. — Rami elati, erecti. — Exsicc.: N. v.

In alpinis mt. Ghavellu, Karava (Haussk.), pr. Dokimi (Heldr.), inter mt. Zygos et mt. Oxya (Sint.) in Pindo; *β*. in oropedio Neuropolis (Haussk.). — Jun. Jul. ♃.

10. **G. lydia** Bois. diagn. II. p. 8, Fl. or. suppl. p. 160. — Exsicc.: Heldr. pl. fl. hellen. a. 1876; Pichl. pl. gr. a. 1876.

Fruticosa; ramis decumbentibus, profunde striatis; foliis oblongis vel oblongo-lanceolatis, margine non scariosis, subtus sparsim pilosulis, inferioribus obtusis, superioribus acutis; stipulis minimis; calycis sparsim pilosuli laciniis tubo aequilongis, superioribus lanceolatis, inferioribus subulatis; leguminibus glabris. — Differt a praecedente, cui habitu similis, foliis non scarioso-marginatis, subtus pilosulis, calycis pilosuli laciniis angustioribus longioribusque, floribus submajoribus.

In castanetis mt. Dirphys pr. Steni Euboeae (Heldr.). — Apr. Maio. ♃.

β. Ramuli alati; corolla marcescens, glabra, carina non deflexa, stigma extrorsum declive.

11. **G. sagittalis** L. sp. p. 710; Bois. fl. or. II. p. 47 ; Heldr. cat. herb. Orph. p. 11. — Icon: Jacq. fl. austr. III. t. 209. — Exsicc:, Orph. herb. a. 1856.

Patule pilosa; ramis decumbentibus, ramulis alatis, ancipitibus, articulatis; foliis oblongis vel oblongo-lanceolatis; racemis terminalibus, subcapitatis; calycis laciniis tubo longioribus, inferioribus angustioribus.

subulatis; leguminibus hirsutis. — Plantae graecae indumentum copiosius et ramuli angustius alati.

In siccis regionis montanae, rarissime. Laconia: pr. Hagios Petros et Castanitza in mt. Malevo (Orph.). — Maio, Jun. ♃.

Obs. Certe ex confusione indicantur: *G. germanica* L. a Ch. et B. in exp. p. 202, Fl. Pelop. p. 46 in Peloponneso pr. Basilico Sicyonem et Corinthum et in Fl. Pelop. p. 46 *G. hispanica* L. pr. Achladocampos. — Species pro Graecia maxime dubiae sunt etiam *Ulex europaeus* L., a Ch. et B. Fl. Pelop. p. 46 pr. Kalamata Messeniae et *Argyrolobium Linnaeanum* Walp., a Pieri corc. fl. p. 104 in Corcyra et a Ch. et B. Fl. Pelop. p. 48 pr. Messene indicatae.

4. Calycotome Link in Schrad. journ. II. 2 p. 50.

1. **C. infesta** Presl. del. prag. p. 33 (*Spartium*); Guss. syn. fl. sic. II. p. 247; Bois. fl. or. suppl. p. 158; Bald. in nuov. giorn. bot. ital. 1894 p. 94. — *Cytisus infestus* Guss. pr. fl. sic. II. p. 372. — ? *Cytisus spinosus* Pieri corc. fl. p. 104.

Fruticosa; ramis ramulisque divaricatis, spinescentibus, subsericeis, striatis; foliis trifoliolatis, foliolis cuneato-obovatis, subtus sericeis; floribus axillaribus, 2—4 fasciculatis, ad basin calycis bractea trifida vel tripartita munitis; calyce adpresse sericeo; leguminibus valde compressis, adpressissime argenteo-sericeis.

In collibus insulae Corcyra (Barbey) et pr. Skafidaki ad urbem Prevesa in Epiro (Bald.). — Mart. Maio. ♃. N. v.

2. **C. villosa** Vahl symb. II. p. 80; S. et S. pr. II. p. 54; Sieb. avis p. 4, rem. p. 5; Urv. enum. p. 84 (*Spartium*); Link. en. hort. berol. II. p. 225, in Linnaea IX. p. 583; Fraas fl. class. p. 50; Clem. sert. p. 29; Bois. fl. or. II. p. 36; Heldr. cat. herb. Orph. p. 13, Fl. Cephalon. p. 31, in Sitzungsb. acad. Berlin 1883 p. 5, Fl. Aegin. p. 292, chlor. Thera p. 10; Spreitz. in z. b. G. 1877 p. 724; Chloros Waldverh. p. 30; Gelmi in bull. soc. bot. ital. 1889 p. 448; Form. in d. bot. Monatsschr. 1891 p. 55, in Ver. Brünn 1895 p. 51, 1896 p. 109, 1897 p. 77; Haussk. symb. p. 49; Hal. Beitr. Fl. Epir. p. 17, in ö. b. Z. 1899 p. 24. — *Spartium lanigerum* Desf. fl. atl. II. p. 135; Ch. et B. exp. p. 201, Fl. Pelop. p. 46. — *Cytisus lanigerus* DC. fl. fr. IV. p. 504; Marg. et R. fl. Zante p. 37; Friedr. Reise p. 263 et 264; Ung. Reise p. 139. — *Calycotome cretica* Presl bot. Bemerk. p. 51. — *Cytisus Preslii* Nym. syll. p. 283. — *Calycotome lanigera* Raul. cret. p. 735. — Icon: Fl. gr. t. 673. — Exsicc.: Rev. pl. cret. n. 29; Baen. herb. europ. n. 9224.

Fruticosa; ramis ramulisque divaricatis, spinescentibus, tomentellis, striatis; foliis trifoliolatis, foliolis obovato-cuneatis, subtus sericeis; floribus axillaribus, 5—15 fasciculatis, ad basin calycis bractea suborbiculari integra rarius trifida munitis; calyce dense villoso; leguminibus subtetragonis, lanato-hirsutissimis, tumidiusculis.

In dumosis regionis inferioris et submontanae, usque 500 m, frequens. Thessalia: pr. Rapsani in mt. Olympo (Form,), mt. Ossa (Heldr.), mt. Pelion pr. Koryza, Portaria, Volo. pr. Stylida (Form.); Attica: mt. Parnes pr. Dekeleia (Hal.), mt. Pentelicon, Hymettus, pr. Raphina, Eleusis (Heldr.); ad sinum Corinthiacum (Friedr.); Argolis, abunde (Fraas); insula Aegina: mt. Oros (Heldr.); Cyclades (Sibth.): insula Melos (Urv.), Thera (Heldr.); Messenia: insula Sapienza (Chaub.); Creta: pr. Kissamos (Rev.), Canea, Akroteri, Malaxa, Prosnero, Askyphos, promontorium Stavro (Raul.); in Strophadum insula majore (Reis.): Zante (Marg.); Cephalonia: pr. Argostoli, Koroni, Pessada, Poros (Heldr.); ubique in Corcyra; Epirus: pr. Arta (Hal.), Agiotoma, Preveza (Form.). — Mart. Maio. ♃.

5. **Podocytisus** Bois. et Heldr. diagn. IX. p. 7.

1. **P. caramanicus** Bois. et Heldr. diagn. IX. p. 7, Fl. or. II. p. 35; Heldr. cat. herb. Orph. p. 12; Hal. Beitr. Fl. Thessal. p. 10; Bald. riv. coll. bot. Alb. 1895 p. 24, 1896 p. 40; Form. in Ver. Brünn 1896 p. 109, 1897 p. 78. — *Laburnum caramanicum* Benth. et Hook. gen. I. p. 481. — *Cytisus caramanicus* Nym. consp. p. 155; Haussk. symb. p. 49; Form. in d. bot. Mon. 1891 p. 55. — Exsicc.: Orph. fl. gr. n. 155; Bald. it. Alb. epir. III. n. 31, IV. n. 112.

Fruticosus, 1 m altus, glaberrimus, glaucescens; ramis virgatis; foliis trifoliolatis; foliolis obovatis; racemis terminalibus, elongatis, saepius pyramidatim paniculatis; calyce breviter campanulato; vexillo orbiculato; leguminibus plano-compressis, foliaceis, stipitatis, ovatis vel oblongis, 1—6 spermis, inter semina saepe irregulariter strangulato-sinuatis.

In dumetis, ad vinetis regionis montanae. — Epirus: pr. Vromonero et Dobra distr. Ljaskovik, pr. Suli et Sirizana distr. Paramythia (Bald.): Thessalia: pr. Kastania, Vendista, Malakasi, Kastri (Form.), Kalabaka (Haussk.), pr. Microchorio ad radices mt. Chelidoni Eurytaniae, pr. Spilaea in mt. Ossa (Heldr.), mt. Olympus (Orph.); Achaia: pr. Saita in mt. Kyllene (Orph.), pr. Megaspilaeon (Heldr.). — Jun. Jul. ♃.

6. **Lembotropis** Griseb. spic. I. p. 10.

1. **L. nigricans** L. sp. p. 739 (*Cytisus*); Griseb. l. c. — *Genista nigricans* Scheele in Flora 1843 p. 438; Briquet etud. cytis. p. 122. — Icon: Jacq. fl. austr. IV. t. 387. — Exsicc.: Bald. it. alb. Epir. IV. n. 111.

Fruticosus, adpresse pilosus; ramis tenuibus elongatis; foliis trifoliolatis, foliolis obovatis vel oblongis, supra glabris; racemis terminalibus; calyce brevi, labiis divaricatis; carina rostrata; leguminibus oblongo-linearibus, adpresse hirtis. — Planta nostra ad *var. australem* Freyn fl. mont. Magg. p. 5 (foliola breviora, racemi breves depauperati) pertinet.

In silvis mt. Smolika distr. Konitza (Bald.); crescit etiam iam extra ditionem in districtu Ljaskovik (Bald.) et ad Kestoration distr. Argyrocastron (Chodzes.). — Jun. Jul. ♃.

7. Cytisus L. gen. n. 877.

A. Folio trifoliolata.

1. Sectio. *Teline* Webb. phytogr. canar. II. p. 34 pro gen.; Benth. et Hook. gen. I. p. 484. — Calyx turbinato-campanulatus, labiis tubo aequilongis vel longioribus, superiori bipartito, inferiori tridentato vel trifido; legumen lineare.

1. **C. monspessulanus** L. Sp. p. 740; Bald. riv. coll. bot. Alb. 1824 p. 24. — *Genista candicans* L. amoen ac. IV. p. 284; S. et S. pr. II. p 54. — *C. candicans* DC. fl. fr. IV. p. 504; Bois. fl. or. p. II. 54; Heldr. cat. herb. Orph. p. 14. — *Genista canariensis* Ch. et B. exp. p. 201, Fl. Pelop. p. 46, sec. Bois. l. c., non L. — *Teline candicans* Webb. phyt. can. II. p. 36, t. 151, f. 1. — Exsicc.: Bald. it. alb. epir. III. n. 30

Fruticosus; ramis virgatis, angulato-striatis, stricte ramulosis, iunioribus patule puberulis, adultis glabris; foliolis obovatis vel obovato-oblongis, saepe mucronulatis, subtus puberulis; floribus 3—9, in racemos corymbosos axillares et in ramulos terminales congestis; carina obtusa; leguminibus rectis, tomentosis.

In collibus dumosis regionis inferioris. Epirus: ad coenobium Hagios Apostolos distr. Prevesa (Bald.); Messenia: pr. Arcadia, Pylos, Kubeh (Chaub.); Laconia; mt. Malevo pr. Kastanitza (Orph.); Euboea: mt. Dirphys (Sibth.). — Apr. Jun. ♃.

Obs. *C. linifolius* L. sp. ed. 2 p. 947 (*Genista*), Lam. enc. II. p. 249, a Ch. et B. fl. Pelop. p. 46 in montibus Arcadiae indicatus, ibi certe non crescit.

2. Sectio. *Eucytisus* Benth. et Hook. gen. I. p. 484. — Calyx breviter campanulatus, labia brevia, divaricata, denticulata; legumen lineare.

2. **C. triflorus** L'Herit. stirp. nov. p. 184; S. et S. pr. II. p. 76; Ch. et B. fl. Pelop. p. 48; Friedr. Reise p. 280; Bois. fl. or. II. p. 49, suppl. p. 160; Heldr. cat. herb. Orph. p. 14. — Exsicc.: Orph. fl. gr. n. 587.

Fruticosus; ramis virgatis, iunioribus striatis, tomentellis; foliolis obovato-ellipticis, mucronulatis, subtus villosis, terminali majore; floribus in axillas foliorum superiorum 1—3nis; carina curvata, rostrata; leguminibus rectis vel arcuatis, hirsutis.

In dumosis regionis inferioris et montanae. Thessalia: mt. Pelion (Heldr.); Euboea: mt. Dirphys (Orph.); Laconia: mt. Malevo pr. Platanos et Kastanitza (Orph.); Arcadia: mt. Diaforti pr. Andrizena (Friedr.); Messenia: pr. Messene (Chaub.); Zante (Sibth.). — Apr. Maio. ♄.

Obs. *C. sessilifolius* L. sp. p. 739 indicatur a S. et S. pr. II. p. 76, Fl. gr. t. 705 in Laconia et a Ch. et B. exp. p. 211, Fl.

Pelop. p. 48 in insulis Cycladum, sed **probabiliter erronee, nam nullus** e botanicis recentioribus speciem hanc postea **observavit.**

3. Sectio. *Tubocytisus* DC. fl. fr. IV. p. 58. — **Calyx tubulosus,** breviter bilabiatus, labio superiori bilobo, inferiori **minute tridentato vel** integro; legumen lineare.

1. Subsectio. *Diaxulon* Raf. sylv. tellur. p. 24 **pro gen.; Briquet** etud. cytis. p. 162. — **Rami novelli nunquam capitulo florum terminali finiti.**

a. *Spinescentes* Bois. fl. or. II. p. 50. — **Rami evoluti in spinam abeuntes.**

3. **C. subspinescens** DC. pr. II. p. 155 pro var. *C. biflori;* Briquet etud. cytis. p. 163.

Fruticosus, vix spithameus, ramosissimus; ramis, ramulisque divaricatis, sericeis; foliolis obovato-cuneatis; floribus axillaribus, solitariis vel binis; calyce elongato, 12 mm longo; petalis rectiusculis; leguminibus plano-compressis.

α. **typicus.** — *C. spinescens* Presl. fl. sic. II. p. 19. — *C. hirsutus* S. et S. fl. gr. VIII. p. 5, t. 706. — Foliola supra pubescentia, subtus sericea, calyx adpresse pubescens, legumen ad suturam patenter pilosus.

β. **candidus** Presl. fl. sic. I. p. 19 pro sp.; Briquet etud. cytis. p. 164. — *C. spinescens* Sieb. in Spreng. syst. III. p. 225; Bois. fl. or. II. p. 50. — *C. argyreius* Rchb. fl. exc. p. 523. — Foliola utrinque argenteo-sericea, calyx adpresse pubescens, legumen undique sericeo-pubescens.

Peloponnesus: in montibus pr. Bizani (J. Mill sec. Bois l. c.) ubi ut videtur var. *β.* tantum lecta fuit. — Maio. ♃. N. v.

4. **C. creticus** Bois. et Heldr. diagn. IX p. 4, Fl. or. II. p. 50; Raul. cret. p. 735; Bald. viagg. Creta p. 44. — Exsicc.: Reverch. pl. cret. n. 230, in Baen. herb. europ. n. 6571; Bald. it. cret. n. 61, it. cret. alt. n. 10.

Fruticosus, 10—30 cm altus, dumosus, ramosissimus, ramis ramulisque divaricatis, glabrescentibus; foliolis minutissimis, ovatis obovatisve, supra glabrescentibus, subtus adpresse hirtis; floribus in axillis superioribus solitariis; calyce brevi, 6 mm longo, adpresse hirsuto; carina sub vexillo erecto-recurvo, valde curvato; leguminibus plano-compressis, albohirsutis. — Petala lutea, basi saepe purpurascentia. — Differt a praecedente foliis multo minoribus, calyce brevi et corolla eximie curvata.

In collibus dumosis regionis inferioris et submontanae. Creta: pr. Omalos inter Hagios Joannes Kaimenos et Rustika, inter Melidoni et Damasta (Raul.), pr. Anogya distr. Mylopotamos (Bald.). — Apr. Jun. ♃.

b. *Inermes* Bois. fl. or. II. p. 50. — **Rami homomorphi, omnes inermes.**

5. **C. hirsutus** L. sp. p. 739; Bois. fl. or. suppl. p. 160; Haussk. symb. p. 49.

Fruticosus, patule hirsutus; ramis erectis vel adscendentibus; foliolis obovatis vel subellipticis; floribus binis ternisque, breviter pedicellatis, omnibus lateralibus; calycis hirsuti, ad tertiam partem bilabiati, labio superiore subtruncato; leguminibus plus minus hirsutis, rectis vel falcatis.

α. **typicus.** — Rami erecti, foliola pilis patulis supra minus crebris obsita, calyx patule hirsutus, legumina undique hirsuta. — Exsicc.: N. v.

β. **falcatus** W. et K. pl. rar. hung. III. p. 264, t. 238 pro sp. — Rami erecti, folia pilis subpatulis supra minus crebris obsita, calyx patule hirsutus, legumina ad suturas tantum hirsuta. — Exsicc.: Sint. it. thessal. n. 749.

γ. **hirsutissimus** C. Koch in Linnaea XIX. p. 62 pro sp.; Bois. fl. or. II. p. 51; Heldr. cat. herb. Orph. p. 14. — *C. Lamarckii* Ten. syll. fl. nap. app. V. p. 24 p. p., annot. alla fl. graeca in rendic. reale acad. scienze n. 2. p. 15. — Rami adscendentes, foliola pilis subpatulis creberrime obsita, calyx dense patule villosus, legumina undique hirsuta. — Exsicc.: Orph. fl. gr. n. 588.

δ. **demissus** Bois. fl. or. II. p. 54; Heldr. cat. herb. Orph. p. 14, pro sp. — Rami tenues, prostrati, foliola minuta, undique pilis patulis obsita, calyx dense patule villosus, legumina undique hirsuta. — Huc et non ad subsectionem sequentem pertinet, uti Briquet in etud. cytis. p. 172 adnotavit. — Exsicc.: Orph. herb. n. 3717 (*C. prostratus v. minor*).

In montosis. Thessalia: ad monasterium Korona in Pindo (Haussk.); — *β.* in valle Negerli pr. Chaliki (Sint.); — *γ.* mt. Korax (Leon); pr. Hagios Petros in mt. Malevo et pr. Lambani in mt. Kyllene (Orph.); — *δ.* mt. Olympus (Orph.). — Apr. Maio. ♃.

2. Subsectio. *Aulonix* Raf. sylv. tellur. p. 25 pro gen.; Briquet etud. cytis. p. 172. — Rami novelli semper capitulo florum aestivalium terminali finiti, praeterea etiam nonnunquam floribus vernalibus lateralibus praediti.

a. Indumentum foliorum adpressum.

α. Corolla alba.

6. **C. albus** Hacq. Reise dac. sarm. Karpath. I. p. 49. — *C. leucanthus* W. et K. pl. rar. hung. II. p. 141, t. 132, forma foliis supra glabris. — *C. microphyllus* Bois. diagn. ser. 2. II. p. 5. — *C. austriacus v. microphyllus* Bois. fl. or. II. p. 53; Bald. riv. coll. bot. Alb. 1896 p. 40. — *C. leucanthus v. microphyllus* Bois. fl. or. suppl. p. 161. — *C. albus v. microphylloides* Briquet. etud. cytis. p. 174. — Exsicc.: Heldr. it. thessal. n. 28; Sint. it. thessal. n. 391.

Fruticosus; ramis erectis, adpresse hirsutis; foliolis obovatis vel obovato-lanceolatis, viridibus; floribus terminalibus, dense capitatis; calyce

patule hirsuto; vexillo extus adpresse pubescente; leguminibus rectiusculis, villosis.

In montosis. Thessalia: mt. Pelion (Heldr.), pr. **Kastreiki** ad Kalabaka (Sint.); Epirus: mt. Smolika (Bald.). — Maio. Jul. ♃.

β. Corolla lutea.

7. **C. thessalus** Bois. fl. or. II. p. 53 pro var. *C. austriaci.* — ? *C. austriacus* Heldr. in Sitzungsb. acad. Wiss. Berlin 1883 p. 4; Form. in Ver. Brünn 1896 p. 109. — Exsicc.: Orph. fl. gr. n. 590.

Fruticosus, 30 cm altus; ramis erectis, simplicibus, adpressiuscule hirsutis; foliolis oblongis, viridibus, 20—30 mm longis, 5—9 mm latis, supra parce puberulis, subtus tenuiter pilosis; floribus terminalibus, capitatis; calyce pilis sparsis adpressis hirsuto; corolla maiuscula, lutea, vexillo macula fusca ornato pubescente; leguminibus arcuatis, adpresse hirsutis. — *A. C. austriaco* L. ramis simplicibus, foliolis maioribus viridibus sparsim hirsutis, corolla maiore fusco-maculata meo sensu specifice distinctus.

In montosis. Thessalia: mt. Olympus supra Hagios Dionysios (Orph.), mt. Pelion (Heldr.). — Jun. Aug. ♃.

8. **C. pindicolus** Degen in Bald. riv. coll. bot. Alb. 1896 p. 40 pro var. *C. austriaci.* — Exsicc.: Bald. it. alb. epir. IV. n. 110.

Fruticosus, pumilus, 10—15 cm altus; ramis gracilibus, erectis, simplicibus, dense patule pilosis; foliolis anguste-lanceolatis, saepe plicato-convolutis, 1 cm longis, 2 mm latis, utrinque pilis adpressis dense cano-sericeis; floribus terminalibus, capitatis; calyce dense sericeo-villoso; corolla minori, lutea, vexillo secus lineam medianam piloso; leguminibus ignotis. — A praecedente notis indicatis, a *C. austriaco* L. indumento argyreo-cano, ramis pumilis, tenuibus, simplicibus, foliolis angustioribus plicatis meo sensu specifice discrepat.

In herbidis alpinis. Epirus: mt. Kuruna distr. Ljaskovik et Pogoni, mt. Smolika distr. Konitza, mt. Gamila distr. Zagorion (Bald.). — Jun. Aug. ♃.

b. Indumentum foliorum patulum.

9. **C. supinus** L. sp. p. 740; Kern. Abhäng. Pflanzengest. p. 11. — *C. capitatus* Scop. fl. carn. ed. 2 II. p. 70; Jacq. fl. austr. I. p. 22 t. 33; Bois. fl. or. II. p. 53; Form. in d. bot. Mon. 1891 p. 55.

Fruticosus: ramis prostratis vel adscendentibus, dense patuleque pilosis; foliolis obovatis vel oblongis, viridibus, patule pilosis; floribus ramorum novellorum terminalibus, annotinorum lateralibus; calyce patule hirsuto; corolla extus glabra vel patule pilosa; leguminibus patule villosis.

In montosis silvaticis. Thessalia: mt. Pelion (Form.), mt. Oeta (Sprun.); Euboea: mt. Dirphys (Sprun.). — Apr. Julio. ♃. — Exsicc.: N. v.

B. Folia unifoliolata.

4. Sectio. *Corothamnus* Koch in Roehl. Deutschl. fl. V. p. 92 pro sect. *Genistae*; Briquet etud. cytis. p. 158. — Calyx breviter campanulatus, labiis brevibus, superiori bidentato, inferiori tridentato; legumen oblongo-lineare.

10. **C. medius.** — *C. diffusus v. pindicolus* Bald. riv. coll. bot. Alb. 1896 p. 41. — Exsicc.: Bald. it. alb. epir. IV. p. 228.

Fruticosus; ramis decumbentibus, patule pilosis; foliis lanceolatis, supra glabrescentibus, subtus et margine patule pilosis; floribus axillaribus; calyce patule piloso; corolla glabra; leguminibus glaberrimis. — Medium tenet inter *C. decumbentem* (Dur.) Spach. et *C. diffusum* (Willd.) Vis., a priori legumine glabro, ab altero ramis, foliis, pedicellis et calycibus patule pilosis discedens.

In regione media et alpina mt. Smolika supra Kerasovo et Palaeoseli distr. Konitza in Epiro (Bald.). — Jun. Jul. ♃.

8. Adenocarpus DC. fl. fr. V. p. 549.

1. **A. divaricatus** L'Herit. stirp. p. 184; S. et S. pr. II. p. 75 (*Cytisus*); Bois. fl. or. II. p. 34; Heldr. cat. herb. Orph. p. 8. — Icon: Fl. gr. t. 704.

Fruticosus; ramis divergentibus, pubescentibus; foliis trifoliolatis, foliolis ovato-oblongis, pubescentibus; floribus in racemos terminales dispositis; calycis pubescentis et saepe glandulis stipitatis instructi labio inferiori longiori, lacinia intermedia laterales superante; vexillo hirto; leguminibus basi angustatis. — Planta graeca mihi ignota, secundum Boissier ad varietatem *A. graecus* Griseb. spic. I. p. 10 pertinet.

Euboea (Sibth.): in regione superiori mt. Dirphys (Heldr.) et Xerobuni (Orph.). — Maio. Jul. ♃. N. v.

9. Lupinus L. gen. n. 865.

a. Semina tuberculato-scabrida.

1. **L. pilosus** Murr. in L. syst. veg. ed. 14 p. 655; S. et S. pr. II. p. 61; Fraas fl. class. p. 51; Heldr. cat. herb. Orph. p. 6. — *L. varius* Urv. enum. p. 86, non L. sp. p. 721, qui foliolis supra glabris et floribus alternis vel geminatis differt. — Exsicc.: Heldr. et Hal. fl. aeg. a. 1889.

Patule hirsutus; foliolis obovato-oblongis, utrinque hirsutis; racemo brevi, verticillato; bracteis lanceolatis; calycis labio superiore profunde bipartito, inferiore longiore integro; corolla magna, coerulea; leguminibus maximis, 5—6 cm longis, 2 cm latis, 2—3 spermis, dense hirsutis.

In variis insulis Graeciae (Sibth.): Melos (Urv.), Naxos (Heldr.); indicatur etiam a Fraas in valle fluminis Eurotas, sed probabiliter ex confusione cum specie alia. — Mart. Jun. ⊙.

2. **L. Cosentini** Guss. fl. sic. pr. II. p. 398; Link in Linnaea IX. p. 585.

Differt a praecedente calycis labio inferiore tridentato et leguminibus 3—5 spermis seminibusque ut videtur minoribus.

Achaia: pr. Patras (Link.). — Mart. Jun. ⊙. N. v.

b. Semina laevia.

α. Labium superius calycis profunde bipartitum.

× Foliola obovata vel obovato-oblonga, mucronulata; semina lenticularia.

3. **L. hirsutus** L. sp. p. 721; S. et S. pr. II. p. 60; Pieri corc. fl. p. 99; Ch. et B. exp. p. 204, Fl. Pelop. p. 46; Marg. et R. fl. Zante p. 38; Friedr. Reise p. 272 et 280; Fraas fl. class. p. 51; Raul. cret. p. 735; Bois. fl. or. II. p. 28; Heldr. cat. herb. Orph. p. 6; Bald. in nuov. giorn. bot. ital. 1894 p. 94; Boissieu in bull. soc. bot. Fr. 1896 p. 284. — Icon: Moris fl. sard. t. 72, f. 1.

Patule hirsutus; foliolis utrinque hirsutis; racemo brevi, floribus inferioribus alternis, superioribus subverticillatis; bracteis subulatis, persistentibus; calycis bracteolati labio superiori bipartito, inferiore longiori trifido; corolla coerulea, calyce duplo longiore; leguminibus hirsutissimis, 3—4 spermis; seminibus fusco-marmoratis, margine nigro-venulosis.

In cultis, ad agrorum margines. Corcyra: pr. Peleca, insula Vido (Pieri); Zante (Sibth.); in colle Akroteri (Marg.); Epirus: pr. Prevesa, Luros (Bald.); Arcadia: mt. Diaforti pr. Andrizena (Friedr.); Messenia: pr. Methone, Messene, insula Sapienza (Chaub.); Laconia (Sibth.): pr. Leonidi (Fraas); Argolis: pr. Vromolimni (Friedr.); Archipelagus (Sibth.); insula Keos (Boissieu), Syra (Orph.); Creta: pr. Canea, Sarakino (Raul.). — Mart. Maio. ⊙. N. v.

4. **L. micranthus** Guss. fl. sic. pr. II. p. 400; Haussk. symb. p. 49. — *L. hirsutus v. micranthus* Bois. fl. or. II. p. 28. — *L. hirsutus v. nanus* Bois. ap. Weiss in z. b. G. 1869 p. 747. — Exsicc.: Heldr. herb. norm. n. 1021.

Differt a praecedente racemo densiore, floribus dimidio minoribus calyce parum longioribus, leguminibus brevioribus 1—3 spermis, seminibus rufo-marmoratis, fere duplo maioribus.

Ad agrorum margines. Thessalia: pr. monasterium Korona (Haussk.), pr. Trikeri (Wild); Argolis: in peninsula Methana pr. Vromolimni (Haussk.); Cycladum insula: Tenos (Sart.), Keos, Melos, Kimolos (Heldr.); Creta: pr. Canea (Bois.). — Mart. Maio. ⊙.

×× Foliola lineari-oblonga, obtusa vel retusa; semina ovoidea vel globosa.

5. **L. angustifolius** L. sp. p. 221; S. et S. pr. II. p. 61; Sieb. avis p. 4; Urv. enum. p. 86; Ch. et B. exp. p. 204, Fl. Pelop. p. 46; Friedr. Reise p. 272; Fraas fl. class. p. 52; Raul. cret. p. 735; Bois. fl. or. II. p. 28; Heldr. cat. herb. Orph. p. 6, Fl. Aegin. p. 292, chlor. Thera p. 11; Haussk. symb. p. 49. — *L. reticulatus* Weiss in z. b. G.

1869 p. 747, non Desv. — Icon: Fl. gr. t. 685. — Exsicc.: Orph. fl. gr. n. 620; Rev. pl. cret. n. 48; Sint. it. thessal. n. 558.

Adpresse pubescens; foliolis supra glabris, subtus adpresse pubescentibus; racemo densiusculo, floribus alternis; bracteis lanceolatis, deciduis; calycis bracteolati labio superiore bipartito, inferiore longiori 2—3 denticulato; corolla coerulea; leguminibus adpresse villosis, 4—6 spermis; seminibus ovoideo-globosis, fulvo- et atro-marmoratis.

In arvis, arenosis, cultis. Thessalia: pr. Kalabaka (Sint.); Attica: ad radices mt. Hymettus pr. Caesariani (Orph.); Euboea: pr. Karystos (Orph.), pr. Xerochori (Fraas); Achaia: pr. Aegion (Catzaros); Argolis: pr. Troezene (Friedr.), Vromolimni in peninsula Methana (Haussk.); Laconia: pr. Hagios Petros in mt. Malevo (Orph.), Burlia (Heldr.), Korkobuni (Fraas); insula Aegina: pr. Perivolia (Heldr.); Cycladum insula: Tenos (Leon), Syra (Weiss), Melos, Camini (Urv.), Thera (Heldr.); Creta: pr. Canea (Raul.) — Mart. Maio. ⊙.

β. Labium superius calycis bidentatum.

6. **L. graecus** Bois. diagn. II. p. 15, Fl. or. II. p. 30; Heldr. cat. herb. Orph. p. 6; Haussk. symb. p. 49. — Exsicc.: Orph. fl. gr. n. 619.

Patule hirsutus; foliolis obovatis vel obovato-oblongis, supra glabris subtus hirsutis; racemo densiusculo, floribus alternis; bracteis linearibus, caducis; calycis bracteolati labio superiore bidentato, inferiore tridenticulato vel integro; corolla coerulea; leguminibus hirsutissimis, 3—5 spermis; seminibus compressis, fusco-marmoratis.

In cultis. Laconia: mt. Malevo pr. Platanos, Castanitza et Hagios Petros (Orph.), pr. Sparta (Bois.); Argolis: pr. Vromolimni in peninsula Methana (Haussk.); insula Poros (Wiedem.); Cycladum insula Keos (Heldr.); Thessalia: mt. Pelion pr. Milies (Heldr.), ad monasterium Korona in Pindo (Haussk.).

γ. Labium superius calycis integrum.

7. **L. termis** Forsk. fl. aegypt. arab. p. 131; Weiss in z. b. G. 1869 p. 747; Bois. fl. or. II. p. 29. — Exsicc.: Sagb. pl. corc. n. 10.

Sericeo-villosus; foliolis obovato-oblongis, supra glabris, subtus hirsutis; racemo laxo, floribus alternis; bracteis oblongis, deciduis; calycis bracteolati labio superiore integro, inferiore obsolete tridenticulato vel integro; petalis albis, apice coerulescentibus; leguminibus hirsutis, 2—4 spermis; seminibus albis, compressis, concoloribus.

In cultis. Creta: pr. Canea (Weiss); Corcyra: pr. urbem (Sagb.); colitur hinc inde. — Apr. Maio: ⊙.

8. **L. albus** L. sp. p. 721; Ch. et B. fl. Pelop. p. 46; Heldr. Nutzpfl. p. 69, cat. herb. Orph. p. 6; Bois. fl. or. II. p. 29; Bald. cret. p. 45.

Adpresse pilosus; foliolis obovato-oblongis, supra glabris, subtus hirsutis; racemo brevi, floribus alternis; bracteis oblongis, deciduis; calycis ebracteolati labio superiore integro, inferiore obsolete tridenti-

culato vel integro; petalis albis; leguminibus hirsutis, 2—4 spermis; seminibus albis, compressis, concoloribus.

Colitur in Peloponneso pr. Kastanitza ad mt. **Malevo** (Orph.), in Maina (Heldr.), pr. Kalamata (Chaub.); Creta: ad **Platania** (Bald.). — Apr. Maio. ⊙. N. v.

3. Tribus *Trifolieae* Benth. et Hook. gen. I. p. 442.

10. Ononis L. gen. n. 863.

Dispositio specierum:

1. Sectio. *Natrix* Moench. — Pedunculus articulatus, legumen pendulum.
 a. Perennes.
 1. O. **natrix** L. 2. O. **microphylla** Presl.
 b. Annuae.
 α. Legumen non torulosum; antherae biformes.
 × Semina laevia.
 3. O. **pubescens** L.
 ×× Semina tuberculata.
 ○ Corolla maiuscula, flava vel flavido-rosea; plantae etatiores.
 4. O. **breviflora** DC. 5. O. **Sieberi** Bess.
 ○○ Corolla minuta, purpurea; planta pumila.
 6. O. **reclinata** L.
 β. Legumen torulosum; antherae uniformes.
 7. O. **ornithopodioides** L.

2. Sectio. *Bugrana* DC. Pedunculus non articulatus; legumen erectum.
 a. Annuae.
 α. Flores conspicue pedunculati; calyx campanulatus.
 × Corolla flava.
 8. O. **variegata** L.
 ×× Corolla rosea.
 9. O. **diffusa** Ten.
 β. Flores sessiles; calyx tubulosus.
 10. O. **mitissima** L. 11. O. **alopecuroides** L.
 b. Perennes.
 α. Rami spinosi; flores rosei.
 × Flores saepissime solitarii, racemum terminalem laxum formantes.
 12. O. **diacantha** Sieb. 13. O. **antiquorum** L. 14. O. **spinosa** L.
 ×× Flores saepissime geminati, racemum terminalem densum formantes.
 15. O. **spinescens** Led.
 β. Rami inermes; flores flavi.
 16. O. **pusilla** L.

1. Sectio. *Natrix* Moench meth. p. 157 pro gen.: Gr. et Godr. fl. fr. I. p. 367. Pedunculus articulatus; legumen pendulum.

a. Perennes.

1. O. **natrix** L. sp. p. 717; S. et S. pr. II. p. 57; Ch. et B. exp. p. 204. Fl. Pelop. p. 46; Boiss. fl. or. II. p. 58. — Icon: Sturm Deutschl. fl. XVII. t. 72.

Suffruticosa, glanduloso-hirsuta; caulibus adscendentibus, ramosis; foliis trifoliolatis, foliolis maiusculis, oblongis, acutiusculis, denticulatis; stipulis lanceolato-acuminatis, integris, petiolo brevioribus; floribus in racemos terminales foliosos dispositis; pedunculis unifloris, saepe aristatis, folium aequantibus vel superantibus; calycis laciniis tubo 4plo longioribus; corolla flava, calyce subduplo longiore, vexillo rubro-striato; leguminibus linearibus, longe patuleque hirtis, calyce subduplo longioribus; seminibus minute tuberculatis.

In agro Laconico (Sibth.). — Mart. Maio. ♄. N. v.

2. **O. microphylla** Presl bot. Bemerk. p. 50; Raul. cret. p. 736. — *O. ramosissima* Sieb. avis p. 4, rem. p. 5; Raul. cret. p. 735, non Desf. fl. atl. p. 142, quae foliis maioribus apice truncatis (parum) discrepat. — *O. natrix* v. *microphylla* Bois. fl. or. II. p. 59; Heldr. cat. herb. Orph. p. 8. — Exsicc.: Heldr. pl. Pamphyl. n. 480.

Suffruticosa, dense glanduloso-hirsuta; caulibus adscendentibus, a basi ramosissimis; foliis trifoliolatis, foliolis minutis, obovato-oblongis vel obovato-orbiculatis, profunde dentatis, apice rotundatis; stipulis ovatis, acutis, subintegris, petiolum aequantibus vel superantibus; floribus in racemos terminales foliosos dispositis; pedunculis unifloris, longius aristatis, folio pluries longioribus; calycis laciniis tubo subtriplo longioribus; corolla minore, flava, calyce duplo longiore, vexillo rubro-striato; leguminibus linearibus, breviter patuleque hirsutis, calyce subduplo longioribus; seminibus minute tuberculatis.

Creta: ad Messara (Sieb.), inter Pitzidia et Matala, insula Gaidaronisi (Raul.). — Mart. Maio. ♄. N. v.

b. Annuae.

α. Legumen non torulosum; antherae biformes.

× Semina laevia.

3. **O. pubescens** L. mant. alt. p. 267; Ch. et B. exp. p. 204, Fl. Pelop. p. 46; Weiss in z. b. G. 1869 p. 748; Raul. cret. p. 735; Bois. fl. or. II. p. 62; Heldr. cat. herb. Orph. p. 9, Fl. Cephalon. p. 31, in ö. b. Z. 1898 p. 183; Haussk. symb. p. 49; Hal. Beitr. fl. Achaia p. 17. — Exsicc.: Orph. fl. gr. n. 567; Dörfl. fl. aeg. p. 132.

Patule villosa, glandulosa; caule crasso, ramoso; foliis inferioribus et superioribus simplicibus, caeteris trifoliolatis, foliolis ovatis vel ellipticis, inaequaliter serratis; stipulis late lanceolatis, integris; racemis terminalibus, densis; pedunculis unifloris, muticis; calyce in lacinias oblongo-lanceolatos fere ad basin partito; corolla pallide flava, vexillo apice saepe rubente, calycem vix superante; leguminibus ovato-rhombeis, villosis, calyce inclusis.

In glareosis, collibus aridis, agris derelictis regionis inferioris. Attica: pr. Phaleron, Oropos, mt. Pentelicon, Parnes (Orph.); isthmus Corinthiacus: pr. Lutraki (Heldr.); Achaia: pr. Patras (Hal.), Aegion (Catzaros); Argolis (Chaub.): pr. Vromolimni (Haussk.); Laconia: mt. Malevo pr. Platanos (Orph.); Messenia: pr. Methone, Corone, Zarnate, Chimova, Scardamula (Chaub.); Cyclades: insula Syra (Weiss), Naxos (Orph.),

Melos (Armenis); Creta: pr. Kalogeros (Raul.); **Cephalonia: pr. Drapano** (Heldr.). — Apr. Jun. ⊙.

×× Semina tuberculata.

⊙ Corolla maiuscula, flava vel flavido-rosea; plantae elatiores.

4. **O. breviflora** DC. pr. II. p. 160; Bois. fl. or. II. p. 60; Heldr. cat. herb. Orph. p. 9, Fl. Aegin. p. 292; Spreitz. in z. b. G. 1887 p. 657; Hal. Beitr. fl. Achaia p. 17; Form. in d. bot. Mon. 1898 p. 81. — *O. viscosa β.* L. sp. ed. 2 p. 1009. — *O. viscosa* S. et S. pr. II. p. 57; Pieri corc. fl. p. 98; Urv. enum. p. 85; Marg. et R. fl. Zante p. 38; Friedr. Reise p. 277 et 284; Ung. Reise p. 139. — *O. viscosa* v. *breviflora* Ch. et B. exp. p. 204, Fl. Pelop. p. 46. — *O. breviflora* v. *viscosa* Weiss in z. b. G. 1869 p. 748. — Icon: Fl. gr. t. 678. — Exsicc.: Heldr. herb. norm. n. 161.

Patule hispida, glandulosa; caule erecto, ramoso; foliis inferioribus et superioribus simplicibus, caeteris trifoliolatis, foliolis ellipticis, argute serrulatis; stipulis late lanceolatis, saltem superioribus integris; racemis laxis; pedunculis unifloris, longissime aristatis; calycis laciniis anguste lanceolatis, tubo 5plo longioribus, corollam pallide lutescentem superantibus; leguminibus breviter cylindricis, villosis, calyce duplo longioribus. — Affinis *O. viscosa* L. differt pedunculis breviter aristatis, floribus maioribus, corolla calyce triente longiore.

In submontosis. Attica: pr. Kephissia, mt. Corydalus (Orph.), mt. Pentelicon (Ung.), Hymettus, pr. Raphina (Heldr.); Argolis: pr. Nauplia (Sart.), Epidaurus, insula Poros (Friedr.); Aegina (Heldr.); Cycladum insula Melos (Urv.); Achaia: pr. Megaspilaeon, Lopesi (Hal.); Arcadia: pr. Zatuna (Orph.); Laconia: pr. Hagios Joannes in mt. Malevo (Orph.); Messenia: pr. Arcadia, Methone (Chaub.); Creta: pr. Canea (Weiss); Cythera: mt. Hagios Georgios (Spreitz); Zante: pr. Tsilivi (Marg.); Corcyra (Pieri). — Maio, Jun. ⊙.

5. **O. Sieberi** Bess. in DC. pr. II. p. 162; Raul. cret. p. 735; Weiss in z. b. G. 1869 p. 747; Bois. fl. or. II. p. 61; Heldr. cat. herb. Orph. p. 9. — *O. pendula* Sieb. avis rem. p. 5, non Desf. — Exsicc.: Orph. fl. gr. n. 207.

Caule erecto, patule hirto, glanduloso; foliis simplicibus vel intermediis trifoliolatis, foliolis oblongo-ellipticis, glabriusculis, ciliatis; stipulis late lanceolatis, integris; racemis terminalibus, paucifloris, laxis; pedunculis unifloris, breviter aristatis vel muticis; calycis glanduloso-hirsuti, laciniis lanceolatis, tubo triplo longioribus, corolla flavido-rosea subbrevioribus; leguminibus oblongo-rhombeis, hirtis, calyce subaequilongis. — Differt a praecedente calycis laciniis latioribus brevioribusque et legumine brevi.

In collibus siccis, rare. Attica: mt. Lycabettus (Orph.), Hymettus (Heldr.), insula Salamis (Sprun.); insula Syra (Weiss); Creta: pr. Candia (Sieb.). — Maio, Jun. ⊙.

⊙⊙ Corolla minuta, purpurea; planta pumila.

6. **O. reclinata** L. sp. ed. 2 p. 1011; Sieb. avis p. 4; Ch. et B. exp. p. 203, Fl. Pelop. p. 46; Weiss in z. b. G. 1869 p. 747; Raul. cret. p. 735; Haussk. symb. p. 49. — *O. Cherleri* Desf. fl. atl. II. p. 148; S. et S. fl. gr. VII. p. 72 t. 677; Marg. et R. fl. Zante p. 38; Friedr. Reise p. 277; Raul. cret. p. 735; Spreitz in z. b. G. 1877 p. 724, non L. syst. nat. ed. 10, II. p. 1160, quae species dubia, nec L. sp. pl. ed. 2 p. 1007, quae *O. pusilla* L. syst. nat. ed. 10, II. p. 1159. — *O. mollis* Savi in mem. soc. ital. IX. p. 351; Ten. annot. fl. gr. in rendic. reale acad. scienze II. p. 13. — *O. reclinata* v. *minor* Moris fl. sard. I. p. 422; Bois. fl. or. II. p. 61; Heldr. cat. herb. Orph. p. 9, Fl. Cephalon p. 31. — *O. reclinata* v. *mollis* Hal. Beitr. Fl. Aetol. p. 5, Beitr. Fl. Achaia p. 17, in ö. b. Z. 1897 p. 62; Heldr. fl. Aegin. p. 292, chlor. Thera p. 11. — Exsicc.: Orph. fl. gr. n. 206.

Molliter villosa, glandulosa; caulibus erectis diffusisve, saepe patule ramosis; foliis praeter infima simplicia trifoliolatis, foliolis obovato-cuneatis vel lineari-cuneatis; stipulis ovatis, dentatis; racemis terminalibus, laxis vel condensatis; pedunculis unifloris, submuticis; calycis laciniis lanceolatis, tubo 4—5plo longioribus; corolla calyci aequilonga vel breviore; leguminibus hirsutis, breviter cylindricis, calyce sublongioribus. — Uti iam Vis. in fl. Dalm. III. p. 275 et Burn. in fl. alp. marit. II. p. 83 adnotaverunt *O. reclinatam* L. (foliolis obovato-cuneatis, pedunculis folium aequantibus, corolla calyce aequilonga) et *O. mollem* Savi (foliolis angustioribus, oblongo- vel lineari-cuneatis, floribus exiguioribus) notis constantibus distinguere impossibile, nam una in alteram formis intermediis transit.

In apricis, rupestribus regionis inferioris. Attica: mt. Pentelicon (Haussk.), pr. Pikermi (Heldr.), mt. Lycabettus, pr. Sunium (Orph.), Laurion (Haussk.); Aetolia: mt. Taphiassos (Hal.); Achaia: pr. Patras (Hal.); Corinthus: pr. Kalamaki, Acrocorinthus (Haussk.); Argolis (Sprun.); insula Poros (Friedr.), Aegina (Heldr.); Cycladum insula Syra (Leon.), Thera (Heldr.); Sporadum insula Scopelos et Peristeri (Leon.); Messenia: pr. Pylos, Gargaliano, Arcadia (Chaub.); Creta: pr. Anopolis, Canea (Weiss), Istakria, Piskocephalo, promontorium Sidero (Raul.); Zante: supra parvam insulam Peluso (Marg.); Cephalonia: pr. Argostoli (Spreitz.), Lixuri (Heldr.). — Apr. Jun. ⊙.

β. Legumen torulosum; antherae uniformes.

7. **O. ornithopodioides** L. sp. p. 718; S. et S. pr. II. p. 58; Ch. et B. fl. Pelop. p. 46; Friedr. Reise p. 270; Link in Linnaea IX. p. 585; Weiss in z. b. G. 1869 p. 748; Bois. fl. or. II. p. 59; Heldr. cat. herb. Orph. p. 9, Fl. Aegin. p. 292; Haussk. Symb. p. 49; Hal. in ö. b. Z. 1895 p. 257, 1897 p. 62. — Icon: Fl. gr. t. 679. — Exsicc.: Heldr. pl. fl. hell. a. 1879, 1880, 1881; Heldr. et Hal. fl. sporad. a. 1896.

Glanduloso pubescens; caule pumilo, erecto, saepius ramoso; foliis praeter infima simplicia trifoliolatis, foliolis obovatis ellipticisve; stipulis

ovato-lanceolatis, integris; racemis terminalibus, laxis; pedunculis 1—2 floris, aristatis; calycis laciniis subulatis, tubo 4 plo longioribus, corollam minutam flavam aequantibus; leguminibus linearibus, compressis, hispidis, calyce 2—3 plo longioribus; seminibus tuberculatis.

In collibus siccis, rupestribus regionis inferioris. **Attica**: mt. Lycabettus, Pentelicon (Orph.), Hymettus, pr. Buliasmene (Heldr.), insula Salamis (Reis.); Boeotia (Sprun.); Corinthus: pr. Kalamaki (Haussk.): Argolis: pr. Nauplia (Berger); insula Aegina: pr. Mesagros (Heldr.), Perdicca (Friedr.); insula Syra (Weiss), Scopelos (Leon.) — Mart. Maio. ⊙.

2. Sectio. *Bugrana* DC. pr. II. p. 162; Gr. et Godr. fl. fr. I. p. 373. — Pedunculus non articulatus; legumen erectum.

a. Annuae.

α. Flores conspicue pedunculati; calyx campanulatus.

× Corolla flava.

8. **O. variegata** L. sp. p. 717; Ch. et B. exp. p. 203, Fl. Pelop. p. 46; Marg. et R. fl. Zante p. 39; Bois. fl. or. II. p. 62. — Icon: Desf. fl. atl. II. t. 185. — Exsicc.: Bickn. herb. a. 1891; Dörfl. fl. aeg. n. 32; Heldr. pl. hellen. a. 1899.

Caulibus decumbentibus, inferne glabrescentibus, superne glanduloso-pubescentibus; foliis subsessilibus, praeter infima interdum trifoliolata simplicibus, obovatis, glabrescentibus, stipulisque amplis vaginantibus, elevatim nervosis, serratis; floribus axillaribus, in racemum terminalem laxum dispositis; pedunculo calyce subbreviore; calycis glandulosi laciniis lanceolatis, tubo aequilongis; vexillo pubescente, calyce duplo longiore; leguminibus oblongis, puberulis, calyce triente longioribus; seminibus laevibus.

In arenosis maritimis. Corcyra: ad lacum Corissia (Bickn.); Zante: ad litora or. (Marg.); Elis: pr. Lintzi, Kunupeli (Heldr.); Messenia: pr. Arcadia, Gargaliano (Chaub.); Cycladum insula Naxos: pr. Haliki (Leon.). — Apr. Jun. ⊙.

×× Corolla rosea.

9. **O. diffusa** Ten. pl. fl. nap. p. 14; Heldr. fl. Aegin. p. 293. chlor. Thera p. 11. — *O. serrata* Urv. enum. p. 85; Ch. et B. fl. Pelop. p. 46; Bois. fl. or. II. p. 63; vix Forsk. fl. aeg. arab. p. 130, quae foliolis angustioribus, calycis laciniis basi 3—5 nerviis, tubo 2—3 plo longioribus, corollam aequantibus, legumine dispermo differre dicitur. — Cf. de hac re: Willk. et L. pr. fl. hisp. III. p. 268; Lojac. fl. sic. II. p. 43; Rouy et Fouc. fl. fr. IV. p. 268. — Exsicc.: Heldr. herb. fl. hellen. n. 120.

Pubescenti-viscida; caulibus diffusis vel adscendentibus; foliis longiuscule petiolatis, praeter floralia simplicia trifoliolatis, foliolis obovato- vel oblongo-cuneatis, anguste serratis; stipulis ovato-lanceolatis, dentatis; racemis terminalibus, densiusculis; calycis laciniis lanceolato-acuminatis, tubo duplo longioribus, corolla glabra brevioribus, basi 5—7 nerviis;

leguminibus ovatis, puberulis, calycem aequantibus, 2—5 spermis; seminibus tuberculato-scabris. — Notae constantes inter *O. diffusam* Ten., *O. serratam* Forsk. et *O. Dehnhardtii* Ten. deesse videntur; planta graeca nempe occurit foliolis ovato-orbiculatis et oblongo-cuneatis, calycis laciniis tubo duplo longioribus ut in *O. serrata*, sed basi semper 5—7 nerviis ut in *O. diffusa*, semina 2—5. — Anne hae omnes in speciem unicam jungendae?

In arenosis maritimis. Elis: pr. Lintzi (Heldr.); Attica: pr. Raphina (Heldr.); insula Aegina, Thera (Heldr.), Melos (Urv.), Tenos, Naxos (Leon.). — Apr. Jun. ☉.

β. Flores sessiles; calyx tubulosus; corolla rosea.

10. **O. mitissima** L. sp. p. 717; S. et S. pr. II. p. 56; Sieb. avis. p. 4; Ch. et B. exp. p. 203, Fl. Pelop. p. 46; Bois. fl. or. II. p. 64; Hal. in z. b. G. 1899 p. 710. — Icon: Dill. hort. Elth. I. t. 24. — Exsicc.: Heldr. fl. hellen. a. 1896.

Caulibus erectis vel adscendentibus, crispulo-puberulis, a basi ramosissimis; foliis hirtulis, breviter petiolatis, caulinis floralibusque inferioribus trifoliolatis, caeteris simplicibus, foliolis ellipticis argute-serratis; stipulis semiovatis, integris, vaginam amplexicaulem bilobam, petiolo non adnatam formantibus; floribus terminalibus, dense spicatis, stipulis late ovatis, scarioso-albidis, imbricatis, calyces tegentibus bracteatis; calycis striati glabri laciniis lanceolatis, tubo aequilongis, corolla glabra subbrevioribus; leguminibus ovatis, hirtis, calyce subaequilongis; seminibus tuberculatis.

In collibus siccis regionis inferioris et submontanae, rare. Peloponnesus: mt. Omplo pr. Patras, pr. Kalamata (Heldr.), Methone, Corone, Kubeh, Zarnate, ad fluvium Eurotas (Chaub.); Creta (Sieb.). — Maio, Jun. ☉.

11. **O. alopecuroides** L. sp. p. 717; S. et S. pr. II. p. 57; Marg. et R. fl. Zante p. 39; Raul. cret. p. 736; Bois. fl. or. II. p. 64. — Icon: Schkuhr Handb. t. 194.

Caulibus erectis, glabriusculis, simplicibus vel basi ramosis; foliis omnibus simplicibus, ovato-oblongis ellipticisve, glabriusculis, breviter serrulatis; stipulis oblongis, integris, vaginam amplam, amplexicaulem, usque ad apicem petiolo adnatam, apice bilobam formantibus; floribus terminalibus, in spicam ovatam vel oblongam, densam, foliis floralibus oblongo-linearibus intermixtam congestis; calycis patule glanduloso-hirsuti laciniis subulatis, tubo duplo longioribus, corolla glabra sublongioribus; leguminibus ovatis, apice hirtis, calyce dimidio brevioribus; seminibus depresso-punctatis. — Species caulibus elatis fistulosis, foliis magnis, stipulis amplis petiolo adnatis, spica crassa insignis.

In Creta et Zacyntho insulis (Sibth.), postea a nemine lecta. — Maio, Jun. ☉. N. v.

b. Perennes.

α. Rami spinosi; flores rosei.

× Flores saepissime solitarii, racemum terminalem laxum formantes.

12. **O. diacantha** Sieb. avis p. 4, rem. p. 5, in Spreng. syst. III p. 178; Marg. et R. fl. Zante p. 38. — *O. antiquorum* Bois. fl. or. II. p. 57 p. p.; Spreitz in z. b. G. 1887 p. 617. — *O. antiquorum* v. *hirsuta* Raul. cret. p. 736. — *O. antiquorum* v. *lanata* Heldr. fl. Cephal. p. 31. — Icon: Rchb. pl. crit. I. p. 9, t. 15. — Exsicc.: Spreitz. it. ion. IV. a. 1888; Reverch. pl. cret. n. 30.

Canescens; caulibus prostratis vel adscendentibus, ramosis, gracilibus, flexuosis, circumcirca dense villoso-pubescentibus, vix glandulosis, spinis crebris saepissime geminatis pubescentibus instructis; ramulis apice spinescentibus; foliorum fasciculis remotiusculis; foliis inferioribus trifoliolatis, superioribus simplicibus, foliolis parvis, obovatis, dense hirsutis, integris vel repando-dentatis; stipulis parvis, ovatis; calycis glanduloso-hirsuti laciniis lanceolatis, tubo dimidio longioribus; corolla glabra, calyce subduplo longiore; leguminibus glanduloso-hirtis, calyce brevioribus; seminibus tuberculato-scabris. — Differt a sequente quacum saepe commutata, indumento, caulibus tenuibus flexuosis, foliolis minoribus saepe integris et floribus minoribus.

In collibus apricis regionis inferioris. Creta: pr. Canea (Sieb.), Khalepa (Raul.); Cythera: pr. San Nicolo (Spreitz.); Zante: pr. urbem (Marg.); Cephalonia: pr. Pessada (Heldr.); probabiliter etiam alibi. — Jan. Aug. ♃.

13. **O. antiquorum** L. sp. ed 2 p. 1006; S. et S. pr. II. p. 55; Ch. et B. exp. p. 203, Fl. Pelop. p. 46; Link in Linnaea IX. p. 585; Fraas fl. class. p. 51; Clem. sert. p. 30; Weiss in z. b. G. 1869 p. 748; Raul. cret. p. 736; Bois. fl. or. II. p. 57 p. p.; Heldr. cat. herb. Orph. p. 8, Fl. Cephalon p. 31, Fl. Aegin. p. 292; Hal. in z. b. G. 1888 p. 750, in ö. b. Z. 1892 p. 369, Beitr. Fl. Epir. p. 18. Beitr. Fl. Thessal. p. 10; Spreitz in z. b. G. 1890 p. 294; Hausskn. symb. p. 50; Form. in Ver. Brünn 1895 p. 51, 1896 p. 110, 1897 p. 78. — *O. arvensis* Pieri corc. fl. p. 98. — *O. spinosa* Dall. prosp. p. 97; Form. in d. bot. Mon. 1891 p. 55; Hal. in ö. b. Z. 1892 p. 369. — *O. diacantha* Friedr. Reise p. 294. — Icon: Fl. gr. t. 675; Rchb. pl. crit. I. p. 9 f. 14. — Exsicc.: Heldr. herb. norm. n. 478; Orph. fl. gr. n. 569.

Virescens; caulibus adscendentibus vel erectis, ramosis, firmis, breviter pubescentibus vel glabriusculis, vix glandulosis, spinis solitariis vel geminatis glabrescentibus instructis; ramulis apice spinescentibus; foliorum fasciculis approximatis; foliis inferioribus trifoliolatis, superioribus simplicibus, foliolis parvis, ovati-oblongis oblongisve, glabrescentibus vel puberulis, glandulis sessilibus dense obsitis, acute denticulatis; stipulis parvis, ovatis; calycis glanduloso-hirti vel glabrescentis laciniis lanceolatis, tubo 2—3plo longioribus; corolla glabra, calyce triente longiore; leguminibus glanduloso-hirtis, calyce brevioribus; seminibus tuberculato-scabris. — Sequenti

nimis affinis, ab ea ramis crebrius, apice etiam spinosis, foliis glandulis sessilibus dense obsitis floribusque minoribus differt.

β. **purpurascens** Form. in Ver. Brünn 1896 p. 110, 1897 p. 78 pro sp. — Glabrescens, folia glandulis sessilibus fere destituta, calycis laciniae longiores. — Exsicc.: Form. pl. thessal. a. 1896.

γ. **glandulifera.** — Tota dense breviterque glanduloso-hirta, foliola rotundata. — Exsicc.: Sint. et Bornm. it. turc. n. 1202 et 1203.

In incultis, arvis, ruderatis, campis regionis inferioris per totam Graeciam. — Maio, Aug. ♃.

14. **O. spinosa** L. sp. p. 716; S. et S. pr. II. p. 56; Ung. Reise p. 139; Bois. fl. or. II. p. 56; Hal. Beitr. fl. Epir. p. 18. — *O. campestris* Koch et Ziz cat. pl. Pal. p. 22. — Exsicc.: Hal. it. gr. II. a. 1893.

Viridis; caulibus adscendentibus vel erectis, ramosis, firmis, alterne unifariam pilosis, superne glandulosis, spinis glabris, saepius solitariis instructis; ramulis apice saepissime inermibus; foliorum fasciculis approximatis; foliis trifoliolatis, superioribus simplicibus, foliolis majusculis ovali-oblongis, glabriusculis, acute denticulatis; stipulis ovatis; calycis glanduloso-hirti laciniis lanceolatis, tubo 3—4plo longioribus; corolla glabra, calyce duplo longiore; leguminibus glanduloso-hirtis, calycem subaequantibus; seminibus tuberculato-scabris.

In regione silvatica mt. Tsumerka pr. Vulgarelion et Mazuki in Epiro (Hal.); indicatur etiam a Sibthorp in insula Zante, in Boeotia et Attica, ab Unger in mt. Hymetto, sed verosimiliter ex confusione cum specie praecedente. — Jun. Aug. ♃.

×× Flores saepissime geminati, racemum terminalem densum formantes.

15. **O. spinescens** Led. fl. ross. I. p. 513; Haussk. symb. p. 50; Form. in Ver. Brünn 1895 p. 51, 1896 p. 109. — *O. hircina* Form. in d. b. Mon. 1891 p. 55. — *O. pseudohircina* Schur enum. pl. Trans. p. 150. — Exsicc.: Heldr. it. IV. thessal. a. 1885.

Glanduloso-villosa; caulibus adscendentibus vel erectis, ramosis, firmis, spinis brevibus, solitariis intructis; ramulis apice inermibus; foliorum fasciculis approximatis; foliis trifoliolatis, summis simplicibus, foliolis ovali-oblongis, acute denticulatis; stipulis ovatis; calycis laciniis lanceolatis, tubo 3plo longioribus; corolla glabra, calyce triente longiore; leguminibus glanduloso-hirtis, calyci brevioribus, seminibus tuberculato-scabris.

In campestribus Thessaliae inter Trikala et Larissa (Haussk.), pr. Kapurna (Form.), in valle Penei prope Malakasi (Heldr.); pr. Han Balduna in Epiro (Form.). — Jun. Aug. ♃.

β. Rami inermes; flores flavi.

16. **O. pusilla** L. syst. nat. ed. 10. II. p. 1159 (1759). — *O. Cherleri* L. herb. et sp. pl. ed 2 p. 1007, non syst. nat. ed. 10. II. p.

1160. — *O. Columnae* All. auct. syn. meth. stirp. Taurin. p. 77 (1774); S. et. S. pr. II. p. 56; Ch. et. B. fl. Pelop. p. 46; Fraas fl. class. p. 51; Clem. sert. p. 30; Bois. fl. or. II p. 57; Heldr. cat. herb. Orph. p. 8; Haussk. symb. p. 49; Bald. in bull. herb. Bois. 1896 p. 203; Form. in Ver. Brünn 1896 p. 110, 1897 p. 78, in d. bot. Mon. 1898 p. 81. — *O. subocculta* Vill. prosp. p. 41 (1779); Hal. Beitr. Fl. Aetol. p. 5, Beitr. Fl. Achaia p. 17. — Icon: Fl. gr. t. 676. — Exsicc: Heldr. herb. norm. n. 162; Sint. it. or. n. 1849: Dörfl. fl. gr. n. 196.

Glanduloso-pubescens; caulibus adscendentibus, simplicibus vel ramosis, foliis trifoliolatis, summis interdum simplicibus, foliolis obovato-oblongis, acute dentatis; stipulis lanceolatis; floribus solitariis, racemum terminalem densum formantibus; calycis laciniis lanceolato-linearibus, tubo multo longioribus, corollam glabram subaequantibus aut superantibus; leguminibus villosis, calycem subaequantibus; seminibus tuberculatis.

In collibus siccis regionis inferioris et montanae. Attica: pr. Athenas (Sibth.), mt. Lycabettus, Pentelicon (Orph.), Parnes (Clem.), pr. Raphina (Heldr.); Boeotia: pr. Drachmaro (Heldr.), mt. Parnassus (Leon.); Aetolia: mt. Taphiassos (Hal.); Leucas: mt. Hagios Ilias (Bald.); Thessalia: pr. Korakogephri in Pindo (Fraas), pr. Miluna (Form.) in mt. Olympo (Heldr.), pr. Neraida (Form.); Argolis: pr. Nauplia (Sprun.); Achaia: mt. Malevo, Taygetos, Chelmos (Orph.), pr. Lopesi (Hal.), mt. Omplo pr. Patras (Heldr.). — Apr. Jul. ♃.

Obs. *O. striata* Gou. ill. p. 47 a Ch. et B. exp. p. 203 et Fl. Pelop. p. 46 erronee pr. Vitilos et Chimova indicantur. — *O. pilosa* Sieb. avis rem. p. 5 est species dubia.

11. Trigonella L. gen. n. 898.

Dispositio specierum:

1. Sectio. *Eutrigonella* Bois. Calyx quinquefidus; legumen cylindricum, teres vel compressum, sed nunquam complanatum papyraceum.

a. Legumina erecta vel patula.

α. Flores coerulei, dense capitati; capitula longe pedunculata; legumen breviter rostratum.

1. T. coerulescens (M. a B.)

β. Flores ochroleuci, axillares, solitarii vel bini; legumen longe rostratum,

× Legumen hirtum, in rostrum eo subaequilongum vel longius attenuatum; semina ovata.

2. T. cariensis Bois. **3. T. gladiata** Stev.

×× Legumen glabratum, in rostrum eo triplo longius attenuatum; semina quadrata.

4. T. foenum graecum L.

γ. Flores flavi, in umbellas axillares sessiles dispositi; legumen mucronatum.

5. T. monspeliaca L.

b. Legumina deflexa; flores flavi.

α. Legumina cylindrica, hirsuta, vix reticulata, apice sensim attenuata.

6. T. Spruneriana Bois.

β. Legumina linearia, compressa, transverse nervosa, glabra, mucronata.

7. T. corniculata L. **8. T. Balansae** Bois. et Rent.

γ. Legumina ovato-oblonga, compressa, laxe reticulata, hirsuta, uncinato-acuminata.

9. T. spicata S. et S.

2. Sectio. *Porockia* (Ser.). — Calyx quinquedendatus; legumen ovatum, complanatum, papyraceum.

10. T. cretica (L.) **11. T. graeca** Bois. et Sprun.

1. Sectio. *Eutrigonella* Bois. fl. or. II. p. 65. — Calyx quinquefidus; legumen cylindricum, teres vel compressum, sed nunquam complanatum papyraceum.

a. Legumina erecta vel patula.

α. Flores coerulei, dense capitati, capitula longe pedunculata; legumen breviter rostratum.

1. **T. coerulescens** M. a Bieb. fl. taur. cauc. III. p. 509; Friedr. Reise p. 269 (*Trifolium*). — *T. azurea* C. A. Mey. ind. cauc. p. 136; Clem. sert. p. 31; Weiss in z b. G. 1896 p. 749; Bois. fl. or. II. p. 67; Heldr. cat. herb. Orph. p. 19, Fl. Aegin. p. 293, chlor. Thera p. 11; Haussk. symb. p. 51. — Exsicc.: Orph. fl. gr. n. 494; Heldr. herb. norm. n. 294; Dörfl. fl. gr. n. 152. —

Molliter velutina; caulibus diffusis; stipulis semiovatis lanceolatisve, foliolis obovatis, apice dentatis; capitulis ovatis, fructiferis oblongis; calycis corolla duplo brevioris laciniis subulatis, tulo brevioribus; vexillo alas carina sublongiores longe superanti; leguminibus hirsutis, calyce triplo longioribus, lanceolatis, subcompressis, extrorsum subarcuatis, acuminatis.

In collibus siccis. Attica: in colle Lycabetto, mt. Pentelicon (Orph.), pr. Eleusis (Haussk.), pr. Piraeum (Heldr.), Daphni, Callitea (Leon.); pr. Corinthum (Haussk.); insula Aegina (Friedr.), Thera (Heldr.). — Mart. Maio. ☉.

β. Flores ochroleuci, axillares, solitarii vel bini; legumen longe rostratum.

× Legumen hirtum, in rostrum eo subaequilongum vel longius attenuatum; semina ovata.

2. **T. cariensis** Bois. diagn. II. p. 21, Fl. or. II. p. 69; Haussk. symb. p. 51. — *T. foenum graecum* S. et S. pr. II. p. 109, Fl. gr. t. 766; Fraas fl. class. p. 63; non L. — Exsicc.: Heldr. herb. norm. n. 194.

Villoso-pubescens; caulibus prostratis; stipulis late-lanceolatis; foliolis obovatis, apice dentatis; floribus subbinis; calycis dentibus subulatis, tubo triplo brevioribus; corolla 2 cm longa, albo-ochroleuca, ad carinam violaceo-maculata; leguminibus elliptico-linearibus, compressis, subincurvis, in rostrum subulatum eis subduplo longius abrupte abeuntibus. —

Differt a sequente, cui valde affinis, floribus triplo **majoribus et leguminibus** longius rostratis.

In collibus siccis, rare. Attica: mt. Corydalus, **Turcovuni** et in insula Salamis (Heldr.). — Mart. Maio ⊙.

3. T. **gladiata** Stev. cat. hort. Gorenk. 1808 p. 112; Bois. fl. or. II. p. 69; Heldr. cat. herb. Orph. p. 19. — *T. prostrata* DC. fl. fr. V. p. 571. — Icon: Mor. fl. sard. t. 54. — Exsicc.: Heldr. herb. norm. n. 595; Orph. herb. n. 433.

Villoso-pubescens; caulibus prostratis vel adscendentibus; stipulis lanceolatis; foliolis obovato vel obcordato-cuneatis, apice dentatis; floribus subsolitariis; calycis dentibus lanceolatis, plumosis, tubo subaequilongis; corolla vix 1 cm longa, ochroleuca; leguminibus linearibus, compressis, subincurvis, in rostrum rectum subaequilongum abruptiuscule abeuntibus.

In collibus et montanis. Attica: ad Phalerum, mt. Hymettus (Orph.), Pentelicon (Heldr.), mt. Cythaeron, mt. Helicon Boeotiae (Orph.); Argolis (Sprun.). — Mart. Maio. ⊙.

×× Legumen glabratum, in rostrum eo triplo brevius attenuatum; semina quadrata.

4. T. **foenum graecum** L. sp. p. 777; Dallap. prosp. p. 101. Ch. et B. exp. p. 225, Fl. Pelop. p. 52; Weiss in z. b. G. 1869 p. 749; Heldr. fl. Cephal. p. 31. — Icon: Schkuhr Handb. t. 211.

Parce pubescens; caule erecto; stipulis triangulari-lanceolatis; foliolis obovatis oblongisve, superne dentatis; floribus solitariis rarius geminis; calycis dentibus lineari-lanceolatis, hirsutis, tubo subaequilongis; corolla albo-ochroleuca, 15 mm longa; leguminibus linearibus, compressis, subarcuatis, in rostrum rectum sensim attenuatis.

In cultis. Cephalonia (Dallap.); Messene (Chaub.), sed indicatio forsan ad praecedentem spectat; Creta: pr. Canea (Weiss). — Mart. Maio. ⊙. N. v.

γ. Flores flavi, in umbellas axillares sessiles dispositi; legumen mucronatum.

5. T. **monspeliaca** L. sp. p. 777; S. et S. pr. II. p. 109; Urv. enum. p. 97; Ch. et B. exp. p. 225, Fl. Pelop. p. 52; Friedr. Reise p. 265, 270 et 275; Weiss in z. b. G. 1869 p. 749; Raul. cret. p. 738; Bois. fl. or. II. p. 76; Spreitz in z. b. G. 1877 p. 724; Heldr. cat. herb. Orph. p. 19, Fl. Aegin. p. 293, Form. in d. bot. Mon. 1891 p 56, in Ver. Brünn 1897 p. 78; Haussk. symb. p. 51; Bald riv. coll. bot. Alb. 1895 p. 24. — Icon: Fl. gr. t. 765. — Exsicc.: Heldr. et Hal. fl. aeg. a. 1889.

Adpresse pubescens; caulibus prostratis; stipulis semisagittatis, incisis; foliolis obovato-cuneatis, apice dentatis; floribus minutis; calycis dentibus subulatis, tubo sublongioribus; leguminibus stellato-patentibus, linearibus, subcompressis, subarcuatis, hirtis.

In arenosis, collibus aridis regionis inferioris et montanae. **Epirus**: mt. Murga distr. Paramythia mt. Micikeli distr. Janina (Bald.); **Thessalia**: pr.

monasterium Korona (Haussk.), Velestinos, Neraida (Form.); Attica: pr. Athenas (Friedr.), Oropos, mt. Lycabettus (Orph.), mt. Kerata (Haussk.); Argolis (Sibth.): peninsula Methana (Haussk.); insula Poros et Aegina (Friedr.), Melos (Urv.), Syra, Tenos (Weiss); Creta: pr. Canea, Istovai, promontorium Sidero (Raul.); Messenia: pr. Messene et Arcadia (Chaub.); Corcyra: mt. Deca (Spreitz.). — Mart. Maio. ⊙.

Obs. *T. spinosa* L. sp. p. 777 indicatur a Linnaeo ex Tourn. inst. p. 409 ad vias Cretae, sed a nullo botanico postea lecta. — *T. aurantiaca* Bois. diagn. IX. p. 22 ab Unger Reise p. 139 probabiliter ex confusione in Cephalonia indicatur.

b. Legumina deflexa; flores flavi.

α. Legumina cylindrica, vix reticulata, hirsuta, apice sensim attenuata.

6. **T. Spruneriana** Bois. diagn. II. p. 17, Fl. or. II. p. 80; Heldr. cat. herb. Orph. p. 20, Haussk. symb. p. 51. — *T. torulosa* Griseb. spic. I, p. 40. — Exsicc.: Orph. fl. gr. n. 493; Heldr. herb. norm. n. 295 et 1130.

Molliter-velutina; caulibus diffusis vel adscendentibus; stipulis lanceolatis; foliolis obovato-cuneatis, superne dentatis; floribus 8—10, racemoso-capitatis, capitula longiuscule pedunculata; calycis corolla dimidia subbrevioris dentibus triangulari-lanceolatis, tubo subbrevioribus; leguminibus incurvis, in mucronem subrecurvum attenuatis. — Flores 5 mm longi, legumen 25 mm longum, $1^1/_2$ mm latum, nunquam torulosum.

In collibus siccis, saxosis. Attica: pr. Athenas (Sprun.), mt. Lycabettus (Heldr.), Kerata (Haussk.); Argolis (Bois.): pr. Nauplia (Haussk.). — Mart. Maio. ⊙.

β. Legumina linearia, compressa, transverse nervosa, glabra, mucronata.

7. **T. corniculata** L. sp. ed. 2 p. 1094; Marg. et R. fl. Zante p. 40; Ung. Reise p. 139; Weiss in z. b. G. 1869 p. 749; Raul. cret. p. 738; Bois. fl. or. II. p. 83; Heldr. fl. Cephalon. p. 31; Gelmi in bull. soc. bot. ital. 1889 p. 449; Haussk. symb. p. 51; Bald. riv. coll. bot. Alb. 1895 p. 25; Hal. Beitr. Fl. Aetol. p. 5, in ö. b. Z. 1895 p. 257. — *T. elatior* S. et S. pr. II. p. 108, Fl. gr. t. 762; Ch. et B. exp. p. 222, Fl. Pelop. p. 52; Fraas fl. class. p. 63. — *T. Balansae* Spreitz in z. b. G. 1877 p. 724; ? Heldr. fl. Cephal. p. 31. — Exsicc.: Baen. herb. europ. n. 9359.

Glabriuscula; caulibus erectis vel adscendentibus; stipulis a basi latiore dentata vel laciniata subulato-acuminatis, superioribus integris; foliolis obovatis vel oblongis, dentatis; pedunculo folio 2—4plo longiori; floribus racemum ovato-oblongum formantibus; pedicellis glabris; calycis corolla triplo brevioris laciniis lanceolatis, inaequalibus, longioribus tubo aequilongis; leguminibus falcatis, circa 12 mm longis, acuminatis; seminibus minute tuberculatis.

In herbosis, arvis, olivetis, vinetis, ut videtur magis in parte occidentali ditionis. Corcyra: ubique; Cephalonia: in oropedio Omala pr. coenobium Hagios Gerasimos, pr. Pessada (Heldr.), pr. Argostoli (Spreitz.); Zante (Marg.); Epirus: supra Suli distr. Paramythia (Bald.); Aetolia: ad radices mt. Taphiassos (Hal.); Achaia: pr. Patras (Bois.); Messenia: pr. Pylos, Messene (Chaub.); indicatur etiam pr. Pharsalum Thessaliae et pr. Naupliam Argolidis (Haussk.), nec non pr. Candia et Guves Cretae (Raul.) et in Archipelago (Chaub.). — Apr. Jun. ⊙.

8. T. **Balansae** Bois. et Reut. diagn. ser. 2 V. p. 79, Fl. or. II. p. 83; Weiss in z. b. G. 1869 p. 749; Heldr. cat. herb. Orph. p. 20, Fl. Aegin. p. 293; Haussk. symb. p. 51; Hal. in ö. b. Z. 1895 p. 258. — *T. corniculata* S. et S. pr. II. p. 107, Fl. gr. t. 761; Urv. enum. p. 97; Ch. et B. fl. Pelop. p. 52; Friedr. Reise p. 269 et 277; Heldr. fl. Aegin. p. 293. — *T. platycarpos* Friedr. Reise p. 268 ex Heldr. fl. Aegin. p. 293. — *T. Sartorii* Heldr. herb. norm. n. 1022; Hal. in ö. b. Z. 1895 p. 258, forma leguminibus sublatioribus, minus falcatis. — Exsicc.: Heldr. herb. norm. n. 913 et 1131, herb. dimorph. n. 25 et 26, in Magnier fl. sel. n. 2964; Orph. fl. gr. n. 492.

Differt a praecedente caulibus saepius decumbentibus, stipulis a basi semicordata dentata vel pinnatifida lanceolatis, pedunculo folium duplo superanti, floribus capitatis, pedicellis floriferis pilosiusculis, leguminibus circa 15 mm longis, magis falcatis, acutis, seminibus manifeste tuberculatis.

In herbosis, olivetis, arvis, vinetis, ut videtur magis in parte orientali ditionis. Attica: pr. Athenas, ad Piraeum, pr. Eleusis, mt. Pentelicon, Hymettus (Heldr.), Laurion (Haussk.); Boeotia: pr. Lebadea (Orph.); isthmus Corinthiacus: pr. Kalamaki, Corinthus (Haussk.); Achaia: pr. Aegion (Orph.); Argolis (Bois.): peninsula Methana (Haussk.); insula Aegina (Heldr.); Cycladum insula: Syra (Orph.), Tenos (Weiss), Cythnos, Keos (Heldr.), Melos (Urv.). - - Mart. Maio. ⊙.

γ. Legumina ovato-oblonga, compressa, laxe reticulata, hirsuta, uncinato-acuminata.

9. T. **spicata** S. et S. pr. II. p. 108, Fl. gr. t. 763; Bois. fl. or. II. p. 86; Heldr. cat. herb. Orph. p. 20, Fl. Aegin. p. 293; Haussk. symb. p. 51. — Exsicc.: Heldr. herb. norm. n. 195 et 1132; Orph. fl. gr. n. 1121.

Glabriuscula: caulibus diffusis vel adscendentibus; stipulis e basi latiori, in inferioribus dentata, lanceolato-subulatis; foliolis apice dentatis, foliorum inferiorum obovato-truncatis, superiorum elliptico-linearibus; pedunculo folio 2—3plo longiore; floribus ovato- vel oblongo-capitatis; calycis corolla paulo brevioris dentibus lanceolatis, superioribus tubo longioribus; leguminibus dense congestis.

In collibus saxosis. Attica: ad Phalerum, mt. Lycabettus (Bois.), mt. Hymettus (Orph.), Turcovuni, pr. Eleusis (Haussk.); Thessalia: pr. monasterium Korona (Haussk.); Euboea (Sprun.); Cycladum insula

Seriphos (Sibth.); insula Aegina: ad templum (Heldr.). — Mart. Maio. ⊙.

2. Sectio. *Pocockia* Ser. in DC. pr. II. p. 185 pro gen.; Bois. fl. or. II. p. 67. — Calyx quinquedentatus; legumen ovatum, complanatum, papyraceum.

10. **T. cretica** L. sp. p. 765 (*Trifolium melilotus*); Bois. fl. or. II. p. 91. — *Pocockia cretica* Ser. in DC. pr. II. p. 185. — Icon: Rchb. pl. crit. t. 578.

Glabra; caulibus adscendentibus; stipulis triangulari-setaceis, inferioribus laciniato-dentatis, summis integris; foliolis obovatis, obtuse-repandis; racemis tandem elongatis; floribus pallidis; leguminibus stipitatis, transverse venosis, alatis, ala loculo 6—7plo angustiore; seminibus 1—2.

In collibus Cretae (Tourn.); postea ut videtur a nemine lecta. — Mart. Apr. ⊙. N. v.

11. **T. graeca** Bois. et Sprun. diagn. II. p. 16; Heldr. cat. herb. Orph. p. 20, Fl. Aegin. p. 293; Haussk. symb. p. 51 (*Pocockia*); Bois. fl. or. II. p. 91; Bald. riv. coll. bot. Alb. 1895 p. 25, 1896 p. 42. — *Trifolium creticum* S. et S. pr. II. p. 94. — *Melilotus cretica* Ch. et B. exp. p. 216, Fl. Pelop. p. 50; Fraas fl. class. p. 60. — Exsicc.: Orph. fl. gr. n. 579; Heldr. herb. norm. n. 78 et 1133.

Glabra; caulibus adscendentibus; stipulis auriculato-rhombeis, dentatis; foliolis cuneato-truncatis vel obcordatis, apice denticulatis; racemis abbreviatis; floribus aureis; leguminibus stipitatis, transverse venosis, alatis, ala loculo triplo angustiore; seminibus 2—3. — Flores eis praecedentis maiores, semina dimidio minora.

In collibus saxosis. Attica: mt. Lycabettus (Sprun.), Hymettus, pr. Eleusis, insula Salamis (Heldr.); in regione inferiori mt. Parnassus (Heldr.); pr. Megara (Bois.); Achaia: pr. Aegion (Orph.); Argolis: pr. Arachnaeon (Sprun.), peninsula Methana, pr. Nauplia (Haussk.), Astros (Orph.); insula Aegina (Heldr.); Laconia: mt. Malevo (Orph.); pr. Messene (Chaub.); Epirus: mt. Micikeli (Bald.). — Mart. Maio. ⊙.

12. Medicago L. gen. n. 899.

Dispositio specierum:

1. Sectio. *Falcago* Rchb. Legumen compressum, falcatum vel cochleato-contortum, sed centro pervium, 1-pleiospermum, faciebus varie venosis, sed nervo intramarginali carentibus. Perennes, leguminibus saepissime inermibus.

a. Carina vexillum aequans vel superans; frutex.

1. M. arborea L.

b. Carina vexillo brevior; plantae perennes.

α. Planta glabriuscula vel puberula.

2. M. falcata L. **3. M. sativa** L.

β. Planta tota cano-tomentosa.

4. M. marina L.

2. Sectio. *Spirocarpos* Ser. Legumen compressum, cochleato-contortum, pleiocyclum, centro clausum, pleiospermum. Annuae, floribus flavis.

A. Facies spirarum nervo intramarginali carentes; venae e **sutura ventrali** egredientes in suturam dorsalem vel directe in spinas exeuntes.

1. Subsectio. *Acutispirae* Bois. Spirae membranaceae, margine acuto, integro; semina lutea vel fusca.

5. M. orbicularis L. **6. M. scutellata** L.

2. Subsectio. *Elegantes* Bois. Spirae crassiusculae, margine plicis transversis vel obliquis, e reticulo facierum oriundis obsitae; semina lutea vel fusca, laevia.

7. M. rugosa Desr.

3. Subsectio. *Intertextae* Urb. Spirae crassiusculae, margine spinis basi sulcatis munitae; semina nigra, laevia.

8. M. ciliaris L. **9. M. intertexta** L.

B. Facies spirarum nervo intramarginali, suturae dorsali parallelo munitae: venae e sutura ventrali egredientes in nervum intramarginalem, rarius in fasciam marginalem eveniam exeuntes.

4. Subsectio. *Pachyspirae* Urb. — Legumen dextrorsum vel sinistrorsum contortum, iuvenile in calycis fundum retractum; spirae demum arcte contiguae, crassae, durae, in faciebus radiatim, versus marginem reticulato-venosae; spinae, dum adsunt, demum conicae, saepissime non sulcatae; semina dissepimentis separata.

a. Venae facierum spirarum in nervum intramarginalem exeuntes.

α. Nervus intramarginalis semper ad facies spirarum (non ad marginem incrassatum) situs, a sutura dorsali sulco demum interdum evanescenti separatus.

10. M. truncatula Gaertn. **11. M. rigidula** L.

β. Nervus intramarginalis demum ad marginem dorsalem situs, a sutura dorsali sulco non separatus.

12. M. litoralis Rhode. **13. M. turbinata** L. **14. M. globosa** Presl.

b. Venae facierum spirarum in fasciam marginalem eveniam, latitudinis tertiam partem spirarum aequantem, exeuntes.

15. M. tuberculata Willd. **16. M. murex** Willd.

5. Subsectio. *Euspirocarpae* Urb. Legumen dextrorsum contortum, iuvenile lateraliter inter calycis dentes egrediens; spirae laxae vel subdistantes, tenuiores, in faciebus radiatim, versus marginem saepe reticulato-venosae; spinae, dum adsunt, basi complanatae, sulcatae; semina dissepimentis separata.

a. Legumen depresso-globosum; folia saepissime macula fusca notata.

17. M. arabica L.

b. Legumen discoideo-compressum; folia immaculata.

18. M. hispida Gaertn. **19. M. praecox** DC.

6. Subsectio. *Leptospirae* Urb. Legumen dextrorsum contortum, iuvenile lateraliter inter calycis dentes egrediens; spirae distantes, tenues, in faciebus radiatim venosae; spinae, dum adsunt, basi complanatae, sulcatae; semina dissepimentis non separata.

a. Venae facierum spirarum e sutura ventrali egredientes in nervum intramarginalem angustum exeuntes.

20. M. coronata L. **21. M. minima** L.

b. Venae facierum spirarum e sutura ventrali egredientes in fasciam marginalem latam eveniam exeuntes.

22. M. disciformis DC.

3. Sectio. *Lupularia* Ser. Legumen reniforme, apice spiraliter curvatum, saepissime monospermum, faciebus arcuatim concentrice et simul reticulato-venosis, sed nervo intramarginali carentibus.

23. M. lupulina L.

1. Sectio. *Falcago* Rchb. fl. exc. p. 504. — Legumen compressum, falcatum vel cochleato-contortum, sed centro pervium, 1-pleiospermum, faciebus varie venosis sed nervo intramarginali carentibus. Perennes, leguminibus saepissime inermibus.

a. Carina vexillum aequans vel superans; frutex.

1. **M. arborea** L. sp. p. 778; S. et S. pr. II. p. 109; Ch. et B. fl. Pelop. p. 52; Fraas fl. class. p. 63; Raul. cret. p. 737; Bois. fl. or. II. p. 93; Heldr. cat. herb. Orph. p. 16; Haussk. symb. p. 50; Hal. in ö. b. Z. 1897 p. 92. — Icon: Fl. gr. t. 767. — Exsicc.: Heldr. herb. norm. n. 474 et 1317, herb. dimorph. p. 19; Orph. fl. gr. n. 288.

Adpresse sericea; 1—4 m alta; ramis albicantibus; stipulis lanceolatis, integris; foliis obovato-cuneatis, integris vel apice denticulatis; floribus aureis, capitatis; legumine inermi, adpresse puberulo, reticulato, in spiram unicam convoluto.

In rupestribus regionis calidae. Attica: in colle Lycabetto pr. Athenas (Heldr.); pr. Nauplia, Vatica (Fraas); Sporadum insula Melissi (Leon.); Cyclades (Sibth.): insula Pholegandros (Orph.); Creta: pr. Avdhu, insula Dia et Avghon (Raul.); Corcyra (Haussk.). — Febr. Maio. ♄.

b. Carina vexillo brevior; plantae perennes.

α. Planta glabriuscula vel puberula.

2. **M. falcata** L. sp. p. 779; S. et S. pr. II. p. 110; Ch. et B. exp. p. 226, Fl. Pelop. p. 12; Heldr. Nutzpfl. p. 70, cat. herb. Orph. p. 16, in Sitzungsb. acad. Wiss. Berlin 1883 p. 4; Bois. fl. or. II. p. 93; Form in d. bot. Mon. 1891 p. 56, in Ver. Brünn 1896 p. 110, 1897 p. 78; Haussk. symb. p. 50; Hal. Beitr. fl. Epir. p. 18, Beitr. fl. thessal. p. 10. — Icon: Fl. dan. t. 233. — Exsicc.: Reverch. pl. cret. n. 33.

Caulibus adscendentibus vel erectis; foliolis oblongo-obovatis, apice denticulatis, superioribus lineari-cuneatis; floribus flavis in racemos breves, subcapitatos dispositis; legumine inermi, pubescente, reticulato, falcato vel in spiram unicam contorto.

In pratis, herbidis, collibus regionis inferioris et montanae. Epirus: mt. Tsumerka pr. Vulgarelion (Hal.); Thessalia: mt. Oxya (Hal.), pr. Malakasi (Haussk.) in Pindo, pr. Orman Magula, Pharsalus, Aivali, Volo, pr. Mavrika et Katasara in mt. Othrys (Form.), mt. Pelion (Heldr.); mt. Parnassus (Orph.); Attica: mt. Parnes (Heldr.), pr. Cephissia (Orph.); Achaia: pr. Trikala in mt. Kyllene (Heldr.); Elis (Sibth.): pr. Lechaena (Heldr.); Messenia (Sibth.): pr. Messene (Chaub.); Laconia: mt. Malevo (Orph.); Creta: pr. Canea (Rev.), Heracleion (Orph.). — Apr. Aug. ♃.

3. **M. sativa** L. sp. p. 778; S. et S. pr. II. p. 110; Ch. et B. exp. p. 226, Fl. pelop. p. 52; Fraas fl. class. p. 63; Heldr. Nutzpfl.

p. 70, cat. herb. Orph. p. 16; Haussk. symb. p. 50; Form. in Ver. Brünn 1896 p. 110. — Icon: Fl. dan. t. 2244.

Caulibus erectis; foliolis oblongo-obovatis, apice denticulatis, superioribus lineari-cuneatis; floribus caeruleis vel violaceis, in racemos oblongos dispositis; legumine inermi, pubescente, reticulato, cochleato-contorto, subtricyclo.

Colitur hinc inde ad usum oeconomicum. Thessalia: pr. Han Tripa in valle Penei (Form.), pr. Volo (Haussk.); Attica: pr. Cephissia (Orph.); Elis (Sibth.) et Messene (Chaub.). — Apr. Aug. ♃.

β. Planta tota cano-tomentosa.

4. **M. marina** L. sp. p. 779; S. et S. pr. II. p. 112; Pieri corc. fl. p. 111; Urv. enum. p. 98; Ch. et B. exp. p. 227, Fl. pelop. p. 52; Marg. et R. fl. Zante p. 40; Friedr. Reise p. 269 et 282; Raul. cret. p. 737; Weiss in z. b. G. 1869 p. 749; Bois. fl. or. II. p. 96; Heldr. cat. herb. Orph. p. 17, Fl. Aegin. p. 293; Spreitz. in z. b. G. 1887 p. 657; Haussk. symb. p. 50; Bald. in nuov. giorn. bot. 1894 p. 94. — Icon: Fl. gr. t. 770. — Exsicc.: Baen. herb. europ. n. 9290; Dörfl. fl. aeg. n. 30.

Rhizomate repente; caulibus prostratis; foliolis obovato-cuneatis, apice denticulatis; floribus flavis, in racemos subcapitatos dispositis; legumine tomentoso, subtricyclo, inermi vel spinigero, spinis brevibus conicis.

In arenosis maritimis. Attica: pr. Phalerum, promontorium Hagios Cosmas (Heldr.), Sunium (Haussk.); Corinthus (Haussk.); Argolis: pr. Astros (Orph.); insula Aegina (Friedr.) et in scopulo adj. Metopi (Heldr.); Cycladum insula: Melos (Urv.), Tenos (Weiss), Cythnos (Crinos), Demonesi (Wiedem.), Naxos (Leon); Creta: pr. Kissamos, Canea, Khalepa (Raul.); Messenia: pr. Pylos (Chaub.), inter Pyrgos et Arcadia (Friedr.); Zante (Marg.); Leucas: pr. Amaxichi (Spreitz.); Corcyra: pr. Ipso (Bald.), cap Bianco (Spreitz.), Palaeokastrizza (Baen.). — Mart. Maio. ♃.

2. Sectio. *Spirocarpos* Ser. in DC. pr. II. p. 174. Legumen compressum, cochleato-contortum, pleiocyclum, centro clausum pleiospermum. Annuae, floribus flavis.

A. Facies spirarum nervo intramarginali carentes; venae e sutura ventrali egredientes in suturam dorsalem vel directe in spinas exeuntes.

1. Sub-sectio. *Acutispirae* Bois. fl. or. II. p. 92. Spirae membranaceae, margine acuto, integro; semina lutea vel fusca.

5. **M. orbicularis** L. sp. p. 779 pro var. *M. polymorphae*; All. fl. ped. I. p. 314; Ch. et B. exp. p. 226, Fl. pelop. p. 52; Marg. et R. fl. Zante p. 39; Friedr. Reise p. 275 et 283; Weiss in z. b. G. 1869 p. 749; Raul. Cret. p. 737; Bois. fl. or. II. p. 97; Heldr. cat. herb. Orph. p. 17, Fl. Cephalon. p. 31, Fl. Aegin. p. 293, chlor. Thera p. 11; Spreitz. in z. b. G. 1877 p. 724; Haussk. symb. p. 50;

Bald. riv. coll. bot. Alb. 1895 p. 29. — Icon: Mor. fl. sard. t. 37. — Exsicc: Heldr. pl. fl. hellen. a 1878 et 1897.

Glabriuscula, stipulis fimbriato-laciniatis; foliolis obovato-cuneatis, superne dentatis, pedunculis 1—3 floris; legumine orbiculato, lentiformi-depresso, 2—5 cyclo, 12—15 mm diametro, spiris radiatim nervuloso-reticulatis, glabris, contiguis; seminibus granulosis. — Varietatem leguminibus glandulosis (*M. applanata* Willd. en. hort. berol. suppl. p. 52) e Graecia non vidi.

In herbosis, cultis regionis inferioris. Attica: pr. Athenas, in valle Cephissi (Heldr.), mt. Lycabettus, ad Phalerum (Orph.), Eleusis (Haussk.); insula Salamis, Aegina (Heldr.), Poros (Friedr.); pr. Nauplia Argolidis, Corinthus (Haussk.); Laconia: mt. Malevo (Orph.); Messenia: mt. Ithome (Friedr.), prope Messene, Pylos, Methone (Chaub.); Creta: pr. Canea, Lutro, Malaxa (Raul.); Cyclades: insula Thera (Heldr.), Tenos, Syra (Weiss); Zante Marg.); Cephalonia: pr. Argostoli, Kipuria (Heldr.); Ithaca: mt. Skino (Spreitz.); Epirus: pr. Dodona (Bald.). — Apr. Maio. ⊙.

6. **M. scutellata** L. sp. p. 779 pro var. *M. polymorphae*; All. fl. ped. I. p. 315; S. et S. pr. II. p. 111; Ch. et B. exp. p. 226, Fl. pelop. p. 52; Bois. fl. or. II. p. 96, Heldr. cat. herb. Orph. p. 17; Haussk. symb. p. 50. — Icon: Fl. gr. t. 769. — Exsicc.: Orph. fl. gr. n. 591 (Chios); Reverch. pl. cret. n. 31.

Glanduloso-pubescens; stipulis dentatis; foliis obovato-oblongis, superne dentatis; pedunculis 1—3 floris, legumine demum subhemisphaerico, 5—6 cyclo, 12—15 mm diametro, spiris pelviformibus, oblique reticulato-venosis, glandulosis, exterioribus interiores amplectentibus; seminibus laevibus.

In arvis, herbosis. Attica: pr. Athenas (Sibth.), Acharnas (Heldr.); Corinthus (Haussk.); Creta: pr. Kissamos, Canea (Reverch.); Zante (Sibth.). — Apr. Maio. ⊙.

2. Subsectio. *Elegantes* Bois. fl. or. II. p. 92. Spinae crassiusculae, margine plicis elevatis transversis vel obliquis, e reticulo facierum oriundis obsitae; semina lutea vel fusca, laevia.

7. **M. rugosa** Desr. in Lam. enc. III. p. 632; Urv. enum. p. 98; Marg. et R. fl. Zante p. 39; Haussk. symb. p. 50. — *M. elegans* Jacq. in Willd. sp. III. p. 1408; Friedr. Reise p. 266; Bois. fl. or. II. p. 98; Gelmi in bull. soc. bot. ital. 1889 p. 448. — *M. elegans v. graeca* Heldr. in cat. herb. Orph. p. 17. — Icon: Mor fl. sard. t. 38. — Exsicc.: Heldr. herb. norm. n. 976 et 1225; Orph. fl. gr. n. 756.

Glanduloso-pubescens; stipulis dentatis; foliolis obovato-cuneatis, superne acute-dentatis, pedunculis 1—3 floris; legumine discoideo, 2—3 cyclo, 6—8 mm diametro, spiris radiatim nervoso-reticulatis, demum glabris, nervis ad marginem carinatum obtusum transversis, elevatioribus.

In arvis, inter segetes. Attica: pr. Athenas (Heldr.), in colle Philopappo (Orph.), pr. Eleusis (Haussk.); Corinthus (Haussk.); Nauplia

Argolidis (Sart.); Cycladum insula Melos (Urv.); **Zante** (Marg.). — Mart. Apr. ⊙.

3. Subsectio *Intertextae* Urb. monogr. p. 61. Spirae crassiusculae, margine spinis basi sulcatis munitae; semina nigra, laevia.

8. **M. ciliaris** L. sp. p. 780 pro var. *M. polymorphae;* Willd. sp. III. p. 1411; Bois. fl. or. II. p. 104; Heldr. cat. herb. Orph. p. 18, Fl. Cephalon. p. 32; Spreitz. in z. b. G. 1887 p. 657; Hausk. symb. p. 51. — Icon: Mor. fl. sard. t. 51. — Exsicc.: Heldr. herb. norm. n. 475; Baen. herb. europ. n. 9289.

Parce hirtula; stipulis pectinato-fimbriatis; foliolis obovato-cuneatis, argute denticulatis; pedunculis 1—3 floris, legumine globoso vel ovoideo, 6—10 cyclo, 12—14 mm diametro, spiris glanduloso-pubescentibus, facie nervoso-reticulatis, margine crasso, plano, distiche-spinoso, spinis divaricatis, spirae non adpressis; seminibus oblongis, dorso emarginatis.

In herbidis, vinetis regionis inferioris. **Attica**: pr. Athenas, Phalerum, Marathon (Heldr.); **Argolis**: pr. Nauplia (Haussk.); **Cephalonia**: pr. Lixuri, Agora (Heldr.); **Leucas**: pr. Amaxichi (Spreitz.); **Corcyra**: pr. Kastrades (Baen.). — Apr. Maio. ⊙.

9. **M. intertexta** L. sp. p. 780 pro var. *M. polymorphae*: Gaertn. fruct. II. p. 350. — *M. echinus* DC. fl. fr. IV. p. 546; Ch. et B. exp. p. 227; Ung. Reise p. 139; Heldr. fl. Cephalon. p. 32. — Icon: Mor. fl. sard. t. 52, 53.

Differt a praecedente legumine maiore, glabro, spinis arcuatis spirae adpressis et seminibus subreniformibus.

In agris, arvis, herbidis regionis inferioris. **Corcyra** (Ung.); **Cephalonia**: pr. Lixuri (Heldr.); **Messenia** (Chaub.). — Apr. Maio. ⊙. N. v.

B. Facies spirarum nervo intramarginali, suturae dorsali parallelo munitae; venae e sutura ventrali egredientes in nervum intramarginalem, rarius in fasciam marginalem eveniam exeuntes.

4. Subsectio. *Pachyspirae* Urb. monogr. p. 65. Legumen dextrorsum vel sinistrorsum contortum, iuvenile in calycis fundum retractum; spirae demum arcte contiguae, crassae, durae, in faciebus radiatim, versus marginem reticulato-venosae; spinae, dum adsunt, demum conicae saepissime non sulcatae; semina dissepimentis separata.

a. Venae facierum spirarum in nervum intramarginalem exeuntes.

α. Nervus intramarginalis semper ad facies spirarum (non ad marginem incrassatum) situs, a sutura dorsali sulco demum interdum evanescenti separatus.

10. **M. truncatula** Gaertn. fruct. II. p. 350 emend.; Urb. mon. p. 67; Haussk. symb. p. 51. — Icon: Mor. fl. sard. t. 42.

Pubescens; stipulis basi laciniatis; foliolis obovato-cuneatis, apice dentatis; pedunculis 1—5 floris; legumine cylindrico, 4—6 cyclo, sparsim piloso vel glabro, margine dorsali acute carinato, spinoso, spinis non

sulcatis; venis facierum spirarum rectis vel parum curvatis, ad nervum intramarginalem parce anastomosantibus.

α. **typica.** — *M. tentaculata* Willd. sp. III. p. 1413. — *M. truncatula* v. *breviaculeata* Mor. fl. sard. I. p. 441, Urb. monogr. p. 67. — Spinae breves, legumini demum arcte adpressae. — Exsicc.: N. v.

β. **tribuloides** Desr. in Lam. enc. III. p. 635; Urv. enum. p. 97; Ch. et B. fl. pelop. p. 52; Friedr. Reise p. 273; Weiss in z. b. G. 1869 p. 749; Raul. cret. p. 737; Bois. fl. or. II. p. 99; Heldr. cat. herb. Orph. p. 17; Hal. in ö. b. Z. 1899 p. 24; pro sp. — *M. truncatula* v. *longeaculeata* Urb. Monogr. p. 67; Haussk. symb. p. 51; Heldr. fl. Aegin. p. 293. — Icon: Mor. fl. sard. t. 41. — Spinae spirae diametro longiores, erecto-divergentes, interdum uncinato-curvatae. — Exsicc.: Heldr. herb. norm. n. 833 et in Baen. herb. europ. n. 5522.

In collibus aridis, herbidis, ad vias. Attica: in colle Turcovuni pr. Athenas (Haussk.), Acrocorinthus (Haussk.); *β.* typo multo vulgatior, in Attica: pr. Athenas, Kakosalesi (Orph.), Liopesi, Hagia Glycaria, Geraka (Heldr.), mt. Pentelicon (Haussk.), Pharmacusarum insula Leros (Heldr.); Argolis (Sprun.): pr. Nauplia (Orph.), insula Poros (Friedr.); insula Aegina (Heldr.), Syra (Weiss), Melos (Urv.); Messenia: pr. Messene (Chaub.); Creta: pr. Canea (Weiss), Khalepa, Malaxa, Prosnero, Askyphos (Raul.); in Strophadum insula majore (Reis.). — Mart. Apr. ⊙.

11. **M. rigidula** L. sp. p. 780 pro var. *M. polymorphae;* Desr. in Lam. enc. III. p. 634; Haussk. symb. p. 50; Heldr. fl. Aegin. p. 293. — *M. Gerardi* Kit. in Willd. sp. III. p. 1415; Ch. et B. exp. p. 227, Fl. pelop. p. 52; Weiss in z. b. G. 1869 p. 749; Raul. cret. p. 738; Bois. fl. or. II. p. 100; Heldr. cat. herb. Orph. p. 17; Bald. riv. coll. bot. Alb. 1896 p. 41. — Icon: Mor. fl. sard. t. 43. — Exsicc.: Orph. fl. gr. n. 497; Heldr. herb. norm n. 836.

Pubescens; stipulis inciso-dentatis; foliolis obovato-cuneatis, apice dentatis; pedunculis 1—5 floris; legumine ovoideo, 4—7 cyclo, tomentoso, margine dorsali demum convexo, spinoso, spinis interdum sulcatis; venis facierum spirarum valde arcuatis ad nervum intramarginalem anastomosantibus. — A praecedente legumine tomentoso sulco dorsali demum evanescente et venis arcuatis differt.

α. **typica.** Spinae non vel vix sulcatae.

β. **agrestis** Ten. fl. nap. pr. p. 45; Heldr. cat. herb. Orph. p. 18; Haussk. symb. p. 51, pro sp.; Burn. fl. alp. marit. II. p. 102. — Spinae basi sulcatae; legumina subapplanata, demum saepe glabrescentia. — Exsicc.: Heldr. herb. norm. n. 837.

In collibus aridis, herbosis. Attica: pr. Athenas, Piraeum (Heldr.), in colle Turcovuni (Haussk.), Lycabettus, mt. Hymettus, Citheron (Orph.), pr. Laurion (Haussk.); Boeotia: pr. Thebas, mt. Helicon (Orph.);

Euboea: mt. Dirphys (Orph.); Corinthus (Haussk.): pr. Kalamaki (Haussk.); Argolis: pr. Nauplia (Haussk.); insula Aegina: pr. Perivolia (Heldr.); Cyclades: insula Syra, Tenos (Weiss); Creta: pr. Lutro (Raul.); Messenia (Chaub.); Achaia: mt. Panachaicon (Hal.); Thessalia: pr. Pharsalus, Korona (Haussk.); Epirus: pr. Janina (Bald.). — Mart. Maio. ⊙.

β. Nervus intramarginalis demum ad marginem dorsalem situs, a sutura dorsali sulco non separatus.

12. **M. litoralis** Rhode in Lois. not. p. 118; Marg. et R. fl. Zante p. 40; Weiss in z. b. G. 1869 p. 749; Raul. cret. p. 737; Bois. fl. or. II. p. 98; Heldr. cat. herb. Orph. p. 17, Fl. Aegin. p. 293, chlor. Thera p. 11; Spreitz in z. b. G. 1887 p. 657; Haussk. symb. p. 50; Hal. in ö. b. Z. 1899 p. 24. — Icon: Mor. fl. sard. t. 40.

Pubescens; stipulis lanceolato-acuminatis, basi laciniatis; foliolis obcordatis, apice denticulatis; pedunculis 2—4 floris; legumine cylindrico vel subdiscoideo, 3—5 cyclo, basi et apice plano, glabro, inerme vel spinoso: spinis non sulcatis, venis facierum spirarum rectis vel subarcuatis, non vel ad nervum intramarginalem parum anastomosantibus; seminibus oblongo-reniformibus.

α. **typica**. — *M. litoralis* v. *longiseta* DC. fl. fr. V. p. 568; Urb. mon. p. 70. — *M. litoralis* v. *longeaculeata* Weiss in z. b. G. 1869 p. 749. — *M. Braunii* G. et Godr. fl. fr. I. p. 393 (f. dextrorsa). — Legumina spinosa, spinae spirarum diametrum superantes, subulatae, curvatae. — Exsicc.: Heldr. herb. norm. n. 834b.; Rev. pl. cret. n. 231.

β. **breviseta** DC. fl. fr. V. p. 568; Urb. mon. p. 70. — Legumina spinosa; spinae diametrum marginis spirarum aequantes vel parum superantes vel eo breviores. — Exsicc.: Heldr. herb. norm. n. 62 et 834a (*f. paralia*, leguminibus minoribus).

γ. **tricycla** DC. cat. hort. monsp. p. 125; Urb. mon. p. 69. Legumina parva, inermia vel subtuberculata. — *M. striata* Bast in Desv. journ. bot. III. p. 19. — *M. litoralis* v. *subinermis* Bois. fl. or. II. p. 99: Heldr. in cat. herb. Orph. p. 17. — Legumina parva, sub 4 cycla, inermia vel subtuberculata. — Exsicc.: Orph. pl. gr. n. 3557.

In arenosis maritimis, herbosis, vinetis, ad vias. Attica: pr. Athenas, in colle Turcovuni, ad Phalerum, promontorium Hagios Cosmas (Heldr.), Laurion (Haussk.); isthmus Corinthiacus: pr. Kalamaki, Corinthus (Haussk.); Achaia: pr. Patras (Hal.); Elis: pr. Bartholomeo (Heldr.); Cycladum insula: Syra, Tenos (Weiss), Melos, Thera (Heldr.); insula Aegina: ad templum (Heldr.); Creta: pr. Kissamos (Reverch.), Canea, Khalepa (Raul.); Strophades (Reiser); Zante (Marg.); Leucas: pr. Amachichi (Spreitz); Corcyra: cap Bianco (Spreitz.); — *γ*. hucusque tantum in litore Corinthiaco (Orph.). — Mart. Maio. ⊙.

13. **M. turbinata** L. sp. p. 780 pro var. *M. polymorphae*; Willd. sp. III. p. 1409; Bois. fl. or. II. p. 100. — Icon: Mor. fl. sard. t. 45, fa.

Pubescens; stipulis semiovato-acuminatis, profunde dentatis vel laciniatis; foliolis obovato-cuneatis vel rhombeis, apice denticulatis; pedunculis 1—5floris; legumine turbinato-cylindrico, 5—7cyclo, basi et apice convexo, puberulo, demum glabrato, inermi vel spinoso, spinis non sulcatis; venis facierum spirarum subarcuatis, ad nervum intramarginalem reticulato-anastomosantibus; seminibus arcuatis.

α. **typica.** — *M. turbinata* v. *inermis* Aschers. cat. hort. berol. app. 1871; Urb. mon. p. 70; Spreitz. in z. b. G. 1887 p. 657. — Legumina inermia vel tuberculata. — Exsicc.: N. v.

β. **aculeata** Gaertn. fruct. II. p. 349 pro sp.; Mor. fl. sard. I. p. 445 t. 45, f. b.; Urb. mon. p. 71. — *M. olivaeformis* Guss. pl. rar. p. 390. — *M. muricata* S. et S. pr. II. p. 112; Ch. et B. exp. p. 227, Fl. pelop. p. 52; Raul. cret. p. 738; Spreitz. in z. b. G. 1877 p. 724, 1887 p. 657; non L. — Legumina spinis abbreviatis vel elongatis obsita. — Exsicc.: Heldr. pl. fl. hellen. a. 1878.

In herbidis, cultis. Leucas: pr. Amaxichi (Spreitz.); Corcyra: pr. Potamo (Spreitz.); Attica: ad radices mt. Pentelicon (Heldr.); Peloponnesus (Sibth.); Creta: pr. Canea (Raul.). — Mart. Apr. ☉.

14. **M. globosa** Presl del. Prag. p. 45; Haussk. symb. p. 50. — Icon: Lojac. morf. leg. med. t. 2. — Exsicc.: Heldr. herb. norm. n. 835.

Pubescens; stipulis ovato-lanceolatis, profunde dentatis; foliolis obovato- vel obcordato-cuneatis, apice denticulatis; pedunculis 1—2floris; legumine globoso vel ovoideo, 6—8cyclo, basi et apice convexo, glabro, spinoso, spinis basi sulcatis; venis facierum spirarum valde arcuatis, in nervum intramarginalem angulo acuto exeuntibus, non vel vix anastomosantibus; seminibus oblongo-reniformibus. — A duabus praecedentibus faciebus spirarum arcuatim venosis, venis fere concentricis egregie differt.

In vinetis pr. Hagia Glycaria, ad radices collis Turcovuni Atticae (Heldr.). — Mart. Apr. ☉.

b. Venae facierum spirarum in fasciam marginalem eveniam, latitudinis tertiam partem spirarum aequantem, exeuntes.

15. **M. tuberculata** Willd. sp. III. p. 1410; Urv. enum. p. 97; Ch. et B. fl. pelop. p. 52; Weiss in z. b. G. 1869 p. 749; Raul. cret. p. 737; Bois. fl. or. II. p. 99; Heldr. cat. herb. Orph. p. 17; Haussk. symb. p. 50. — Icon: Mor. fl. sard. t. 44.

Pubescens; stipulis ovato-lanceolatis, dentatis vel laciniatis; foliolis obovatis, denticulatis; pedunculis 2—8floris; carina alis longiore; legumine ovoideo-cylindrico, 5—6cyclo, apice convexo, basi plano, glabro, sutura dorsali acute prominenti, utrinque lacunoso-tuberculoso, dein incrassato,

tuberculis transversis late conicis distiche caelato; venis facierum spirarum fere rectis, vix anastomosantibus.

α. **typica.** — *M. tuberculata* v. *vulgaris* Mor. in Mor. et Not. fl. capr. p. 35; Spreitz. in z. b. G. 1887 p. 657. — Legumina sinistrorsa vel rarius dextrorsa, tuberculata, tubercula suturam dorsalem non excedentibus. — Exsicc.: Reverch. pl. cret. n. 32; Heldr. pl. fl. hellen. a. 1898.

β. **spinulosa** DC. fl. fr. V. p. 569; Ch. et B. exp. p. 277, pro sp.; Tod. fl. sic. exs. n. 1357; Heldr. fl. Cephalon. p. 31. — *M. apiculata* Bast. essai fl. Maine p. 280, non Willd. —? *M. helix* v. *spinulosa* Friedr. Reise p. 274. — *M. tuberculata* v. *apiculata* Urb. Mon. p. 72; Spreitz. in z. b. G. 1887 p. 657. — Legumina sinistrorsa, breviter spinosa, spinae rectae, suturam dorsalem superantes. — Exsicc.: Heldr. pl. fl. hellen. a. 1875.

γ. **chiotica** Urb. mon. p. 72. Legumina sinistrorsa, sutura dorsali parum prominenti; spinae breves, obliquae; fascia marginalis facierum spirarum latior, diametrum dimidium spirarum subaequans. — Exsicc.: Orph. fl. gr. n. 592 (Chios); Heldr. pl. fl. hellen. a. 1886.

In herbidis, collibus aridis. Attica: pr. Athenas (Haussk.), mt. Pentelicon (Orph.); Argolis: pr. Nauplia, peninsula Methana (Haussk.); Cycladum insula Keos (Heldr.), Syra (Orph.), Melos (Urv.); Messenia: pr. Methone, Andrusa (Chaub.); Creta: pr. Canea (Weiss); — *β.* Attica: pr. Acharnas (Heldr.); insula Poros (Friedr.); Messenia: pr. Methone, Andrusa (Chaub.); Cephalonia: mt. Aenos, in oropedio Omala (Heldr.); Leucas: pr. Amaxichi (Spreitz.); — *γ.* ad Hagia Glycaria pr. Athenas (Heldr.). — Apr. Maio. ⊙.

16. **M. murex** Willd. sp. pl. III. p. 1410; Heldr. fl. Cephalon. p. 31. — Exsicc.: Heldr. pl. fl. hellen. a. 1898.

Glabriuscula; stipulis ovato-lanceolatis, laciniatis; foliolis obovatis, apice denticulatis; pedunculis 1—4 floris; carina alis breviore; legumine ovoideo, 5—9 cyclo, utrinque convexo, glabro, dextrorso, spiris margine tricarinatis, spinosis, spinis non sulcatis; venis facierum spirarum fere rectis, vix anastomosantibus.

β. **sphaerocarpa** Bert. amoen. p. 91; Ch. et B. fl. pelop. p. 52; Raul. cret. p. 738; Bois. fl. or. suppl. p. 164. — Icon: Mor. fl. sard. t. 46. — Legumina globosa. — Exsicc.: N. v.

In herbidis. Cephalonia: pr. Kipuria (Heldr.); Cycladum insula Keos (Heldr.); *β.* Laconia (Chaub.); Creta: pr. Cydonia (Bois.), Avdhu (Raul.). — Apr. Maio. ⊙.

5. Subsectio. *Euspirocarpae* Urb. mon. p. 73. Legumen dextrorsum contortum, iuvenile lateraliter inter calyces dentes egrediens; spirae laxae vel subdistantes, tenuiores, in faciebus radiatim, versus marginem saepe reticulato-venosae; spinae, dum adsunt, basi complanatae, sulcatae; semina dissepimentis separata.

a. Legumen depresso-globosum; folia saepissime macula fusca notata.

17. **M. arabica** L. sp. p. 780 pro var. *M. polymorphae;* All. fl. ped. I. p. 315; Haussk. symb. p. 51. — *M. maculata* Willd. sp. III. p. 1412; S. et S. pr. II. p. 111; Ch. et B. exp. p. 228, Fl. pelop. p. 52; Friedr. Reise p. 278; Bois. fl. or. II. p. 103; Heldr. cat. herb. Orph. p. 18. — Icon: Mor. fl. sard. t. 50. — Exsicc.: Heldr. herb. fl. hellen. a. 1878.

Glabriuscula; stipulis semisagittatis, inciso-dentatis; foliolis obovatis vel obcordatis, superne denticulatis; pedunculis 2—5 floris, folio brevioribus, pilis longis pluricellularibus munitis; calycis dentibus tubo longioribus; carina alis longiore; legumine glabro, 4—5 cyclo; spirarum margine dorsali trisulco, spinis subulatis arcuato-curvatis; venis facierum spirarum arcuatis, in fasciam marginalem venosam exeuntibus.

In herbidis regionis inferioris. Thessalia: ad monasterium Korona (Haussk.); Attica: in oliveto Athenarum (Heldr.), mt. Pentelicon (Haussk.); Argolis: pr. Tyrinthum (Orph.), Nauplia (Friedr.); Messenia: pr. Methone (Chaub.); Cylades (Sibth.). — Apr. Maio. ⊙.

b. Legumen discoideo-compressum; folia immaculata.

18. **M. hispida** Gaertn. fruct. II. p. 349; Urb. monogr. p. 74.

Glabra; stipulis ovato-lanceolatis, pinnatifido-dentatis; foliolis obovato- vel obcordato-cuneatis, apice denticulatis; pedunculis 3—8 floris, folium aequantibus vel eo brevioribus, glabrescentibus; calycis dentibus tubo aequilongis vel eo brevioribus; carina alis breviore; legumine glabro, 2—6 cyclo; spirarum margine dorsali bisulco, spinoso, spinis subulatis, hamosis; venis facierum spirarum obliquis, mox anastomosantibus, in nervum marginalem exeuntibus.

α. **denticulata** Willd. sp. III. p. 1414; Marg. et R. fl. Zante p. 39; Friedr. Reise p. 275; Weiss in z. b. G. 1869. p. 749; Bois. fl. or. II. p. 102; Heldr. fl. Cephal. p. 31; Haussk. symb. p. 51; pro sp.; Urb. mon. p. 74. — Legumen mediocre, 2—4 cyclum, spirae 4—6 mm diametro, venis ad nervum marginalem anastomosantibus; spinae crassitiae spirae longiores. Exsicc.: N. v.

β. **apiculata** Willd. sp. III. p. 1414; Haussk. symb. p. 51, pro sp.; Urb. mon. p. 74. — Spinae spirae crassitiem aequantes vel paulo longiores; caeterum ut in *α.* — Exsicc.: N. v.

γ. **lappacea** Desr. in Lam. dict. III. p. 637; Ch. et B. exp. p. 228, Fl. pelop. p. 52; Raul. cret. p. 737; Spreitz. in z. b. G. 1877 p. 724, 1887 p. 657; Heldr. fl. Cephalon. p. 31, chlor. Thera p. 11; Gelmi in bull. soc. bot. ital. 1889 p. 449; Haussk. symb. p. 51; pro sp. — *M. denticulata v. lappacea* Benth cat. pyr. p. 103. Weiss in z. b. G. 1869 p. 749; Bois fl. or II. p. 103; Heldr. cat. herb. Orph. p. 18. — Legumen maiusculum, 2—4 cyclum, spirae 4—10 mm diametro, venis saepe iam a basi anastomosantibus; spinae crassitie spirae

multo longiores. — Exsicc.: Heldr. pl. fl. hellen. a. 1875, 1886 et in Baen. herb. europ. n. 4188.

δ. **pentacycla** DC. Cat. hort. monsp. p. 124 pro sp.; Urb. mon. p. 75. — *M. denticulata* v. *pentacycla* Bois. ap. Weiss in z. b. G. 1869 p. 749, Fl. or. II. p. 103. — Legumen 4—6 cyclum, caeterum ut in γ. — Exsicc.: N. v.

In herbidis, olivetis regionis inferioris. — α. Attica: mt. Pentelicon (Haussk.); Argolis: peninsula Methana (Haussk.), insula Poros (Friedr.); Cephalonia: pr. Lixuri (Heldr.); Zante (Marg.); Creta: pr. Canea (Weiss); — β. peninsula Methana (Haussk.); — γ. Attica: in oliveto Athenarum, pr. Liopesi, ad Phalerum (Heldr.), mt. Pentelicon, Parnes (Orph.), Kerata (Haussk.); Acarnania: pr. Katochi (Heldr.); isthmus Corinthiacus: pr. Kalamaki, Corinthus (Haussk.); Argolis: pr. Nauplia (Orph.); Laconia: mt. Malevo (Orph.); Messenia: pr. Pylos (Chaub.); Cephalonia: pr. Lixuri (Spreitz), Francata, Kipuria (Heldr.); Leucas: pr. Amaxichi (Spreitz); Corcyra (Gelmi); Creta: pr. Canea, Murnies, Akroteri, Malaxa, Retymo (Raul.); Cycladum insula Thera (Heldr.). — δ. pr. Canea Cretae (Weiss). — Apr. Maio. ⊙.

19. **M. praecox** DC. cat. hort. monsp. p. 123; Friedr. Reise p. 270; Haussk. symb. p. 51; Heldr. fl. Aegin. p. 293. — Icon: Mor. fl. sard. t. 49. — Exsicc.: Heldr. et Hal. fl. aeg. a. 1889.

Pilosiuscula; stipulis laciniatis; foliolis minutis, obovato-vel obcordato-cuneatis, superne denticulatis; pedunculis 1—2 floris, folio multo brevioribus, pilosiusculis; calycis dentibus tubo aequilongis; carina alis breviore; legumine parvo, 2—3 cyclo, parce puberulo; spirarum margine dorsali obtuso, non sulcato, spinoso, spinis subulatis hamosis, longe-divaricatis; venis facierum spirarum arcuatis, ad nervum marginalem anastomosantibus. — Praecedente omnibus partibus minor, ab ea insuper spirarum margine non sulcato et venis facierum arcuatis parce anastomosantibus egregie differt.

In herbidis regionis inferioris, rare. Attica: pr. Eleusis (Haussk.); insula Aegina: ad promontorium Perdicca (Friedr.); Cycladum insula Melos (Leon.). — Mart. Apr. ⊙

6. Subsectio. *Leptospirae* Urb. monogr. p. 76. — Legumen dextrorsum contortum, iuvenile lateraliter inter calycis dentes egrediens; spirae distantes, tenues, in faciebus radiatim venosae; spinae, dum adsunt, basi complanatae, sulcatae; semina dissepimentis non separata.

a Venae facierum spirarum e sutura ventrali egredientes in nervum intramarginalem angustum exeuntes.

20. **M. coronata** L. sp. p. 780 pro var. *M. polymorphae*; Desr. in Lam. enc. III. p. 634; Ch. et B. fl. Pelop. p. 52; Weiss in z. b. G. 1869 p. 749; Raul. cret. p. 737; Bois. fl. or. II. p. 101; Heldr. cat. herb. Orph. p. 18, Fl. Cephalon. p. 31, Fl. Aegin. p. 293; Haussk. symb. p. 51; Form. in Ver. Brünn 1896 p. 110; Hal. in ö. b. Z.

1897 p. 92. — Icon: Morison hist. pl. sel. II. t. 15 f. 16. — Exsicc.: Heldr. herb. norm. n. 366 et 838; Orph. fl. gr. n. 496.

Puberula; stipulis dentatis; foliolis obovatis, apice denticulatis; pedunculis 3—8 floris, folio multo longioribus; alis carina brevioribus; legumine parvo, depresse cylindrico, 1—2 cyclo, dense puberulo, spiris margine dorsali lato plano, utrinque spinoso munitis, spinis rectis curvatisve, marginis respectu horizontaliter patentibus, coronam duplicem formantibus.

β. **vermicularis** Ces. in Friedr. Reise p. 274 pro sp. — *M. coronata v. minor* Heldr. in cat. herb. Orph. p. 18. — *M. coronata v. uncata* Bois. fl. or suppl. p. 165. — *M. Urbaniana* Heldr. pl. fl. hellen. a. 1875. — Legumen glabrum, spinae longiores apice uncinatae.

In collibus saxosis, arenosis, herbidis regionis inferioris. — Attica: pr. Athenas, in colle Lycabetto, pr. Magula, ad Piraeum (Heldr.), Eleusis (Haussk.), mt. Pentelicon (Orph.); Phocis: pr. Delphi (Leon.); Corinthus (Haussk.); Argolis: pr. Nauplia (Orph.), peninsula Methana (Haussk.); insula Aegina: ad Perivolia (Heldr.); Messenia: pr. Andrusa (Gittard.); Creta: pr. Lutro, Malaxa, Anopolis (Raul.), Canea (Weiss); Cyclades: insula Syra, Tenos (Weiss), Kimolos (Leon.); Sporadum insula Skopelos (Leon.); Thessalia: pr. Pharsalus, Kalabaka (Haussk.), Trikala (Form.); Cephalonia: pr. Argostoli (Heldr.); — *β.* pr. Buliasmene Atticae (Heldr.), litus Corinthiacus (Orph.), insula Poros (Friedr.). — Mart. Maio ☉.

21. **M. minima** L. sp. p. 780 pro var. *M. polymorphae*; Bartal. cat. piant. Sien. p. 61; S. et S. pr. II. p. 113; Ch. et B. exp. p. 227, Fl. pelop. p. 52; Marg. et R. fl. Zante p. 40; Friedr. Reise p. 282; Weiss z. b. G. 1869 p. 749 Bois. fl. or. II. p. 103; Spreitz. in z. b. G. 1877 p. 724; Heldr. fl. Aegin. p. 293. — Icon: Fl. dan. t. 211.

Pubescens vel villosa; stipulis integris vel subdentatis; foliolis obcordatis vel obovato-cuneatis, argute denticulatis; pedunculis 2—6 floris, folio subbrevioribus vel longioribus; alis carinam subaequantibus; legumine subgloboso, 4—5 cyclo, subglabro, spiris margine dorsali tenui utrinque sulcato spinoso munitis, spinis subulatis hamatis, marginis respectu erectis.

α. **typica.** — *M. minima v. breviseta* Haussk. symb. p. 51. — Spinae spirarum diametrum dimidium aequantes vel parum superantes. — Exsicc.: N. v.

β. **recta** Willd. sp. III. p. 1415; Hal. in ö. b. Z. 1899 p. 24, pro sp.; Burn. fl. alp. marit. II. p. 109. — *M. graeca* Horn. en hort. hafn. p. 728; Raul. cret. p. 738. — *M. minima v. longiseta* DC. pr. II. 178; Haussk. symb. p. 51. — *M. minima v. longispina* Lowe man. fl. Madeira p. 166; Spreitz in z. b. G. 1887 p. 657. — *M. minima v. graeca* Heldr. cat. herb. Orph. p. 18. — *M. minima*

v. mollissima Heldr. fl. Cephalon. p. 32. — Spinae spirarum diametro toto longiores. — Exsicc.: Heldr. pl. fl. hellen. a. 1878.

In herbidis, arenosis, saxosis regionis inferioris et submontanae Thessalia: pr. Malakasi, Meteora, in oropedio Neuropolis (Haussk.); indicatur etiam: Ithaca: pr. Vathy (Spreitz.); Zante (Marg.); Peloponnesus (Chaub.); inter Pyrgos et Arcadia Elidis (Friedr.); insula Aegina (Heldr.), Syra (Weiss), sed loca probabiliter ad var. *β.* spectant; — *β.* Thessalia: ad monasterium Korona (Haussk.); Attica: pr. Athenas, mt. Hymettus et Pentelicon, mt. Helicon Boeotiae (Orph.); Corinthus, Nauplia (Haussk.); Messenia: pr. Kalamata (Zahn); Creta: pr. Canea (Raul.); Strophades (Reis.); Cephalonia: mt. Aenos (Heldr.); Leucas: pr. Amaxichi (Spreitz.); Corcyra: pr. urbem (Baen.). — Mart. Maio ⊙.

b. Venae facierum spirarum e sutura ventrali egredientes in fasciam marginalem latam eveniam exeuntes.

22. **M. disciformis** DC. cat. hort. monsp. p. 124; Ch. et B. fl. pelop. p. 53; Friedr. Reise p. 266 et 271; Weiss in z. b. G. 1869 p. 749; Raul. cret. p. 737; Bois. fl. or. II. p. 105; Heldr. cat. herb. Orph. p. 18; Spreitz. in z. b. G. 1877 p. 724; Haussk. symb. p. 51. — Exsicc.: Heldr. herb. norm. n. 1129.

Molliter pubescens; stipulis dentatis; foliolis obovatis, apice dentatis; pedunculis 1—2 floris, folio longioribus, aristatis; legumine discoideo-depresso, 5 cyclo, glabro, spiris inaequalibus, suprema minore inermi, ceteris spinosis, spinis subulatis arcuatis hamatis; venis facierum spirarum arcuatis.

In graminosis. Attica: pr. Athenas (Friedr.), mt. Lycabettus, Parnes, ad Phalerum (Orph.), Piraeum (Heldr.), Eleusis (Haussk.); Corinthus (Haussk.); Argolis (Chaub.): pr. Nauplia (Orph.), insula Poros (Friedr.); Achaia: mt. Kyllene (Orph.); Cycladum insula Syra, Tenos (Weiss); Creta: pr. Candia, Lutro (Raul.); Corcyra: mt. Deca (Spreitz.). — Mart. Apr. ⊙.

3. Sectio. *Lupularia* Ser. in DC. pr. II. p. 172 emend.; Urb. mon. p. 52. — Legumen reniforme, apice spiraliter curvatum, saepissime monospermum, faciebus arcuatim concentrice et simul reticulato-venosis, sed nervo intramarginali carentibus.

23. **M. lupulina** L. sp. p. 779; S. et S. pr. II. p. 110; Ch. et B. exp. p. 226, Fl. pelop. p. 52; Weiss in z. b. G. 1869 p. 749; Bois. fl. or. II. p. 105; Heldr. cat. herb. Orph. p. 18, Fl. Cephalon. p. 32; Haussk. symb. p. 51; Hal. Beitr. Fl. Thessal. p. 10; Bald. riv. coll. bot. Alb. 1895 p. 24, 1896 p. 41. — Icon: Fl. dan. t. 992. — Exsicc.: Heldr. pl. fl. hellen. a. 1890.

Annua, pubescens; stipulis dentatis vel integris; foliolis obovatis, apice denticulatis; floribus minutis, racemum demum subglobosum dein oblongum formantibus; calycis dentibus carinam aequantibus vel triente brevioribus; legumine inerme, demum nigricante, glabro vel (*M. Willdenovii* Bönningh. pr. fl. monast. p. 161) glanduloso.

β. **perennans.** — *M. lupulina* v. *Cupaniana* Heldr. cat. herb. Orph. p. 19; Spreitz. in z. b. G. 1877 p. 724; Hal. Beitr. fl. Epir. p. 18; vix *M. Cupaniana* Guss. syn. fl. sic. II. p. 362, quae floribus majoribus et leguminibus glandulosis a nostra differre videtur.

In herbidis regionis montanae et alpinae. Epirus: pr. Janina, mt. Murga (Bald.), mt. Tsumerka, Peristeri (Hal.); Thessalia; mt. Oxya (Hal.), Ghavellu, Karava (Haussk.), ad monasterium Korona (Heldr.); Aetolia: mt. Korax (Leon.); Euboea: mt. Telethrion (Heldr.); Attica: pr. Athenas (Sibth.), pr. Cephissia, mt. Pentelicon (Orph.); mt. Parnassus (Orph.); Achaia: mt. Kyllene (Orph.); Laconia: mt. Malevo pr. Platanos et Kastanitza (Orph.), Taygetos (Chaub.); Argolis (Sibth.); Messenia: pr. Kalamata (Zahn); Creta: pr. Canea (Weiss); Cephalonia: mt. Aenos (Spreitz.). — Maio, Jul. ⊙. et ♃.

13. Melilotus Tourn. inst. I. p. 406.

1. Sectio. *Gyroritis* Koch syn. ed. 2 p. 184. Legumen concentrice plicato-rugosum.

a. Legumen ovoideum, acuminatum, 7—9 mm longum.

1. **M. messanensis** L. mant. alt. p. 275; S. et S. pr. II. p. 93 (*Trifolium*); All. fl. ped. I. p. 309; Urv. enum. p. 93; Ch. et B. exp. p. 216, Fl. pelop. p. 50; Fraas fl. class. p. 60; Bois. fl. or. II. p. 107; Heldr. cat. herb. Orph. p. 21, Fl. Cephalon. p. 32; Gelmi in bull. soc. bot. ital. 1889 p. 449; Haussk. symb. p. 51. — Icon: Fl. gr. t. 741. — Exsicc.: Baen. herb. europ. n. 9291.

Subglabra; caulibus ramosis, diffusis vel centrali erecto; foliolis obovato-cuneatis; stipulis basi auriculato-dilatatis et dentatis; racemis laxis, folio brevioribus; pedicellis tubo calycino aequilongis; floribus flavis, 3—4 mm longis; vexillo carinam aequante, alas superante; legumine pendulo, 1—2 spermo, glabro.

In arvis, humidis, maritimis. Attica: pr. Marathon (Heldr.); Argolis: pr. Nauplia (Haussk.), Poros (Orph.); Cycladum insula Keos (Heldr.), Syra (Urv.); Messenia: pr. Pylos (Chaub.); Cephalonia: ad Kutavo pr. Argostoli (Heldr.); Corcyra (Gelmi): pr. Kastrades (Baen). — Mart. Maio. ⊙.

b. Legumen subglobosum, obtusum, 2—4 mm longum.

2. **M. infesta** Guss. fl. sic. pr. II. p. 486; Bois. fl. or. II. p. 106; Spreitz in z. b. G. 1877 p. 725; Heldr. fl. Cephalon. p. 32.

Glabra; caulibus erectis vel adscendentibus, ramosis, saepe fistulosis; foliolis obovato- vel oblongo-cuneatis; stipulis ciliato-dentatis, supremis subintegris; racemis elongatis, laxis, folio brevioribus vel longioribus; pedicellis tubo calycino longioribus; floribus flavis, 6—8 mm longis; vexillo carinam aequante, alas superante; legumine pendulo, 1—2 spermo, glabro, rugis distantibus subirregularibus.

Cephalonia: pr. Lixuri (Spreitz.) et in oropedio Omala mt. Aenos (Heldr.). — Apr. Maio. ⊙. N. v.

3. **M. sulcata** Desf. fl. atl. II. p. 193; Urv. enum. p. 93; Ch. et B. fl. pelop. p. 50; Marg. et R. fl. Zante p. 40; Friedr. Reise p. 269; Weiss in z. b. G. 1869 p. 749; Raul. cret. p. 738; Boiss. fl. or. II. p. 106; Heldr. cat. herb. Orph. p. 21, Fl. Cephalon. p. 32, Fl. Aegin. p. 294; Gelmi in bull. soc. bot. ital. 1889 p. 449; Haussk. symb. p. 51. — Icon: Mor. fl. sard. t. 59 f. A. — Exsicc.: Baen. herb. europ. n. 9292.

Glabriuscula; caulibus erectis vel adscendentibus, ramosis, saepe fistulosis; foliolis obovato- vel oblongo-cuneatis; stipulis ciliato-dentatis, supremis subintegris; racemis densiusculis, folio brevioribus vel longioribus; pedicellis tubo calycino aequilongis; floribus flavis, 3—5 mm longis; vexillo carinam subaequante, alas superante; legumine pendulo, 1—2 spermo, glabro, regulariter parallele rugoso. — Differt a praecedente floribus minoribus, racemum breviorem densiorem formantibus et leguminum rugis regularibus.

β. **compacta** Salzm. in Guss. pr. fl. sic. II. p. 485; Raul. cret. p. 738; Heldr. fl. Aegin. p. 294, pro sp.; Moris fl. sard. I. p. 464 t. 59 f. B.; Friedr. Reise p. 270. — Flores maiores, circa 6 mm longi, racemum densiorem formantibus, legumina submaiora. — Exsicc.: N. v.

In arvis, humidiusculis. Boeotia: pr. Lebadia (Orph.); Attica: pr. Reitro, Eleusis (Heldr.); Corinthus, Nauplia (Haussk.), Astros (Orph.), insula Aegina (Friedr.); Cycladum insula Melos (Urv.), Cythnos (Tuntas); Syra (Weiss); Creta: pr. Canea (Raul.); Zante (Marg.); Cephalonia: pr. Lixuri (Heldr.); Corcyra (Gelmi): pr. Castrades (Baen.); *β.* Aegina: promontorium Perdicca (Friedr.); Creta: pr. Canea (Raul.). — Mart. Maio. ⊙.

2. Sectio. *Coelorytis* Ser. in DC. pr. II. p. 186. Legumen reticulato-rugosum.

a. Stipulae ovato-acuminatae, inferiores basi grosse dentatae; flores flavi, 6—7 mm longi; calyx fructus evolutione demum ruptus.

4. **M. italica** L. sp. p. 765; S. et S. pr. II. p. 94 (*Trifolium*); Lam. fl. fr. II. p. 594; Urv. enum. p. 93; Ch. et B. fl. pelop. p. 50; Boiss. fl. or. II. p. 107; Heldr. cat. herb. Orph. p. 21, chlor. Thera p. 11; Spreitz. in z. b. G. 1887 p. 657; Haussk. symb. p. 52; Bald. riv. coll. bot. Alb. 1895 p. 25. — *M. taurica* Ch. et B. exp. p. 216, non Ser. — *M. rotundifolia* Ten. syll. p. 371. Fl. Nap. t. 176, f. 3. — Exsicc.: Orph. fl. gr. n. 576 (Chios); Heldr. herb. norm. n. 1226.

Glabra; caulibus erectis, ramosis, 10—50 cm altis; foliolis magnis, late obovato-cuneatis, obsolete dentatis; racemis folio longioribus, laxiusculis; pedicellis tubo calycino 2—3plo brevioribus; vexillo carinam superante; legumine pendulo, 1 spermo, obovato-globoso, glabro, eximie elevato-rugoso ad suturam superiorem bisulcato.

In saxosis herbosis regionis inferioris et montanae. Attica: pr. Athenas mt. Hymettus (Sibth.), Pentelikon (Orph.), Parnes, Kerata,

pr. Eleusis (Heldr.); Boeotia: mt. Helicon, pr. Lebadia (Orph.); Acarnania: pr. Astacos (Nieder); Acrocorinthus (Haussk.); Messenia: pr. Arcadia (Chaub.); Corcyra: mt. Deca (Spreitz.); Epirus: pr. Suli distr. Paramythia (Bald.); Cycladum insula: Mikra Kameni pr. Thera (Urv.). — Apr. Maio. ⊙.

b. Stipulae subulatae vel lineari-acuminatae, saepissime integrae; flores 2—5 mm longi; calyx demum non ruptus.

α. Biennes; flores 4—5 mm longi.

5. **M. officinalis** L. sp. p. 765; S. et S. pr. II. p. 94 (*Trifolium*); Lam. fl. fr. II. p. 594; Marg. et R. fl. Zante p. 40; Fraas fl. class. p. 61; Haussk. symb. p. 52. — *M. arvensis* Wallr. sched. crit. p. 391. Icon: Fl. dan. t. 934.

Glabriuscula; caulibus erectis vel adscendentibus, ramosis 40—120 cm altis; foliolis oblongis obovatisve, dentatis; stipulis lineari-acuminatis; racemis elongatis, folio longioribus; pedicellis tubo calycino longioribus; floribus flavis; alis vexillo aequilongis, carina longioribus; legumine pendulo, 1—2 spermo, ovato, mucronato, glabro, ad suturam superiorem obtuse carinato.

In ruderatis, arenosis, rare. Phthiotis: pr. Lamia, pr. Lebadia Boeotiae (Fraas); Attica: (Fraas): inter Athenas et Phalerum (Haussk.); pr. Argos (Fraas); Archipelagus (Sibth.); Zante (Marg.). — Maio. Aug. ⊙. N. v.

6. **M. alba** Desr. in Lam. dict. IV. p. 63; Heldr. in cat. herb. Orph. p. 21; Bois. fl. or. suppl. p. 166; Form. in d. bot. Mon. 1891 p. 56, in Ver. Brünn 1895 p. 51, 1897 p. 78; Haussk. symb. p. 52; Hal. in ö. b. Z. 1895 p. 257. — *Trifolium melilotus officinalis.* L. sp. p. 765 γ. (rectius β.) — *M. vulgaris* Willd. en. h. berol. II. p. 790. — Icon: Fl. dan. t. 1705. — Exsicc.: Orph. fl. gr. n. 575 (Thessalonica); Sint. et Bornm. it. turc. n. 1205; Sint. it. thessal. n. 1234.

Glabriuscula; caulibus erectis vel adscendentibus, ramosis 40—100 cm altis; foliolis obovato-oblongis vel oblongo-lanceolatis, dentatis; stipulis setaceis; racemis elongatis, folio longioribus; pedicellis tubo calycino aequilongis; floribus albis; alis carina aequilongis, vexillo brevioribus; legumine pendulo, 1—2 spermo, ovato, mucronato, glabro, ad suturam superiorem obtuse carinato.

In ruderatis, arenosis. Epirus: in valle Dipotami (Form.); Thessalia: pr. Malakasi (Sint.), Han Kastania, Han Kukleus in Pindo (Form.), Orman Magula, Karditza (Haussk.), Sophades (Leon.), Volo, Lechonia (Form.); Attica: ad Phalerum (Heldr.); Arcadia: ad lacum Pheneon (Orph.). — Maio, Aug. ⊙.

β. Annuae; flores 2—3 mm longi.

7. **M. neapolitana** Ten. pr. fl. nap. suppl. I. p. 56; Fraas fl. class. p. 61; Weiss in z. b. G. 1869 p. 749; Bois. fl. or. II. p. 107; Heldr. cat. herb. Orph. p. 21; Haussk. symb. p. 52; Hal. Beitr. Fl.

Achaia p. 17, in ö. b. Z. 1895 p. 257. — *M. gracilis* DC. fl. fr. V. p. 565. — *Trifolium spicatum* S. et S. pr. II. p. 93, Fl. gr. t. 743. — Exsicc.: Sint. it. thessal. n. 113 b.

Parce puberula; caulibus gracilibus, adscendentibus erectisve, ramosis, usque 30 cm altis; foliolis dentatis foliorum inferiorum obovato-orbiculatis, superiorum lineari-oblongis; stipulis lineari-acuminatis; racemis laxis, folio longioribus; pedicellis tubo calycino aequilongis; floribus pallide flavis, 3 mm longis; petalis subaequilongis; legumine erecto-patulo, subgloboso, glabrato, stylo mucronato.

β. **rostrata** Vis. fl. dalm. III. p. 288. — Legumen acuminato-rostratum. — Exsicc.: Heldr. herb. norm. n. 1134.

In collibus apricis, locis sterilibus, lapidosis regionis inferioris et submontanae. Thessalia: pr. Kalabaka (Sint.), Aivali (Haussk.); Sporadum insula Peristeri (Reis.); Attica: mt. Lycabettus, Hymettus, Pentelicon, pr. Pikermi, in Pharmacusarum insula Megali-Kyra (Heldr.); Achaia: pr. Patras (Hal.); Laconia: mt. Taygetos (Orph.); Creta: pr. Canea (Weiss); — *β.* Attica: mt. Pentelicon (Heldr.); Argolis: in collibus ins. Poros oppositis (Heldr.); Laconia: mt. Malevo pr. Castanitza (Orph.). — Apr. Jun. ⨀.

8. **M. indica** L. sp. p. 765 (*Trifolium*); All. fl. ped. I. p. 308; Ch. et B. exp. p. 216, Fl. pelop. p. 50; Heldr. fl. Aegin. p. 294, chlor. Thera p. 11; Haussk. symb. p. 52; Hal. in ö. b. Z. 1899 p. 24. — *M. parviflora* Desf. fl. atl. II. p. 192; Marg. et R. fl. Zante p. 40; Weiss in z. b. G. 1869 p. 749; Raul. cret. p. 738; Bois. fl. or. II. p. 108; Heldr. cat. herb. Orph. p. 21, Fl. Cephalon. p. 32; Spreitz. in z. b. G. 1877 p. 724, 1887 p. 657; Bald. cret. p. 45. — ? *M. compacta* v. *parviflora* Friedr. Reise p. 269. — Icon: Mor. fl. sard. t. 56. — Exsicc.: Orph. fl. gr. n. 574; Heldr. herb. norm. n. 551, herb. dimorph. n. 20.

Glabrescens; caulibus erectis, ramosis, 10—50 cm altis; foliolis obovatis vel oblongo-cuneatis, dentatis; stipulis lineari-acuminatis; racemis densiusculis, folio longioribus; pedicellis tubo calycino aequilongis; floribus flavis, minutis, 2 mm longis; vexillo carina sublongiore; legumine pendulo, ovato, glabro, stylo mucronato. — Praecedente robustior et ab ea floribus minoribus et legumine pendulo diversa.

In cultis humidiusculis, arenosis maritimis. Thessalia: pr. Volo (Heldr.); Boeotia: pr. Thebas, Lebadia (Orph.); Attica: pr. Athenas, Phaleron (Heldr.); Corinthus (Heldr.); Elis: pr. Lintzi (Heldr.); Messenia: pr. Methone, insula Sapienza (Chaub.); Strophades (Reiser); Zante (Marg.); Cephalonia: pr. Argostoli (Spreitz.); Corcyra: cap Bianco (Spreitz.); Creta: pr. Platania, Suda (Raul.), Canea (Weiss); insula Thera, Keos, Aegina (Heldr.). — Apr. Jun. ⨀.

14. Trifolium L. gen. n. 896.

Dispositio specierum:

1. Series. *Ebracteata* Willk. et Lange. Flores singuli bractea propria saepissime carentes, sessiles, dense capitati vel spicati; legumen 1spermum, calyce saepissime inclusum.

A. Flores omnes fertiles, fructiferi non recurvati.

I. Vexillum cum alis et carina connatum.

1. Sectio *Lagopus* Koch. — Calyx tubulosus vel campanulatus, 10 vel 20 nervius, fauce intus callo saepe hirto clausus vel annulo pilorum obsitus, fructifer non inflatus; petala purpurea, alba vel raro pallide ochroleuca; legumen sessile. — Capitula pseudoterminalia vel axillaria.

a. Perennia.

α. Calycis tubus 20 nervius.

1. T. alpestre L.

β. Calycis tubus 10 nervius.

× Flores omnes ebracteati; calycis tubus glaber vel adpresse pubescens; species montanae.

○ Calycis laciniae erectae vel patulae.

. Calycis tubus glaber.

2. T. medium L. **3. T. Pignantii** Fauché et Cb.

.. Calycis tubus pubescens.

; Stipularum pars adnata petiolo aequilonga.

4. T. patulum Tausch.

;; Stipularum pars adnata petiolo multo brevior.

5. T. Heldreichianum Haussk. **6. T. pratense** L.

○○ Calycis pubescentis laciniae superiores erectae, infima deflexa.

7. T. ochroleucum Huds.

×× Flores inferiores squamis bracteiformibus evanidis praediti; calycis tubus patule villosus; species alpinae.

8. T. praetutianum Guss. **9. T. Ottonis** Sprun.

b. Annua.

α. Calycis tubus 20 nervius, faux aperta pilosa; folia suprema opposita.

× Calycis laciniae setaceae, erectae.

10. T. hirtum L. **11. T. Cherleri** L.

×× Calycis laciniae a basi ovata 5 nervia subulatae, demum expansae.

12. T. lappaceum L.

β. Calycis tubus 10 nervius, faux aperta pilosa vel annulo villoso vel calloso clausa.

× Folia etiam suprema alterna; capitula pedunculata.

○ Capitula magna, pseudoterminalia.

. Folia lineari-lanceolata; stipulae subulato-setaceae, integrae; calycis faux annulo calloso clausa.

13. T. angustifolium L. **14. T. purpureum** Lois.

.. Folia obovato-cuneata vel obcordata; stipulae ovatae, obtusae, dentatae.

; Calycis faux aperta, parce pilosa, laciniae lanceolato-subulatae, basi uninerviae.

15. T. incarnatum L.

;; Calycis faux villis clausa, laciniae e basi lata plurinervia lanceolato-acutatae.

16. T. stellatum L. **17. T. xanthinum** Freyn.

○○ Capitula parva, axillaria.

18. T. phleoides Pourr. **19. T. arvense** L.

×× Folia suprema opposita; capitula pedunculata vel foliis summis involucrata.

○ Calycis laciniae foliaceae, triangulari-ovatae, multinerviae; corolla magna, 25 mm. longa, calycem longe superans.

20. T. clypeatum L.

○○ Calycis laciniae angustiores, lanceolatae vel subulatae; corolla 5—13 mm. longa.

. Corolla calycis laciniis longe superata.

21. T. formosum Urv.

.. Corolla calycis lacinias superans.

; Calycis laciniae porrectae.

22. T. diffusum Ehrh. **23. T. pallidum** W. et K.

;; Calycis laciniae demum plus minus patulae.

, Calycis laciniae enerviae.

24. T. echinatum M. a. B.

,, Calycis laciniae 1—3 nerviae.

— Calycis tubus hispidus.

25. T. latinum Seb. **26. T. leucanthum** M. a. B.

= Calycis tubus glaber vel glabrescens.

27. T. maritimum Huds.

××× Folia suprema alterna vel opposita; capitula sessilia, axillaria et supremum terminale basi involucratum.

○ Foliorum nervi recti; calycis laciniae porrectae.

28. T. tenuifolium Ten. **29. T. Bocconei** Savi.

○○ Foliorum nervi versus marginem arcuato-recurvi; calycis laciniae demum arcuato-patentes vel recurvae.

. Corolla calyce subbrevior.

30. T. scabrum L.

.. Corolla calyce subduplo longior.

31. T. dalmaticum Vis. **32. T. filicaule** Bois. et Heldr.

II. Vexillum liberum.

2. Sectio. *Stenosemium* Celak. — Calyx tubuloso-campanulatus, inaequaliter 5 dentatus, 10 nervius, fauce intus annulo calloso constrictus, fructifer subinflatus; petala rosea; legumen sessile. — Capitula pseudoterminalia, inter folia summa opposita subsessilia.

33. T. striatum L.

B. Flores exteriores corolliferi et fertiles, post anthesin recurvati, reliqui apetali, steriles, laciniis calycis valde hirsutis exteriores obtegentes.

3. Sectio. *Calycomorphum* Presl. — Calyx tubulosus, aequaliter 5 dentatus, 10 nervius, fauce nudus, fructifer subinflatus; petala albida vel pallide rosea, vexillum cum alis et carina connatum. — Capitula pedunculata, axillaria.

a. Flores steriles sub anthesi iam adeuntes.

34. T. radiosum Wahlenb.

b. Flores steriles sub anthesi nodulum centralem indistinctum tantum formantes.

35. T. subterraneum L.

2. Series. *Bracteata* Willk. et Lange. — Flores singuli bractea (plerumque parva) suffulti saepissime pedicellati, laxe capitati; legumen 1-pleiospermum, plerumque e calyce prominens.

A. Calyx bilabiatus, postice membranaceus et pilosus et post anthesin in vesiculam reticulato-venosam inflatus.

4. Sectio. *Galearia* Presl. — Calyx 10nervius, fauce nudus; petala rosea, vexillum liberum vel cum alis et carina connatum; legumen sessile, 1—2 spermum, calyce inclusum. — Capitula pedunculata, axillaria, floribus sessilibus vel breviter pedicellatis.

a. Perennia.

36. T. physodes Stev. **37. T. fragiferum** L.

b. Annua.

38. T. resupinatum L. **39. T. tomentosum** L.

B. Calyx regularis aut subbilabiatus, post anthesin non aut aequaliter inflatus.

I. Bracteae exteriores in involucrum brevissimum, dentatum connatae.

5. Sectio. *Paramesus* Presl. — Calyx campanulatus, 10nervius, subaequaliter 5fidus, fauce nudus, post anthesin immutatus; petala rosea, post anthesin marcescentia, vexillum breviter unguiculatum, cum alis et carina connatum; legumen sessile, 2spermum, subexsertum. — Capitula pedunculata, axillaria, floribus sessilibus vel breviter pedicellatis.

40. T. laevigatum Poir.

II. Bracteae exteriores non connatae.

1. Petala longe unguiculata, vexillum cum alis et carina connatum; calyx post anthesin immutatus.

6. Sectio. *Cryptosciadium* Celak. — Calyx tubulosus, 10nervius, inaequaliter 5dentatus, fauce nudus; petala rosea vel albida, post anthesin non aucta; legumen sessile, 6—7spermum, e calyce prominens. — Inflorescentia axillaris, subradicalis, floribus 2—3, pedicellatis, bracteis minutis.

41. T. uniflorum L.

2. Petala longe unguiculata, vexillum liberum; calyx post anthesin plus minus inflatus.

7. Sectio. *Mistylus* Presl. Calyx campanulatus 10—35nervius, aequaliter 5dentatus, fauce nudus; petala purpurascentia, mox scariosa, nervis incrassato-elevatis, post anthesin non aucta; legumen sessile, 2—4spermum, e calyce prominens. — Capitula pedunculata, pseudoterminalia, floribus sessilibus, bracteis magnis, multinerviis.

a. Foliola late obovato-cuneata, apice rotundata vel truncata; calyx 20plurinervius, nervis crassis distantibus; corolla calycem parum superans.

42. T. spumosum L.

b. Foliola (infimis excepta) lanceolata vel elliptica (rarius obovata), acuta vel obtusiuscula (sed tunc mucronulato-setigera), argute serrulato spinulosa; calyx multinervis, nervis approximatis, interdum aegre perspiciendis et sicuti lineae tenuissimae tantum apparentibus; corolla calycem duplo et ultra superans.

α. Calyx fructifer turbinatus vel ovoideo-oblongus, manifeste 25—30nervius, plus minus inflatus, apice constrictus.

43. T. multistriatum Koch. **44. T. rumelicum** Griseb.

β. Calyx etiam fructifer oblongo-cylindricus, vix inflatus, apice non constrictus, nervis longitudinalibus obsoletis, aegre perspiciendis, nervulis transversis nullis.

45. T. leiocalycinum Bois.

3. Petala breviter unguiculata, vexillum liberum vel cum alis et carina connatum; calyx post anthesin non aut parum auctus.

8. Sectio. *Trifoliastrum* Ser. Calyx bilabiatus aut subaequaliter 5fidus, 10nervius; petala alba vel rosea, post anthesin scariosa, vix aucta, vexillum liberum;

legumen sessile, raro stipitatum, 2—6spermum, e calyce prominens, rarius eo inclusum. — Capitula axillaria, pedunculata vel sessilia, floribus pedicellatis vel subsessilibus, bracteis conspicuis, 1—2 cuspidatis, simpliciter ciliatis.

a. Capitula pedunculata, floribus conspicue pedicellatis, post anthesin saepissime declinatis.

α. Calycis laciniae erectae, corollae adpressae.

× Pedicelli erecti, calycis tubo 4—5plo breviores.

46. T. Parnassi Bois. et Sprun.

×× Pedicelli fructiferi deflexi, calycis tubo aequilongi vel longiores.

○ Caulis radicans.

47. T. repens L.

○○ Caulis non radicans.

48. T. hybridum L. **49. T. Michelianum** Savi.

β. Calycis laciniae iam sub anthesi patulae, dein recurvatae.

50. T. nigrescens Viv.

b. Capitula sessilia, floribus sessilibus vel brevissime pedicellatis, erectis.

51. T. glomeratum L. **52. T. suffocatum** L.

9. Sectio. *Chronosemium* Ser. — Calyx bilabiatus aut aequaliter 5dentatus, 5nervius; petala flava, raro violacea, post anthesin aucta, badia vel spadicea; vexillum liberum vel cum alis et carina connatum; legumen stipitatum, 1spermum, e calyce prominens, corolla marcescente tectum. — Capitula axillaria, pedunculata, floribus pedicellatis demum deflexis, bracteis minimis, mucronatis, penicillato-ciliatis.

a. Vexillum basi constrictum, dein in laminam cochleariformem expansum, sulcatum; legumen vexillum dimidium aequans.

α. Stylus legumini subaequilongus.

× Capitula maiuscula, 15—25 mm. longa; stipulae basi rotundatae.

○ Flores violacei.

53. T. speciosum Willd.

○○ Flores lutei.

54. T. Boissierianum Guss. **55. T. aurantiacum** Bois. et Sprun. **56. T. dolopicum** Heldr. et Haussk.

×× Capitula minora, 10—12 mm. longa; stipulae basi auriculatae.

57. T. patens Schreb.

β. Stylus legumine multo brevior.

58. T. agrarium L.

b. Vexillum a basi obovatum vel oblongum, dorso plus minus carinatum; legumen vexillo parum brevius.

α. Capitula multiflora, densiuscula, floribus maioribus.

59. T. Sebastiani Savi. **60. T. procumbens** L.

β. Capitula 2—6flora, laxissima, floribus minutissimis.

61. T. filiforme L.

1. Series. *Ebracteata* Willk. et Lange pr. fl. hisp. III. p. 349. — Flores singuli bractea propria saepissime carentes, sessiles, dense capitati vel spicati; legumen 1 spermum, calyce saepissime inclusum.

A. Flores omnes fertiles, fructiferi non recurvati.

I. Vexillum cum alis et carina connatum.

1. Sectio. *Lagopus* Koch syn. p. 167. Calyx tubulosus vel campanulatus, 10-vel 20-nervius, fauce intus callo saepe hirto clausus vel

annulo pilorum obsitus, fructifer non inflatus; petala purpurea, alba vel raro pallide ochroleuca; legumen sessile. — Capitula pseudoterminalia vel axillaria.

a. Perennia.

α. Calycis tubus 20-nervius.

1. **T. alpestre** L. sp. ed. 2. p. 1082; Form. in d. bot. Mon. 1891 p. 56. — Icon.: Jacq. obs. III. t. 64.

Rhizomate repente; caulibus erectis, simplicibus, adpresse vel patule hirsutis; foliolis lineari-oblongis vel ellipticis, subtus plus minus dense hirsutis; stipulis lanceolato-subulatis, integris; capitulis solitariis vel geminis, ovato-sphaericis, basi involucratis; calycis laciniis ciliatis, filiformibus, erectis, superioribus tubum villosum aequantibus vel superantibus infima corolla purpurea parum breviore; fauce annulo villoso coarctata. — Species quoad indumentum et forma foliorum variabilis, in ditione nostra varietas:

β. **incanum** Ces. in Griseb. spic. I. p. 25; Bois fl. or. suppl. p. 166; Haussk. symb. p. 52; Hal. Beitr. fl. Thessal. p. 11; Form. in Ver. Brünn 1896 p. 110, 1897 p. 78; caulibus typo brevioribus, patentim villosis, foliolis lineari-oblongis vel ellipticis (f. *elliptica* Form. in Ver. Brünn 1896 p. 110), 25—35 mm longis, radicalibus interdum brevioribus (f. *brevifolium* Bois. fl. or. II. p. 114) 15—20 mm longis, subtus plus minus incano-pubescentibus, tantum occurrere videtur. — Exsicc.: Heldr. et. gr. septentr. a. 1879; Sint. it. Thessal. n. 626 b.

In pascuis subalpinis. Thessalia: mt. Zygos (Haussk.), mt. Sina pr. Malakasi (Sint.), mt. Oxya supra Kastania (Hal.), mt. Dokimi, pr. Aderfia et Phlamburo in mt. Oxya, Kerasia Sina, Phlambures et mt. Mitrica in mt. Chassia, Patios, Tafilvris et Godaman in Olympo, pr. Selicany et Spilia in mt. Ossa, mt. Pelion (Form.), mt. Oeta Phthiotidis (Heldr.). — Jun. Jul. ♃.

Obs. *T. rubens* L. sp. p. 768 a Pieri corc. fl. p. 109 in Corcyra certe ex confusione indicatur.

β. Calycis tubus 10 nervius.

× Flores omnes ebracteati; calycis tubus glaber vel adpresse pubescens; species montanae.

◯ Calycis laciniae erectae vel patulae.

. Calycis tubus glaber.

2. **T. medium** L. fl. suec. ed. 2 p. 558. — *T. flexuosum* Jacq. fl. austr. IV. t. 386.

Rhizomate repente; caulibus adscendentibus, simplicibus vel ramosis, sulcatis, glabris vel adpresse hirtulis; foliolis ellipticis, ciliatis, glabriusculis, subintegerrimis; stipulis glabriusculis, parte libera lanceolatis, acutis, integris, parte adnata petiolo multo brevioribus; capitulis globosis, solitariis rarius binis, supra folia suprema breviter pedunculatis vel sessilibus; calycis fauce callosi, villosi, corollam purpuream dimidiam

subaequantis, laciniis parce ciliatis, filiformibus, erectis, tubo aequilongis, infima caeteris sublongiore.

β. **pseudomedium** Haussk. in Mitth. thür. bot. Ver. V. 3, p. 70, symb. p. 52, pro sp.; Velen. in Sitzungsb. böhm. Ges. Wiss. 1894 p. 7; Bald. riv. coll. bot. Alb. 1896 p. 42. — *T. medium v. balcanicum* Vel. fl. bulg. p. 135. — Caulibus striatis, praesertim superne molliter et patentim pilosis; foliolis ovato-ellipticis, utrinque plus minus adpresse-pilosis; stipulis ciliatis acuminatis; calycis laciniis longioribus. Exsicc.: Dörfl. fl. gr. n. 375.

In herbidis subalpinis; in ditione nostra tantum varietas provenit. -- Epirus: mt. Smolika (Bald.); Thessalia: mt. Ghavellu, oropedium Neuropolis (Haussk.); Aetolia: mt. Korax pr. Musinitza (Leon.). — Maio, Jul. ♃.

3. **T. Pignantii** Fauché et Chaub. exp. p. 219, t. 26; Bois. fl. or. II. p. 115; Heldr. cat. herb. Orph. p. 22; Haussk. symb. p. 54, in Mittheil. thür. bot. Ver. 1895 p. 22; Hal. Beitr. fl. Thessal. p. 11, Beitr. fl. Achaia p. 17; Bald. riv. coll. bot. Alb. 1896 p. 43. — *T. pallidum* Ch. et B. fl. pelop. p. 50, t. 28. — *T. flexuosum v. Pignantii* Gib. et Belli in mem acad. sc. Torino 1888 p. 88. — Exsicc.: Orph. fl. gr. n. 608; Sint. it. thessal. n. 1393.

Rhizomate repente; caulibus adscendentibus, simplicibus, leviter striatis, patentim villosis; foliolis ovatis, utrinque adpressiuscule pilosis, subintegerrimis; stipulis parte libera ovato-lanceolatis, acuminatis, integris, parte adnata petiolo multo brevioribus; capitulis globosis, solitariis rarius binis, sessilibus, foliis summis involucratis; calycis fauce callosi, glabri, corolla flavescenti-alba tertia parte brevioris, laciniis longe ciliatis, filiformibus, demum patulis, tubo sesquilongioribus, infima caeteris longiore. — A praecedente foliolis mollibus minoribus rotundatis, petiolis villosis, calycis laciniis longioribus et corollis albidis certe specifice distinctissimum; a. *T. pallido* W. et K. praeter alias notas iam rhizomate repenti toto coelo abhorret.

In silvaticis regionis inferioris et subalpinae. Epirus: mt. Konitza (Bald.); Thessalia: pr. Chaliki, Ochsa Despot, Kastania (Hal.), Korona, Orman Magula (Haussk.), mt. Olympus (Heldr.); Boeotia: pr. Lebadia, mt. Helicon (Orph.); Aetolia: mt. Arapocephala (Heldr.); Achaia: pr. Patras (Pignant), Megaspilaeon (Hal.), Aegion (Catzaros), ad lacum Pheneon (Heldr.), mt. Kyllene (Orph.); Laconia: mt. Malevo pr. Castanitza (Orph.), Taygetos (Psarides). — Maio, Jul. ♃.

.. Calycis tubus pubescens.

; Stipularum pars adnata petiolo aequilonga.

4. **T. patulum** Tausch in syll. soc. bot. Ratisb. II. p. 245; Bois. fl. or. II. p. 114; Heldr. cat. herb. Orph. p. 22; Haussk. symb. p. 53. — *T. longestipulatum* Ebel zwei Tage Monten. II. p. 84, t. 4, f. 2. — Exsicc.: Orph. fl. gr. n. 609; Sint. it. thessal. n. 450.

Rhizomate repente; caulibus gracilibus, adscendentibus, patule ramosis, subtiliter striatis, glabris; foliolis oblongo-linearibus, integris, glabris vel parce pilosulis; stipulis integris, ciliatis, parte libera lanceolatis acuminatis; capitulis solitariis, ovatis, supra folia suprema breviter pedunculatis vel sessilibus; calycis fauce callosi pilosi, corolla purpurea quarta parte brevioris, laciniis subadpresse ciliatis, filiformibus, demum patentibus, tubo sesquilongioribus, infima ceteris longiore.

In silvaticis subalpinis, rare. Thessalia: pr. Kastreiki, monasterium Korona (Heldr.), oropedium Neuropolis (Haussk.); Laconia: mt. Malevo pr. Hagios Petros (Orph.), mt. Taygetos (Zahn). — Jun. Jul. ♃.

;; Stipularum pars adnata petiolo multo brevior.

5. **T. Heldreichianum** Haussk. in Nym. consp. suppl. II. p. 40, symb. p. 53. — Exsicc.: Heldr. it. thessal. IV. a. 1885.

Rhizomate caespitoso; caulibus gracilibus, adscendentibus, ramosis, leviter striatis, adpresse pilosis; foliolis parvis, obovatis vel ovato-ellipticis, minutissime denticulatis, nervo medio utrinque adpresse pilosis; stipulis lanceolatis, integris, ciliatis, parte libera subulato-acuminatis; capitulis solitariis vel binis, ovatis, supra folia suprema breviter pedunculatis vel sessilibus et tunc foliis angustius stipulatis involucratis; calycis fauce callosi, pilosi, corolla purpurea quarta parte brevioris, laciniis glabris vel pilis paucis munitis, filiformibus, rectis vel subcurvatis, tubo aequilongis, parte inferiori scarioso-marginatis, infima ceteris longiore. — Differt a sequente caulibus gracilioribus, foliolis minoribus, stipulis angustioribus et calycis sinubus scariosis.

In nemorosis quercinis in regione inferiori mt. Pindi circa monasterium Korona (Heldr.). — Jun. Jul. ♃.

6. **T. pratense** L. sp. p. 768; S. et S. pr. II. p. 97; Ung. Reise p. 140; Heldr. Nutzpfl. p. 70, cat. herb. Orph. p. 22, chlor. Parn. p. 16; Bois. fl. or. II. p. 115; Haussk. symb. p. 53 (*v. ramosissimum et expansum*, vix *T. expansum* W. et K. pl. rar. III. t. 237, quod a botanicis multis speciem propriam sistere dicitur); Hal. Beitr. fl. Epir. p. 18; Form. in Ver. Brünn. 1895 p. 51, 1896, p. 111, 1897 p. 79. — Icon.: Fl. dan. t. 989. — Exsicc.: Orph. fl. gr. n. 616; Sint. et Bornm. it. turc. n. 1215; Sint. it. thessal. n. 1101.

Rhizomate caespitoso; caulibus crassioribus, erectis vel adscendentibus, ramosis, sulcatis, saepe fistulosis, adpresse vel patule pilosis; foliolis ovatis vel oblongis, minutissime denticulatis, adpressiuscule pilosis; stipulis ovatis, integris, pilosis, parte libera abrupte et breviter setaceo-aristatis; capitulis solitariis vel binis, globosis, sessilibus, foliis late-stipulatis involucratis; calycis fauce callosi, pilosi, corolla purpurea quarta parte brevioris, laciniis ciliatis, filiformibus, rectis, tubo subaequilongis, parte inferiori non scarioso-marginatis, infima ceteris longiore.

In pascuis regionis montanae et subalpinae. Corcyra: pr. Bragagniatica (Ung.); Epirus: in valle Dipotami (Form.), pr. Theodoriana in mt. Tsumerka (Hal.); Thessalia: mt. Dokimi, Ghavellu, pr. Bisula (Form.), Kalabaka, Neuropolis, Malakasi, Orman Magula (Haussk.), pr. Phlamburo

11. **T. Cherleri** L. sp. ed. 2. p. 1081; S. et S. pr. II. p. 96; Pieri corc. fl. p. 109; Sieb. avis rem. p. 5; Ch. et B. exp. p. 217, Fl. pelop. p. 50; Bois. fl. or. II. p. 119; Spreitz. in z. b. G. 1887 p. 657; Haussk. symb. p. 54; Hal. Beitr. fl. Achaia p. 17, in ö. b. Z. 1899 p. 24; Form. in Ver. Brünn 1895 p. 51, 1896 p. 111; Bald. riv. coll. bot. Alb. 1896 p. 43; Heldr. fl. Aegin. p. 294, chlor. Thera p. 11. — Icon: Fl. gr. t. 745. — Exsicc.: Sint. it. thessal. n. 378; Bald. it. Alb. Epir. IV. n. 17.

Differt a praecedente statura minori, stipulis breviter acuminatis, foliorum summorum orbiculatis, corolla albida calycem subaequante, vexillo oblongo obtusiusculo.

In herbidis regionis inferioris. Corcyra: mt. Deca (Spreitz.); Epirus: ad Ljok, Koncikas, Muspina distr. Janina (Bald.), mt. Micikeli (Form.); Thessalia: pr. monasterium Meteora (Sint.), pr. Patsios in mt. Olympo (Form.); Attica: pr. Athenas (Haussk.), mt. Pentelicon (Heldr.); Corinthus (Haussk.); Argolis: pr. Nauplia, peninsula Methana (Haussk.); Messenia: pr. Kalamata (Zahn), Messene (Chaub.); Achaia: ad Eglikada pr. Patras (Hal.); in Strophadum insula maiore (Reiser); insula Aegina, Thera (Heldr.); Creta (Sieb.). -- Apr. Maio. ⨀.

×× Calycis laciniae a basi ovata 5 nervia subulatae, demum expansae.

12. **T. lappaceum** L. sp. p. 768; Pieri corc. fl. p. 109; Ch. et B. exp. p. 217, Fl. pelop. p. 50; Weiss in z. b. G. 1869 p. 750; Raul. cret. p. 739; Bois. fl. or. II. p. 119; Heldr. cat. herb. Orph. p. 23; Spreitz. in z. b. G. 1887 p. 657; Haussk. symb. p. 54. — Icon: Fl. gr. t. 746. -- Exsicc.: Baen. herb. europ. n. 9354.

Glabrescens; caulibus erectis vel diffusis, ramosis; foliolis obovatis; stipulis parte libera breviter lanceolato-setaceis; capitulis solitariis, globosis, saepius pedunculatis; calycis corolla pallide rosea sublongioris laciniis subaequalibus ciliatis, tubo glabro plus duplo longioribus; vexillo oblongo, subemarginato.

β. **brevidens.** — *T. lappaceum* v. *brachyodon* Haussk. symb. p. 54, non *T. arvense* v. *brachyodon* Celak. pr. fl. Böhm. p. 907. Capitulis minoribus; calycis tubo breviore, villoso, laciniis dense patentim hirsutis, brevioribus; foliis utrinque canescenti-villosis — Exsicc.: N. v.

In herbidis regionis inferioris. Thessalia: pr. Volo (Heldr.); Attica: pr. Dekeleia (Heldr.), pr. Athenas (Haussk.); Aetolia: pr. Antirrhion (Hal.); Achaia: ad lacum Pheneon (Orph.), pr. Aegion (Catzaros); Argolis: peninsula Methana (Haussk.); Elis: pr. castrum Chlemutzi (Heldr.): Messenia: pr. Arcadia, Messene (Chaub.); Leucas: pr. Amaxichi (Spreitz.); Corcyra (Pieri): pr. Kastrades (Baen.); Creta: pr. Canea (Weiss), Rumata, Suda, promontorium Sidero (Raul.). -- β. mt. Pentelicon Atticae (Haussk.). — Maio, Jul. ⨀.

β. Calycis tubus 10 nervius, faux aperta pilosa vel annulo villoso vel calloso clausa.

× Folia etiam suprema alterna; capitula, pedunculata.

○ Capitula magna, pseudoterminalia.

. Folia lineari-lanceolata; stipulae subulato-setaceae, integrae; calycis faux annulo calloso clausa.

13. **T. angustifolium** L. sp. p. 769; S. et S. pr. II. p. 98; Sieb. avis rem. p. 5; Ch. et B. exp. p. 218, Fl. pelop. p. 50; Marg. et R. fl. Zante p. 40; Friedr. Reise p. 284; Raul. cret. p. 739; Bois. fl. or. II. p. 122; Spreitz. in z. b. G. 1877 p. 725; Heldr. cat. herb. Orph. p. 23, Fl. Cephalon. p. 32, Fl. Aegin. p. 294, chlor. Thera p. 11; Haussk. symb. p. 54; Form. in Ver. Brünn 1895 p. 51, 1897 p. 79; Hal. in ö. b. Z. 1899 p. 24. — Icon: Fl. gr. t. 749. — Exsicc.: Heldr. herb. norm. n. 839; Sint. it. thessal. n. 375.

Adpresse hirsutum; caule erecto, simplici vel ramoso; foliolis anguste linearibus, integerrimis; stipulis integris; capitulis oblongis; calycis villosi, corolla rosea aequilongi, laciniis subulatis, post anthesin patentibus, tubo sublongioribus, infimo ceteris longiore; legumine apiculato.

β. **intermedium** Guss. cat. pl. boccad. 1821 p. 82; Marg. et R. fl. Zante p. 40; Weiss in z. b. G. 1869 p. 749; Bois. fl. or. II. p. 122; Heldr. fl. Cephalon. p. 32; Haussk. symb. p. 54; pro sp.; Gib. et Belli in mem. acad. sc. Torino 1888 p. 100. — Minor; foliola breviora, lanceolata, petiolo breviora; calycis laciniae parum inaequales; corolla albida. — Exsicc.: Heldr. herb. norm. n. 914.

In campis, collibus siccis regionis inferioris. Epirus: pr. Prevesa Agiotoma (Form.); Thessalia: pr. Guvelzi (Sint.), Pharsalus, Orman Magula (Haussk.), mt. Cuka in mt. Chassia (Form.); Attica: pr. Athenas, Phaleron, Cephissia, Liopesi (Heldr.), mt. Pentelicon, Hymettus (Orph.), Petalium insula Xeronisi (Holzm.); Argolis: pr. Nauplia, Tolon (Haussk.), Epidaurus (Friedr.); Achaia: pr. Aegion (Catzaros), Patras, Hagios Vlasios (Hal.); Elis: pr. Bartholomeo (Heldr.); Messenia: pr. Arcadia, Methone (Chaub.); Laconia: mt. Taygetos (Zahn), Malevo (Orph.); insula Aegina (Heldr.); Archipelagus (Sibth.): insula Cythnos (Crinos), Thera (Heldr.); Creta: pr. Canea, Suda, Malaxa, Retymo, Candia, Guves (Raul.); Strophadum insula maior (Reiser); Zante (Marg.); Cephalonia: pr. Argostoli (Spreitz.), Pessada (Heldr.); Ithaca: pr. Vathy (Spreitz.); Corcyra: pr. Kanali (Form.), Signes (Spreitz.), mt. Deca (Baen.). — *β.* Attica: pr. Phaleron, mt. Hymettus, Kerata (Haussk.), pr. Eleusis, mt. Parnes, Pentelicon, pr. Thorikos distr. Laurion (Heldr.); Argolis: pr. Nauplia, Tolon (Haussk.), insula Poros (Heldr.); Creta: pr. Canea (Weiss); Cycladum insula Delos (Parolini), Syra (Weiss); Euboea: pr. Chalcis (Bois.); Zante (Marg.); Cephalonia: pr. Lixuri (Heldr.). — Apr., Jun. ⊙.

14. **T. purpureum** Lois. fl. gall. ed. 2 II. p. 125 t. 14; Urv. enum. p. 93; Weiss in z. b. G. 1869, p. 749; Bois. fl. or. II. p. 123; Heldr. cat. herb. Orph. p. 23, in ö. b. Z. 1898 p. 183; Form. in d.

bot. Mon. 1891 p. 56, in Ver. Brünn 1895 p. 51, 1897 p. 79; Haussk. symb. p. 54; Hal. Beitr. fl. Epir. p. 18, Beitr. fl. Aetol. p. 5, in ö. b. Z. 1895 p. 258; Bald. riv. coll. bot. Alb. p. 43. — *T. angustifolium* var. *β.* Ch. et B. exp. p. 218, Fl pelop. p. 50. — *T. Loiseleurii* Rouy fl. fr. V. p. 111. — Exsicc.: Hal. it. gr. II a. 1893.

Patule pilosum, caule elato, ramoso; foliolis lineari-lanceolatis, integerrimis; stipulis integris; capitulis ovatis, dein oblongis; calycis villosi, corolla intense purpurea triplo brevioris, laciniis subulatis, post anthesin patentibus, tubo parum longioribus, infimo caeteris longiore; legumine non apiculato. — Praecedenti omnibus partibus robustius, caules usque 60 cm alti, corolla magna, calyce triplo longior.

Ad vias, in herbidis regionis inferioris. Epirus: pr. Han Balduna, in valle Dipotami (Form.), pr. Lapsista (Bald.), Kalentini, Arta (Hal.); Acarnania: pr. Arapis, Kravassaras ad sinum Ambracicum (Hal.); Thessalia: pr. Trikala, Han Kukleus in valle Penei (Form), pr. Kalabaka (Sint.), Malakasi, Korona, Karditza, Pharsalus, Orman Magula, Aivali (Haussk.), Volo (Orph.); Aetolia: pr. Antirrhion (Hal.); Boeotia et Euboea (Sprun.); Cycladum insula: Syra (Urv.), Andros (Sart.), Naxos, Tenos (Orph.); insula Hydra (Heldr.); Elis: pr. Lechaena (Heldr.). — Maio, Jul. ⊙.

.. Folia obovato-cuneata vel obcordata; stipulae ovatae, obtusae, dentatae.

; Calycis faux aperta, parce pilosa, laciniae lanceolato-subulatae, basi uninerviae.

15. **T. incarnatum** L. sp. p. 769; Ch. et B. exp. p. 217, Fl. pelop. p. 50; Ung. Reise p. 139. — Icon: Fl. gr. t. 748.

Molliter villosum; caulibus erectis, simplicibus vel ramosis; foliolis obsolete denticulatis; capitulis ovato-oblongis, dein cylindricis; calycis villosi, corolla punicea quarta parte brevioris, laciniis subaequalibus, post anthesin patentibus, tubo longioribus.

β. **Molineri** Balb. cat. hort. taurin. 1813 app. 1, pro sp.; DC. fl. fr. V. p. 556; Ung. Reise p. 139. — Corolla roseo-alba.

In herbosis regionis inferioris. Messenia (Chaub.); Cephalonia, cum varietate (Ung.). — A recentioribus non lectum; anne cum *T. xanthino* confusum. — Apr., Maio ⊙. N. v.

;; Calycis faux villis clausa, laciniae basi lata plurinervia lanceolato-acutatae.

16. **T. stellatum** L. sp. p. 769; S. et S. pr. II. p. 99; Sieb. avis p. 4, rem. p. 5; Ch. et B. exp. p. 218, Fl. pelop. p. 50; Marg. et R. fl. Zante p. 40; Friedr. Reise p. 270; Ung. Reise p. 139; Weiss in z. b. G. 1869 p. 749; Raul. cret. p. 739; Bois. fl. or. II. p. 121; Spreitz in z. b. G. 1877 p. 725; Heldr. cat. herb. Orph. p. 23, Fl. Cephalon. p. 32, Fl. Aegin. p. 294, chlor. Thera p. 11; Gelmi in bull. soc. bot. ital. 1889 p. 449; Haussk. Symb. p. 55; Hal. Beitr. fl.

Achaia p. 17. — Icon: Fl. gr. t. 750. — Exsicc.: Heldr. herb. dimorph. n. 23; Baen. herb. europ. n. 9357.

Molliter villosum; caulibus erectis vel adscendentibus, simplicibus vel ramosis; foliolis apice irregulariter dentatis; capitulis globosis; calycis villosi, corollam roseam vel albidam aequantis vel subaequantis, laciniis post anthesin stellato-patentibus, tubo duplo longioribus.

In herbidis, collibus aridis regionis inferioris et montanae. Attica: pr. Athenas, Oropos, mt. Parnes (Orph.), Pentelicon, Kerata (Haussk.), in colle Turcovuni et Lycabetto (Heldr.); Boeotia: pr. Lebadia (Orph.), Achaia: pr. Patras, Kalavryta, Sudena (Hal.), Aegion (Catzaros); Argolis: pr. Nauplia (Orph.); insula Aegina: cap. Perdicca (Friedr.); Messenia: pr. Methone (Chaub.); Cycladum insula: Tenos, Syra (Weiss), Kimolos, Thera (Heldr.), Demonisi (Wiedem.); Creta (Sibth.): pr. Canea (Weiss), Katholiko, Akroteri, Malaxa, Askyphos, Anopolis (Raul.); Zante (Sibth.); Cephalonia: mt. Aenos, pr. Argostoli (Heldr.); Ithaca (Spreitz.); Corcyra: pr. urbem (Sagb.), Kastrades (Baen.), Signes (Gelmi). — Mart. Maio. ⊙.

17. **T. xanthinum** Freyn in bot. Centralbl. I. p. 308 (1880); Bois. fl. or. suppl. p. 167; Heldr. fl. Cephal. p. 32; Hal. in z. b. G. 1899 p. 710. — *T. stellatum v. flavum* Heldr. ap. Spreitz. in z. b. G. 1877 p. 725, 1887 p. 657 (solum nomen). — *T. stellatum v. xanthinum* Bald. riv. coll. bot. Alb. 1896 p. 43.

Differt a praecedente capitulis ovatis vel oblongo-ovatis; calycis laciniis tubo triplo longioribus, corolla quarta parte brevioribus. — Laciniae calycis demum eodem modo ad basin connati et stellatim patentes, quam in *T. stellato*.

α. **typicum.** — Corolla ochroleuca. — Exsicc.: Orph. fl. gr. n. 1034; Sint. it. thessal. n. 377.

β. **rubicundum** Hal. in z. b. G. 1899 p. 710. — Corolla rosea. — Exsicc.: Heldr. pl. fl. hellen a. 1897.

In herbidis, collibus aridis, regionis inferioris et montanae. Boeotia: mt. Helicon (Orph.); Aetolia; mt. Arapocephala supra Agrinion et in faucibus Klissura (Heldr.); Thessalia: pr. Vutades (Sint.); Epirus: pr. Muspina (Bald.); Corcyra: mt. Deca (Spreitz.); Ithaca: pr. Vathy (Spreitz.); Cephalonia: a Drapano usque ad regionem superiorem mt. Aenos (Heldr.); Laconia: mt. Taygetos Alagoniae, cum varietate (Zahn). — Maio, Jun. ⊙.

○○ Capitula parva, axillaria.

18. **T. phleoides** Pourr. in Willd. sp. III. p. 1377; Haussk. symb. p. 55. — Icon: Mor. fl. sard. t. 60.

Adpresse hirtum; caulibus erectis vel adscendentibus, gracilibus, ramosis; foliolis oblongo-cuneatis, superioribus lanceolatis; obsolete denticulatis; stipulis oblongis, setaceo-subulatis, integris; capitulis longe pedunculatis, conico-oblongis, dein oblongo-cylindricis; calycis hispidi, fauce aperti, pilosi, corolla pallida sublongioris, laciniis subaequalibus,

rigidis, breviter ciliatis, basi dilatatis connatisque, demum patentibus, tubum aequantibus.

In subalpinis mt. Ghavellu in Pindo dolopico (Haussk.). — Maio, Jul. ⊙. N. v.

19. **T. arvense** L. sp. p. 769; S. et S. pr. II. p. 99; Urv. enum. p. 95; Ch. et B. exp. p. 218, Fl. pelop. p. 50; Friedr. Reise p. 285; Fraas fl. class. p. 261; Weiss in z. b. G. 1869 p. 749; Raul. cret. p. 738; Boiss. fl. or. II. p. 120; Heldr. cat. herb. Orph. p. 23, Fl. Aegin. p. 294, chlor. Thera p. 11; Form in d. bot. Mon. 1891 p. 56, in Ver. Brünn 1896 p. 111, 1897 p. 79; Haussk. symb. p. 55 (cum *f. longisetum* Bois.); Hal. Beitr. Fl. Epir. p. 18, Beitr. Fl. Aetol. p. 5, Beitr. Fl. Thessal. p. 11, Beitr. Fl. Achaia p. 17, in ö. b. Z. 1895 p. 258, 1897 p. 92, in z. b. G. 1899 p. 710. — Icon: Fl. dan. t. 724. — Exsicc.: Sint. it. thessal. n. 456.

Molliter subpatenti-pubescens; caulibus erectis, gracilibus, ramosis; foliolis oblongo-linearibus, apice denticulatis; stipulis oblongis, setaceo-subulatis, integris; capitulis plus minus longe pedunculatis, ovatis, dein oblongo-cylindricis; calycis molliter villosissimi, fauce aperti, glabri, corolla albido-rosea 2—4 plo longioris, laciniis subaequalibus, setaceis, longe ciliato-plumosis, demum patentibus, tubo 2—4 plo longioribus.

In fruticetis, rupestribus regionis montanae. Epirus: pr. Vulgarelion in mt. Tsumerka (Hal.), Peristeri (Form); Thessalia: mt. Oxya (Hal.), pr. Vutades (Sint.), Malakasi, Said Pascha (Form.), Klinovo, Neuropolis, Korona, Pharsalus, Aivali, Orman Magula, mt. Pelion (Haussk.), pr. Volo, Portaria, mt. Ossa, pr. Nezeros et Rapsani in Olympo, mt. Chassia (Form.); Euboea: pr. Kurbatzi (Willd); Attica: mt. Hymettus, pr. Raphina (Heldr.), mt. Pentelicon (Orph.); mt. Parnassus (Orph.); Acarnania: pr. Sorovigli (Hal.); Achaia: mt. Olenos (Hal.), Chelmos (Orph.); Messenia (Chaub.); Laconia: mt. Taygetos (Zahn), Malevo (Orph.); Argolis: pr. Nauplia (Sart.), peninsula Methana (Haussk.); insula Aegina (Heldr.); Sporadum insula Psathura et Peristeri (Leonis); Cycladum insula: Keos (Heldr.), Mikra Kameni pr. Thera (Urv.); Creta (Sibth.): pr. Canea (Weiss), Akroteri, Suda, Males in mt. Lassiti (Raul.); Corcyra, mt. Deca (Baen.). — Maio, Jul. ⊙.

ⅹⅹ Folia suprema opposita: capitula pedunculata vel foliis summis involucrata.

ˆ Calycis laciniae foliaceae, triangulari-ovatae, multinerviae; corolla magna, 25 mm longa, calycem longe superans.

20. **T. clypeatum** L. sp. p. 769; S. et S. pr. II. p. 99; Ch. et B. exp. p. 22[illegible], Fl. pelop. p. 51; Raul. cret. p. 739. — Icon: Fl. gr. t. 75[illegible]. — Exsicc.: Orph. fl. gr. n. 602 (Chios).

Parce pilosum, caulibus adscendentibus, ramosis; foliolis obovatis, denticulatis; stipulis dilatatis, semiovatis, acutis, subintegris; capitulis solitariis, pedunculatis, ovatis; calycis fauce callosi, brevissime ciliati

corolla rosea subtriplo brevioris, laciniis expansis, tubo piloso brevioribus, infima caeteris multo longiori.

In locis humidis. Argolis (Sibth.); Creta (Belli); sed nunquam denuo repertum. — Apr. Maio. ☉. N. v.

○○ Calycis laciniae angustiores, lanceolatae vel subulatae; corolla 5—13 mm. longa.

. Corolla calycis laciniis longe superata.

21. **T. formosum** Urv. enum. p. 94; Ch. et B. fl. pelop. p. 50; Friedr. Reise p. 270; Ung. Reise p. 140; Weiss in z. b. G. 1869 p. 749; Bois. fl. or. II. p. 124; Heldr. cat. herb. Orph. p. 24, Fl. Aegin. p. 294; Haussk. symb. p. 55. — *T. dasyurum* Presl fl. sic. p. 53, t. 33; Raul. cret. p. 740. — Exsicc.: Heldr. herb. norm. n. 1023.

Patule hirsutum; caulibus firmis, erectis, ramosis; foliolis oblongo-ellipticis lanceolatisve, acutis; stipulis late ovatis, inflatis, parte libera lanceolato-acuminatis, integris; capitulis solitariis, pedunculatis, ovatis, calycis fauce callosi, glabri, laciniis subaequalibus, a basi lanceolata subulatis, tubo densissime villoso 2—3 plo longioribus, fructiferis subpatentibus. — Capitula magna, cum calycis laciniis usque 6 cm longa, corolla parva.

In herbidis regionis inferioris. Boeotia: pr. Thebas (Sprun.); Attica: ad Piraeum (Weiss); insula Aegina: ad promontorium Perdicca (Friedr.), mt. Oros (Heldr.); Argolis: pr. Vromolimni in peninsula Methana (Haussk.); insula Hydra: mt. Hagios Elias (Pichl.); Cycladum insula: Melos (Urv.), Syra, Tenos, Kimolos (Leon.); Creta (Sieb.); Cephalonia: pr. Samo (Ung.). — Mart. Maio. ☉.

.. Corolla calycis lacinias superans.

; Calycis laciniae porrectae.

22. **T. diffusum** Ehrh. Beitr. VII. p. 165; Haussk. symb. p. 55. — *T. ciliosum* Thuill. fl. par. ed. 2. p. 380. — Icon: W. et K. pl. rar. hung. t. 50. — Exsicc.; Heldr. et. thessal. IV. a 1885.

Patule villosum; caulibus elongatis, erectis vel diffusis, ramosis; foliolis oblongis, obtusis, obsolete denticulatis; stipulis parte libera longe lanceolato-acuminatis; capitulis magnis, solitariis, ovato-globosis, foliis summis involucratis; calycis fauce aperti pilosi, corolla rosea parum brevioris, laciniis subaequalibus, a basi latiori 3nervi subulatis, plumoso-hirtis, tubo hirsuto duplo, infima triplo longioribus. — Habitu *T. hirto* All., calyce 20 nervio diverso, persimile. A sequente differt foliolis magnis, capitulis duplo maioribus, circa 25 mm longis, calycis nervis basi trinerviis, floribus saturate roseis, calycem parum superantibus.

In dumosis montanis. Thessalia: in Pindo pr. monasterium Korona (Haussk.); Attica: mt. Parnes pr. Malacasa (Heldr.). — Jun. Jul. ☉.

23. **T. pallidum** W. et K. pl. rar. hung. I. p. 35. t. 36; Link. in Linn. IX. p. 583; Raul. cret. p 739; Bois. fl. or. II. p. 125; Heldr. cat. herb. Orph. p. 24; Haussk. symb. p. 55; Hal. Beitr. fl.

Aetol. p. 5, Beitr. fl. Achaia p. 17. — *T. flavescens* Tin. pug. I. p. 15; Weiss in z. b. G. 1869 p. 750; forma calycis laciniis subaequalibus, corolla subminore. — Exsicc.: Orph. fl. gr. n. 612; Rev. pl. cr. n. 233, in Baen. herb. europ. n. 5244.

Parce pilosum; caulibus elongatis, adscendentibus vel decumbentibus, ramosis; foliolis ovatis, saepe retusis, obsolete denticulatis; stipulis ovato-oblongis, abrupte setaceo-aristatis; capitulis mediocribus, solitariis, ovato-globosis, foliis summis involucratis; calycis fauce annulo calloso piloso coarctati, corolla pallide rosea duplo brevioris, laciniis a basi dilatata, 5nervi setaceis, plumoso-hirtis, tubo hirsuto triplo longioribus, infima caeteris plus minus longiore. — Habitu *T. pratensi* simile, quod differt radice perenni, ramis minus elongatis, foliolis maioribus, calyce minus hirsuto, capitulis maioribus, corolla purpurea.

In herbidis, saxosis submontanis. Thessalia: pr. Aivali, Orman Magula, Karditza, Korona (Haussk.), Pezula (Heldr.); Aetolia: pr. Krinerion ad radices mt. Chalkis (Hal.); Achaia: pr. Patras (Hal.); Elis: pr. Lintzi (Heldr.); Messenia: pr. Pylos (Heldr.); Laconia: mt. Malevo pr. Hagios Joannes et Kastanitza (Orph.); Argolis: pr. Nauplia (Link); Creta: pr. Kissamos (Rev.), Canea, Nerokuru (Raul.). — Maio, Jul. ⊙ et ⊙.

;; Calycis laciniae demum plus minus patulae.

, Calycis laciniae enerviae.

24. **T. echinatum** M. a B. fl. taur. cauc. II. p. 216; Haussk. symb. p. 55. — *T. supinum* Savi obs. trifol. p. 46 f. 2; Bois. fl. or. II. p. 126; Heldr. cat. herb. Orph. p. 24; Form. in Ver. Brünn 1897 p. 79. — Exsicc.: Orph. fl. gr. n. 1133; Sint. it. thessal. n. 373.

Parce pubescens; caulibus prostratis vel adscendentibus, elongatis, ramosis; foliolis obovato-oblongis, subintegris; stipulis parte libera lanceolato-linearibus, integris; capitulis solitatiis, pedunculatis, ovatis; calycis fauce calloso clausi, demum glabri, corolla rosea plus dimidio brevioris, laciniis basi incrassatis, triangulari-subulatis, ciliatis, tubo demum glabrescente subaequilongis, stellatim patentibus, infima caeteris longiore.

In humidis, ad fossas. Thessalia: pr. Guvelzi (Sint.), Trikala (Form.), monasterium Korona et Meteora, pr. Karditza, Pharsalus, Orman Magula, Aivali (Haussk.); Euboea: pr. Kastaniotissa (Heldr.); Attica: in halipedo pr. Oropos (Heldr.) et Phaleron (Orph.); Boeotia (Sprun.). — Maio, Jul. ⊙.

,, Calycis laciniae 1—3 nerviae.

— Calycis tubus hispidus.

25. **T. latinum** Seb. rom. pl. fasc. I. p. 7, t. 1, f. 2; Bois. fl. or. II. p. 126. — *T. alexandrinum* Ch. et B. exp. p. 218, Fl. pelop. p. 50, non L. — Exsicc.: Heldr. pl. fl. hellen. a. 1844; Sint. it. thessal. n. 452.

Adpressiuscule hirsutum, caulibus erectis vel adscendentibus, simplicibus vel ramosis; foliolis lineari-oblongis, superne obsolete denticulatis; stipulis parte libera linearibus, integris; capitulis solitariis, longiuscule

pedunculatis, ovatis; calycis fauce calloso clausi, corolla rosea subduplo brevioris, laciniis subinaequalibus, a basi triangulari, 3 nervi subulatis, hispidis, tubo duplo longioribus, tandem erecto-patulis.

In fruticetis regionis montanae, rarissime. Thessalia: pr. Vutades in Pindo tymphaeo (Sint.); Arcadia: pr. Leontari (Heldr.); Messenia: mt. Ithome (Despreaux), pr. Arcadia, Methone (Chaub.). — Jun. Jul. ☉.

26. **T. leucanthum** M. a B. fl. taur. cauc. II. p. 214; Haussk. symb. p. 55. — *T. leucotrichum* Petr. addit. fl. agri Nyss. p. 56. — Exsicc.: Sint. it. thessal. n. 455. —

Adpressiuscule pilosum; caulibus erectis, ramosis vel simplicibus; foliolis oblongo-cuneatis, obsolete denticulatis; stipulis parte libera lanceolatis, integris; capitulis solitariis, longe pedunculatis, subglobosis; calycis fauce annulo calloso hispido clausi, corolla albida quarta parte brevioris, laciniis subaequalibus, lanceolatis, basi 3nerviis, hispidis, tubo longioribus, demum subpatulis.

β. **declinatum** Bois. fl. or. II. p. 128. — Caules declinati, corolla carnea. — Exsicc.: N. v.

In graminosis montanis, rarissime. Thessalia: pr. Vutades in Pindo tymphaeo (Sint.), ad monasterium Korona (Haussk.). — *β*. ad radices mt. Oeta. Phthiotidis (Sprun.). — Maio, Jun. ☉.

= Calycis tubus glaber vel glabrescens.

27. **T. maritimum** Huds. fl. angl. p. 284; Bois. fl. or. II. p. 128; Gelmi in bull. soc. bot. ital. 1889 p. 449; Haussk. symb. p. 55. — Icon: Gib. et Belli in mem. acad. sc. Torino 1888 t. VIII. f. 1. — Exsicc.: Rev. pl. cret. p. 239. —

Parce hirtum; caulibus erectis vel decumbentibus, ramosis vel simplicibus; foliolis ovato- vel oblongo-cuneatis, obsolete denticulatis; stipulis parte libera anguste linearibus, acutis, integris; capitulis solitariis, breviter pedunculatis vel subsessilibus, ovatis; calycis fauce callo clausi, corolla albida vel pallide carnea dimidia sublongioris, laciniis triangulari-lanceolatis, 1—3 nerviis, breviter ciliatis, tubo subbrevioribus, demum stellatim patentibus, infima caeteris longiore.

β. **nicrocinctum** Bois. et Orph. diagn. ser. 2, VI. p. 47 pro sp., Bois. fl. or. II. p. 129; Heldr. cat. herb. Orph. p. 24. — Capitula fructifera ovato-oblonga, calycis tubus apice circumcirca nigro-maculatus, laciniae sublongiores uninerviae, infima latior trinervis. — Exsicc.: Orph. fl. gr. n. 613.

In humidis, maritimis, rare. Argolis (Sprun.): pr. Nauplia, Tirynthum (Haussk.); Creta: pr. Kissamos (Reverch.); Corcyra: pr. Potamo (Gelmi). — *β*. pr. Tirynthum (Orph.). — Maio, Jul. ☉.

××× Folia suprema alterna vel opposita; capitula sessilia, axillaria et supremum terminale basi involucratum.

○ Foliorum nervi recti; calycis laciniae porrectae.

28. **T. tenuifolium** Ten. fl. nap. pr. p. 44; Bois. fl. or. II. p. 132, suppl. p. 168; Heldr. cat. herb. Orph. p. 24; Form. in d. bot. Mon. 1891 p. 56, in Ver. Brünn 1896 p. 111, 1897 p. 79; Haussk. symb. p. 55, f. *elongata et stricta*; Hal. Beitr. Fl. Epir. p. 18, Beitr. Fl. Aetol. p. 5; Bald. riv. coll. bot. Alb. 1895 p. 25; Boissieu in bull. soc. bot. Fr. 1896 p. 285. — *T. Bocconi var. β.* Ch. et B. exp. p. 219, Fl. pelop. p. 50. — *T. Tenoreanum* Bois. et Sprun. Diagn. II. p. 26. — Icon: Ten. fl. nap. t. 177, f. 3. — Exsicc.: Orph. fl. gr. n. 607 (Macedonia); Rev. pl. cret. n. 236; Sint. et Bornm. it. turc. n. 1213; Sint. it thessal. n. 449. —

Pubescens; caulibus adscendentibus, divaricatim ramosis; foliolis oblongo-cuneatis, superioribus oblongo- linearibus; stipulis parte libera lanceolato-subulatis; capitulis solitariis vel geminis, ovatis, tandem cylindricis; calycis hirsuti, fauce ecallosi aperti, corolla duplo brevioris, laciniis lanceolato-subulatis, uninerviis, rectis, inaequalibus, inferioribus tubum subaequantibus; corolla concolore, pallide carnea, vexillo carina multo longiore.

In arenosis, aridis apricis regionis inferioris et montanae. Epirus: pr. Philippiada, Arta, Konduraki (Bald.), Kalentini, Vulgarelion (Hal.); Thessalia: pr. Vutades (Sint.), Malakasi, Meteora, Kalabaka, Korona, Klinovo (Haussk.), Sermenikon, Vlachava, Konisko, Trikala, Kucuro in mt. Chassia, pr. Volo, mt. Pelion (Form.), pr. Litochoron in Olympo (Sint.); Aetolia (Sprun.): pr. Antirrhion (Hal.); Achaia: pr. Patras (Chaub.); Elis: pr. Lintzi (Heldr.); Messenia: mt. Ithome (Heldr.), Pylos (Chaub.); Laconia: pr. Sparta (Chaub.), Anavryti, mt. Taygetos, mt. Malevo pr. Kastanitza et Hagios Petros (Orph.); Arcadia: pr. Gura (Heldr.); Argolis: peninsula Methana (Haussk.); Creta: pr. Platania (Rev.), Canea (Boissieu); Corcyra: mt. San Deca (Baen.). — Maio, Jul. ☉.

29. **T. Bocconei** Savi atti ac. ital. I. p. 191, f. 1: Urv. enum. p. 96; Ch. et B. exp. p. 219, Fl. pelop. p. 50; Marg. et R. fl. Zante p. 40. —

Pubescens; caulibus erectis vel adscendentibus, simplicibus vel ramosis; foliolis oblongo-cuneatis; stipulis parte libera lanceolato-setaceis; capitulis solitariis vel geminis, oblongis, tandem oblongo-cylindricis; calycis hirtuli, fauce ecallosi aperti, corrolla sublongioris, laciniis lanceolato-subulatis, uninerviis, rectis, inaequalibus, inferioribus tubo aequilongis; corolla discolore, vexillo rubello, carina aequilonga, alis carinaque albis. — Praeter notas indicatas, caule parce ramoso et capitulis minoribus strobiliformibus a praecedente differt.

In aridis, dumetosis regionis inferioris. Zante: supra colles Acroteri (Marg.); Peloponnesus: pr. Kitries, Zarnate (Chaub.); Cycladum insula Melos (Urv.). — Maio, Jul. ☉. N. v.

○○ Foliorum nervi versus marginem arcuato-recurvi; calycis laciniae demum arcuato--patentes vel recurvae.

. Corolla calyce subbrevior.

30. **T. scabrum** L. sp. p. 770; S. et S. pr. II. p. 99; Sieb. avis p. 4; Urv. enum. p. 96; Ch. et B. exp. p. 219, Fl. pelop. p. 50; Marg. et R. fl. Zante p. 40; Friedr. Reise p. 283; Raul. cret. p. 739; Bois. fl. or. II. p. 130, Spreitz. in z. b. G. 1877 p. 725, 1887 p. 657; Heldr. cat. herb. Orph. p. 24. Fl. Cephal. p. 32, Fl. Aegin. p. 294, Chlor. Thera p. 11; Form. in d. bot. Monat. 1891 p. 56, in Ver. Brünn 1896 p. 111; Haussk. symb. p. 55 cum *f. subvillosa* (caulibus patule pilosis); Hal. in ö. b. Z. 1897 p. 92, 1899 p. 24. — Icon: Gib. et Belli in mem. acad. sc. Torino 1888 t. 2, f. 1. — Exsicc.: Heldr. it. thessal. IV a. 1885.

Pubescens; caulibus firmis, adscendentibus vel prostratis, ramosis; foliolis obovato-cuneatis; stipulis parte libera breviter triangulari-acuminatis, capitulis axillaribus et pseudoterminalibus, ovatis, solitariis, interdum geminis; calycis hispiduli, iam in anthesi annulo calloso constricti, laciniis inaequalibus, lanceolatis, rigidis, mucronatis, valide uninerviis, tubo subaequilongis; corolla albida.

β. **lucanicum** Gasp. in Guss. pr. fl. sic. II. p. 494 pro sp. — *T. scabrum var. β.* Ch. et B. exp. p. 219, Fl. pelop. p. 50. — *T. scabrum v. maius* Gib. et Belli in mem acad. sc. Torino 1888 p. 45, t. 2, f. 2; Bald. viagg. Creta p. 45. — Capitula magis elongata, vexillum calycis laciniam inferiorem superante. — His characteribus transitum ad speciem sequentem praebet. — Exsicc.: Baen. herb. europ. n. 9356.

In siccis, saxosis regionis inferioris et montanae, probabiliter totius ditionis. Indicatur in: Thessalia: pr. Malakasi, Kalabaka, Velestinos (Form.), monasterium Korona (Haussk.); Attica: pr. Athenas, Piraeum (Heldr.), Phaleron, mt. Lycabettus, Parnes (Orph.), mt. Kerata, pr. Laurion (Haussk.); Aetolia: pr. Antirrhion (Hal.); Corinthus (Haussk.); Argolis: pr. Troezene (Chaub.), Nauplia, peninsula Methana (Haussk.); Achaia: mt. Kyllene (Hausk.); Laconia: mt. Malevo (Orph.); Elis: inter Pyrgos et Arcadia (Friedr.); insula Aegina: pr. Perivolia (Heldr.); Sporadum insula Scopelos et Peristeri (Leon.); Cycladum insula Melos (Urv.), Tenos, Thera (Heldr.); Creta: pr. Kladiso, Canea, Acroteri (Raul.); Strophades (Reis.); Zante (Marg.); Cephalonia: pr. Argostoli (Spreitz.), Pessada, in oropedio Omala (Heldr.); Leucas: pr. Amaxichi (Spreitz.); — *β.* Corcyra: mt. Deca (Baen.); Achaia: pr. Patras (Hal.); Messenia: pr. Methone (Chaub.); Creta: infra Rumata et Vucolies distr. Kissamos (Bald.). — Apr. Jun. ⊙.

.. Corolla calyce subduplo longior.

31. **T. dalmaticum** Vis. in bot. Zeit. Ergänzbl. 1829 p. 21; Spreitz. in z. b. G. 1877 p. 725; Heldr. cat. herb. Orph. p. 24, Fl. Cephalon. p. 32; Bois. fl. or. suppl. p. 168; Gelmi in bull. soc. bot. ital. 1889 p. 449; Hal. Beitr. fl. Epir. p. 19; Bald. riv. coll. bot. Alb. 1896 p. 43. — Icon: Vis. fl. dalm. t. 45. — Exsicc.: Sint. it. thessal. n. 625; Bald. it. alb. epir. IV. n 67. —

Adpresse pubescens; caulibus gracilibus, adscendentibus, parce ramosis; foliolis obovato- vel oblongo-cuneatis; stipulis parte libera bre-

viter lanceolato-subulatis; capitulis axillaribus et pseudoterminalibus, solitariis; interdum geminis, ovatis, demum oblongo-cylindricis; calycis pubescentis, fauce in anthesi ecallosi, tandem calloso-bilabiati, laciniis inaequalibus lineari-lanceolatis, uninerviis, tubo longioribus, demum arcuatis; corolla pallida vel purpurascente. — A. *T. scabro* indumento parciori, caulibus gracilibus, foliolis saepe nigro maculatis, capitulis crassioribus longioribusve, calycis laciniis angustioribus, corolla calyce longiori differt.

In dumosis regionis montanae et subalpinae. Epirus: mt. Cuka et pr. Ljok distr. Janina (Bald.), mt. Tsumerka pr. Vulgarelion (Hal.); Thessalia: pr. Malakasi (Sint); Corcyra: pr. Lacones (Gelmi); Ithaca: pr. Vathy (Spreitz.); Cephalonia: pr. Argostoli (Spreitz.), Drapano, Lixuri (Heldr.); Attica: mt. Parnes pr. Chassia (Orph.), in insulis Pharmacusarum (Heldr.). — Maio, Jul. ⊙.

32. **T. filicaule** Boiss. et Heldr. Diag. IX. p. 24, Fl. or. II. p. 131. — *T. rotundifolium* Ch. et B. exp. p. 220, Fl. pelop. p. 50. non S. et S. pr. II. p. 97, Fl. gr. t. 747, quod species dubia. — Exsicc.: Heldr. pl. gr. n. 199 a. 1844, herb. norm. n. 1318.

Parce hirtulum; caulibus elongatis, adscendentibus, parce ramosis; foliolis obovatis; stipulis parte libera breviter lanceolato-subulatis; capitulis pseudoterminalibus, rarius axillaribus, solitariis, oblongis, demum oblongo cylindricis; calycis parce hirtuli, demum glabrescentis, fauce annulo clauso coarctati, laciniis inaequalibus, e basi lanceolato subulatis, uninerviis, tubo longioribus, demum patenti-recurvis; corolla pallide carnea. — Praecedenti maxime affine et ab eo parum differt caulibus elongatis, foliis involucrantibus brevioribus, capitulis maioribus, calyce fere glabro, laciniis patenti-recurvis.

In saxosis apricis. Laconia: mt. Taygetos pr. Mistra, Anavryti (Heldr.), mt. Selitza pr. Kalamata (Zahn). — Apr. Jun. ⊙.

II. Vexillum liberum.

2. Sectio. *Stenosemium* Celak. in ö. b. Z. 1874 p. 75. — Calyx tubuloso-campanulatus, inaequaliter 5 dentatus, 10 nervius, fauce intus annulo calloso constrictus, fructifer subinflatus; petala rosea; legumen sessile. — Capitula pseudoterminalia, inter folia summa opposita subsessilia.

33. **T. striatum** L. sp. p. 770; Haussk. symb. p. 56; Hal. Beitr. fl. Epir. p. 19. — Icon: W. et K. pl. rar. hung. t. 25. — Exsicc.: Hal. it. gr. II. a. 1893.

Molliter villosum, caulibus erectis vel adscendentibus; foliolis obovatis, saepe retusis; stipulis e basi triangulari abrupte setaceo-acuminatis; capitulis parvis, solitariis, ovatis; calycis hirsuti, fauce aperti, corolla rosea subbrevioris vel eam aequantis, laciniis inaequalibus, subulatis, tandem erecto-patentibus, tubo demum ventricoso-tumido duplo brevioribus.

β. **longiflorum** Ten. pr. neap. p. 44; Hal. Beitr. fl. Epir. p. 19, pro sp. — Exsicc.: Hal. it. gr. II. a, 1893. — Calycis laciniae subaequales, tubo aequilongae, corollam superantes.

In herbidis regionis inferioris et montanae. Epirus: mt. Tsumerka pr. Vulgarelion (Hal.); Thessalia: ad monasterium Korona in Pindo (Haussk.); Corinthus et pr. Nauplia Argolidis (Haussk.). — *β.* mt. Tsumerka pr. Vulgarelion (Hal.). — Jun. Jul. ⊙.

B. Flores exteriores corolliferi et fertiles, post anthesin recurvati, reliqui apetali, steriles, laciniis calycis valde hirsutis exteriores obtegentes.

3. Sectio. *Calycomorphum* Presl symb. p. 50. — Calyx tubulosus, aequaliter 5 dentatus, 10 nervius, fauce nudus, fructifer subinflatus; petala albida vel pallide rosea, vexillum cum alis et carina connatum. — Capitula pedunculata, axillaria.

a. Flores steriles sub anthesi iam adeuntes.

34. **T. radiosum** Wahlenb. in Berggr. resor Eur. och Oesterl. II. app. p. 43. (1827); Hal. in ö. b. Z. 1897 p. 92. — *T. globosum* Ser. in DC. pr. II. p. 196; Bois. diagn. II. p. 28; non L. sp. p. 767, quod pedunculis folio subaequilongis, capitulis minoribus et floribus corolliferis tantum 5—6 differt. — *T. nidificum* Griseb. spic. I. p. 32; Bois. fl. or. II. p. 133. — Icon: Gib. et Belli in mem acad. sc. Torino 1892 t. 3, f. 1. — Exsicc.: Heldr. herb. fl. hellen. n. 73; Heldr. et Hal. fl. sporad. a. 1896. —

Hirsutum; caulibus diffusis, adscendentibus, saepe elongatis, subsimplicibus, foliolis cuneatis, saepe retusis, apice denticulatis; stipulis semiovatis, acutis, denticulatis; capitulis globosis, pedunculo folio multo longiore, tandem recurvo suffultis; floribus corolliferis 10—14, biseriatis; calycis adpresse hirsuti, corolla pallide rosea vel albida tertia parte brevioris, laciniis linearibus, longe plumosis, tubo aequilongis, florum sterilium tandem elongatis tenuissimis flexuosis.

In herbosis regionis inferioris, rarissime. Boeotia: pr. Oropos (Bois.); Attica: pr. Marathon (Heldr.); Sporadum insula Scopelos (Leon.) — Apr. Maio. ⊙.

b. Flores steriles sub anthesi nodulum centralem indistinctum tantum formantes.

35. **T. subterraneum** L. sp. p. 767; S. et S. pr. II. p. 96; Pieri corc. fl. p. 108; Sieb. avis p. 4, rem. p. 5; Ch. et B. exp. p. 221, Fl. pelop. p. 51; Marg. et R. fl. Zante p. 41; Weiss in z. b. G. 1869 p. 750; Raul. cret. p. 739; Bois. fl. or. II. p. 133; Spreitz, in z. b. G. 1877 p. 725; Heldr. cat. herb. Orph. p. 24; Gelmi in bull. soc. bot. ital. 1889 p. 449; Haussk. symb. p. 56. — Icon: Gib. et Belli in mem. acad. sc. Torino 1892 t. 1, f. 1. — Exsicc: Heldr. pl. fl. hellen. a. 1878. —

Hirsutum; caulibus prostratis, ramosis; foliolis obcordatis, apice denticulatis; stipulis semiovatis, acutis, integris; capitulis longe pedunculatis, fructiferis globosis, reflexis, terraeque adpressis; floribus corolli-

feris 2—5, uniseriatis; calycis glabri, corolla alba, roseo striata, dimidio brevioris, laciniis setaceis ciliolatis, tubo subaequilongis, florum sterilium tandem stellatim expansis.

β. **longipes** H. Gay in bull. assoc. fr. avanc. sc. 1889 p. 500; Bald. riv. coll. bot. Alb. 1896 p. 44. — Laxum, flagelliforme, pedunculis elongatis, capitulis fructiferis maioribus. — Intermediis ad typum transit. — Exsicc.: Heldr. pl. fl. hellen. a. 1898.

In herbidis, pascuis regionis inferioris et submontanae. Epirus: pr. Ljok distr. Janina (Bald.); Thessalia: ad monasterium Korona, pr. Sophates, Trikala, Karditza (Haussk.), mt. Pelion pr. Portaria (Heldr.); Boeotia: pr. Oropos (Orph.); Attica: mt. Parnes (Orph.), Pentelicon (Heldr.); Laconia: mt. Taygetos (Chaub.); Elis: pr. Lechaena (Heldr.); Cycladum insula: Syra (Weiss), Keos, Melos (Heldr.); Creta: pr. Canea (Raul.); Zante: pr. Litakia (Marg.); Corcyra (Pieri): pr. Signes (Gelmi), mt. Deca (Spreitz.). — Mart. Jun. ⊙.

2. Series. *Bracteata* Willk. et Lange pr. fl. hisp. III. p. 349. — Flores singuli bractea (plerumque parva) suffulti, saepissime pedicellati, laxe capitati; legumen 1-pleiospermum, plerumque e calyce prominens.

A. Calyx bilabiatus, postice membranaceus et pilosus et post anthesin in vesiculam reticulato-venosam inflatus.

4. Sectio. *Galearia* Presl symb. p. 49. — Calyx 10 nervius, fauce nudus; petala rosea, vexillum liberum vel cum alis et carina connatum; legumen sessile, 1—2 spermum, calyce inclusum. — Capitula pedunculata, axillaria, floribus sessilibus vel breviter pedicellatis. —

a. Perennia.

36. T. **physodes** Stev. in M. a B. fl. taur. cauc. II. p. 217; Bois. fl. or. II. p. 136, suppl. p. 168; Heldr. cat. herb. Orph. p. 25, Fl. Cephalon. p. 32; Spreitz. in z. b. G. 1877 p. 725, 1887 p. 657; Haussk. symb. p. 56; Hal. Beitr. fl. Achaia p. 17, in ö. b. Z. 1895 p. 258, 1897 p. 92; Bald. riv. coll. bot. Alb. 1896 p. 44. — *T. Cupani* Tin. pl. rar. sic. I. p. 17; Raul. cret. p. 739; Gelmi in bull. soc. bot. ital. 1889 p. 449. — *T. anomalum* Ch. et B. exp. p. 221, t. 26, f. 1. — *T. ovatifolium* Ch. et B. fl. pelop. p. 51, t. 26, f. 1; Ung. Reise p. 140. — Exsicc.: Heldr. herb norm. n. 292 et 1227; Sint. it. thessal. n. 451; Bald. it. alb. epir. IV. n. 69. —

Glabrum; caulibus decumbentibus vel adscendentibus, non repentibus: foliolis ovatis vel ellipticis, spinuloso-denticulatis; stipulis parte libera lanceolatis, setaceo-acuminatis; capitulis ovato-globosis; bracteis minutissimis, liberis; calyce breviter pedicellato, superne villoso, corolla plus duplo breviore, laciniis labii superioris latioribus lanceolatis, porrectis, inferioribus subulatis rectis, tubo sublongioribus; vexillo libero. — *T. fragifero* L. affine, ab eo glabritie, caulibus non repentibus, capitulis maioribus, floribus pedicellatis, bracteis florum inferiorum obsoletis,

calycis laciniis longioribus, corolla calyce plus duplo longiore, vexillo libero differt.

β. **sericocalyx** Gib. et Belli in mem. acad. sc. Torino 1890 p. 30. — Foliolis parvis, obovato-cuneatis vel subrotundis; capitulis floribusque minoribus; calyce fere tota facie villoso, corolla tertia parte breviore, laciniis lanceolato-subulatis. — Habitus sequentis. — Exsicc.: Riv. pl. cret. n. 232. —

In collibus apricis, dumosis regionis inferioris et montanae. Epirus: mt. Olycika distr. Janina (Bald.); Thessalia: mt. Baba, pr. Chaliki, mt. Zygos, pr. Malakasi, mt. Ghavellu, pr. Sermenikon, monasterium Korona (Haussk.), mt. Pelion (Heldr.); Attica: mt. Pentelicon, Parnes (Orph.), Kerata (Haussk.); Boeotia: mt. Helicon (Orph.); Aetolia: pr. Aetolikon (Reis.); Achaia: pr. Patras (Hal.); Messenia: pr. Methone (Chaub.); Laconia: mt. Malevo pr. Hagios Petros (Orph.); Argolis (Bois.); Sporadum insula Scopelos (Leon.); Creta: pr. Platania (Rev.), inter Perama et Damasta (Raul.); Cephalonia: pr. Argostoli (Heldr.); Leucas: ad monasterium Hagios Georgios (Spreitz.); Corcyra: pr. San Deca, inter Barbati et Spartilla, pr. Benizze (Spreitz.) — *β.* Creta: in oropedio Omala distr. Khaniotika (Reverch.). — Apr. Jun. ♃.

37. **T. fragiferum** L. sp. p. 772; S. et S. pr. II. p. 101; Pieri corc. fl. p. 110; Urv. enum. p. 95; Ch. et B. exp. p. 221, Fl. pelop. p. 51; Friedr. Reise p. 283; Fraas fl. class. p. 61; Heldr. Nutzpfl. p. 70, cat. herb. Orph. p. 25, Fl. Cephalon. p. 32; Raul. cret. p. 739; Bois. fl. or. II. p. 135; Haussk. symb. p. 56; Form. in Ver. Brünn 1895 p. 51, 1896 p. 111, 1897 p. 79. — *T. congestum* Link in Linnaea IX. p. 584, sec. Bois. l. c., Ch. et B. fl. pelop. p. 51, non Guss. — Icon: Fl. dan. t. 1042.

Glabriusculum vel pubescens; caulibus diffusis, repentibus; foliolis obovato vel obcordato-cuneatis, denticulatis; stipulis lanceolatis, apice subulatis; capitulis globosis; bracteis lanceolatis, florum inferiorum connatis, involucrum formantibus; calyce subsessili, superne villoso, corolla quarta parte breviore, laciniis lanceolato-subulatis, superioribus divaricatis, inferioribus conniventibus, tubo subaequilongis.

In pascuis humidis regionis inferioris et montanae. Epirus: pr. Ephemiades (Form.); Thessalia: pr. Malakasi, Kalabaka, Karditza, Trikala (Form.); Attica: pr. Athenas (Orph.), ad Phalerum, mt. Pentelicon (Haussk.); Aetolia: pr. Mesolongion (Fraas); Argolis: pr. Tirynthum (Heider), Argos, Astros (Fraas); Laconia: mt. Malevo (Orph.); Messenia: mt. Ithome (Friedr.); Achaia: pr. Patras (Link.); Cephalonia: pr. Same, Drapano, Spilaea (Heldr.); Corcyra (Pieri): pr. Alipu, Kanali, Potamo, Europuli, Afra (Form.); Creta: ad ostium flumnis Kladiso pr. Canea (Raul.); Cycladum insula Melos (Urv.), Amorgos (Heldr.). — Maio. Aug. ♃.

b. Annua.

38. **T. resupinatum** L. sp. p. 771; S. et S. pr. II. p. 100; Sieb. avis rem. p. 5; Ch. et B. exp. p. 220, Fl. pelop. p. 51; Marg. et

R. fl. Zante p. 41; Ung. Reise p. 140; Weiss in z. b. G. 1869 p. 750; Raul. cret. p. 739; Bois. fl. or. II. p. 137; Heldr. cat. herb. Orph. p. 25, Fl. Cephalon. p. 32, chlor. Thera p. 11; Spreitz. in z. b. G. 1877 p. 725; Haussk. Symb. p. 56. — Icon: Gaertn. fruct. II. t. 153. — Exsicc.: Orph. fl. gr. n. 603; Sint. it. thessal. n. 372; Baen. herb. europ. n. 9355.

Glabrum; caulibus diffusis vel adscendentibus, saepe elongatis, fistulosis; foliolis obovatis, argute denticulatis; stipulis lanceolato-acuminatis; capitulis globosis, bracteis minutis subconnatis; calycis subsessilis, corolla 2—3 plo brevioris, dorso labioque superiore dense pubescentis, demum in conum inflati, apice bicorni ampliati, laciniis inferioribus porrectis, tubo brevioribus; corolla resupinata, purpurea. — Occurrit caulibus tenuioribus abbreviatis, gracilibus (v. *minus* Bois. l. c.) et crassioribus, elongatis, plus minus fistulosis, capitulis maioribus (*β. maius* Bois. l. c.). — In inundatis, ad fossas, nec non in collibus arenosis, regionis inferioris et submontanae. Thessalia: pr. Guvelzi (Sint.); Aetolia: pr. Mesolongion (Heldr.); Attica: in valle Cephissi superioris (Heldr.); Argolis: pr. Tirynthum, Argos (Orph.), Nauplia (Haussk.); Arcadia: ad lacum Pheneon (Orph.); Achaia: pr. Patras (Hal.); Messenia: pr. Arcadia, Methone, Kardamyle, Messene, Androvista (Chaub.); Archipelagus (Sibth.): insula Thera (Heldr.); Creta: pr. Canea, Nerokuru, Akroteri, Malaxa (Raul.); Zante (Marg.); Cephalonia: pr. Argostoli, Lixuri (Spreitz.); Corcyra: pr. urbem (Sagb.), Kastrades (Baen.). — Apr. Jun. ⨀.

39. **T. tomentosum** L. sp. p. 771; S. et S. pr. II. p. 100; Sieb. avis p. 4; Urv. enum. p. 95; Ch. et. B. exp. p. 221, Fl. pelop. p. 51; Marg. et R. fl. Zante p. 41; Friedr. Reise p. 270; Raul. cret. p. 739; Bois. fl. or. II. p. 138; Spreitz. in z. b. G. 1877 p. 725; Heldr. cat. herb. Orph. p. 25, Fl. Cephalon. p. 33, Fl. Aegin. p. 294, chlor. Thera p. 11; Haussk. symb. p. 56; Hal. in ö. b. Z. 1897 p. 92, in z. b. G. 1899 p. 710. — Icon: Mor. fl. sard. t. 64. — Exsicc.: Heldr. et Hal. fl. aeg. a. 1889, fl. sporad. a. 1896.

Glabrum; caulibus diffusis; foliolis obovatis, spinuloso-denticulatis; stipulis ovato-lanceolatis acuminatis; capitulis globosis, bracteis minutis, connatis; calycis subsessilis, corolla tertia parte brevioris, dorso labioque superiore dense tomentosi, globoso-inflati, laciniis subulato-linearibus, tomento occultatis, tubo brevioribus; corolla rosea, saepissime resupinata.

In locis arenosis, herbidis regionis inferioris. Attica: mt. Lycabettus (Heldr.), Hymettus, ad Phalerum (Orph.), mt. Kerata (Haussk.); Corinthus, Nauplia (Haussk.), Tirynthum (Orph.); Aegina (Heldr.); Cycladum insula Melos (Urv.), Syra (Orph.), Thera (Heldr.); Sporadum insula Scopelos (Leon.); Laconia (Sibth.); Messenia: pr. Methone, Messene (Chaub.), Kalamata (Zahn); Creta: pr. Platania, Acroteri (Raul.); Zante (Marg.); Cephalonia: pr. Argostoli (Heldr.); Corcyra: mt. Deca (Spreitz.). — Mart. Maio. ⨀.

B. Calyx regularis aut subbilabiatus, post anthesin non aut aequaliter inflatus.

I. Bracteae exteriores in involucrum brevissimum, dentatum connatae.

5. Sectio. *Paramesus* Presl symb. p. 47. — Calyx campanulatus, 10 nervius subaequaliter 5 fidus, fauce nudus, post anthesin immutatus; petala rosea, post anthesin marcescentia, vexillum breviter unguiculatum, cum alis et carina connatum; legumen sessile, 2 spermum, subexsertum. — Capitula pedunculata, axillaria, floribus sessilibus vel breviter pedicellatis.

40. **T. laevigatum** Poir. voy. Barb. II. p. 219. — *T. strictum* W. et K. icon. pl. rar. hung. I. p. 36 t. 37; Haussk. symb. p. 57; non L. sp. ed. 2 p. 1079, quod = *T. parviflorum* Ehrh. — Exsicc.: Heldr. it. thessal. IV. a. 1885.

Glabrum; caulibus erectis, simplicibus vel ramosis; foliolis glanduloso-serratis, inferioribus obovatis, caeteris oblongo- vel lineari-lanceolatis; stipulis latis, ovatis, glanduloso-serratis; capitulis ovato-globosis; calycis subsessilis, glabri, corolla rosea vix quarta parte brevioris, laciniis subulatis, infima tubo longiore.

In graminosis montanis. Thessalia: ad monasterium Korona (Heldr.) et in collibus supra Kalabaka (Haussk.). — Maio, Jun. ☉.

II. Bracteae exteriores non connatae.

1. Petala longe unguiculata, vexillum cum alis et carina connatum; calyx post anthesin immutatus.

6. Sectio. *Cryptosciadium* Celak. in ö. b. Z. 1874 p. 42. — Calyx tubulosus 10 nervius, inaequaliter 5 dentatus, fauce nudus; petala rosea vel albida; post anthesin non aucta; legumen sessile, 6—7 spermum, e calyce prominens. — Inflorescentia axillaris, subradicalis, floribus 2—3, pedicellatis, bracteis minutis.

41. **T. uniflorum** L. amoen. acad. IV. p. 285; S. et S. pr. II. p. 99; Sieb. avis p. 4 rem. p. 5; Urv. enum. p. 96; Ch. ed. B. exp. p. 220, Fl. pelop. p. 51; Friedr. Reise p. 269; Weiss in z. b. G. 1869 p. 751; Raul. cret. p. 740; Bois. fl. or. II. p. 148; Heldr. cat. herb. Orph. p. 26, Fl. Aegin. p. 294, chlor. Thera p. 11; Haussk. symb. p. 57; Bald. viagg. Creta p. 45; Hal. in ö. b. Z. 1897 p. 92. — Icon: Fl. gr. t. 752. — Exsicc.: Orph. fl. gr. n. 200; Heldr. herb. dimorph. n. 24; Rev. pl. cret. n. 234; Bald. it. cret. n. 62.

Adpressiuscule pilosulum; rhizomate caespitoso, ramoso, ramis brevibus; foliis longe petiolatis, foliolis cuneato-obovatis, obtusis vel acutis, remotiuscule denticulatis; stipulis parte libera late triangulare, longe setaceo-acuminatis; pedunculis brevibus, vaginae stipulari immersis; pedicellis calycis tubo brevioribus vel eo aequilongis; fructiferis non vel plus minus recurvis et incrassatis; calycis glabriusculi vel apice villosuli, laciniis lanceolato-subulatis, tandem subpatulis, vix inaequalibus, tubo duplo brevioribus; corolla purpurascente vel albido flavescente, calyce duplo et ultra longiore. — Species singularis, sed fere omnibus partibus valde variabilis; distinguere liceat: α. *typicum*. — Indumento saepius

copiosiori, foliolis minoribus, apice saepius rotundatis, floribus minoribus, purpurascentibus. Huc pertinet sec. Haussk. symb. p. 58 *T. cryptoscias* Griseb. spic. I. p. 30, quod tantum floribus flavidis differt. — *β. Savianum* Guss. Fl. sic. pr. II. p. 488 pro sp. — Maior, foliis longe petiolatis, foliolis saepius acutis, floribus maioribus, albido-flavescentibus, longius pedicellatis. — *γ. breviflorum* Bois. fl. or. II. p. 148. Minor, foliis breviter petiolatis, foliolis parvis, floribus minoribus, breviter pedicellatis, albidis, calyce glabrescenti subduplo longioribus. — Formae omnes tres intermediis conjunctae sunt.

In collibus siccis, locis aridis regionis inferioris et montanae. Attica: pr. Athenas, ad Phalerum (Haussk.), mt. Parnes, Pentelicon, Hymettus (Orph.), ins. Salamis, pr. Ergastiria distr. Laurion (Heldr.); in Petaliarum insulis (Holzm.); Euboea (Sprun.); Argolis (Sibth.); pr. Nauplia (Chaub.); insula Aegina (Friedr.) et Hydra (Heldr.); Cycladum insula: Syra (Weiss), Melos (Armenis), Keos, Thera (Heldr.), Sporadum insula Jura (Leon.); Laconia: pr. Kardamyle (Chaub.); Creta: mt. Sphaciotici (Sibth.), mt. Volakia (Bald.), inter Askyphos et Anopolis, mt. Lassiti (Raul.). — Mart. Jun. ♃.

2. Petala longe unguiculata, vexillum liberum; calyx post anthesin plus minus inflatus.

7. Sectio. *Mistyllus* Presl symb. p. 49. — Calyx campanulatus, 20—35 nervius, aequaliter 5 dentatus, fauce nudus; petala purpurascentia, mox scariosa, nervis incrassato-elevatis, post anthesin non aucta; legumen sessile, 2—4 spermum, e calyce prominens. — Capitula pedunculata, pseudoterminalia, floribus sessilibus, bracteis magnis, multinerviis.

a. Foliola late obovato-cuneata, apice rotundata vel truncata; calyx 20-plurinervius, nervis crassis, distantibus; corolla calycem parum superans.

42. **T. spumosum** L. sp. p. 771; Urv. enum. p. 95; Ch. et B. fl. pelop. p. 51; Weiss in z. b. G. 1869 p. 750; Raul. cret. p. 739; Bois. fl. or. II. p. 138; Heldr. cat. herb. Orph. p. 25; Haussk. symb. p. 57. — Icon: Mor. fl. sard. t. 63. — Exsicc: Heldr. pl. fl. hellen. a. 1886.

Glabrum; caulibus diffusis vel adscendentibus, ramosis; foliolis denticulatis; stipulis ovatis, acuminato-subulatis; capitulis magnis, globosis; bracteis ovatis, mucronatis, calycino tubo brevioribus; calycis glabri, demum valde inflati, ovati, apice constricti, laciniis a basi latiore subulatis, demum recurvis, tubo eximie transverse nervuloso triplo brevioribus; corolla rosea, vexillo obtusiusculo.

In collibus, herbidis regionis inferioris. — Boeotia (Sprun.); Attica: ad Phalerum (Orph.), pr. Patissia, Korupi ad radices mt. Hymetti (Heldr.); Argolis: pr. Nauplia (Haussk.); Cycladum insula Syra (Weiss), Keos (Heldr.), Melos (Urv.); Creta: pr. Suda, Lutro (Raul.). — Apr. Maio. ⊙.

b. Foliola (infimis excepta) lanceolata vel elliptica (rarius obovata), acuta vel obtusiuscula (sed tunc mucronulato-setuligera), argute serrulato-spinulosa; calyx multinervis, nervis approximatis, interdum aegre perspiciendis et sicuti lineae tenuissimae tantum apparentibus; corolla calycem duplo et ultra superans.

α. Calyx fructifer turbinatus vel ovoideo-oblongus, manifeste 25—30 nervius, plus minus inflatus, apice constrictus.

43. **T. multistriatum** Koch syn. ed. 2. p. 190; Bois. fl. or. II. 139; Heldr. cat. herb. Orph. p. 25, Fl. cephalon. p. 33; Form. in bot. Monat. 1891 p. 56; in Ver. Brünn 1895 p. 51, 1896 p. 111, 97 p. 79; Haussk. symb. p. 56; Bald. riv. coll. bot. Alb. 1895 26. — Icon: Gib. et Belli in mem. acad. sc. Torino 1891 t. 2, f. 2. — csicc.: Bald. it. Alb. Epir. III. n. 34.

Glabrum; caulibus adscendentibus, ramosis; stipulis parte libera nceolato-subulatis; capitulis globosis, subsessilibus, dein ovoideis, pedunlatis; bracteis lanceolatis, acuminatis, calycino tubo subaequilongis; lycis glabri, parum inflati, ovoideo-oblongi, laciniis e basi trinervi, nceolata, subulato-setaceis, tandem recurvis, tubo 25—30 nervio, obsolete nsverse nervuloso subbrevioribus; corolla rosea, vexillo acuto.

In herbidis regionis inferioris et submontonae. Thessalia: mt. ympus pr. Katerine (Heldr.), pr. Trikala, Konisko, Kucuro, Han Tripa, oturi, Vanaluka, Han Kriavris, Kolkimilitairi, Han Kukleus (Form.), rania, Klinovo, Malakasi (Haussk.); Epirus: pr. Prevesa, Psaphaki, giotoma, Nikopolis, Mitikas, Janina, Sadovica, Katschka, Han Kanrga, in valle Dipotami (Form.), pr. Dodona (Bald.); Cephalonia: ad ompanistra pr. Samo (Heldr.). — Loca indicata plura probabiliter ad eciem sequentem pertinent. — Jun. Jul. ⊙.

44. **T. rumelicum** Griseb. spic. I. p. 35 pro var. *T. vesiculosi.* — *. setiferum v. Grisebachianum* Gib. et Belli in mem. acad. sc. Torino 891 p. 19, t. 1, f. 3; Bald. riv. coll. bot. Alb. epir. 1895 p. 25. — *. leiocalycinum* Hal. Beitr. fl. Aetol. p. 55 p. p. — Exsicc.: Sint. Bornm. it. turc. n. 1214; Bald. it alb. epir. III. n. 33. —

Differt a praecedente calyce fructifero breviore, turbinato, inflato, ter nervos obscure ruguloso-reticulato, laciniis latioribus brevioribus. — ffine *T. setiferum* Bois. capitulis minoribus, calyce ciliato, nervis minus *lidis* instructo a nostro discedit.

In herbidis regionis inferioris et submontanae. Acarnania: pr. apis (Hal.); Epirus: pr. Katosirizana distr. Janina (Bald.); Thessalia: valle Klinovitiko affluentis Penei infra Klinovo (Heldr.), mt. Olympus Caterine (Sint.). — Jun. Jul. ⊙

β. Calyx etiam fructifer oblongo-cylindricus, vix inflatus, apice non constrictus, nervis longitudinalibus obsoletis, aegre perspiciendis, nervulis transversis nullis.

copiosiori, foliolis minoribus, apice saepius rotundatis, floribus minoribus, purpurascentibus. Huc pertinet sec. Haussk. symb. p. 58 *T. cryptoscias* Griseb. spic. I. p. 30, quod tantum floribus flavidis differt. — *β. Savianum* Guss. Fl. sic. pr. II. p. 488 pro sp. — Maior, foliis longe petiolatis, foliolis saepius acutis, floribus maioribus, albido-flavescentibus, longius pedicellatis. — *γ. breviflorum* Bois. fl. or. II. p. 148. Minor, foliis breviter petiolatis, foliolis parvis, floribus minoribus, breviter pedicellatis, albidis, calyce glabrescenti subduplo longioribus. — Formae omnes tres intermediis conjunctae sunt.

In collibus siccis, locis aridis regionis inferioris et montanae. Attica: pr. Athenas, ad Phalerum (Haussk.), mt. Parnes, Pentelicon, Hymettus (Orph.), ins. Salamis, pr. Ergastiria distr. Laurion (Heldr.); in Petaliarum insulis (Holzm.); Euboea (Sprun.); Argolis (Sibth.); pr. Nauplia (Chaub.); insula Aegina (Friedr.) et Hydra (Heldr.); Cycladum insula: Syra (Weiss), Melos (Armenis), Keos, Thera (Heldr.), Sporadum insula Jura (Leon.); Laconia: pr. Kardamyle (Chaub.); Creta: mt. Sphaciotici (Sibth.), mt. Volakia (Bald.), inter Askyphos et Anopolis, mt. Lassiti (Raul.). — Mart. Jun. ♃.

2. Petala longe unguiculata, vexillum liberum; calyx post anthesin plus minus inflatus.

7. Sectio. *Mistyllus* Presl symb. p. 49. — Calyx campanulatus, 20—35 nervius, aequaliter 5 dentatus, fauce nudus; petala purpurascentia, mox scariosa, nervis incrassato-elevatis, post anthesin non aucta; legumen sessile, 2—4 spermum, e calyce prominens. — Capitula pedunculata, pseudoterminalia, floribus sessilibus, bracteis magnis, multinerviis.

a. Foliola late obovato-cuneata, apice rotundata vel truncata; calyx 20-plurinervius, nervis crassis, distantibus; corolla calycem parum superans.

42. **T. spumosum** L. sp. p. 771; Urv. enum. p. 95; Ch. et B. fl. pelop. p. 51; Weiss in z. b. G. 1869 p. 750; Raul. cret. p. 739; Bois. fl. or. II. p. 138; Heldr. cat. herb. Orph. p. 25; Haussk. symb. p. 57. — Icon: Mor. fl. sard. t. 63. — Exsicc: Heldr. pl. fl. hellen. a. 1886.

Glabrum; caulibus diffusis vel adscendentibus, ramosis; foliolis denticulatis; stipulis ovatis, acuminato-subulatis; capitulis magnis, globosis; bracteis ovatis, mucronatis, calycino tubo brevioribus; calycis glabri, demum valde inflati, ovati, apice constricti, laciniis a basi latiore subulatis, demum recurvis, tubo eximie transverse nervuloso triplo brevioribus; corolla rosea, vexillo obtusiusculo.

In collibus, herbidis regionis inferioris. — Boeotia (Sprun.); Attica: ad Phalerum (Orph.), pr. Patissia, Korupi ad radices mt. Hymettus (Heldr.); Argolis: pr. Nauplia (Haussk.); Cycladum insula Syra (Weiss), Keos (Heldr.), Melos (Urv.); Creta: pr. Suda, Lutro (Raul.). — Apr. Maio. ☉.

b. Foliola (infimis excepta) lanceolata vel elliptica (rarius obovata), acuta vel obtusiuscula (sed tunc mucronulato-setuligera), argute serrulato-spinulosa; calyx multinervis, nervis approximatis, interdum aegre perspiciendis et sicuti lineae tenuissimae tantum apparentibus; corolla calycem duplo et ultra superans.

α. Calyx fructifer turbinatus vel ovoideo-oblongus, manifeste 25—30 nervius, plus minus inflatus, apice constrictus.

43. **T. multistriatum** Koch syn. ed. 2. p. 190; Bois. fl. or. II. p. 139; Heldr. cat. herb. Orph. p. 25, Fl. cephalon. p. 33; Form. in d. bot. Monat. 1891 p. 56; in Ver. Brünn 1895 p. 51, 1896 p. 111, 1897 p. 79; Haussk. symb. p. 56; Bald. riv. coll. bot. Alb. 1895 p. 26. — Icon: Gib. et Belli in mem. acad. sc. Torino 1891 t. 2, f. 2. — Exsicc.: Bald. it. Alb. Epir. III. n. 34.

Glabrum; caulibus adscendentibus, ramosis; stipulis parte libera lanceolato-subulatis; capitulis globosis, subsessilibus, dein ovoideis, pedunculatis; bracteis lanceolatis, acuminatis, calycino tubo subaequilongis; calycis glabri, parum inflati, ovoideo-oblongi, laciniis e basi trinervi, lanceolata, subulato-setaceis, tandem recurvis, tubo 25—30 nervio, obsolete transverse nervuloso subbrevioribus; corolla rosea, vexillo acuto.

In herbidis regionis inferioris et submontonae. Thessalia: mt. Olympus pr. Katerine (Heldr.), pr. Trikala, Konisko, Kucuro, Han Tripa, Koturi, Vanaluka, Han Kriavris, Kolkimilitairi, Han Kukleus (Form.), Krania, Klinovo, Malakasi (Haussk.); Epirus: pr. Prevesa, Psaphaki, Agiotoma, Nikopolis, Mitikas, Janina, Sadovica, Katschka, Han Kanberga, in valle Dipotami (Form.), pr. Dodona (Bald.); Cephalonia: ad Kompanistra pr. Samo (Heldr.). — Loca indicata plura probabiliter ad speciem sequentem pertinent. — Jun. Jul. ☉.

44. **T. rumelicum** Griseb. spic. I. p. 35 pro var. *T. vesiculosi*. — *T. setiferum v. Grisebachianum* Gib. et Belli in mem. acad. sc. Torino 1891 p. 19, t. 1, f. 3; Bald. riv. coll. bot. Alb. epir. 1895 p. 25. — *T. leiocalycinum* Hal. Beitr. fl. Aetol. p. 55 p. p. — Exsicc.: Sint. et Bornm. it. turc. n. 1214; Bald. it alb. epir. III. n. 33. —

Differt a praecedente calyce fructifero breviore, turbinato, inflato, inter nervos obscure ruguloso-reticulato, laciniis latioribus brevioribus. — Affine *T. setiferum* Bois. capitulis minoribus, calyce ciliato, nervis minus validis instructo a nostro discedit.

In herbidis regionis inferioris et submontanae. Acarnania: pr. Arapis (Hal.); Epirus: pr. Katosirizana distr. Janina (Bald.); Thessalia: in valle Klinovitiko affluentis Penei infra Klinovo (Heldr.), mt. Olympus pr. Caterine (Sint.). — Jun. Jul. ☉

β. Calyx etiam fructifer oblongo-cylindricus, vix inflatus, apice non constrictus, nervis longitudinalibus obsoletis, aegre perspiciendis, nervulis transversis nullis.

45. **T. leiocalycinum** Bois. et Spr. diagn. II. p. 31, Fl. or. II. p. 140; Haussk. symb. p. 56; Hal. Beitr. fl. Aetol. p. 5. p. p. — *T. mutabile* v. *leiocalycinum* Gib. et Belli in mem. acad. sc. Torino 1891 p. 27, t. 2, f. 1. — Exsicc.: Heldr. herb. norm. n. 841.

Glabrum; caulibus diffusis vel adscendentibus, ramosis; stipulis parte libera lanceolato-subulatis; capitulis ovoideis dein oblongis, pedunculatis; bracteis lanceolatis, acutis, calycino tubo subaequilongis; calycis glabri, laciniis a basi triangulari, trinervi, subulato-setaceis, tandem reflexis, tubo fere enervi subaequilongis; corolla rosea, vexillo acuminato. — A *T. mutabile* Port. en. pl. dalm. 1824 p. 16, meo sensu vix differt.

In campis, herbidis regionis inferioris et submontanae. Thessalia: pr. Trikala (Heldr.); Aetolia: pr. Achmet Aga (Sprun.), Antirrhion (Hal.); Achaia: ad Alyssos pr. Patras (Heldr.). — Maio, Jul. ⊙.

3. Petala breviter unguiculata, vexillum liberum vel cum alis et carina connatum; calyx post anthesin non aut parum auctus.

8. Sectio. *Trifoliastrum* Ser. in DC. pr. II. 198. — Calyx bilabiatus aut subaequaliter 5 fidus, 10 nervius; petala alba vel rosea, post anthesin scariosa, vix aucta; vexillum liberum; legumen sessile, raro stipitatum, 2—6 spermum, e calyce prominens, rarius eo inclusum. — Capitula axillaria, pedunculata vel sessilia, floribus pedicellatis vel subsessilibus, bracteis conspicuis, 1—2 cuspidatis, simpliciter ciliatis.

a. Capitula pedunculata, floribus conspicue pedicellatis, post anthesin saepissime declinatis.

α. Calycis laciniae erectae, corollae adpressae.

× Pedicelli erecti, calycis tubo 4—5 plo breviores.

46. **T. Parnassi** Bois. et Sprun. diagn. II. p. 30, Fl. or. II. p. 147; Heldr. cat. herb. Orph. p. 26; Haussk. symb. p. 57; Hal. Beitr. Fl. Epir. p. 19, Beitr. Fl. Thessal. p. 11. — Exsicc.: Sint. it. thessal. n. 756; Dörfl. fl. gr. n. 179 et 304.

Glabrum, caespitosum; caulibus brevissimis, non radicantibus; foliolis obovatis vel obcordatis, spinuloso-denticulatis; stipulis ovatis, abrupte setaceo-acuminatis; capitulis globosis; bracteis oblongis, pedicello sublongioribus; calycis glabri, corolla pallide rosea tertia parte brevioris, laciniis triangulari-lanceolatis tubo 10 nervi duplo brevioribus.

In herbidis, lapidosis regionis alpinae. Epirus: mt. Tsumerka, Peristeri (Hal.); Thessalia: mt. Ghavellu, Karava, Zygos, Oxya (Haussk.), Tringia (Hartl.); Aetolia: mt. Tymphrestus (Samarit.), Korax (Leon.); mt. Parnassus (Sprun.); Achaia: mt. Olenos, Kyllene, Taygetos (Heldr.). — Jun. Aug. ♃.

×× Pedicelli fructiferi deflexi, calycis tubo aequilongi vel longiores.

○ Caulis radicans.

47. **T. repens** L. sp. p. 767; S. et S. pr. II. p. 95; Pieri corc. fl. p. 108; Ch. et B. exp. p. 217, Fl. pelop. p. 50; Friedr. Reise

p. 284; Heldr. Nutzpfl. p. 70, cat. herb. Orph. p. 26; Raul. cret. p. 740; Bois. fl. or. II. p. 145; Haussk. symb. p. 57: Hal. Beitr. fl. Epir. p. 19. — Icon: Fl. dan. t. 990. — Exsicc.: Orph. fl. gr. n. 614; Sint. it. thessal. n. 754.

Glabriusculum; caulibus prostratis, elongatis, ramosis; foliolis obovatis, serrulatis; stipulis a basi latiore abrupte cuspidatis; capitulis globosis, longe pedunculatis; bracteis minutis; pedicellis calycino tubo aequilongis vel longioribus; calycis glabri, corolla alba duplo brevioris, laciniis triangulari-lanceolatis, superioribus tubo 10nervi aequilongis.

β. **Biasolettii** Steud. et Hochst. in Flora X p. 72 pro sp. — *T. Orphanideum* Bois. diagn. ser. 2, II. p. 17. — *T. repens v. Orphanideum* Bois. fl. or. II. p. 145, suppl. p. 169; Heldr. cat. herb. Orph. p. 26, chlor. Parn. p. 16; Haussk. symb. p. 57; Hal. Beitr. fl. Epir. p. 19, Beitr. fl. Thessal. p. 11; Bald. riv. coll. bot. Alb. p. 26; Form. in Ver. Brünn 1896 p. 111. — Caules abbreviati, foliola et capitula minora, flores minores, saepe rubella. — Exsicc.: Orph. fl. gr. n. 321. —

In herbidis regionis inferioris usque in regionem alpinam adscendens. Epirus: pr. Vulgarelion, Melisurgi (Hal.), Chaliki (Sint.); Thessalia: pr. Karditza, in oropedio Neuropolis (Haussk.); Boeotia: pr. Lebadea (Orph.); Attica: ad Cephissia, mt. Parnes (Heldr.); Argolis: pr. Tirynthum (Orph.), Nauplia (Friedr.); Achaia: pr. Aegion (Catzaros); Laconia: mt. Malevo (Orph.), Taygetos (Psarides); Messenia (Chaub.); Corcyra (Pieri). — *β.* Epirus: mt. Micikeli, Tsumerka (Bald.), Peristeri (Hal.); Thessalia: mt. Tringia (Hartl.), Oxya (Hal.), Zygos (Form.), Karava, Ghavellu, monasterium Korona (Haussk.); Aetolia: mt. Tymphrestus (Heldr.); mt. Parnassus (Orph.); Euboea: mt. Dirphys (Heldr.); Corinthus (Haussk.); Achaia: mt. Kyllene (Orph.); Laconia: mt. Malevo, Taygetos (Orph.). — Apr. Aug. ♃.

CO Caulis non radicans.

48. **T. hybridum** L. sp. p. 766; S. et S. pr. II. p. 95; Ch. et B. exp. p. 216, Fl. pelop. p. 50; Marg. et R. fl. Zante p. 41. — Exsicc.: N. v.

Glabrescens; caulibus elongatis, procumbentibus vel adscendentibus, ramosis, saepe fistulosis; foliolis obovatis vel ellipticis, serrulatis; stipulis ovato-lanceolatis, setaceo-cuspidatis; capitulis globosis, longe pedunculatis; bracteis minutis; pedicellis calycino tubo 2—3plo longioribus; calycis glabriusculi, corolla albida dein rosea subtriplo brevioris, laciniis lanceolatis, superioribus tubo obsolete 10 nervi sublongioribus.

β. **elegans** Savi fl. pis. II. p. 161; Ch. et B. exp. p. 217, Fl. pelop. p. 50; pro sp.; Bois. fl. or. II. p. 146; Haussk. symb. 57. — *T. Vaillantii* Poir. dict. VIII. p. 4; S. et S. pr. II. p. 95. — Caules non fistulosi, magis prostrati, foliola et capitula minora. — Exsicc.: N. v.

γ. **anatolicum** Bois. diagn. II. p. 31 pro sp.; Bois. fl. or. II. p. 146, suppl. p. 169. — Caules abbreviati, prostrati, non fistulosi, foliola et capitula saepe diminuta, pedunculi saepe longiores, pedicelli calyce interdum tantum sesquilongiores. — »Forma alpina varietatis β ad quam in subalpinis intermediis eam transire comperi« Bois. fl. or. II. p. 146. — Exsicc.: Heldr. it. gr. septentr. a. 1879. —

In pascuis, nemorosis subhumidis regionis submontanae in alpinam usque adscendens. — Peloponnesus (Sibth.); in Argolide, pr. Sparta, Messene, Pylos (Chaub.); Zante (Marg.); — β. Peloponnesus (Sibth.): pr. Patras (Chaub.); Thessalia: in oropedio Neuropolis (Haussk.); — γ. mt. Oeta Phthiotidis et in oropedio Neuropolis (Heldr.). — Jun. Aug. ♃.

49. **T. Michelianum** Savi fl. pis. II. p. 159. — Exsicc.: Reverch. pl. cret. n. 237.

Glabrum; caulibus erectis, elongatis, ramosis, fistulosis; foliolis obovato- vel obcordato-cuneatis, denticulatis; stipulis ovatis, breviter cuspidatis; capitulis globosis; pedunculis folium aequantibus; bracteis minutis; pedicellis calycino tubo 3plo et ultra longioribus; calycis glabri, corolla albida dein rosea duplo brevioris, laciniis lineari-subulatis, subaequalibus, tubo obsolete 10nervi 4plo longioribus.

In humidis pr. Kissamos Cretae (Reverch.). — Maio, Jun. ☉

β. Calycis laciniae jam sub anthesi patulae, dein recurvatae.

50. **T. nigrescens** Viv. fl. ital. fragm. I. p. 12 t. 13; Friedr. Reise p. 276; Ung. Reise p. 140; Weiss in z. b. G. 1869 p. 750; Raul. cret. p. 740; Bois. fl. or. II. p. 143; Heldr. cat. herb. Orph. p. 25; Fl. cephalon. p. 33; Fl. Aegin. p. 294; Spreitz. in z. b. G. 1877 p. 725; Haussk. symb. p. 57; Hal. Beitr. fl. Epir. p. 19. — Exsicc.: Orph. fl. gr. n. 605; Sint. it. thessal. n. 381. —

Glabrum; caulibus decumbentibus vel adscendentibus, ramosis, non fistulosis; foliolis obovato-cuneatis, apice denticulatis; stipulis ovatis, abrupte cuspidatis; capitulis globosis; pedunculis folio longioribus; bracteis minutis; pedicellis calycino tubo aequilongis vel longioribus; calycis glabri, corolla alba subduplo brevioris, laciniis inaequalibus, lanceolato-subulatis, tubo obsolete 10nervi sublongioribus. — Radice annua, caulibus non radicantibus et calycis laciniis patulis a simili *T. repenti* diversam.

In pratis, locis humidiusculis regionis inferioris et montanae, frequens. — Epirus: pr. Arta, Kalentini (Hal.); Thessalia: pr. Vutades (Sint.), in oropedio Neuropolis, pr. monasterium Korona (Heldr.), Karditza, Sophades, Orman Magula (Haussk.), mt. Pelion pr. Milies (Heldr.); Aetolia: pr. Aetolikon (Reis.); Attica: pr. Eleusis (Heldr.); Phaleron (Orph.), mt. Pentelicon (Haussk.); Corinthus (Haussk.); Argolis: pr. Nauplia, Tirynthum (Orph.); Laconia: mt. Malevo pr. Hagios Joannes (Orph.); insula Poros (Friedr.), Aegina (Heldr.); Cycladum insula Keos (Heldr.), Syra (Weiss), Melos (Leon.); Achaia: pr. Patras (Hal.); Elis; pr. Ku-

nupeli, Bartholomeo (Heldr.); Creta: pr. Canea, Platania, Akroteri, promontorium Maleka (Raul.); Zante (Bois.); Cephalonia: pr. Argostoli (Spreitz); Corcyra: pr. Barbati, Spartilla (Spreitz.). — Mart. Jul. ⊙.

b. Capitula sessilia, floribus sessilibus vel brevissime pedicellatis, erectis.

51. **T. glomeratum** L. sp. p. 770; Haussk. symb. p. 57. — Icon: Engl. bot. t. 1063. — Exsicc.: Heldr. it. thessal. IV. a. 1885.

Glabrum; caulibus prostratis, adscendentibus erectisve, ramosis; foliolis obovato-cuneatis, spinuloso-denticulatis; stipulis ovatis, acuminatis; capitulis globosis; bracteis minutissimis; calycis glabri, corolla rosea tertia parte brevioris, laciniis aequalibus, triangulari-ovatis, acuminatis, demum patentibus, tubo valide 10nervi triente brevioribus.

In herbidis. Thessalia: in oropedio Neuropolis (Heldr.), pr. monasterium Korona, pr. Pharsalum (Haussk.); Argolis: pr. Nauplia, Vromolimni (Haussk.); Cycladum insula Keos (Heldr.). — Mart. Jun. ⊙.

52. **T. suffocatum** L. mant. alt. p. 276; Ch. et B. exp. p. 220, Fl. pelop. p. 51; Bois. fl. or. II. p. 142, suppl. p. 168; Spreitz. in z. b. G. 1877 p. 725; Heldr. fl. Cephalon. p. 33, Fl. Aegin. p. 294; Gelmi in bull. soc. bot. ital. 1889 p. 449; Haussk. symb. p. 57; Hal. in z. b. G. 1899 p. 710. — Icon: Jacq. hort. Vindob. t. 60. — Exsicc.: Heldr. herb. fl. hellen. n. 79.

Glabriusculum; caulibus abbreviatis, caespitem depressum densum formantibus; foliolis obovato- vel obcordato-cuneatis, superne denticulatis; stipulis ovatis cuspidatis; capitulis globosis, in parte caulium inferiore confluentibus; bracteis lanceolatis, calycino tubo subbrevioribus; calycis glabriusculi, corolla albida duplo longioris, laciniis subaequalibus, triangulari-lanceolatis, demum recurvatis, tubo obsolete 10nervi aequilongis.

In aridis regionis inferioris et submontanae. Attica: in Acropoli Athenarum, pr. Kolonos (Heldr.), mt. Kerata (Haussk.); insula Aegina (Heldr.); Peloponnesus (Chaub.); Cephalonia: in oropedio Omala (Spreitz.), mt. Aenos (Heldr.); Corcyra: pr. Pelleca (Gelmi). — Apr. Jun. ⊙.

Obs. *T. montanum* L. sp. p. 770, a S. et S. pr. II. p. 101 in Cretae montibus, certe ex confusione, indicatum; perinde *T. alpinum* L. sp. p. 767 a Pieri corc. fl. p. 108 in Creta.

9. Sectio. *Chronosemium* Ser. in DC. pr. II. p. 204. — Calyx bilabiatus aut aequaliter 5 dentatus, 5 nervius; petala flava, raro violacea, post anthesin aucta, badia vel spadicea; vexillum liberum vel cum alis et carina connatum; legumen stipitatum, 1 spermum, e calyce prominens, corolla marcescente tectum. — Capitula axillaria, pedunculata, floribus pedicellatis, demum deflexis, bracteis minimis, mucronatis, penicillato-ciliatis.

a. Vexillum basi constrictum, dein in laminam cochleariformem expansum, sulcatum; legumen vexillum dimidium aequans.

α. Stylus legumini subaequilongus.

× Capitula majuscula, 15—25 mm longa; stipulae basi rotundatae.

○ Flores violacei.

53. **T. speciosum** Willd. sp. III. p. 1382; S. et S. pr. II. p. 101: Friedr. Reise p. 237; Weiss in z. b. G. 1869 p. 750; Raul. cret. p. 740; Bois. fl. or. II. p. 151; Heldr. cat. herb. Orph. p. 27; Haussk. symb. p. 59; Hal. Beitr. fl. Achaia p. 17; Bald. riv. coll. bot. Alb. 1896 p. 44. — *T. Gussoni* Tin. pl. rar. sic. pug. I. p. 17; Raul. cret. p. 740. — Icon: Fl. gr. t. 754. — Exsicc.: Heldr. herb. norm. n. 293; Orph. fl. gr. n. 604; Sint. it. thessal. n. 389; Bald. it. Alb. epir. IV. n. 70.

Adpresse hirsutum; caulibus erectis, ramosis; foliolis oblongo-ellipticis, denticulatis, terminali petiolulato; stipulis semiovatis vel oblongis, acutis; pedunculis folio 2—3 plo longioribus; capitulis ovatis, laxis; pedicellis calycino tubo aequilongis vel sublongioribus; calycis glabri, corolla triplo brevioris, laciniis superioribus triangularibus, tubo brevioribus, inferioribus lanceolatis, apice ciliatis, tubo duplo longioribus; vexilli lamina obovata, denticulata; legumine ovato, stipiti suo styloque subaequilongo.

In dumosis regionis montanae. Epirus: mt. Olycika et Micikeli distr. Janina (Bald.); Thessalia: pr. Vutades in Pindo tymphaeo (Sint.); Euboea: mt. Dirphys pr. Steni (Pichl.); Boeotia: pr. Lebadea, mt. Helicon (Orph.), Cithaeron (Bois.); Attica: mt. Kerata (Haussk.), Parnes (Orph.), Hymettus (Heldr.); Argolis: pr. Astros (Orph.), insula Poros (Friedr.); Achaia: mt. Chelmos pr. Planideri, mt. Panachaicon (Hal.); Zante (Sibth.); Creta: pr. Anopolis, in fauce Hagia Rumeli et Rumata (Raul.) in mt. Sphacioticis (Sibth.); Cycladum insula Syra (Weiss), Keos (Heldr.). — Apr. Jun. ⊙.

○○ Flores lutei.

54. **T. Boissieri** Guss. syn. fl. sic. II. p. 858; Bois. fl. or. II. p. 152; Spreitz. in z. b. G. 1877 p. 726; Heldr. cat. herb. Orph. p. 27, Fl. Aegin. p. 294; Haussk. symb. p. 59). — Exsicc.: Orph. fl. gr. n. 319; Heldr. herb. n. 193.

Patule hirsutum; caulibus erectis, ramosis; foliolis obovatis vel oblongo-ellipticis, denticulatis, terminali petiolulato; stipulis ovato-lanceolatis, acuminatis; pedunculis folium parum superantibus; capitulis ovatis, densiusculis; pedicellis calycis tubum superantibus vel eo duplo longioribus; calycis glabri, corolla subtriplo brevioris, laciniis superioribus triangularibus, tubo aequilongis, inferioribus lanceolatis, apice ciliatis, tubo subduplo longioribus; corolla pallide ochroleuca, vexilli lamina obovata, denticulata; legumine oblongo, stipiti suo styloque aequilongo. — Differt a praecedente capitulis densifloris, pedicellis longioribus, floribus minoribus, ochroleucis.

In collibus siccis. Attica: pr. Eleusis (Sprun.), Magula, mt. Lycabettus, Hymettus (Heldr.), Kerata (Haussk.), Parnes, Cithaeron (Orph.); Argolis: pr. Nauplia, Astros (Bois.), in peninsula Vromolimni (Haussk.);

insula Hydra (Pichl.), Poros, Aegina, Salamis (Heldr.); Ithaca: pr. Vathy (Spreitz.). — Apr. Maio ⊙.

55. **T. aurantiacum** Bois et Sprun. diagn. II. p. 33, Fl. or. II. p. 152; Heldr. cat. herb. Orph. p. 27; Hal. Beitr. fl. Achaia p. 17, in z. b. G. 1899 p. 710; Bald. riv. coll. bot. Alb. 1896 p. 44. — ? *T. agrarium* S. et S. pr. II. p. 102; Ch. et B. exp. p. 222, Fl. pelop. p. 51; Raul. cret. p. 740. — *T. speciosum* Ch. et B. exp. p. 222 t. 27, Fl. pelop. p. 51 t. 29. — ? *T. aureum* Bois. fl. or. II. p. 153 quoad pl. graecam. — Exsicc.: Orph. fl. gr. n. 610; Heldr. herb. norm. n. 1417.

Adpresse hirsutum; caulibus erectis vel adscendentibus; foliolis obovatis vel oblongo-ellipticis, denticulatis, terminali petiolulato; stipulis ovatis, acutis; pedunculis folium pluries superantibus; capitulis ovatis, densiusculis; pedicellis calycino tubo triplo brevioribus; calycis glabri, corolla duplo brevioris, laciniis superioribus triangularibus, tubo subbrevioribus, inferioribus lanceolatis, apice saepe ciliatis, tubo duplo longioribus; corolla aurantiaca, vexilli lamina obovato-oblonga, subintegra; legumine ovato, stipite suo breviore, stylo subaequilongo. — Floribus aurantiacis, breviter pedicellatis, vexilli lamina subintegra a praecedentibus diversum. — Affine *T. brutium* Ten. differt a nostro stipulis semicordato-ovatis, capitulis minoribus et vexilli lamina fere orbiculata.

In dumosis regionis montanae. Epirus: mt. Olycika (Bald.); Achaia: mt. Panachaicon (Hal.); Messenia: mt. Ithome, pr. Messene (Chaub.); Arcadia: pr. Leondari (Heldr.); Laconia: mt. Malevo pr. Castanitza (Orph.), pr. Megali Anastasova (Zahn), Vitilos, Chimova (Chaub.); Creta: mt. Sphaciotici, si *T. agrarium* S. et S. huc pertinet. — Apr. Jun. ⊙.

56. **T. dolopicum** Heldr. et Haussk. in Heldr. it. IV. per Thessal. a. 1885; Gib. et Belli in Malpig. III. p. 36. — *T. patens v. Koronense* Haussk. symb. p. 59. —

Adpressiuscule hirtum; caulibus erectis; foliolis oblongo-cuneatis vel lanceolatis, denticulatis, terminali petiolulato; stipulis oblongis, acuminatis; pedunculis folio 2—3plo longioribus; capitulis ovatis, laxiusculis; pedicellis calycino tubo aequilongis, florum superiorum longioribus; calycis glabri, corolla 2—3 plo brevioris, laciniis ciliatis, superioribus a basi latiori lanceolatis, tubo aequilongis, inferioribus apice saepe ciliatis, tubo duplo vel subduplo longioribus; corolla aurea, vexilli lamina obovato-oblonga, subintegra; legumine ovato, stipite suo breviore, stylo subaequilongo. — Medium tenet inter *T. aurantiacum* et *T. patentem*, a priore foliis et stipulis argustioribus, pedunculis brevioribus, capitulis minoribus, pedicellis longioribus, calycis laciniis angustioribus, superioribus longioribus; ab altero foliolis angustioribus, terminali longius petiolulato, stipulis angustioribus acuminatis, pedunculis brevioribus, capitulis majoribus, pedicellis longioribus, floribus dimidio majoribus discedit.

In nemorosis quercinis regionis inferioris Pindi dolopici circa monasterium Korona (Heldr.). — Jun. Jul. ⊙.

×× Capitula minora, 10—12 mm longa; stipulae basi auriculatae.

57. **T. patens** Schreb in Sturm. Deutschl. Fl. Heft. 16; Raul. cret. p. 740; Bois. fl. or. II. p. 153; Heldr. cat. herb. Orph. p. 27; Haussk. symb. p. 59; Hal. in z. b. G. 1899 p. 710. — *T. speciosum* Marg. et R. fl. Zante p. 41, non Willd. — Exsicc.: Orph. fl. gr. n. 615; Heldr. herb. norm. n. 1418; Rev. pl. cret. p. 238.

Crispule pubescens; caulibus gracilibus, erectis vel adscendentibus, ramosis, saepe elongatis, flexuosis; foliolis oblongo-ellipticis, denticulatis, terminali breviter petiolulato; stipulis e basi cordato-auriculata ovato-oblongis, acutis; pedunculis filiformibus, folio multo longioribus; capitulis sub anthesi haemisphaericis, dein ovatis, laxiusculis; pedicellis calycino tubo brevioribus; calycis glabri, corolla duplo brevioris, laciniis e basi latiori lanceolatis, superioribus tubo aequilongis, inferioribus tubo duplo longioribus; corolla aurea, vexilli lamina oblongo-spathulata, erosula; legumine oblongo, stipite suo duplo, stylo paulo longiore. — Caulibus gracilibus, elongatis, flexuosis, stipulis basi auriculatis et capitulis minoribus a praecedentibus discedit.

In pratis humidis regionis inferioris et montanae. Thessalia: pr. Karditza, in oropedio Neuropolis, pr. monasterium Korona (Haussk.!); Eurytania: pr. Karpenisi (Heldr.); Aetolia: pr. Mesolongion (Heldr.!; insula Zante (Marg.); Elis: pr. Bartholomeo, Kunupeli (Heldr.); Messenia: in valle fluvii Nedon pr. Kalamata (Zahn); Argolis: pr. Tirynthum (Orph.); Arcadia: ad lacum Pheneon (Heldr.); Creta: pr. Kissamos (Reverch.), Nerokuru, Suda (Raul.). — Maio, Aug. ⊙.

β. Stylus legumine multo brevior.

58. **T. agrarium** L. sp. p. 772; Huds. fl. angl. I. p. 286; Poll. hist. pl. palat. II. p. 342; Bois. fl. or. II. p. 153; Heldr. cat. herb. Orph. p. 27, Fl. Cephalon. p. 33, chlor. Thera p. 11; Spreitz. in. z. b. G. 1887 p. 658; Haussk. symb. p. 59; Form. in D. bot. Mon. 1891 p. 56, in Ver. Brünn 1897 p. 79. — *T. procumbens* Sm. engl. fl. III. p. 309; S. et S. pr. II. p. 102; Ch. et B. exp. p. 222, Fl. pelop. p. 51; Weiss in z. b. G. 1869 p. 750; Raul. cret. p. 740; non L. — *T. campestre* Schreb. in Sturm Deutschl. fl. Heft 16; Sieb. avis rem. p. 5; Hal. Beitr. fl. Epir. p. 19. — *T. procumbens v. campestre* Marg. et R. fl. Zante p. 41; Ung. Reise p. 140; Spreitz. in z. b. G. 1877 p. 725. — *T. procumbens v. nanum* Ser. in DC. pr. II. p. 205; Friedr. Reise p. 270, forma nana. — *T. agrarium v. subsessile* Bois. fl. or. II. p. 154; Heldr. cat. herb. Orph. p. 27, forma capitulis subsessilibus. — *T. thionanthum* Haussk. in Mitth. thür. bot. Ver. V. p. 71; Hal. in ö. b. Z. 1897 p. 92, forma floribus pallidis (in Graecia frequentior). — *T. agrarium v. thionanthum* Haussk. symb. p. 59; Heldr. fl. Aegin. p. 294. — Exsicc.: Heldr. herb. norm. n. 915; Sint. it. thessal. n. 166; Dörfl. fl. gr. n. 325.

Parce pubescens; caulibus gracilibus, adscendentibus vel erectis; foliolis obovato-cuneatis, denticulatis, terminali petiolulato; stipulis ovatis, acuminatis; pedunculis folio brevioribus vel longioribus; capitulis ovatis, densiusculis; pedicellis calycino tubo subbrevioribus; calycis glabri, corolla duplo brevioris, laciniis superioribus triangularibus, tubo brevioribus, inferioribus linearibus, tubo sublongioribus; corolla lutea, vexilli lamina ovato-orbiculata; legumine oblongo, stipite suo aequilongo, stylo triplo longiore.

β. **erythranthum** Griseb. spic. I. p. 36 pro var. *T. procumbentis*; Hausk. symb. p. 59. — *T. Lagrangei* Bois. fl. or. II. p. 154, suppl. p. 169; Čelak. in böhm. Ges. Wiss. 1887 p. 534; Hal. in ö. b. Z. 1897 p. 92. — *T. agrarium v. Lagrangei* Heldr. fl. Aegin. p. 294. — Flores sordide violacei. — Exsicc.: Heldr. herb. norm. n. 916; Rev. pl. cret. n. 225. —

In herbidis regionis inferioris et montanae per omnem Graeciam-*β.* Thessalia: pr. Karditza (Haussk.); Attica: mt. Parnes, Pentelicon, pr. Pikermi (Heldr.), mt. Kerata, pr. Geraka, Laurion (Haussk.); Corinthus, peninsula Methana (Haussk.); Sporadum insula Scopelos et Peristeri (Leon.); Cycladum insula Syra (Lagrange); Creta: pr. Kissamos, Malaxa (Reverch.). — Apr. Jul. ⨀.

b. Vexillum a basi obovatum vel oblongum, dorso plus minus carinatum; legumen vexillo parum brevius.

α. Capitula multiflora, densiuscula, floribus majoribus.

59. **T. Sebastiani** Savi in litt. ad Sebast. p. 2, Pl. Rom. fasc. II. p. 14; Seb. et Mauri fl. Rom. pr. p. 256, t. 5, f. 1; Haussk. symb. p. 60. —

Parce hirtulum; caulibus erectis vel adscendentibus, ramosis; foliolis obovatis vel oblongis, subsessilibus; stipulis lanceolatis, acutis; pedunculis folio subaequilongis; capitulis hemisphaericis, 8—20floris; pedicellis calycino tubo 3—4plo longioribus; calycis glabri, corolla subduplo brevioris, laciniis anguste linearibus, inferioribus tubo triplo longioribus; corolla sulfurea, vexillo obovato, sulcato, legumine oblongo, stipite suo subaequilongo, stylo 4plo longiore.

In graminosis subhumidis supra monasterium Korona in Pindo dolopico (Haussk.). — Maio, Jun. ⨀. N. v.

60. **T. procumbens** L. sp. p. 772. — *T. minus* Relh. in Sm. fl. brit. p. 1403; Haussk. symb. p. 60. — *T. filiforme* Schreb. in Sturm, Deutschl. fl. Heft 16, non L. —

Parce hirtulum; caulibus diffusis vel erectis, simplicibus vel ramosis; foliolis obovato-vel obcordato-cuneatis, subsessilibus vel terminali breviter petiolulato; stipulis e basi latiore ovatis, acutis; pedunculis folio longioribus; capitulis hemisphaericis, tandem globosis 8—15 floris; pedicellis tubo calycino duplo brevioribus; calycis glabri, corolla duplo brevioris, laciniis lanceolatis, inferioribus tubo sublongioribus; corolla flava, vexillo

corollo laevissimo; legumine ovato, stipite suo sublongiore, stylo 6plo longiore.

In pascuis subhumidis supra monasterium Korona in Pindo Dolopico (Haussk.). — Maio. Jun. ⊙. N. v.

β. Capitula 2—6 flora, laxissima, floribus minutissimis.

61. **T. filiforme** L. sp. p. 773; Haussk. symb. p. 60. — *T. micranthum* Viv. fl. lyb. p. 45. t. 19. f. 3. — Exsicc.: Heldr. it. thessal. IV. a. 1885.

Glabriusculum; caulibus filiformibus, diffusis, simplicibus vel ramosis; foliolis obovato-cuneatis, sessilibus; stipulis oblongis, acutis; pedunculis capillaribus, folio sublongioribus; pedicellis calycino tubo longioribus; calycis glabri, corolla duplo brevioris, laciniis sublinearibus, inferioribus tubo longioribus; corolla flava, vexillo oblongo, laevi; legumine oblongo, stipite suo subaequilongo, stylo 6plo longiore.

In herbidis subhumidis. Thessalia: in oropedio Neuropolis (Heldr.), pr. monasterium Korona, pr. Karditza (Haussk.). — Maio. Jun. ⊙.

4 Tribus. *Loteae* Benth. et Hook. gen. I. p. 442.

15. Anthyllis L. gen. n. 864.

1. Sectio. *Aspalathoides* DC. pr. II. p. 169. — Calyx ore rectus, subaequaliter 5 dentatus, demum vix inflatus; ovarium subsessile, multiovulatum. — Frutex; capitula pauciflora vel ad florem unicum reducta, ebracteata, secus ramos interrupte spicata.

1. **A. Hermanniae** L. sp. p. 720; S. et. S. pr. II. p. 60; Sieb. avis p. 4, rem. p. 5; Ch. et B. exp. p. 202, Fl. pelop. p. 46; Marg. et R. fl. Zante p. 39; Friedr. Reise p. 277; Heldr. Nutzpfl. p. 69, cat. herb. Orph. p. 15, Fl. Cephalon. p. 33, Fl. Aegina p. 293, chlor. Thera p. 10; Raul. Cret. p. 736; Boiss. fl. or. II. p. 156; Spreitz. in z. b. G. 1887 p. 657; Gelmi in bull. soc. bot. ital. 1889 p. 488; Bald. in nuovo giorn. bot. 1894 p. 94; Hal. in ö. b. Z. 1895 p. 257. *Aspalathus cretica* L. sp. p. 712. — *Cytisus graecus* L. sp. p. 740. — *Spartium creticum* Desf. arbr. II. p. 277. — *Anthyllis Aspalathi* DC. pr. II. p. 169; Raul. Cret. p. 736. — Icon: Fl. gr. t. 683. — Exsicc.: Orph. fl. gr. n. 380; Baen. herb. europ. n. 9208; Dörfl. fl. aeg. n. 82.

Fruticosa, ramosissima, ramis subspinescentibus; foliis subsessilibus, adpresse pubescentibus, 1—3 foliolatis, foliolis lineari-oblongis, complicatis, incurvo-mucronatis; pedicellis calyce brevioribus; calycis adpresse puberuli, dentibus triangularibus, tubo duplo brevioribus; corolla minuta, aurea; legumine oblongo, glabro. —

In collibus aridis, arenosis maritimis regionis calidae frequens. Attica: pr. Athenas (Orph.), mt. Lycabettus, Parnes, Pentelicon, Hymettus (Heldr.); Peloponnesus (Chaub.): pr. Patras (Hal.), Lintzi in Elide (Heldr.), mt. Selitza pr. Kalamata (Zahn); insula Poros (Friedr.), Aegina

(Heldr.); Sporadum insula Jura (Reis.); Cycladum insula Naxos (Leon.), Thera (Heldr.); Creta: pr. Hagios Pavlos, Lutro, Prosnero, Askyphos, Candia, insula Gaidaronisi (Raul.); Zante (Marg.); Cephalonia: pr. Argostoli, Pessada (Heldr.); Corcyra: pr. Palaeokastrizza, Lacones (Spreitz.), mt. Deca (Bald.). — Maio, Jun. ♄.

2. Sectio. *Oreanthyllis* Griseb. spic. I. p. 14. — Calyx ore rectus, subaequaliter 5 dendatus, demum vix inflatus; ovarium sessile, pluriovulatum. — Suffrutices vel fructices; capitula terminalia aut simul terminalia et axillaria.

a. Frutex; folia argenteo-incana, capitula numerosa.

2. **A. barba Jovis** L. sp. p. 720; Ch. et B. fl. pelop. p. 46; Bois. fl. or. II. p. 157. — Icon: Fl. gr. t. 682.

Ramis flexuosis, ramulis floriferis argenteo-tomentosis; foliis imparipinnatis, foliolis 4—9 jugis, oblongo-linearibus, supra adpresse puberulis, subtus argenteo-tomentosis; capitulis multifloris, in axillis superioribus breviter pedunculatis vel subsessilibus, bractea foliacea tripalmatisecta, aequilonga vel longiore suffultis; calycis argenteo-sericei dentibus triangulari-setaceis, tubo multo brevioribus; corolla pallide lutea; legumine oblongo, glabro, breviter stipitato.

β. **splendens** Willd. sp. III. p. 1018; Raul. cret. p. 736. — *A. barba Jovis β. pauciflora* Bois. fl. or. II. p. 157. — Bractea capitulo dimidiato paucifloro longior. —

In montosis Messeniae pr. Philiatra (Gittard); — *β.* Creta (Willd. herb.). — A recentioribus non lecta. — Maio, Jun. ♄. N. v.

b. Suffrutices; folia viridia; capitula solitaria, rarius bina.

3. **A. aurea** Host. fl. austr. II. p. 319; Bois. fl. or. II. p. 157; Heldr. cat. herb. Orph. p. 15. — A. *polycephala* Rchb. fl. germ. exc. p. 516, non Desf. — Icon: Vis. fl. dalm. t. 42. — Exsicc.: Orph. fl. gr. n. 595.

Adpresse sericea; ramis caespitosis; caulibus adscendentibus; foliis imparipinnatis, foliolis 6—9 jugis, oblongo-ellipticis; capitulis multifloris, solitariis, rarius binis, folio florali nullo vel a capitulo plus minus remoto oligophyllo; calycis adpressiuscule pilosi dentibus lanceolato-subulatis, tubo triplo brevioribus; corolla aurea; legumine oblongo, longe-acuminato, glabro, longiuscule stipitato.

In rupestribus, rarissime. In regione media et superiore mt. Olympus (Orph.). — Jun. Jul. ♃.

4. **A. montana** L. sp. p. 719; S. et S. pr. II. p. 59; Bois. fl. or. II. p. 157; Hal. in z. b. G. 1888 p. 750. — Icon: Jacq. fl. austr. t. 334. — Exsicc.: Hal. it. gr. a. 1888.

Patule villosum; ramis caespitosis; caulibus adscendentibus; foliis imparipinnatis, foliolis 8—20 jugis, oblongis; capitulis multifloris, solitariis, basi involucro digitato-partito suffultis; calycis villosi dentibus subulatis, tubo aequilongis; corolla purpurascente; legumine ovoideo, abrupte et breviter acuminato, glabro, sessili.

In rupestribus regionis alpinae. In montibus Graeciae (Sibth.) sine loci indicatione; in mt. Kiona, rarissime (Hal.) — Jun. Jul. ♃.

3. Seetio. *Vulneraria* Endl. gen. pl. p. 1267. — Calyx ore obliquus, bilabiatus, demum inflatus; ovarium et legumen longiuscule stipitatum. — Herbae perennes vel annuae; capitula terminalia aut simul terminalia et axillaria.

5. A. **vulneraria** L. sp. p. 719; S. et S. pr. II. p. 59; Pieri corc. fl. p. 99; Ch. et B. exp. p. 202, Fl. pelop. p. 46; Raul. cret. p. 736. — *A. vulneraria v. vulgaris* Bois. fl. or. II. p. 158; Hausk. symb. p. 50; Form. in Ver. Brünn 1896 p. 110. —

Adpresse vel patule pilosa; caulibus erectis vel adscendentibus, simplicibus vel ramosis; foliis inferioribus simplicibus vel 2—3 jugis, foliolo terminali ovato vel oblongo, saepe multo majore, superioribus 3—6 jugis, foliolis oblongo-linearibus; capitulis solitariis vel geminatis, basi involucro digitato-partito suffultis; calycis adpresse vel patule pilosi, dentibus inaequalibus, tubo multo brevioribus; legumine semiovato, glabro, oblique mucronato. — Species valde variabilis; variat autem indumento nunc longo patulo, nunc breviori adpresso, caulibus nunc elatis, ramosis, poly-vel monocephalis, nunc simplicibus abbreviatis interdum prostratis, foliis nunc omnibus pinnatis, nunc inferioribus simplicibus vel subsimplicibus, foliolis aequalibus vel subaequalibus vel terminali multo majore, capitulis nunc multi-, nunc paucifloris, magnis vel parvis, floribus majoribus vel minoribus, nunc flavidis, nunc purpurascentibus. — E Graecia formas graviores (intermediis conjunctas) sequentes observavi:

α. **typica**. — Perennis; caules elatiores, ramosi, adpresse vel inferne patule pilosi; calyx pallidus; corolla flava. — Exsicc.: Hal. it. gr. II. a. 1893; Dörfl. Fl. gr. n. 323. —

β. **Dillenii** Schult. sec. Ser. in DC. pr. II. p. 170; Hal. Beitr. fl. Epir. p. 18, in ö. b. Z. 1897 p. 62, 1899 p. 24 pro sp. — *A. vulneraria v. flore purpurascente* S. et S. pr. II. p. 59. — *A. vulneraria v. rubriflora* DC. pr. II. p. 170; Marg. et R. fl. Zante p. 39; Ung. Reise p. 139; Weiss in z. b. G. 1869 p. 748; Bois. fl. or. II. p. 158; Spreitz. in z. b. G. 1877 p. 724; Heldr. cat. herb. Orph. p. 15, Fl. Cephalon. p. 33; Hausk. symb. p. 50. — *A. vulneraria v. rubicunda* Friedr. Reise p. 275. — *A. vulneraria v. rubra* Spreitz. in z. b. G. 1890 p. 294. — *A. illyrica* Beck in Annal. naturh. Hofmus. XI. p. 63. — Perennis; caules saepius elatiores, simplices vel ramosi, adpresse vel patule pilosi, vel glabrescentes; calyx apice purpurascens; corolla coccinea vel rubra. — Exsicc.: Heldr. herb. norm. n. 1316, herb. dimorph. n. 82; Baen. herb. europ. n. 9208; Dörfl. fl. aeg. n. 77. —

γ. **pulchella** Vis. fl. dalm. suppl. p. 141. — *A. Dillenii* Hal. in z. b. G. 1888 p. 750. — Huc forsan: *A. vulneraria v. Webbiana*

Bois. fl. or. II. p. 158; Heldr. cat. herb. Orph. p. 16. — *A. vulneraria v. alpestris* Raul. cret. p. 736. — *A. vulneraria* Bald. riv. coll. bot. Alb. 1896 p. 45. — Perennis, nana, prostrata, adpresse pilosa; caules monocephali; capitula parva; calycis apice purpurei dentes superiores obtusiores breviores; corolla purpurascens. — Exsicc.: Hal. it. gr. a. 1888.

δ. **Spruneri** Bois. fl. or. II. p. 158; Heldr. cat. herb. Orph. p. 16; Haussk. symb. p. 50. — *A. Spruneri* Bois. et Heldr. in Heldr. herb. norm. n. 407 et 1224. — Annua vel biennis, adpresse vel patule pilosa; caules simplices vel ramosi; folia inferiora simplicia vel subsimplicia, superiora 2—3 juga; calyx apice et corolla rubella.

In herbidis regionis inferioris et montanae, in alpinam usque adscendens. — Epirus: pr. Kalarrytes (Hal.); Thessalia: mt. Ghavellu, Karava (Haussk.), pr. Rapsani in mt. Olympo (Form.); Euboea: mt. Dirphys (Sprun.); Peloponnesus: pr. Methone, Pylos, Arcadia (Chaub.); Creta: pr. Akroteri, Khalepa, Perama, Damasta, Askyphos, Anopolis (Raul.); Corcyra (Pieri); loca partim probabiliter ad *β.* pertinent. — *β.* praecedente frequentior et probabiliter per totam Graeciam divulgata, indicatur: Epirus: pr. Vulgarelion (Hal.); Thessalia: mt. Olympus (Orph.); Attica: mt. Hymettus, Parnes, Pentelicon pr. Kephissia (Heldr.); Boeotia: mt. Helicon; mt. Parnassus, pr. Delphi (Orph.); Achaia: mt. Olenos (Hal.), Kyllene (Orph.); Laconia: mt. Taygetos (Psarid.), mt. Malevo (Agraniotes); Sporadum insula Scopelos (Leon.); Cycladum insula: Syra (Weiss), Cythnos (Crinos), Melos (Armenis), Paros (Leon.), Keos (Heldr.); insula Poros (Friedr.), Hydra (Heldr.); Creta: pr. Canea (Weiss), mt. Hagios Theodoros (Spreitz.) in mt. Sphacioticis (Sibth.); Strophades (Reis); Zante (Sibth.): pr. Litakia, mt. Scopo (Marg.); Cephalonia: pr. Lixuri (Heldr.), mt. Aenos (Spreitz.); Corcyra: pr. Palaeokastrizza (Ung.), Panteleimon (Baen.), mt. Deca (Spreitz.). — *γ.* Epirus: mt. Smolika (Bald.); Doris: mt. Kiona (Hal.), mt. Parnassus (Guicc.); mt. Olympus (Heldr.); Creta: mt. Lazaro in mt. Lassiti (Raul.), si *v. alpestris* Raul. huc pertinet; — *δ.* Attica: mt. Kerata (Haussk.), Pentelicon, Hymettus (Sprun.), Parnes, insula Salamis et Lero (Heldr.); Boeotia: mt. Onion (Heldr.); Cynuria: pr. St. Leucas (Orph.); Sporadum insula Peristeri (Leon.). — Apr. Jul. ♃ et ⊙.

Obs. Erronee indicantur: in Ch. et B. fl. pelop. p. 46: *A. cytisoides* L. sp. p. 720 et *A. Gerardi* L. mant. p. 100.

16. **Physanthyllis** Bois. voy. bot. esp. p. 162.

1. **P. tetraphylla** L. sp. p. 719; S. et S. pr. II. p. 58; Pieri corc. fl. p. 99, Ch. et B. exp. p. 202, Fl. pelop. p. 46; Marg. et R. fl. Zante p. 39; Friedr. Reise p. 272 et 275; Ung. Reise p. 139; Weiss in z. b. G. 1869 p. 749; Gelmi in bull. soc. bot. ital. 1889 p. 448; Haussk. symb. p. 50; Hal. in ö. b. Z. 1897 p. 92 (*Anthyllis*); Bois. l. c., Fl. or. II. p. 159; Raul. cret. p. 736; Heldr. cat. herb.

Orph. p. 16, Fl. Cephalon. p. 33, Fl. Aegina p. 293. —? *A. vesicaria* Friedr. Reise p. 271. — Icon: Fl. gr. t. 681. — Exsicc.: Heldr. pl. fl. hellen. a. 1874.

Molliter villosa; caulibus prostratis, simplicibus vel ramosis; foliis basilaribus simplicibus, caeteris imparipinnatis, 1—2 jugis, foliolis oblongis, terminali obovato multo majore; floribus subsessilibus, capitula axillaria, pauciflora, subsessilia formantibus; calycis sericeo-villosi, dentibus linearibus, tubo 5—6 plo brevioribus; corolla lutea; legumine villoso, in stipitem attenuato, dispermo, inter semina constricto.

In collibus, cultis, ruderatis regionis inferioris. Attica: pr. Athenas (Sprun.), mt. Lycabettus (Heldr.), pr. Oropos (Orph.), Geraka (Haussk.): Corinthus (Haussk.); Argolis (Sibth.): pr. Troezene, insula Poros (Friedr.); Laconia (Sibth.); Messenia: pr. Messene, Methone, insula Sapienza (Chaub.); Achaia: pr. Patras (Reis.); Corcyra (Pieri); Cephalonia: pr. Argostoli, Skala (Heldr.); Zante: in colle Hypapandi (Marg.); Creta: ad Akroteri (Raul.); Aegina: ad templum, promontorium Perdicca (Heldr.); Archipelagus (Sibth.): insula Syra (Weiss), Scopelos (Leonis). — Mart. Maio. ⊙.

17. **Hymenocarpus** Savi fl. pisan. II. p. 205.

1. **H. circinnatus** L. sp. p. 778; S. et S. pr. II. p. 110; Sieb. avis p. 4, rem. p. 5; Urv. enum. p. 97; Ch. et B. exp. p. 226, Fl. pelop. p. 32; Friedr. Reise p. 268 et 275; Marg. et R. fl. Zante p. 39 (*Medicago*); Savi l. c.; Weiss in z. b. G. 1869 p. 749; Raul. Cret. p. 737; Bois. fl. or. II. p. 159; Spreitz in z. b. G. 1877 p. 724, 1887 p. 657; Heldr. cat. herb. Orph. p. 16, Fl. Cephalon. p. 33, Fl. Aegin. p. 293; Haussk. symb. p. 50; Bald. in nuovo giorn. bot. 1894 p. 94, riv. coll. bot. Alb. 1896 p. 45; Hal. in ö. b. Z. 1897 p. 92. — *Cornicina circinnata* Bois. voy. bot. esp. p. 163; Ung. Reise p. 139. — Icon: Fl. gr. t. 768. — Exsicc.: Orph. fl. gr. n. 577; Rev. pl. cret. n. 46; Sint. it. thessal. n. 116; Baen. herb. europ. n. 9269. —

Molliter villosa; caulibus adscendentibus vel diffusis, ramosis; foliis inferioribus simplicibus, oblongis, caeteris imparipinnatis, 2—4 jugis, foliolis oblongis vel oblongo-linearibus, terminali caeteris majore; floribus 2—4, ad apicem pedunculi folio longioris, capitatis; calycis villosi dentibus linearibus, tubo longioribus; corolla aurantiaca; legumine orbiculari-reniformi, valde compresso, hirto, cum ala lata, elevatim reticulata, margine spinuloso-denticulata.

In herbidis, collibus aridis, arenosis regionis inferioris. Epirus: pr. Janina (Bald.); Thessalia: pr. Klinovo in Pindo, in planitie (Haussk.), pr. Volo (Sint.); Attica: pr. Athenas (Heldr.), in colle Lycabetto (Orph.); Corinthus, pr. Xylocastron Achaiae, pr. Nauplia Argolidis (Orph.); insula Poros et Aegina (Friedr.); Messenia: pr. Methone, Pylos, Arcadia, Carithena, Gortys, Messene (Chaub.), Kalamata (Zahn); Sporadum insula Scopelos (Leon.); Petalium insula Ponticonisi (Holzm.); Cycladum insula: Melos (Urv.), Kimolos (Leon.), Syra, Tenos (Weiss); Creta: pr. Kissamos

(Rev.), Canea (Weiss), Murnies, Akroteri, Malaxa (Raul.); Zante: in colle Hypapandi (Marg.); Cephalonia: pr. Argostoli, Lixuri, Kipuria, in oropedio Omala (Heldr.); Ithaca (Ung.): mt. Skino (Spreitz.); Leucas: pr. Amaxichi (Spreitz.); Corcyra: pr. Hagia Matthia (Bald.), mt. Deca, Barbati, Benizze (Spreitz.), Kastrades (Baen.). — Mart. Maio. ⊙.

18. Bonaveria Scop. introd. ad hist. nat. p. 310.

1. **B. securidaca** L. sp. p. 743; S. et S. pr. II. p. 78; Ch. et B. exp. p. 212, Fl. pelop. p. 48; Fraas fl. class. p. 57 (*Coronilla*); Rchb. fl. exc. p. 541; Raul. cret. 745; Spreitz. in z. b. G. 1877 p. 729, 1887. p. 658; Haussk. symb. p. 61; Hal. in ö. b. Z. 1897 p. 93; Heldr. fl. Aegin. p. 295. — *Securidaca lutea* Mill. dict. n. 1. — *Securigera coronilla* DC. fl. fr. IV. p. 609; Marg. et R. fl. Zante p. 43; Weiss in z. b. G. 1869 p. 752; Bois. fl. or. II. p. 176; Heldr. cat. herb. Orph. p. 56, Fl. Cephal. p. 33. — *Trigonella securidaca* Friedr. Reise. p. 270. — *Coronilla parviflora* var. *eriocalyx* Cel. in Böhm. Ges. Wiss. 1887 p. 537. — Icon: Fl. gr. t. 712. — Exsicc.: Rev. pl. cret. n. 37; Baen. herb. europ. n. 9216.

Glabra; caulibus erectis, elongatis, ramosis; foliis 5—7 jugis, foliolis cuneatis, truncatis vel retusis; floribus 6—8, umbellatis, pedunculo folium longe superante; pedicellis calycem aequantibus, bracteis minutis, scariosis, reflexis suffultis; floribus flavis; legumine 6—9 cm longo, rostro recurvato, stylo persistente coronato. — Facies omnino *Coronillae*.

In herbidis regionis inferioris. Thessalia: pr. Orman Magula, Pharsalus (Haussk.); Attica: pr. Chelidona (Heldr.), in oliveto Athenarum (Fraas), pr. Phaleron, Oropos (Orph.); Boeotia: pr. Lebadea (Orph.); pr. Kalamaki, Corinthus (Haussk.); Achaia: pr. Aegion (Catzaros); Argolis: pr. Nauplia (Haussk.); Astros (Orph.); Laconia: mt. Malevo (Orph.); Messene (Chaub.); Aegina: ad promontorium Perdicca (Friedr.); Sporadum insula Scopelos (Leon.); Creta: pr. Canea, Nerokuru, Lutro (Raul.); Zante (Marg.); Cephalonia: pr. Argostoli (Spreitz.); Ithaca: mt. Skino (Spreitz.); Corcyra: pr. Kastrades (Baen.), ad cap Bianco, San Deca (Spreitz.). — Apr. Iun. ⊙.

19. Dorycnium Tourn. inst. p. 391.

1. Sectio. *Bonjeanea* Rchb. fl. exc. p. 507 pro gen.; Bois. fl. or. II. p. 161. — Calyx quinquefidus; legumen transverse membranaceo-septatum.

a. Flores magni, 13—17 mm longi.

1. **D. hirsutum** L. sp. p. 775; S. et S. pr. II p. 105; Pieri corc. fl. p. 111; Ch. et B. exp. p. 223, Fl. pelop. p. 51; Friedr. Reise p. 263, 275 et 282 (*Lotus*); Ser. in DC. pr. II. p. 208; Marg. et R. fl. Zante p. 41; Bois. fl. or. II. p. 161; Heldr. cat. herb. Orph. p. 28, Fl. Cephalon. p. 33, Fl. Aegina p. 294; Form in D. bot. Monat. 1891 p. 56, in Ver. Brünn 1895 p. 51, 1896 p. 111, 1897 p. 79;

Haussk. symb. p. 60; Hal. Beitr. fl. Epir. p. 19. — *Bonjeanea hirsuta* Rchb. fl. exc. p. 507; Ung. Reise p. 140; Raul. cret. p. 740; Spreitz in z. b. G. 1877 p. 726, 1887 p. 658; Hal. in ö. b. Z. 1897 p. 92. — Icon: Fl. gr. t. 759. — Exsicc.: Orph. fl. gr. n. 189; Sint. et Bornm. it. turc. n. 1210; Sint. it. thessal. n. 371; Baen. herb. europ. n. 9217.

Villoso-hirsutum; caudice lignoso, ramis teretibus, ramulosis; foliis trifoliolatis subsessilibus, foliolis obovato-cuneatis, acutis vel obtusiusculis; stipulis ovalibus vel lanceolatis, petiolo multo longioribus; pedunculis folio longioribus; floribus dense capitatis; calycis hirsutissimi laciniis lanceolatis, tubo subduplo longioribus; corolla ex albo rosea, carina atropurpurea, vexillo alis et carina multo longiore; lepumine oblongo, turgido, acutiusculo, calycem vix excedente, valvis post dehiscentiam non tortis. — Varietas *sericea* DC. cat. hort. monsp. p. 122 pro sp. (*Lotus*) foliis sericeo-incanis, capitulis breviter pedunculatis, in Graecia deesse videtur.

In regione sempervirenti, probabiliter in tota ditione. Indicatur: Epirus: pr. Prevesa, Mitikas, in valle Dipotami (Form), pr. Arta, Kalentini, Pramanta (Hal.); Thessalia: pr. Malakasi, Klinovo, monasterium Korona (Haussk.), Kalabaka (Sint.), Vendista, Kastania in Pindo, mt. Chassia (Form.); pr. Litochoron (Sint.), Patsios et Rapsani in mt. Olympo, pr. Koryza in mt. Pelion, pr. Stylida (Form.); Attica: mt. Pentelicon; pr. Megara (Orph.); Argolis: pr. Nauplia (Haussk.); Arcadia: mt. Alvena et Smirna pr. Krysthena (Friedr.); Laconia: mt. Taygetos (Chaub.); Messenia: pr. Messene, Methone, insula Sapienza (Chaub.); Elis: pr. Lintzi (Heldr.); Sporadum insula Scopelos (Leon.); Cyclades (Chaub.); insula Aegina (Heldr.); Poros (Friedr.); Creta (Sibth.): inter Kalogeros et Anatoli (Raul.); Zante (Marg.); Cephalonia: pr. Argostoli (Heldr.); Ithaca: mt. Skino (Spreitz.); Leucas: ad monasterium Hagios Georgios (Spreitz.); Corcyra (Pieri): pr. urbem (Friedr.), Kipuria, Kanoni, Hagios Joannes, Evropuli, Afra, Kontokali (Form.) — Apr. Jul. ♄.

b. Flores parvi, 5—6 mm longi:

2. **D. rectum L.** sp. p. 775; S. et S. pr. II p. 105; Pieri corc. fl. p. 111. Sieb. avis p. 4; Ch. et B. exp. p. 224, Fl. pelop. p. 51 (*Lotus*); Ser. in DC. pr. II. p. 208; Marg. et R. fl. Zante p. 41; Friedr. Reise p. 264; Clem. sert. p. 35; Bois. fl. or. II. p. 161; Heldr. cat. herb. Orph. p. 28, Fl. Cephalon. p. 33; Haussk. symb. p. 61; Bald. in nuov. giorn. bot. ital. 1894 p. 94, viagg. Creta p. 45. — *Bonjeanea recta* Rchb. fl. germ. exc. p. 507; Raul. cret. p. 740. — Jcon: Rchb. fl. germ. XXII. t. 135. — Exsic.c: Orph. fl. gr. n. 190.

Adpresse pubescens; caudice lignoso, caulibus herbaceis, angulatis, ramosis; foliis trifoliolatis, petiolatis, foliolis obovato-cuneatis, mucronatis, subtus glaucis; stipulis oblique ovatis vel subcordatis, petiolo paulo longioribus; pedunculis folio duplo longioribus; floribus dense capitatis; calycis villosi laciniis subulatis, tubo duplo longioribus; corolla alba vel rosea, carina atropurpurea, vexillo alis et carina parum longiore; legumine anguste-cylindrico, acuto, calyce multo longiore, valvis post dehiscentiam spiraliter tortis.

In locis humidis, paludosis, dumetosis regionis inferioris. Epirus: pr. Prevesa (Bald.); Attica: pr. Athenas (Orph.), in valle Cephissi pr. Podoniphti, in halipedo Phaleri (Heldr.); Argolis; pr. Argos (Chaub); Laconia: mt. Malevo (Orph.), pr. Helos (Heldr.), Gytheion (Pichl.), ad fluvium Eurotas, pr. Methone et Corone Messeniae (Chaub.); Elis: pr. Lintzi (Heldr.); Achaia: pr. Patras (Friedr); Corcyra (Pieri); Cephalonia: ad Myli, Pessada (Heldr.); Zante (Sibth.); Creta: pr. Platania (Sibth.), Alikianu (Bald.), Cercibilia, Spili (Raul.). — Maio, Jul. ♃.

3. **D. graecum** L. mant. p. 104 (*Lotus*); Ser. in DC. pr. II. p. 208. — *D. latifolium* Willd. sp. III p. 1397. — *Lotus latifolius* S. et S. pr. II. p. 107. — *Bonjeania graeca* Griseb. spic. I. p. 43. — Icon: Buxb. cent. I. t. 32, f. 1. — Exsicc.: Heldr. pl. fl. hellen. a. 1887. — Crispule hirsutum, caudice lignoso, caulibus herbaceis, teretiusculis, ramosis; foliis trifoliolatis, subsessilibus, foliolis oblongo-obovatis, mucronatis, stipulis foliolis subsimilibus, petiolo multo longioribus, pedunculis folio triplo longioribus; floribus dense capitatis; calycis villosi laciniis subulatis, tubo aequilongis; corolla albida, carina purpurea, vexillo alis et carina sesquilongiore; legumine oblongo-conico, acuto, calyce duplo longiore, valvis post dehiscentiam non spiraliter tortis.

In dumosis, rarissime. Attica: mt. Pentelicon (Heldr.). — Maio, Jun. ♃.

2. Sectio. *Eudorycnium* Bois. fl. or. II. p. 162. — Calyx subbilabiatus; legumen uniloculare.

4. **D. pentaphyllum** Scop. fl. carn. ed. 2. II. p. 87. — *Lotus dorycnium* L. sp. p. 776 p. p.; Ch. et B. exp. p. 224, Fl. pelop. p. 51. — Jcon: Fl. gr. n. 760.

Hirsutum; caudice lignoso, caulibus adscendentibus, herbaceis teretibus, ramosis; foliis trifoliolatis, subsessilibus; stipulis foliolis conformibus, petiolo multo longioribus; pedunculis elongatis; floribus parvis, dense capitatis, calycis laciniis triangularibus, tubo 2—3plo brevioribus; corolla alba, carina purpurea, vexillo alis et carina longiore; legumine ovato vel oblongo, acutiusculo, calyce subduplo longiore.

α. **typicum**. — *D. pentaphyllum v. sericeum* Neilr. fl. Nied. Öst. p. 945. — *D. germanicum* Gremli exc. fl. Schweiz ed. 6. p. 496. — *D. suffruticosum v. germanicum* Burn. fl. alp. marit. II. p. 142. — *D. sabaudum f. subalpinum* Haussk. symb. p. 61 = *D. nanum* Heldr. et Haussk. in Heldr. it. thessal. IV a. 1885, forma caulibus pumilis, floribus majoribus. — *D. suffruticosum* Marg. et R. fl. Zante. p. 42, non Vill. hist. pl. dauph. III. p. 416, quod differt caulibus basi sublignosis, foliolis minoribus angustioribusque, pilis adpressis plus minus sericeis. — Caules adpresse hirsuti; foliola oblongo-linearia, adpresse hirsuta, canescentia, calyx dense adpresse hirsùtus.

β. **herbaceum** Vill. prosp. p. 44, hist. pl. dauph. III. p. 417; Marg. et R. fl. Zante p. 41; Form. in D. bot. Mon. 1891 p. 56, 1898 p. 81, in Ver. Brünn 1895 p. 51, 1896 p. 111, 1897 p. 79; Hal.

Beitr. fl. Epir. p. 19. Beitr. fl. Thsesal. p. 11, Beitr. fl. Achaia p. 17. — *D. intermedium* Led. ind. Dorp. 1820 p. 14; Bois. fl. or. II. p. 162; Heldr. cat. herb. Orph. p. 28, Fl. Cephalon. p. 33, chlor. Parn. p. 16. — *D. sabaudum* Rchb. fl. exc. p. 867; Haussk. symb. p. 61. — *D. herbaceum v. intermedium* Bald. riv. coll. bot. Alb. 1896 p. 45. — Caules superne patule hirsuti; folia obovato-oblonga vel oblonga, patule hirsuta; calyx parce et breviter adpresse hirsutus: flores minores. — Occurunt quoque specimina intermedia, foliis latis varietatis *β*, sed indumento adpresso varietatis *α*. — Exsicc.: Orph. fl. gr. n. 98; Sint. et Bornm. it. turc. n. 1211; Sint. it. thessal. n. 370; Boen. herb. europ. n. 9251.

In dumosis, sylvaticis regionis montane et subalpinae var. *β* ut videtur frequentior. — Epirus: pr. Janina (Bald.), Govrica (Form.), Vulgarelion, Mazuki (Hal.); Thessalia: in Pindo toto, in mt. Chassia (Form.), in mt. Olympo (Orph.), mt. Pelion (Form.); mt. Parnassus (Heldr.); Attica: mt. Pateras (Heldr.), Pentelicon (Haussk.); Achaia: mt. Kyllene pr. Trikala, mt. Chelmos (Orph.), Olenos, pr. Lopezi (Hal.), mt. Omplo pr. Patras (Heldr.); Elis: in colle Chlemutzi (Heldr.); Arcadia: mt. Diaforti, pr. Francovritzi, pr. Methone et Korone Messeniae (Chaub.); Laconia: mt. Taygetos (Heldr.), mt. Malevo (Orph.); Zante: mt. Scopo (Marg.); Cephalonia: pr. Pessada, Spartia, Hagios Soter (Heldr.); Corcyra: pr. Kanone (Baen.). — Maio, Jul. ♃.

20. **Tetragonolobus** Scop. fl. carn. ed. 2, II. p. 87.

a. Calycis laciniae tubo cylindrico breviores.

1. **T. biflorus** Desr. in Lam. dict. III. p. 604; Bald. in nuov. giorn. bot. ital. 1894. p. 94 (*Lotus*); Ser. in DC. pr. II. p. 215. — Icon: Desf. fl. atl. II. t. 210.

Patule pilosus; caulibus adscendentibus, elongatis; foliis breviter petiolatis, foliolis majusculis obovato-rhombeis vel obovatis, apiculatis; stipulis ovato-orbiculatis, sessilibus; pedunculis 1—2 floris, folio 2—3plo longioribus; calycis laciniis lanceolatis, acutis; corolla lutea vel aurantiaca, calyce sesquilongiore; legumine villoso, alis diametro leguminis angustioribus.

Epirus: in herbidis Gaiduronissi in sinu Ambracico (Bald.). — Apr. Maio. ○ N. v.

2. **T. Wiedemanni** Bois. fl. or. II. p. 176.

Patule et breviter hirsutus; caulibus decumbentibus, brevibus; foliis brevissime petiolatis, foliolis minimis, obovato-rhombeis, retusis; stipulis ovatis, petiolulatis; pedunculis brevissimis, unifloris; calycis laciniis lanceolatis, obtusis; corolla purpurea, calycem excedente; legumine ignoto.

Cycladum insula Paros (Wiedem.) Fl.? ○. N. v.

b. Calycis laciniae tubo campanulato longiores.

3. **T. purpureus** Moench. meth. p. 164; Marg. et R. fl. Zante p. 42; Friedr. Reise p. 280; Ung. Reise p. 140; Weiss in z. b. G. 1869 p. 751; Raul. cret. p. 742; Bois. fl. or. II. p. 175; Spreitz. in

z. b. G. 1877 p. 726, 1887 p. 658; Heldr. cat. herb. Orph. p. 31, Fl. Cephalon. p. 33; Gelmi in bull. soc. bot. ital. 1889 p. 449; Hal. in ö. b. Z. 1895 p. 258. — *Lotus tetragonolobus* L. sp. p. 773; S. et S. pr. II. p. 103; Pieri corc. fl. p. 110; Urv. enum. p. 96; Ch. et B. exp. p. 223, Fl. pelop. p. 51; Hal. in ö. b. Z. 1899 p. 24. — Icon: Fl. gr. t. 755. — Exsicc.: Orph. Fl. gr. n. 581 (Chios); Rev. pl. cret. n. 34, in Baen. herb. europ. n. 5066.

Patule pilosus; caulibus adscendentibus vel decumbentibus; foliis breviter petiolatis, foliolis obovato-rhombeis, apiculatis; stipulis ovatis, sessilibus; pedunculis saepissime unifloris, folio aequilongis; calycis laciniis lanceolatis, acutis; corolla purpurea, calyce sesquilongiore; legumine glabro, alis diametro leguminis aequilatis, undulatis.

In locis cultis, herbidis regionis inferioris. Corcyra (Pieri): pr. San Deca, Barbati, Spartilla, Benizze (Spreitz.); Leucas: pr. Amaxichi (Spreitz); Ithaca: pr. Vathy, mt. Skino (Spreitz.); Cephalonia: pr. Argostoli (Spreitz.); Zante (Marg.); Strophades (Reis.); Peloponnesus (Sibth.): pr. Patras Achaiae (Reiser), pr. Pylos usque Messene (Chaub.), pr. Carithena (Friedr.); Creta: pr. Kissamos (Heldr.), Canea, Candia (Raul.); Cycladum insula: Melos (Urv.), Kimolos, Syra (Weiss), Pholegandros (Veneris). — Mart. Maio. ⊙.

4. **T. Requieni** Mauri in Ten. succ. relaz. viagg. Abruz. p. 81 (*Lotus*); Fisch. et Mey. ind. hort. Petrop. 1835 p. 23; Daveau in bull. soc. bot. Fr. 1896 p. 365. — *T. conjugatus* Bois. fl. or. II. p. 175 p. p., non *Lotus conjugatus* L. sp. p. 774, qui probabiliter forma biflora *T. siliquosi*; cf. Daveau l. c. —

Patule pilosus; caulibus adscendentibus vel decumbentibus; foliis breviter petiolulatis, foliolis obovato-rhombeis, apiculatis; stipulis ovatis, sessilibus; pedunculis fere semper geminis, folio aequilongis; calycis laciniis lanceolatis, acutis; corolla minori, purpurea, calycem excedente; legumine glabro, anguste marginato.

Graecia (Schlumberger in herb. Bois., ex Daveau l. c.), sine loci specialis indicatione. — Apr. Maio. ⊙. N. v.

21. Lotus L. gen. n. 879.

Dispositio specierum:

1. Sectio. *Krokeria* Moench. — Calyx campanulatus; legumen crassum, cylindricum, demum coriaceum, sutura superiori introflexa profunde canaliculatum.

1. L. edulis L.

2. Sectio. *Eulotus* Ser. — Calyx campanulato-tubulosus; legumen lineare vel oblongum, teres.

a. Perennes.

α. Calycis laciniae laterales reliquis dimidio vel subdimidio breviores.

× Planta argenteo-sericea; folia sessilia vel brevissime petiolata; stipulae petiolo manifeste longiores; semina globosa.

2. L. creticus L.

XX Planta cinereo-virens vel viridis; folia petiolata; **stipulae** petiolo aequilongae; semina ovoideo-globosa.

3. L. cytisoides L.

β. Calycis laciniae aequales vel subaequales.

X Corolla calyce duplo vel subduplo longior; legumen calyce multo longius.

○ Rhizoma repens, stoloniferum; caulis fistulosus.

4. L. uliginosus Schkuhr.

○○ Rhizoma non stoloniferum; caulis solidus.

5. L. corniculatus L. **6. L. decumbens** Poir.

XX Corolla calycem parum superans; legumen calyce 3—4plo tantum longius.

7. L. lamprocarpus Bois.

b. Annui.

α. Pedunculi 1—6flori, graciles, folio 2—3plo longiores; **corolla** flava, vexillo interdum purpurascente.

8. L. angustissimus L. **9. L. parviflorus** Desf.

β. Pedunculi 1flori, crassiusculi, calyce breviores; corolla albida, vexillo roseo-striato.

10. L. coimbrensis Brot.

3. Sectio. *Lotea* Med. — Calyx bilabiatus; legumen lineare compressum vel subcompressum.

11. L. ornithopodioides L. **12. L. peregrinus** L. **13. L. pusillus** Viv.

1. Sectio. *Krokeria* Moench meth. p. 143. — **Calyx** campanulatus; legumen crassum, cylindricum, demum coriaceum, sutura superiori introflexa profunde canaliculatum.

1. **L. edulis** L. sp. p. 774; S. et S. pr. II. p. 103; Ch. et B. exp. p. 223, Fl. pelop. p. 51; Marg. et R. fl. Zante p. 42; Friedr. Reise p. 269; Ung. Reise p. 140; Weiss in z. b. G. 1869 p. 751; Raul. cret. p. 741; Bois. fl. or. II. p. 173; Spreitz. in z. b. G. 1877 p. 726; Heldr. cat. herb. Orph. p. 31, Fl. cephalon. p. 33, Fl. Aegin. p. 294; Haussk. symb. p. 61. — Icon: Fl. gr. t. 756. — Exsicc.: Heldr. herb. fl. hellen. a. 1876 et 1878.

Pubescens; caulibus adscendentibus diffusisve, ramosis; foliis breviter petiolatis, foliolis obovato-cuneiformibus, glaucescentibus; stipulis ovatis vel subcordatis, basi obliquis; pedunculis 1- raro 2-floris, folio 2—3plo longioribus; calycis laciniis lineari-lanceolatis, tubo duplo longioribus; corolla majuscula, flava, vexillo orbiculari, carina margine inferiore curvata; legumine incurvato, glabro, apice uncinato.

In collibus, cultis, arenosis regionis inferioris. Attica: mt. Lycabettus, pr. Piraeum (Heldr.); Corinthus, Kalamaki (Haussk.); insula Aegina (Friedr.); Argolis: pr. Argos (Chaub.); Laconia (Sibth.): mt. Taygetos (Zahn), pr. Marathonisi (Chaub.); Messenia: pr. Methone, Arcadia (Chaub.); Zante (Sibth.); Cephalonia: pr. Pessada (Heldr.); Ithaca: mt. Skino (Spreitz.); Corcyra (Ung.); Cycladum insula: Syra (Weiss), Melos, Kimolos (Leon.), Pholegandros (Veneris); Creta (Raul.): pr. Canea (Weiss). — Febr. Maio. ⊙.

2. Sectio. *Eulotus* Ser. in DC. pr. II. p. 210. — Calyx campanulato-tubulosus; legumen lineare vel oblongum, teres.

a. Perennes.

α. Calycis laciniae laterales reliquis dimidio vel subdimidio breviores.

× Planta argenteo-sericea; folia sessilia vel brevissime petiolata; stipulae petiolo manifeste longiores; semina globosa.

2. **L. creticus** L. sp. p. 775. — *L. creticus α genuinus* Bois. fl. or. II. p. 165. — Icon: Cav. ic. II. t. 156.

Basi suffrutescens; caulibus prostratis vel adscendentibus, ramosis; foliolis obovato- vel oblongo-cuneiformibus; stipulis ovatis vel ovato-lanceolatis; pedunculis 3—6 floris, folio 3—4 plo longioribus; calycis laciniis lateralibus obtusis, reliquis oblongo-lanceolatis acutis; corolla flava vel aurantiaca, vexillo obovato-orbiculari, carinam valde curvatam longeque rostratam haud prorsus tegentibus; legumine glabro, cylindrico, non toruloso.

Creta (Linné). — Mart. Maio. ♃. N. v.

×× Planta cinereo-virens vel viridis; folia petiolata; stipulae petiolo aequilongae, semina ovoideo-globosa.

3. **L. cytisoides** L. sp. p. 776; Urv. enum. p. 96; Ch. et B. exp. p. 224, Fl. pelop. p. 52; Marg. et R. fl. Zante p. 42; Friedr. Reise p. 268; Weiss in z. b. G. 1869 p. 751; Bois. fl. or. suppl. p. 170; Haussk. symb. p. 61; Hal. in ö. b. Z. 1895 p. 258, 1897 p. 92; Heldr. fl. Aegin. p. 295, in ö. b. Z. 1868 p. 183, chlor. Thera p. 11. — *L. creticus* S. et S. pr. II. p. 105; Ch. et B. exp. p. 224, Fl. pelop. p. 51. — *L. argolicus* Link in Linnaea IX. p. 584; Ch. et B. fl. pelop. p. 52. — *L. creticus v. viridescens* Raul. cret. p. 741. — *L. creticus β. cytisoides* Bois. fl. or. II. p. 165; Spreitz. in z. b. G. 1877 p. 726, 1887 p. 658; Heldr. cat. herb. Orph. p. 29, Fl. cephalon, p. 33. — Icon: Fl. gr. t. 758. — Exsicc.: Heldr. herb. norm. n. 1319. in Magnier fl. sel. n. 3239.

Basi suffrutescens, cinereo-virens, parce pubescens; caulibus procumbentibus vel adscendentibus, ramosis; foliolis obovato-vel oblongo-cuneiformibus; stipulis ovatis; pedunculis 2—6 floris, folio 2—3plo longioribus; calycis laciniis lateralibus acutiusculis vel obtusis, reliquis oblongo-lanceolatis acutis; corolla flava, vexillo ovato-orbiculari, carinam angustam subrectangule curvatam, rostratam prorsus tegentibus; legumine glabro, cylindrico, non vel vix toruloso.

β. **collinus** Bois. fl. or. II. p. 165; Heldr. cat. herb. Orph. p. 29 pro var. *C. cretici.* — *L. judaicus* Bois. l. c. — Viridis; folia et stipulae saepe majores; legumen subcompressum, torulosum. — Variat calycis lateralibus latioribus brevioribusque, valde obtusis (f. *obtusiloba*). — Exsicc.: Orph. fl. gr. n. 586; Heldr. herb. norm. n. 1320.

In arenosis maritimis, saxosis regionis inferioris et montanae. Attica: ad Piraeum, Phaleron, pr. Munychia, promontorium Colias (Heldr.), mt. Pentelicon, pr. Laurion, Sunium (Haussk.); isthmus Corinthiacus: pr. Kalamaki, Corinthum (Haussk.); Argolis: pr. Nauplia, Argos (Haussk.); insula Aegina (Friedr.); Messenia: pr. Methone (Chaub.); Sporadum insula Peristeri, Psathura (Leon.); Cycladum insula: Melos (Urv.), Cythnos (Armenis), Naxos, Tenos (Leon.), Thera (Heldr.); Creta: pr. Canea (Weiss), Khalepa, Suda, Dramia, Retymo, Candia, Guves (Raul.); Zante (Marg.); Cephalonia: pr. Argostoli (Heldr.); Leucas: pr. monasterium Hagios Georgios (Spreitz.); — β. Pharmacusarum insula Mikra Kyra (Heldr.); Argolis: pr. Nauplia (Orph.); Laconia: mt. Malevo pr. Platanos (Orph.); Achaia: mt. Kyllene pr. Trikala (Orph.); Messenia: pr. Thuria (Zahn). — Febr. Maio. ♃.

β. Calycis laciniae aequales vel subaequales.

× Corolla calyce duplo vel subduplo longior; legumen calyce multo longius.

○ Rhizoma repens, stoloniferum; caulis fistulosus.

4. L. **uliginosus** Schkuhr handb. II. p. 412, t. 211; Haussk. symb. p. 61. — *L. major* Sm. engl. bot. t. 2091, vix Scop. — *L. villosus* Thuill. fl. Paris ed 2 p. 287 (*var. hirsuta*).

Glaber vel hirsutus; caulibus adscendentibus, elongatis, ramosis: foliis breviter petiolatis, foliolis ovato-cuneiformibus; stipulis ovatis, petiolo longioribus; pedunculis 4-plurifloris, folio 3—4plo longioribus, demum valde elongatis; calycis laciniis lineari-lanceolatis, tubo aequilongis, ante anthesin reflexis; corolla lutea, vexillo ovato, alis obovatis, carinam laeviter curvatam rostratam tegentibus; legumine glabro, subcompresso.

In scaturiginosis subalpinis jugi Zygos in Pindo tymphaeo (Haussk.). — Maio, Jul. ♃. N. v.

○○ Rhizoma non stoloniferum; caulis solidus.

5. L. **corniculatus** L. sp. p. 775; S. et S. pr. II. p. 106; Ch. et B. exp. p. 224, Fl. pelop. p. 52; Clem. sert. p. 35; Raul. cret. p. 742; Form. in D. bot. Monat. 1891 p. 56; Haussk. symb. p. 61; Hal. Beitr. fl. Epir. p. 19. —

Glaber vel pilosus; caulibus adscendentibus, simplicibus vel ramosis foliis breviter petiolatis, foliolis obovatis vel oblongis; stipulis ovatis, petiolo longioribus; pedunculis 3—6 floris, folio multo longioribus; calycis laciniis e basi triangulari subulatis, tubo subaequilongis, ante anthesin conniventibus; corolla lutea, vexillo ovato vel orbiculato, alis late obovatis, margine inferiore valde curvatis, carinam rectangule curvatam rostratam non prorsus tegentibus; legumine glabro, tereti, calyce pluries longiore. — Species maxime polymorpha; formas sequentes, intermediis conjunctas, observavi.

α. **typicus.** Glaber vel parcissime pilosus; foliola obovata. — Exsicc.: Sint. it. thessal. n. 393.

β. **pilosus** Jord. pug. p. 60 pro sp., Rouy fl. fr. V. p. 148. — *L. corniculatus v. ciliatus* Koch syn. p. 177; Heldr. cat. herb. Orph. p. 29; Haussk. symb. p. 61; Bald. riv. coll. bot. Alb. 1895 p. 26, 1896 p. 45; Form. in Ver. Brünn 1897 p. 70; non *L. ciliatus* Ten. syll. nap. p. 379. — Foliolis obovatis calycibusque pilis longis plus minus dense vestitis. — Exsicc.: Bald. it. Alb. epir. III. n. 133; Sint. et Bornm. it. turc. n. 1209; Dörfl. fl. gr. n. 336.

γ. **stenodon** Bois. et Heldr. diagn. ser. 2, II. p. 21, Fl. or. II. p. 166; Heldr. cat. herb. Orph. p. 29. f. *major*, glabriuscula grandiflora et f. *minor*, plus minusve hirta, floribus minoribus brevius pedunculatis; Heldr. chlor. Parn. p. 16; Form. in D. bot. Mon. 1801 p. 56, in Ver. Brünn 1896 p. 112, 1897 p. 70; Haussk. symb. p. 61. — Glabriusculus vel plus minusve pilosus, caespitosus, caulibus saepius abbreviatis, foliolis parvis, laciniis calycis interdum subangustioribus. — Montium altiorum alpiumque incola. — Exsicc.: Orph. fl. gr. n. 323 et 324; Heldr. herb. norm. n. 1419.

δ. **tenuifolius** L. sp. p. 776. — *L. tenuis* Kit. in Willd. en. hort. berol. p. 797. — *L. tenuifolius* Rchb. fl. exc. p. 506; Weiss in z. b. G. 1869 p. 751; Bois. fl. or. II. p. 166; Heldr. cat. herb. Orph. p. 29, *glabriusculus et hirsutus*; Form. in Ver. Brünn 1895 p. 52, 1897 p. 79. — Foliis stipulisque linearibus vel lineari-obovatis, alis angustioribus, inferne minus curvatis. — Occurrit interdum caulibus abbreviatis, pedunculis unifloris (*v. unifloras* Bois. fl. or. II. p. 166; Heldr. cat. herb. Orph. p. 30). — Exsicc.: Orph. fl. gr. n. 583.

In herbidis saxosis regionis inferioris et montanae, in alpinam usque adscendens. In Pindo epirotico et thessalo toto, mt. Chassia, mt. Olympus, Ossa, Pelion, Othrys, Oeta; Aetolia: mt. Arapokephala, Tymphrestus (Heldr.), Korax (Leon.); mt. Parnassus (Orph.); Attica: mt. Pentelicon (Haussk.); Peloponnesus: mt. Kyllene, Chelmos, Malevo (Orph.), Taygetos (Heldr.); Archipelagus (Sibth.); Creta: pr. Enneachoria, Kladiso (Raul.); — *δ*. in humidiusculis regionis praesertim inferioris et submontanae, indicatur: Epirus: pr. Han Balduna (Form.); Thessalia: pr. Trikala (Form.), Orman Magula (Haussk.), mt. Ossa (Heldr.), Olympus (Orph.); mt. Parnassus, pr. Thebas Boeotiae (Orph.); Attica: mt. Parnes, ad Phaleron (Orph.); Argolis: pr. Nauplia, Tirynthum, Argos (Orph.); Achaia: mt. Kyllene (Orph.), pr. Kalavryta (Hal.); Laconia: mt. Malevo (Orph.); Cycladum insula: Keos, Naxos (Heldr.), Syra (Weiss); *f. uniflora* pr. Cydonia Cretae (Heldr.). — Maio, Aug. ♃.

6. **L. decumbens** Poir. dict. suppl. III. p. 508; Haussk. symb. p. 61. —

Glaber vel pilosus; caulibus adscendentibus, elatis, ramosis; foliis breviter petiolatis, foliolis oblongo-cuneatis vel lanceolatis, acutis; stipulis ovato-lanceolatis, petiolo longioribus; pedunculis 2—5 floris, folio multo longioribus; calycis laciniis a basi triangulari subulatis, tubo longioribus, ante anthesin conniventibus; corolla lutea, vexillo obovato-orbiculato,

alis oblongis, margine inferiori rectiusculis, carinam laeviter curvatam rostratam non prorsus tegentibus; legumine glabro, tereti. — Praecedenti robustior, ab eo differt caulibus elatis, ramosioribus, foliorum forma, calycis laciniis longioribus, alis rectiusculis et carina sensim curvata; maxime affinis var. δ. *tenuifolio*, a quo tamen foliis amplis statim diagnoscitur.

α. **typicus.** Foliolis calycibusque pilosis. — Exsicc.: Heldr. pl. gr. a. 1891.

β. **Preslii** Ten. syll. app. V. p. 54 pro sp. — Tota planta glaberrima. — Exsicc.: Heldr. pl. fl. hellen. a. 1890 et 1895.

In humidis. Attica; pr. Podoniphti, Myli, Phaleron (Heldr.); Argolis: pr. Nauplia (Haussk.); Cycladum insula Ios (Heldr.). — Maio, Jul. ♃.

×× Corolla calycem parum superans; legumen calyce 3—4plo tantum longius.

7. **L. lamprocarpus** Bois. diagn. IX. p. 33; Fl. or. II. p. 166 suppl. p. 170; Heldr. cat. herb. Orph. p. 30; Haussk. symb. p. 61; Bald. viagg. Creta p. 45. — Exsicc.: Orph. fl. gr. n. 582; Heldr. herb. norm. n. 361 et 1024.

Tomentello-hispidus; caulibus diffusis, elongatis, ramosis; foliis breviter petiolatis, foliolis ovatis, acutis; stipulis ovatis, basi saepe subcordatis, petiolo longioribus; pedunculis 2—3floris, folio 2—3plo longioribus; calycis laciniis lanceolato-subulatis, tubo duplo longioribus, inferioribus recurvatis; corolla lutea, vexillo obovato-orbiculato, alis oblongis, margine inferiori rectiusculis, carinam subrectangule curvatam, rostratam non prorsus tegentibus; legumine glabro, subcompresso. — A praecedente indumento copioso, floribus duplo minoribus, calycis laciniis longioribus et legumine brevi optime distinctus. — Habitu *L. angustissimo* similis, sed differt radice perenni et leguminibus brevibus.

Ad fossas, in humidis regionis inferioris. Attica: ad Phalerum (Sprun.), in valle Cephissi pr. Podoniphti (Heldr.); Argolis: pr. Nauplia, Tirynthum (Orph.); Euboea: pr. Oreus (Heldr.); Cycladum insula Melos (Armenis); Creta: pr. Malevisi (Heldr.), Kalyves (Bald.). — Jun. Jul. ♃.

Obs. *L. aegaeus* Griseb. spic. I. p. 45 (*Tetragonolobus*); Bois. fl. or. II. p. 167. — Exsicc.: Orph. fl. gr. n. 584 (in campis Calamaria pr. Thessalonicam), inquirendus in Thessalia bor.-orientali.

b. Annui.

α. Pedunculi 1—6 flori, graciles, folio 2—3plo longiores; corolla flava, vexillo interdum purpurascente.

8. **L. angustissimus** L. sp. p. 774; Ch. et B. exp. p. 225. Fl. pelop. p. 52. Raul. cret. p. 742; Bois. fl. or. II. p. 171; Heldr. cat. herb. Orph. p. 30; Haussk. symb. p. 61; Hal. Beitr. fl. Epir. p. 19, in ö. b. Z. 1899 p. 710. — *L. palustris* Willd. sp. III. p. 1394; Raul. cret. p. 742. — *L.* [illegible] Ten. syll. nap. p. 379. — ? *L. his-*

pidus Friedr. Reise p. 286, vix Desf. — Exsicc.: Sint it. thessal. n. 444.

Patule pilosus; caulibus decumbentibus vel adscendentibus, ramosis; foliis breviter petiolatis, foliolis inferiorum obovatis, superiorum oblongo-lanceolatis, acutis; stipulis ovalibus lanceolatisque, petiolum superantibus; pedunculis 1—2 floris; calycis laciniis lineari-lanceolatis, acuminatis, tubo longioribus; corolla calyce sesquilongiore, carina subrectangule curvata, breviter rostrata; legumine lineari, recto vel laeviter curvato, subcompresso, glabro, calyce 5—7plo longiore.

In arenosis, dumosis, humidiusculis regionis inferioris et montanae. Epirus: pr. Kalentini (Hal.); Thessalia: pr. Vutades in Pindo tymphaeo (Sint.), pr. Kalabaka, Karditza, Pharsalus (Haussk.); Phthiotis: in silva Muntzuraki ad mt. Kukkos (Heldr.); Euboea: pr. Kastaniotissa (Heldr.) Attica: pr. Athenas (Friedr.); Argolis: peninsula Methana (Haussk.); Laconia: mt. Malevo ad Hagios Petros (Orph.), mt. Taygetos (Zahn); Messenia (Chaub.): pr. Kalamata (Zahn); Elis: pr. Lechaena (Heldr.); Creta: pr. Nerokuru, Suda, Acroteri (Raul); Cycladum insula Ios (Heldr.). — Maio, Aug. ⊙.

9. **L. parviflorus** Desf. fl. atl. II. p. 206, t. 211; Weiss in z. b. G. 1869 p. 751; Bois. fl. or. II p. 172. —

Patule villosus; caulibus decumbentibus vel adscendentibus, ramosis; foliis breviter petiolatis, foliolis oblongis vel oblongo-lanceolatis; stipulis ovatis vel ellipticis, petiolo subduplo longioribus; pedunculis 3—6 floris, calycis laciniis lineari-setaceis, tubo duplo longioribus; corolla calyce sublongiore, carina laeviter curvata, longiuscule rostrata; legumine oblongo, calyce vix longiore. —

In arenosis, siccis regionis inferioris, rare. — Cycladum insula Poros (Wiedem.); Creta: pr. Canea (Weiss). — Apr. Maio ⊙. N. v.

β. Pedunculi uniflori, crassiusculi, calyce breviores, corolla albida, vexillo roseo-striato.

10. **L. coimbrensis** Brot. in Willd. sp. III. p. 1390. — *L. conimbricensis* Brot. phyt. lusit. I. p. 127 t. 53; Ch. et B. exp. p. 225, Fl. pelop. p. 52; Raul. cret. p. 741; Bois. fl. or. II. p. 171, suppl. p. 170; Haussk. symb. p. 61. — *L. aristatus* DC. cat. monsp. p. 122. — Exsicc.: Heldr. pl. fl. hellen. a. 1884 et 1899.

Glaber vel sparsim pilosus; caulibus gracilibus, erectis vel adscendentibus, simplicibus vel ramosis; foliis breviter petiolatis, foliolis obovatis vel rhombeis; stipulis ovatis, petiolo longioribus, foliolis saepe majoribus; calycis laciniis lanceolato-subulatis, tubo longioribus; corolla calyce sesquilongiore, carina rectangule curvata, rostro elongato purpurascente; legumine lineari, elongato, arcuato.

In arenosis, herbidis humiduisculis, rare. Boeotia: pr. Thebas (Heldr.); Argolis: pr. Vromolimni in peninsula Methana (Hausk.); Laconia: in Maina (Chaub.); Messenia: pr. Kalamata (Zahn), Messene, Arcadia, Kubeh (Chaub.); Creta: pr. Cydonia (Reverch), Enneachoria (Heldr.); Cycladum insula Melos (Urv.). — Apr. Jun. ⊙.

Obs. *L. arabicus* L. mant. p. 104, a S. et S. pr. II. p. 104 in Archipelago probabiliter ex confusione indicatur.

3. Sectio *Lotea* Medic. phil. bot. I. p. 204. — Calyx bilabiatus; legumen lineare, compressum vel subcompressum.

11. **L. ornithopodioides** L. sp. p. 775; Pieri corc. fl. p. 110; Urv. enum. p. 96; Ch. et B. exp. p. 223, Fl. pelop. p. 51; Marg. et R. fl. Zante p. 42; Friedr. Reise p. 270 et 279; Fraas fl. class. p. 62; Weiss in z. b. G. 1869 p. 751; Raul. cret. p. 741; Bois. fl. or. II. p. 173; Spreitz. in z. b G. 1877 p. 726, 1887 p. 658; Heldr. cat. herb. Orph. p. 30, Fl. cephalon. p. 33, Fl. Aegin. p. 295; Haussk. symb. p. 61; Hal. in ö. b. Z. 1897 p. 92. — Icon: Cav. ic. II. t. 163. — Exsicc.: Heldr. pl. fl. hellen. a. 1880.

Pubescens, viridis; caulibus adscendentibus vel diffusis, ramosis; foliis breviter petiolatis, foliolis obovato-cuneiformibus vel rhombeis; stipulis ovatis subcordatisque, petiolum aequantibus; pedunculis 2—5 floris, tandem elongatis, folio longioribus; calycis ad medium bilabiati, labio superiore bi-, inferiore tri-dentato, dentibus lateralibus obtusis, intermedio lanceolato dimidio brevioribus; corolla flava, calyce sesquilongiore, carina subrectangule curvata, breviter rostrata; legumine valde compresso, glabro, toruloso, subarcuato, calyce multo longiore.

In locis graminosis, saxosis, arvis regionis inferioris frequens. Attica: pr. Athenas (Heldr.), mt. Pentelicon (Haussk.); isthmus Corinthiacus: pr. Kalamaki (Haussk.); Argolis: pr. Nauplia (Haussk.), Astros (Orph.); insula Aegina: promontorium Perdicca (Friedr.); Laconia: mt. Malevo (Orph.), Taygetos (Psarides); Arcadia: pr. Carithena (Friedr.); Achaia: pr. Xylocastron (Orph.), Patras (Hal.); Messenia: pr. Methone (Chaub.); Sporadum insula Scopelos (Leon.); Cycladum insula Tenos, Syra (Weiss), Melos (Urv.), Kimolos (Leon.); Creta: pr. Canea (Raul.); Zante (Marg.); Cephalonia: pr. Argostoli (Heldr.); Leucas: pr. Amaxichi (Spreitz.); Corcyra (Pieri): pr. Barbati, Spartilla, Benizze (Spreitz.). — Apr. Maio. ☉.

12. **L. peregrinus** L. sp. p. 774; Marg. et R. fl. Zante p. 42; Ung. Reise p. 140; Weiss in z. b. G. 1869 p. 751, Bois. fl. or. II. p. 172; Heldr. cat. herb. Orph. p. 30, Fl. cephalon. p. 33; Haussk. symb. p. 61. — *L. Dioscoridis* All. fl. ped. I. p. 310; Raul. cret. p. 741. — *L. oligoceratos* Lam. dict. III. p. 605. — Exsicc.: Orph. fl. gr. norm. n. 549 et 917.

Adpresse hirtus; subsericeus, canescens; caulibus diffusis vel adscendentibus, ramosis; foliis breviter petiolatis, foliolis obovato-cuneiformibus vel rhombeis; stipulis ovatis, petiolum aequantibus; pedunculis 2—3 floris, folio brevioribus vel aequilongis, demum incrassatis; calycis ad medium bilabiati, labio superiore bi-, inferiore tri-dentato, dentibus lateralibus obtusis, intermedio lanceolato dimidio brevioribus; corolla flava, calyce sesquilongiore, carina subrectangule curvata, breviter rostrata; legumine subcompresso, glabro, vix toruloso, recto, calyce multo longiore.

— Differt a praecedente indumento densiore adpresso, foliolis minoribus, pedunculis breviter incrassatis et legumine.

In arenosis maritimis, herbidis regionis inferioris, rarius. Attica: ad Phalerum, ad radices mt. Hymettus pr. Buliasmene (Heldr.), pr. Laurion (Haussk.); pr. Lechaeum isthmi Corinthiaci (Orph.); Cycladum insula Melos (Leon.), Syra (Weiss); Creta: pr. Canea (Weiss), Lazarete, Khalepa, Akroteri, Francocastro (Raul.); Zante (Marg.); Cephalonia (Ung.). — Mart. Maio. ◯.

13. **L. pusillus** Viv. fl. lyb. p. 47, t. 17, f. 13; Bois. fl. or. II. p. 173 cum. var. *β. major*. — *L. halophilus* Bois. et Sprun. diagn. II. p. 37; Raul. cret. p. 741. — Exsicc.: Orph. fl. gr. n. 7; Heldr. herb. norm. n. 473 et 918, Holzm. in Baen. herb. europ. n. 4187.

Adpresse tomentellus, canus; caulibus prostratis vel adscendentibus, ramosis; foliis brevissime petiolatis, obovato-oblongis oblongisve; stipulis ovatis, petiolo longioribus; pedunculis 1—3 floris, plerumque 2 floris, folio 2—3plo longioribus; calycis ultra medium bilabiati, labio superiori bi-, inferiore tripartito, laciniis lanceolato-subulatis, subaequalibus; corolla flava, calyce sesquilongiore, carina subrectangule curvata, breviter rostrata; legumine tenuissimo, subcompresso, glabro, vix toruloso, apice subincurvo, calyce multo longiore. — Planta parvula, praecedentibus omnibus partibus minor; a. *L. peregrino* pedunculis elongatis, calycis laciniis subaequalibus et legumine tenui apice curvato diagnoscenda.

In arenosis maritimis, rare. Attica: ad Phalerum (Sprun.); Creta: ad ostium flum. Kladiso pr. Canea (Heldr.). — Mart. Apr. ⊙.

Obs. *L. tetraphyllus* L. fil. suppl. p. 340 indicatur a. Ch. et B. exp. p. 223, fl. pelop. p. 51 pr. Pylos Messeniae, sed probabiliter erronee.

5 Tribus *Galegeae* Benth. et Hook. gen. I. p. 443.

22. Psoralea L. gen. n. 894.

1. **P. bituminosa** L. sp. p. 763; S. et S. pr. II. p. 92; Sieb. avis p. 4, rem. p. 5; Dallap. prosp. p. 100; Ch. et B. exp. p. 216, Fl. pelop. p. 49; Marg. et R. fl. Zante p. 42; Friedr. Reise p. 270; Fraas fl. class. p. 62; Clem. sert. p. 35, *β. pustulata;* Heldr. Nutzpfl. p. 70, cat. herb. Orph. p. 32, Fl. cephalon. p. 34, Fl. Aegin. p. 295, chlor. Thera p. 11; Weiss in z. b. G. 1869 p. 751; Raul. cret. p. 742; Bois. fl. or. II. p. 187; Spreitz in z. b. G. 1877 p. 726, 1887 p. 658; Form. in D. bot. Monat. 1891 p. 57, in Ver. Brünn 1895 p. 52, 1896 p. 112, 1897 p. 80; Hal. Beitr. Fl. Thessal. p. 11, in ö. b. Z. 1897 p. 93; Bald. riv. coll. bot. Alb. 1896 p. 46. — Icon: Rchb. XXII. t. 139. — Exsicc.: Heldr. herb. dimorph. n. 22. —

Adpresse plus minus hirsuta; caulibus erectis, ramosis; foliis trifoliolatis, longe petiolatis, foliolis inferiorum ovatis obtusis, superiorum lanceolatis vel lineari-lanceolatis acutis; stipulis lineari-subulatis; pedun-

culis axillaribus, elongatis; floribus capitatis, capitulo bracteis trifidis involucrato; calycis adpresse hirsuti laciniis lanceolato-subulatis, inferiore caeteris longiore; corolla coerulea, calycis lacinias superante; legumine ovato, hirsuto, compresso, in rostrum ensiforme leviter curvatum, exsertum abeunte.

β. **palaestina** Gouan ill. pl. p. 51; Fraas fl. class. p. 62; Raul. cret. p. 742 pro sp. — *P. plumosa* Rchb. fl. exc. p. 869. — Icon: Rchb. XXII. t. 140. — Robustior, magis hirsuta, interdum — f. *villosa* Heldr. pl. fl. hellen. a. 1890 — caulibus petiolisque patule hispidis, capitula saepius majora, multiflora, calycis laciniae dense plumoso-villosae. — Exsicc.: Orph. fl. gr. n. 566.

In saxosis, glareosis, herbidis regionis inferioris et submontanae per totam Graeciam. — Apr. Jul. ♃.

23. Colutea L. gen. n. 880.

1. **C. arborescens** L. sp. p. 723; S. et S. pr. II. p. 77; Dallap. prosp. p. 99; Urv. enum. p. 89; Ch. et B. fl. pelop. p. 48; Fraas fl. class. p. 57; Bois. fl. or. II. p. 194; Heldr. cat. herb. Orph. p. 36, Fl. cephalon. p. 34; Chloros Waldverh. p. 31; Hal. in z. b. G. 1888 p. 750; Beitr. fl. Epir. p. 19, Beitr. fl. Thessal. p. 11; Form. in D. bot. Monat. 1891 p. 57, in Ver. Brünn 1895 p. 52, 1896 p. 112, 1897 p. 80; Haussk. symb. p. 62. — Icon: Fl. gr. t. 707. — Exsicc.: Orph. fl. gr. n. 617.

Fruticosa; foliis 3—5 jugis, foliolis ellipticis vel obovatis, supra glabris, subtus puberulis; racemis 3—6 floris, folio brevioribus, floribus pedicellatis, nutantibus; calycis adpresse puberuli dentibus triangularibus, tubo 5—6plo brevioribus; corolla flava; legumine glabro vel sparsim hirtulo, vesiculoso-inflato.

In dumetis, silvaticis regionis montanae. Epirus: pr. Han Kanberga, in valle Dipotami (Form.), pr. Kalentini, Mazuki (Hal.); Thessalia: pr. Klinovo, monasterium Korona (Haussk.), Malakasi, Kalabaka, Kastri, Vlachava, Limogardi, Trikala, in valle Tempe, pr. Rapsani, Volo (Form.), mt. Pelion pr. Milies (Heldr.); Attica: mt. Parnes (Fraas), pr. Pikermi, in valle Bucca pr. Oropos (Heldr.); Boeotia: pr. Lebadia (Orph.); Doris: mt. Kiona (Hal.); Argolis: pr. Epidaurus (Fraas); Laconia: mt. Malevo pr. Platanos et Hagios Joannes (Orph.), mt. Taygetos (Psarid.); Achaia: pr. Megaspilaeon (Orph.); Messenia: pr. Nisi (Chaub.); Sporadum insula Scopelos (Urv.); Cephalonia (Dallap.). — Apr. Jul. ♄.

2. **C. melanocalyx** Bois. et Heldr. diagn. IX. p. 35; Heldr. cat. herb. Orph. p. 36. —

Differt a praecedente calyce ut et pedicelli pilis fuliginosis dense tomentoso, dentibus tubi tertiam partem aequantibus.

Laconia: in mt. Malevo pr. Platanos (Orph.). — Mart. Apr. ♄. N. v.

Obs. *Robinia pseudoacacia* L. sp. p. 722; Heldr. Nutzpfl. p. 70 Colitur.

24. Galega L. gen. n. 890.

1. **G. officinalis** L. sp. p. 714; Pieri corc. fl. p. 106; Heldr. Nutzpfl. p. 70, cat. herb. Orph. p. 34, in Sitzungsb. acad. Wiss. Berlin 1883 p. 4; Bois. fl. or. II. p. 191; Form. in D. bot. Monat. 1891 p. 57, in Ver. Brünn 1895 p. 52, 1896 p. 112, 1897 p. 80; Haussk. symb. p. 62, cum var. *albiflora*; Hal. Beitr. fl. Epir. p. 19, Beitr. fl. Aetol. p. 6, Beitr. fl. Thessal. p. 11; Bald. riv. coll. bot. Alb. 1896 p. 46. — Icon: Fl. gr. t. 726. — Exsicc.: Sint. et Bornm. it. turc. n. 1207; Sint. it. thessal. n. 977. —

Glabra vel parce hirtula; caulibus erectis, ramosis; foliis 5—8 jugis, foliolis oblongo-lanceolatis; stipulis semisagittatis; racemis axillaribus, multifloris, folio longioribus; calycis laciniis triangulari-subulatis; corolla coerulescenti, raro alba; legumine patulo; glabro, teretiusculo, calyce multo longiore.

In dumetis, ad fossas, ripas regionis inferioris et submontanae passim. Epirus: pr. Arta (Hal.), Prevesa, Philippiades, Han Mescho, Janina, Katschka, Chartmut, Han Levka (Form.); Thessalia: pr. Kastania (Hal.), Malakasi (Sint.), Han Kukleus, Kalabaka, Trikala, Pharsalus, Velestinos, Larissa, Lechonia, Agria, Mavromandila, Megalivris (Form.), Orman Magula, Karditza (Haussk.), mt. Pelion (Heldr.), Litochori (Sint.) et Catherina (Orph.) in mt. Olympo; Euboea: pr. Oreos (Orph.); Boeotia: ad lacum Copais (Heldr.), pr. Lebadia (Orph.); Aetolia: pr. Mesolongion (Heldr.); Corcyra (Pieri). — Maio, Aug. ♃.

25. Glycyrrhiza L. gen. n. 882.

1. **G. glabra** L. sp. p. 742; S. et S. pr. II. p. 77; Sieb. avis p. 4, rem. p. 5; Dallap. prosp. p. 100; Ch. et B. exp. p. 216, Fl. pelop. p. 50; Marg. et R. fl. Zante p. 42; Fraas fl. class. p. 57; Heldr. Nutzpfl. p. 70, Fl. Cephalon. p. 34; Weiss in z. b. G. 1869 p. 751; Raul. cret. p. 742; Spreitz. in z. b. G. 1887 p. 658. — Icon: Lam. enc. bot. t. 625, f. 2.

Glabriuscula; caulibus erectis, subsimplicibus; foliis 4—7 jugis, foliolis oblongis vel elliptico-lanceolatis, glutinosis; stipulis rudimentariis; racemis axillaribus, laxifloris, elongatis, folio brevioribus vel sublongioribus; calycis laciniis lanceolatis; corolla coerulescente; legumine lineari, compresso, laevi, 2—4 spermo.

β. **glandulifera** W. et K. pl. rar. hung. I. p. 20 t. 21; Fraas fl. class. p. 57; Haussk. symb. p. 62, pro sp.; Reg. et Herd. pl. semen. p. 37; Bois. fl. or. II. p. 202; Heldr. cat. herb. Orph. p. 34. — Icon: Fl. gr. t. 709. — Exsicc.: Orph. fl. gr. n. 1037; Rev. pl. cret. n. 35. — Caules plus minus pubescentes et glanduloso-asperuli; legumen echinato-glandulosum.

In incultis, collibus arenosis, saepe gregarie. Thessalia: pr. Karditza Trikala (Hausk.); pr. Lamia, Mesolonghion (Fraas); **Euboea**: pr. Oreos (Orph.); Peloponnesus: copiose in regione litorali tota a Corintho usque ad urbem Patras (Heldr.), in Elide (Sibth.), nec non in agro Laconico praesertim in Maina pr. Djalova (Chaub.); Creta (Sibth.): pr. Canea (Raul.); Zante: mt Scopo (Marg.); Cephalonia: frequens in demissis mari finitimis, praesertim pr. Lixuri, Piscardo (Heldr.); Cycladum insula Syra (Weiss). — Maio, Jul. ♃.

2. **G. echinata** L. sp. p. 741; S. et S. pr. II. p. 77; Friedr. Reise p. 264; Heldr. Nutzpfl. p. 70, cat. herb. Orph. p. 34; Raul. cret. p. 742; Bois. fl. or. II. p. 203; Hal. in ö. b. Z. 1890 p. 37; Haussk. symb. p. 62; Form. in Ver. Brünn 1896 p. 112. — Icon: Fl. gr. t. 708. — Exsicc.: Sint. it. thessal. n. 1099.

Glabriuscula; caulibus erectis, subsimplicibus; foliis 5—6 jugis, foliolis oblongis vel ellipticis, subtus impresso-resinoso punctatis; stipulis lanceolato-subulatis; racemis axillaribus, globoso-capitatis, densissimis, breviter pedunculatis; corolla coerulescente; legumine ovato-oblongo, compresso, subdispermo, setis longis eglandulosis, demum induratis subpungentibus echinato.

In cultis derelictis, pascuis regionis inferioris et submontanae. Thessalia: in Pindo dolopico (Haussk.), pr. Trikala, Megala Kalyvia (Heldr.), Larissa, Karacair (Form.), ad Kalamaki pr. Tyrnavos (Sint.), pr. Katherina (Orph.); Boeotia: pr. Thebas (Heldr.); Achaia: pr. Patras (Friedr.); Creta (Sibth.). — Maio, Jul. ♃.

26. Biserrula L. gen. n. 893.

1. **B. pelecinus** L. sp. p. 762; S. et S. pr. II. p. 91; Pieri corc. fl. p. 107; Ch. et B. exp. p. 215, Fl. pelop. p. 49; Friedr. Reise p. 272; Weiss in z. b. G. 1869 p. 751; Raul. cret. p. 743; Bois. fl. or. II. p. 204; Heldr. cat. herb. Orph. p. 46, Fl. Aegin. p. 295; Haussk. symb. p. 63; Hal. in ö. b. Z. 1897 p. 93. — Icon: Fl. gr. t. 737. — Exsicc.: Heldr. herb. norm. n. 18. —

Adpressiuscule hirta; caulibus diffusis; foliis 8—15 jugis, foliolis cuneato-obovatis vel oblongis, emarginatis; pedunculis axillaribus, folio subaequilongis; racemis brevibus, paucifloris, laxiusculis; calycis nigro-hirti laciniis subulatis, tubo longioribus; corolla coerulescente, calycem parum excedente; legumine late-lineari, adpresse hirtulo vel glabro, marginibus sinuato-dentatis.

In collibus siccis, herbidis. Aetolia: pr. Krionerion (Reis.); Attica: pr. Athenas, Kolonos, Pikermi (Heldr.), Phaleron (Orph.); Argolis: peninsula Methana (Haussk.), Troezene (Friedr.), Nauplia (Orph.); insula Aegina: ad monasterium (Heldr.); Messene (Chaub.); Sporadum insula Scopelos (Reis.); Cycladum insula: Syra, Tenos (Weiss); Creta: pr. Lutro (Raul.); Corcyra (Pieri). — Mart. Jun. ⊙.

27. Astragalus L. gen. n. 892.

Dispositio specierum:

1. Sectio. *Vesicarii* DC. — Perennes, inermes, pube bicuspida medio fixa vestiti; stipulae liberae; calyx tubulosus, demum vesicario inflatus.

1. A. vesicarius L.

2. Sectio. *Cercidotriches* Bunge. — Perennes, inermes, pube bicuspidata medio fixa vestiti; stipulae liberae vel connatae; calyx campanulatus vel tubulosus, demum immutatus.

a. Suffrutices vel herbae cauliferae.

α. Suffrutices, stipulis liberis; flores laxe racemosi; legumen lineare, calyce pluries longius.

2. A. apollineus Bois. et Heldr. **3. A. sericophyllus** Griseb.

β. Herbae, stipulis connatis; flores capitati; legumen oblongum, calyce duplo longius.

4. A. chlorocarpus Griseb.

b. Herbae acaules, stipulis inter se liberis.

α. Calyx distincte bibracteolatus; corolla purpurascens.

× Legumen longe lineari-cylindricum, arcuatum; folia viridia.

5. A. atticus Nym.

×× Legumen oblongo-clavatum, incurvum; folia canescentia.

6. A. Spruneri Bois.

β. Calyx ebracteolatus vel obscure bracteolatus; corolla flavida vel albida.

× Capitula pedunculata, dense globosa.

7. A. idaeus Bunge. **8. A. Agraniotii** Orph.

×× Capitula subsessilia, flores ad collum congesta.

9. A. lacteus Heldr. et Sart. **10. A. Baldaccii** Deg.

3. Sectio. *Tragacantha* DC. — Perennes, petiolis persistentibus, pube bicuspidata medio fixa vel simplici basi fixa vestiti; stipulae liberae vel connatae, petiolo adnatae; calyx turbinatus vel campanulatus, demum immutatus.

a. Pili medio fixi bicuspidati; bracteolae binae; legumen biloculare.

11. A. angustifolius Lam. **12. A. tymphresteus** Bois. et Sprun.

b. Pili basi fixi simplices; legumen uniloculare.

α. Calyx turbinatus, basi acutus subpungens; legumen minutum, rotundatum, monospermum.

× Bracteolae nullae; calyx basi glaber.

13. A. creticus Lam. **14. A. rumelicus** Bunge.

×× Bracteolae binae; calyx ad basin usque albo-villosus.

15. A. Parnassi Bois. **16. A. cylleneus** Bois. et Heldr.

β. Calyx campanulatus, basi obtusiusculus; legumen oblongum, pleiospermum; bracteolae nullae.

17. A. cephalonicus Presl.

4. Sectio. *Phaca* Bunge. — Perennes, inermes, pube simplici basi fixa vestiti; stipulae connatae vel liberae; calyx campanulatus vel tubulosus, demum immutatus.

a. Plantae cauliferae, elatae; stipulis liberis.

α Plantae prostratae, glabriusculae.

18. A. glycyphyllos L. **19. A. glycyphylloides** DC.

β. Plantae erectae, villosae.

Adpresse canescens; caulibus herbaceis, adscendentibus; foliolis parvis, 10—16 jugis, linearibus vel anguste lanceolatis, obtusiusculis; stipulis parte libera breviter lanceolatis; pedunculis folio longioribus; bracteis lanceolatis, pedicellum aequantibus; capitulis subglobosis; floribus brevissime pedicellatis; calycis ebracteolati, adpresse albo et nigro pilosi dentibus lineari-subulatis, tubo 2—3plo brevioribus; corolla violaceo-cyanea, vexilli calyce duplo longioris lamina oblongo-lineari, obtusa; legumine adpresse hirto.

Epirus: in aridis mt. Smolika supra Grizban (Bald.). — Jun. Jul. ♃.

b. Herbae acaules, stipulis inter se liberis.

α. Calyx distincte bibracteolatus; corolla purpurascens.

× Legumen longe lineari-cylindricum, arcuatum; folia viridia.

5. **A. atticus** Nym. consp. p. 190; Haussk. symb. p. 62. — *A. monspessulanus* S. et S. pr. II. p. 89; Pieri corc. fl. p. 107; Ch. et B. exp. p. 215, Fl. pelop. p. 49; Bald. riv. coll. bot. Alb. 1896 p. 47. — *A. praecox* Ung. Reise p. 140. — *A. Wulfeni* Bois. fl. or. II. p. 472; Heldr. cat. herb. Orph. p. 44; Boissieu in bull. soc. bot. Fr. 1896 p. 285, non Koch. — Exsicc.: Heldr. herb. norm. n. 15 et 1137; Sint. et Bornm. it. turc. or. 1212.

Viridis, adpresse et parce hirtus; foliolis 12—20 jugis, ovato-oblongis, obtusis vel acutiusculis, supra glabris; stipulis lanceolatis; pedunculis folia aequantibus vel superantibus; bracteis lanceolatis, calycis tubum dimidium subaequantibus vel superantibus; floribus breviter pedicellatis; calycis adpresse plus minus hirti dentibus tubum dimidium aequantibus vel eo brevioribus; corolla purpurascente, vexilli calyce duplo longioris lamina basi oblonga, in appendicem linearem longam obtusam vel retusam abeunti, alis bilobis; legumine subcylindrico, 3—5 cm longo, subarcuato, adpresse hirto, calyce multo longiore, in mucronem attenuato. — Proximus *A. monspessulanus* L. sp. p. 761 parum differe videtur legumine graciliore breviore 25—30 mm tantum longo; *A. praecox* Baumg. en. stirp. trans. II. p. 362 legumine fere dimidio angustiore; *A. macedonicus* Heldr. et Charr. in Heldr. herb. norm. n. 1136 vexillo longiore, a basi latiore spathulato-dilatato, legumine angustiore et subbreviore. — *A. illyricus* Bernh. sel. sem. hort. Erfurt. a. 1836. = *A. Wulfeni* Koch syn. ed. 2 p. 207 ab omnibus hic nominatis valde discrepat legumine lato compresso rectiusculo, sutura crassa munito.

β. **Chaubardi** Bunge astrag. p. 202 (errore *Chaubarti*) pro sp. — *A. Wulfeni* Bois. fl. or. II. p. 472; Heldr. cat. herb. Orph. p. 44. — ? *A. incanus* Ch. et B. exp. p. 215, Fl. pelop. p. 49. — Vexillum acutiusculum, alae interdum integrae. — Exsicc.: Heldr. herb. norm. n. 1421; Orph. fl. gr. n. 601. —

In montosis. Epirus: pr. Janina (Bald.); Aetolia et Boeotia (Heldr.); Attica: mt. Parnes, Pentelicon (Bois.); Thessalia: mt. Olympus pr. Hagios Theodoros (Boissieu), pr. Litochoron (Sint.); Cycladum insula Melos (Orph.);

Achaia: mt. Kyllene, Chelmos (Orph.), pr. Megaspilaeon, mt. Omplo pr. Patras (Heldr.); Laconia: mt. Malevo (Orph.), Taygetos (Zahn); Messenia: pr. Methone, Pylos (Chaub.); Corcyra (Pieri): mt. Deca (Ung.). — Apr. Jun. ♃.

×× Legumen oblongo-clavatum, incurvum; folia canescentia.

6. **A. Spruneri** Bois. diagn. I. p. 79 (errore *Sprunneri*), Fl. or. II. p. 472; Clem. sert. p. 37; Heldr. cat. herb. Orph. p. 44, Fl. Aegin. p. 295; Haussk. symb. p. 62. — *A. incanus* S. et S. pr. II. p. 89. — Icon: Fl. gr. t. 732. — Exsicc.: Orph. fl. gr. n. 133; Heldr. herb. norm. n. 410 et 1138, in Baen. herb. europ. n. 2335; Dörfl. fl. gr. n. 151 a.

Adpresse canescens; foliolis 5—12 jugis, ovatis, obtusis vel acutis, utrinque adpresse hirtis; stipulis triangulari-lanceolatis; pedunculis folia aequantibus vel superantibus, bracteis oblongis, pedicello duplo longioribus; floribus breviter pedicellatis; calycis adpresse nigro hirti dentibus tubo duplo brevioribus; corolla violascente, vexilli calyce duplo longioris lamina ovato-oblonga, in appendicem lanceolatam obtusam attenuata, alis lineari-spathulatis, modice gibbis; legumine tuberculoso-asperulo, adpresse hirto, 15 mm longo, breviter mucronato. — Ab *A. incano* L. floribus majoribus et leguminis charactere discedit.

β. **thessalus** Bois. diagn. II. p. 80 pro sp.; Bois. fl. or. II. p. 473. — Bractea abbreviata, vexillum minus longe attenuatum, legumen cylindricum tenuius, non clavatum, longius mucronatum. — Exsicc.: N. v.

In collibus saxosis. Attica: pr. Athenas (Sprun.), Stadion (Clem.), Daphni (Leon.), Liosia, mt. Lycabettus, Hymettus (Heldr.), mt. Kerata, pr. Laurion (Haussk.); in Petalium insula Ponticonisi (Holzm.); isthmus Corinthiacus: pr. Kalamaki (Haussk.); in agro Argolico (Sibth.); insula Aegina (Heldr.), Melos (Armenis); — *β.* Thessalia (Aucher.). — Mart. Maio. ♃.

β. Calyx ebracteolatus vel obscure bracteolatus; corolla flavida vel albida.

× Capitula pedunculata, dense globosa.

7. **A. idaeus** Bunge astrag. II. p. 187; Bois. fl. or. II. p. 447. — *A. hirsutus* Raul. cret. p. 743, non Vahl. — Exsicc.: Heldr. pl. cret. n. 1511.

Caespitosus, pube subpatula sericeo-canus; foliolis 9—12 jugis, oblongo-ellipticis; stipulis lanceolatis, petiolo breviter adnatis; pedunculis brevissimis vel folia aequantibus; bracteis lineari-lanceolatis, tubum calycis aequantibus; floribus brevissime pedicellatis; calycis campanulati, minutissime bracteolati, albo et nigro villosi dentibus tubo dimidio brevioribus; corolla flavida, vexilli calyce duplo longioris lamina oblongo-obcordata; legumine ignoto.

In lapidosis ad cacumina mt. Lassiti (Heldr.) et mt. Ida (Bois.) Cretae. — Maio, Jun. ♃.

Adpresse canescens; caulibus herbaceis, adscendentibus; foliolis parvis, 10—16 jugis, linearibus vel anguste lanceolatis, obtusiusculis; stipulis parte libera breviter lanceolatis; pedunculis folio longioribus; bracteis lanceolatis, pedicellum aequantibus; capitulis subglobosis; floribus brevissime pedicellatis; calycis ebracteolati, adpresse albo et nigro pilosi dentibus lineari-subulatis, tubo 2—3plo brevioribus; corolla violaceo-cyanea, vexilli calyce duplo longioris lamina oblongo-lineari, obtusa; legumine adpresse hirto.

Epirus: in aridis mt. Smolika supra Grizban (Bald.). — Jun. Jul. ♃.

b. Herbae acaules, stipulis inter se liberis.

α. Calyx distincte bibracteolatus; corolla purpurascens.

× Legumen longe lineari-cylindricum, arcuatum; folia viridia.

5. **A. atticus** Nym. consp. p. 190; Haussk. symb. p. 62. — *A. monspessulanus* S. et S. pr. II. p. 89; Pieri corc. fl. p. 107; Ch. et B. exp. p. 215, Fl. pelop. p. 49; Bald. riv. coll. bot. Alb. 1896 p. 47. — *A. praecox* Ung. Reise p. 140. — *A. Wulfeni* Bois. fl. or. II. p. 472; Heldr. cat. herb. Orph. p. 44; Boissieu in bull. soc. bot. Fr. 1896 p. 285, non Koch. — Exsicc.: Heldr. herb. norm. n. 15 et 1137; Sint. et Bornm. it. turc. or. 1212.

Viridis, adpresse et parce hirtus; foliolis 12—20 jugis, ovato-oblongis, obtusis vel acutiusculis, supra glabris; stipulis lanceolatis; pedunculis folia aequantibus vel superantibus; bracteis lanceolatis, calycis tubum dimidium subaequantibus vel superantibus; floribus breviter pedicellatis; calycis adpresse plus minus hirti dentibus tubum dimidium aequantibus vel eo brevioribus; corolla purpurascente, vexilli calyce duplo longioris lamina basi oblonga, in appendicem linearem longam obtusam vel retusam abeunti, alis bilobis; legumine subcylindrico, 3—5 cm longo, subarcuato, adpresse hirto, calyce multo longiore, in mucronem attenuato. — Proximus *A. monspessulanus* L. sp. p. 761 parum differe videtur legumine graciliore breviore 25—30 mm tantum longo; *A. praecox* Baumg. en. stirp. trans. II. p. 362 legumine fere dimidio angustiore; *A. macedonicus* Heldr. et Charr. in Heldr. herb. norm. n. 1136 vexillo longiore, a basi latiore spathulato-dilatato, legumine angustiore et subbreviore. — *A. illyricus* Bernh. sel. sem. hort. Erfurt. a. 1836. = *A. Wulfeni* Koch syn. ed. 2 p. 207 ab omnibus hic nominatis valde discrepat legumine lato compresso rectiusculo, sutura crassa munito.

β. **Chaubardi** Bunge astrag. p. 202 (errore *Chaubarti*) pro sp. — *A. Wulfeni* Bois. fl. or. II. p. 472; Heldr. cat. herb. Orph. p. 44. — ? *A. incanus* Ch. et B. exp. p. 215, Fl. pelop. p. 49. — Vexillum acutiusculum, alae interdum integrae. — Exsicc.: Heldr. herb. norm. n. 1421; Orph. fl. gr. n. 601. —

In montosis. Epirus: pr. Janina (Bald.); Aetolia et Boeotia (Heldr.); Attica: mt. Parnes, Pentelicon (Bois.); Thessalia: mt. Olympus pr. Hagios Theodoros (Boissieu), pr. Litochoron (Sint.); Cycladum insula Melos (Orph.);

Achaia: mt. Kyllene, Chelmos (Orph.), pr. Megaspilaeon, mt. Omplo pr. Patras (Heldr.); Laconia: mt. Malevo (Orph.), Taygetos (Zahn); Messenia: pr. Methone, Pylos (Chaub.); Corcyra (Pieri): mt. Deca (Ung.). — Apr. Jun. ♃.

×× Legumen oblongo-clavatum, incurvum; folia canescentia.

6. **A. Spruneri** Bois. diagn. I. p. 79 (errore *Sprunneri*), Fl. or. II. p. 472; Clem. sert. p. 37; Heldr. cat. herb. Orph. p. 44, Fl. Aegin. p. 295; Haussk. symb. p. 62. — *A. incanus* S. et S. pr. II. p. 89. — Icon: Fl. gr. t. 732. — Exsicc.: Orph. fl. gr. n. 133; Heldr. herb. norm. n. 410 et 1138, in Baen. herb. europ. n. 2335; Dörfl. fl. gr. n. 151 a.

Adpresse canescens; foliolis 5—12 jugis, ovatis, obtusis vel acutis, utrinque adpresse hirtis; stipulis triangulari-lanceolatis; pedunculis folia aequantibus vel superantibus, bracteis oblongis, pedicello duplo longioribus; floribus breviter pedicellatis; calycis adpresse nigro hirti dentibus tubo duplo brevioribus; corolla violascente, vexilli calyce duplo longioris lamina ovato-oblonga, in appendicem lanceolatam obtusam attenuata, alis lineari-spathulatis, modice gibbis; legumine tuberculoso-asperulo, adpresse hirto, 15 mm longo, breviter mucronato. — Ab *A. incano* L. floribus majoribus et leguminis charactere discedit.

β. **thessalus** Bois. diagn. II. p. 80 pro sp.; Bois. fl. or. II. p. 473. — Bractea abbreviata, vexillum minus longe attenuatum, legumen cylindricum tenuius, non clavatum, longius mucronatum. — Exsicc.: N. v.

In collibus saxosis. Attica: pr. Athenas (Sprun.), Stadion (Clem.), Daphni (Leon.), Liosia, mt. Lycabettus, Hymettus (Heldr.), mt. Kerata, pr. Laurion (Haussk.); in Petalium insula Ponticonisi (Holzm.); isthmus Corinthiacus: pr. Kalamaki (Haussk.); in agro Argolico (Sibth.); insula Aegina (Heldr.), Melos (Armenis); — *β.* Thessalia (Aucher.). — Mart. Maio. ♃.

β. Calyx ebracteolatus vel obscure bracteolatus; corolla flavida vel albida.

× Capitula pedunculata, dense globosa.

7. **A. idaeus** Bunge astrag. II. p. 187; Bois. fl. or. II. p. 447. — *A. hirsutus* Raul. cret. p. 743, non Vahl. — Exsicc.: Heldr. pl. cret. n. 1511.

Caespitosus, pube subpatula sericeo-canus; foliolis 9—12 jugis, oblongo-ellipticis; stipulis lanceolatis, petiolo breviter adnatis; pedunculis brevissimis vel folia aequantibus; bracteis lineari-lanceolatis, tubum calycis aequantibus; floribus brevissime pedicellatis; calycis campanulati, minutissime bracteolati, albo et nigro villosi dentibus tubo dimidio brevioribus; corolla flavida, vexilli calyce duplo longioris lamina oblongo-obcordata; legumine ignoto.

In lapidosis ad cacumina mt. Lassiti (Heldr.) et mt. Ida (Bois.) Cretae. — Maio, Jun. ♃.

8. **A. Agraniotii** Orph. in Bois. diagn. ser. 2, II. p. 20. — *A. Agraniotis* Bois. fl. or. II. p. 449; Heldr. cat. herb. Orph. p. 43. — Exsicc.: Orph. fl. gr. n. 132 et 600; Heldr. herb. norm. n. 1323.

Dense caespitosus, pube subpatula sericeo-canus; foliolis 4—6 jugis, ellipticis; stipulis ovato-triangularibus, petiolo breviter adnatis; pedunculis brevissimis; bracteis lanceolatis, calycem subaequantibus; floribus brevissime pedicellatis; calycis campanulati, ebracteolati, albo villosi dentibus tubo longioribus; corolla flavido-coerulescente, vexilli calyce 2¹/₂plo longioris lamina anguste-lineari, retusa; legumine ovato, hirsutissimo, calycem excedente.

In regione alpina mt. Malevo Laconiae (Orph.). — Maio, Jul. ♃.

×× Capitula sessilia, flores ad collum congesti.

9. **A. lacteus** Heldr. et Sart. in Bois. diagn. ser. 2, II. p. 31. Fl. or. II. p. 456. — Exsicc.: Heldr. reliqu. Orph. a. 1887.

Caespitosus, dense sericeo-substrigosus; foliolis 4—7 jugis, oblongis vel ellipticis; stipulis lanceolatis, ciliato-strigosis, petiolo breviter adnatis; capitulis paucifloris; bracteis lanceolatis, calycem subaequantibus; floribus brevissime pedicellatis; calycis tubulosi, ebracteolati, longe albo-strigosi dentibus tubo subaequilongis; corolla lactea, vexilli calyce sesquilongioris lamina oblongo-spathulata, retusa; legumine ovato-oblongo, albo hispidissimo, calyce aequilongo.

In regione media et superiore mt. Malevo Laconiae pr. Vromopigadon (Orph.) et Spilia (Sart.). — Jun. Jul. ♃.

10. **A. Baldaccii** Deg. in ö. b. Z. 18; Bald. riv. coll. bot. Alb. 1896 p. 47. — Exsicc.: Bald. it. alb. epir. IV. n. 115.

Caespitosus, dense sericeo-substrigosus; foliolis 4—7 jugis, oblongis vel ellipticis; stipulis lanceolatis, ciliato-strigosis, petiolo breviter adnatis; capitulis paucifloris; bracteis lanceolatis, calyce brevioribus; floribus brevissime pedicellatis; calycis tubulosi, ebracteolati, adpresse hirsuti dentibus tubo 4plo brevioribus; corolla sicca ochroleuca, vexilli calyce 2¹/₂plo longioris lamina oblongo-spathulata, retusa; legumine ovato-oblongo, albo-hispidissimo, calycem excedente. — Praecedenti maxime affinis, a quo foliolis minoribus, calyce adpresse hirto, dentibus brevibus, corolla ochroleuca, vexillo calyce 2¹/₂plo longiore differt.

Ad confines Albaniae, in saxosis alpinis mt. Nimercka in jugo Karajan supra Diovisda distr. Pogoni (Bald.), jam extra ditionem nostram. — Jun. Jul. ♃.

3. Sectio. *Tragacantha* DC. pr. II. p. 295. — Perennes, petiolis persistentibus spinescentibus, pube bicuspidata medio fixa vel simplici basi fixa vestiti; stipulae liberae vel connatae, petiolo adnatae; calyx turbinatus vel campanulatus, demum immutatus.

a. Pili medio fixi bicuspidati; bracteolae binae; legumen biloculare.

11. **A. angustifolius** Lam. enc. meth. I. p. 321; S. et S. pr. II. p. 90; Ch. et B. fl. pelop. p. 49; Raul. cret. p. 734; Bois. fl. or. II.

p. 489; Heldr. cat. herb. Orph. p. 45, Fl. cephalon. p. 34, chlor. Parn. p. 16; Hal. in z. b. G. 1888 p. 750, 1899 p. 710, Beitr. fl. Epir. p. 20, Beitr. fl. Achaia p. 18, in ö. b. Z. 1897 p. 283; Spreitz. in z. b. G. 1890 p. 294; Form. in D. bot. Monat. 1891 p. 57, in Ver. Brünn 1896 p. 112, 1897 p. 80; Bald. viagg. Creta p. 46, riv. coll. bot. Alb. 1896 p. 48. — ? *A. aristatus* Sieb. avis p. 4, in Flora 1822 p. 639. — *A. erinaceus* Presl. bot. Bemerk. p. 57, non Fisch. et Mey. syn. trag. p. 325. — *A. tragacantha* Ung. Reise p. 140 huc vel ad *A. cephalonicum* Presl. spectat. — Icon: Fl. gr. t. 734. — Exsicc.: Heldr. herb. norm. n. 613 et 1422; Orph. fl. gr. n. 130; Rev. pl. cret. n. 36.

Suffrutescens, humilis, dense pulvinatus; ramis spinis longis, erecto-patulis, crebris horridis; foliolis 6—10 jugis, minutis, oblongis vel breviter linearibus, parce puberulis et viridibus, vel adpresse-canescentibus vel sericeo-canis; stipulis liberis, basi petiolo adnatis; pedunculis folio multo brevioribus vel aequilongis; racemo paucifloro; floribus breviter pedicellatis; bracteis pedicello aequilongis vel 2—3plo longioribus; calycis breviter et adpresse albo et saepe nigro hirsuti dentibus tubo 2—3plo brevioribus; corolla alba, carina interdum violacea, vexillo calyce subduplo longiore; legumine oblongo-subtriquetro, adpresse canescenti, acuto, mucronato, calyce sesquilongiore.

In saxosis regionis alpinae. Epirus: mt. Micikeli, Papignon, Gamila, Smolika (Bald.), Peristeri (Hal.); Thessalia: mt. Ghavellu, Karamanol, Karava, Baba, pr. Klinovo, Krania, Velitsena, Koturi, Mandra Hodza (Form.) in Pindo, mt. Olympus (Orph.), mt. Ossa (Heldr.), mt. Pelion (Form.); Aetolia: mt. Tymphrestus (Sprun.), Korax (Heldr.); mt. Kiona (Hal.), Parnassus (Heldr.); Attica: mt. Parnes (Sprun.); Peloponnesus: mt. Taygetos (Heldr.), Malevo, Kyllene, Chelmos (Orph.), Panachaicon (Hal.); Creta: mt Volakia (Raul.), Drakona (Rev.), Ida (Heldr.); Cephalonia: mt. Aenos (Wiest). — Maio, Aug. ♄.

12. **A. tymphresteus** Bois. et Sprun. diagn. II. p. 63, Fl. or. II. p. 490; Haussk. symb. p. 62. — Exsicc.: Heldr. it. thessal. IV. a. 1885.

Praecedenti maxime affinis et ab eo petiolis tenuioribus brevioribusque vix spinosis, interdum foliolo impari terminatis, capitulis magis compactis differre dicitur.

In regione alpina mt. Karava in Pindo dolopico (Haussk.) et in mt. Tymphrestus Aetoliae (Sprun.). — Jun. Aug. ♄.

b. Pili basi fixi simplices; legumen uniloculare.

α. Calyx turbinatus, basi acutus subpungens; legumen minutum rotundatum, monospermum.

× Bracteolae nullae; calyx basi glaber.

13. **A. creticus** Lam. dict. I. p. 321; S. et S. pr. II. p. 91, quoad pl. creticam; Sieb. avis p. 4, rem. p. 5, Reise II. p. 323 t. 11; Raul. cret. p. 743; Bois. fl. or. II. p. 323; Heldr. cat. herb. Orph.

p. 41; Bald. viagg. cret. p. 46. — Icon: DC. astrag. t. 33. — Exsicc.: Sieb. pl. cret.; Bald. it. cret. n. 153, it. cret. alt. n. 65.

Fruticulosus, dense dumulosus; ramis spinis validioribus, longis, erecto-patulis horridis; foliolis 5—6 jugis, minutis, oblongis, cano-tomentosis, spina petiolari brevioribus; stipulis ovato-lanceolatis, acuminatis, basi connatis, demum glabratis, ciliatis; axillis bifloris, capitulum globosum formantibus; floribus sessilibus; bracteis lanceolato-navicularibus, mucronatis, dorso villosis, calycis tubum aequantibus; calycis albo-villosissimi dentibus tubo brevioribus; corolla flavida, vexillo 12 mm longo, supra medium constricto, apice retuso.

In regione alpina Cretae: mt. Ida (Tourn. voy. p. 22), mt. Sphaciotici (Heldr.), mt. Lassiti (Sieb.). — Jul. Aug. ♄.

14. **A. rumelicus** Bunge astrag. p. 137; Hal. Beitr. fl. Epir. p. 20. — ? *A. tragacantha* Ch. et B. fl. pelop. p. 49. — *A. creticus* Link in Linnaea IX. p. 585; Heldr. chlor. Parn. p. 16; Hal. in z. b. G. 1888 p. 750, Beitr. fl. Achaia p. 18, non Lam. — *A. Boissieri* Bunge astrag. p. 132, quoad pl. parnassicam. — *A. veluchensis* Bois. fl. or. II. p. 319; Heldr. cat. herb. Orph. p. 41; Hausk. symb. p. 62. — *A. creticus* v. *rumelicus* Bald. riv. coll. bot. Alb. 1895 p. 27. — Exsicc.: Sint. it. thessal. n. 978; Heldr. herb. norm. n. 1321 et 1423. —

Fruticulosus, dense dumulosus; ramis spinis tenuibus, brevioribus, erecto-patulis horridis; foliolis 5—7 jugis, minutis, oblongis, patule hirsutis vel cano-tomentosis, spina petiolari longioribus; stipulis ovato-lanceolatis, acuminatis, basi connatis, demum glabratis, ciliatis; axillis bifloris, capitulum ovatum vel oblongum formantibus; floribus sessilibus; bracteis oblongo-navicularibus, dorso crispo-villosis, calycis tubum aequantibus; calycis albo-villosissimi dentibus tubo brevioribus; corolla flavida, vexilli 15 mm longi, oblongo-linearis, retusi lamina ungue aequilonga. — Differt a praecedente spinis tenuioribus, indumento saepissime minus denso, corolla majore et vexilli forma. — Planta Graeciae borealis et Peloponnesi, ab auctoribus multis sub *A. cretico* enumerata, meo sensu huc, nec ad *A. creticum* verum, in montibus Cretae tantum obvium, pertinet.

In saxosis regionis mediae et superioris. Epirus: mt. Tsumerka supra Melisurgi (Bald.), mt. Strungula supra Theodoriana (Hal.); Thessalia: mt. Karava, Baba (Haussk.), mt. Tragopetra pr. Malakasi (Sint.); Aetolia: mt. Tymphrestus (Sprun.), Korax (Heldr); mt. Kiona (Hal.); Parnassus (Heldr.); Peloponnesus: mt. Panachaicon, Olenos (Link), Taygetos (Heldr.); Euboea: mt. Dirphys (Heldr.). — Jul. Aug. ⊙.

×× Bracteolae binae; calyx ad basin usque albovillosus.

15. **A. Parnassi** Bois. diagn. IX. p. 80, Fl. or. II. p. 362, suppl. p. 184; Heldr. cat. herb. Orph. p. 41, chlor. Parn. p. 16. — *A. aristatus* S. et S. pr. II. p. 90 p. p.; Fraas fl. class. p. 69 p. p. — *A. Mitchellianus* Bunge Astrag II. p. 163 quoad plantam atticam. — *A. creticus v. Parnassi* Bald. riv. coll. bot. Alb. 1895 p. 27. — Icon:

Fl. gr. t. 734. — Icon: Orph. fl. gr. n. 615; Heldr. herb. norm. n. 615; Bald. it. alb. epir. III. n. 35.

Fruticulosus, laxe dumulosus; ramis spinis validis, longis, erecto-patulis horridis; foliolis 6—8 jugis, oblongis, breviter mucronatis, praeter pilos sparsos glabris, viridibus, spina petiolari longioribus; stipulis lanceolatis, longe ciliatis, glabris, connatis, saepe purpurascentibus; axillis subquadrifloris, capitula globosa formantibus; floribus sessilibus; bracteis oblongo-navicularibus, ad carinam villosis, caeterum glabris, calycino tubo longioribus; bracteolis linearibus a basi hirsutis calyce vix brevioribus, caducis; calycis albo villosi dentibus tubo aequilongis; corolla flavida; vexilli calyce sesquilongioris lamina acute auriculata, ungue sublongiore.

In regione abietina et superiore mt. Parnassus (Sprun.), mt. Parnes Atticae, mt. Oeta Phthiotidis, mt. Ossa Thessaliae (Heldr.); Epirus: mt. Murga pr. fontem Flamburas distr. Paramythia et mt. Murga supra Pano Sirizana distr. Janina (Bald.). — Jun. Aug. ⊙.

16. **A. cylleneus** Bois. et Heldr. in Bois. Fl. or. II. p. 363. — ? *A. aristatus* S. et S. pr. II. p. 90 p. p.; ? Cb. et B. exp. p. 215, Fl. pelop. p. 40; Fraas fl. class. p. 69 p. p.; Heldr. cat. herb. Orph. p. 41. — *A. creticus* Hal. Beitr. fl. Achaia p. 18. — Exsicc.: Orph. fl. gr. n. 135; Dörfl. fl. gr. n. 419.

Fruticulosus, laxe dumulosus; ramis spinis tenuioribus subbrevioribus erecto-patulis horridis; foliolis 5 – 6 jugis, oblongis, longiuscule mucronatis patule pubescentibus, spina petiolari brevioribus; stipulis lanceolatis, ciliatis, glabriusculis, connatis; axillis 2—3 floris, capitula globosa vel oblonga formantibus; floribus sessilibus; bracteis oblongo-navicularibus, dorso tomentellis, calycino tubo longioribus; bracteolis linearibus, calyce 4plo brevioribus, superne ciliatis, caducis; calycis albovillosi dentibus tubo aequilongis; corolla flavida, saepe purpurascente; vexilli calyce quarta parte longioris lamina obtuse auriculata, ungue subduplo-longiore. — Notae differentiales inter hanc et speciem praecedentem vix constantes videntur. Fortasse hujus varietas spinis tenuioribus brevioribus, foliolis longius mucronatis, magis vestitis, bracteolis brevioribus, corolla minore, vexilli lamina obtuse-auriculata. Planta e mt. Parnes medium tenet inter parnassicam et peloponnesiacam, habitu quidem magis ad posteriorem accedit.

In dumosis regionis abietinae, nec non in rupestribus regionis superioris. Achaia: mt. Kyllene pr. Trikala (Heldr.), pr. Kalavryta (Hal.), mt. Chelmos (Leon.). — Jun. Aug. ♄.

Obs. Species inquirendae: *A. trojanus* Stev. in Fisch. astrag. trag. p. 401 = *A. chius* Bois. et Orph. in Orph. fl. gr. exs. n. 598 (Chios) et *A. thracicus* Griseb. spic. I. p. 35, Orph. fl. gr. exs. 599 (Thessalonia). A. praecedentibus praeter alias notas, bracteolis calycis tubo adnatis differunt.

β. Calyx campanulatus, basi obtusiusculus; legumen oblongum, pleiospermum; bracteolae nullae.

17. **A. cephalonicus** Presl bot. Bemerk. p. 57 (1844); Fisch. astrag. tragac. p. 424 f. 115 (1853); Hal. in Verh. z. b. G. 1899 p. 710. — *A. aristatus* Heldr. Nutzpfl. p. 70; cat. herb. Orph. p. 41, chlor. Parn. p. 16; Bois. fl. or. II. p. 309 cum var. *cephalonicus*; non Lam. — Exsicc.: Orph. fl. gr. n. 385 Heldr. it. gr. septen. a. 1874; Grimb. pl. Cephalon. a. 1895. —

Fruticulosus, dense dumulosus; ramis spinis tenuibus, breviusculis, erecto-patulis horridis; foliolis 6—7 jugis, lineari-oblongis, mucronatis, villosis; stipulis parte libera lanceolatis, ciliatis; floribus axillaribus, subsessilibus, capitula pauciflora formantibus; bracteis oblongo-acuminatis, glabriusculis, ciliatis, calycis tubum aequantibus; calycis molliter villosi dentibus tubo longioribus; corolla albida, vexillo oblongo, retuso, calyce subduplo longiore. — *A. aristati* Lam. subspecies orientalis et ab eo parum differt spinis minus validis, calycis dentibus longioribus et praesertim floribus fere triente minoribus.

In regione superiori mt. Aenos Cephaloniae (Schimp.); in mt. Parnasso (Orph.), mt. Oeta Phthiotidis (Heldr.) et probabiliter in mt. Panachaicon Achaiae, ubi specimina nondum florentia tantum legi. — Jul. Aug. ♄.

4. Sectio. *Phaca* Bunge astrag. p. 2 et 18. — Perennes, inermes, pube simplici basi fixa vestiti; stipulae connatae vel liberae; calyx campanulatus vel tubulosus, demum immutatus.

a. Plantae cauliferae elatae, stipulis liberis.

α. Plantae prostratae, glabriusculae.

18. **A. glycyphyllos** L. sp. p. 758; Heldr. in Sitzungsb. acad. Wiss. Berlin 1883 p. 9; Form. in D. bot. Mon. 1891 p. 57, in Ver. Brünn 1897 p. 80; Haussk. symb. p. 62. — Icon: Fl. dan. t. 1108. — Exsicc.: Heldr. it. thessal. n. 29, it. thessal. IV. a. 1885.

Caulibus elongatis, glabriusculis; foliolis 4—6 jugis, ovatis, subtus parce hirtulis; stipulis liberis, ovato-lanceolatis lanceolatisve, acuminatis; racemi ovati pedunculo folio duplo breviore; calycis glabriusculi dentibus tubo subbrevioribus; corolla ochroleuca, vexillo retuso; leguminibus lanceolato-trigonis, glabriusculis, 20—24 ovulatis, demum erectis arcuatis.

In nemorosis montanis. Thessalia: ad monasterium Korona in Pindo dolopico (Haussk.), pr. Hepdominta Aderfia in mt. Oxya, pr. Phlamburės et Mitriza in mt. Chassia (Form.), mt. Pelion (Heldr.). — Jun. Jul. ♃.

19. **A. glycyphylloides** DC. pr. II. p. 292; Bois. fl. or. II. p. 267; Heldr. cat. herb. Orph. p. 40. — Exsicc.: Orph. herb. a. 1856.

Caulibus elongatis, sparsim hirtis; foliolis 5—8 jugis, ovatis, subtus parce hirtulis; stipulis liberis, ovato-lanceolatis lanceolatisve, acuminatis, racemi ovati pedunculo folio duplo breviore; calycis adpresse nigro-hirti dentibus tubo duplo brevioribus; corolla ochroleuca, vexillo retuso; leguminibus oblongo-lanceolatis, subtrigonis, glabriusculis 10—12 ovulatis, demum erectis, arcuatis.

In nemorosis montanis. Thessalia: mt. Olympus (Orph.); Eurytania: pr. Laspi (Samarit.); Laconia: mt. Malevo (Orph.). — Jun. Jul. ♃.

β. Plantae erectae, villosae.

× Corolla alba; legumen oblongum, 6—7 cm longum, longe stipulatum, dehiscens.

20. **A. lusitanicus** Lam. dict. I. p. 312; Bois. fl. or. II. p. 267; Heldr. cat. herb. Orph. p. 39. — *Phaca boetica* L. sp. p. 755; S. et S. pr. II. p. 84; Ch. et B. exp. p. 214, Fl. pelop. p. 49; Friedr. Reise p. 281. — *Erophaca boetica* Bois. voy. bot. exp. p. 177. — Icon: Fl. gr. t. 727. — Exsicc.: Orph. fl. gr. n. 618; Heldr. herb. norm. n. 1424.

Molliter villoso-pubescens; caule robusto, angulato-striato; foliolis 8—10 jugis, oblongis; stipulis inferioribus triangulari-lanceolatis, superioribus subulatis; racemis multifloris, pedunculo folio breviori; floribus speciosis, nutantibus, subsecundis; calycis nigro hirsuti, ore oblique truncati, dentibus tubo subbrevioribus; corolla alba, vexillo exunguiculato, carinam incurvam unguiculatam aequante; legumine maximo, pendulo, inflato, breviter tomentoso, apiculato.

In dumetis regionis inferioris et montanae. Argolis (Bois.); Laconia (Sibth.): mt. Malevo pr. Hagios Joannes, pr. Meligu (Sart.), mt. Taygetos Alagoniae l. d. Xirovuni et Splithara (Zahn); Arcadia: mt. Diaforti pr. Andrizena (Friedr.); Messenia (Sibth.): pr. Pylos, Methone (Chaub.), Korone (Zahn). — Mart. Maio. ♃.

×× Corolla ochroleuca; legumen ovoideum, 10—25 mm longum, subsessile, subindehiscens.

21. **A. graecus** Bois. et Sprun. diagn. II p. 57, Fl. or. II. p. 273, suppl. p. 178; Heldr. cat. herb. Orph. p. 40; Haussk. symb. p. 62. — *A. christianus* S. et S. pr. II. p. 85; Ch. et B. exp. p. 215, Fl. pelop. sp. 49. — Icon: Steph. Fors. et Barb. Samos t. 12. — Exsicc.: Orph. fl. gr. n. 134. Heldr. herb. norm. n. 213 et 1229.

Patule hirsuto-lanatus; caule robusto, a basi folioso et racemifero; petiolis crassis, valde elongatis, foliolis parvis, sub 30-jugis, oblongis; stipulis lineari-lanceolatis; racemis axillaribus, 5—10 floris, brevibus; calycis dentibus subulatis, tubum dimidium aequantibus; vexilli lamina retusa, alis rectis, carinam superantibus; legumine tomentello, 25 mm longo, cuspidato, reticulato-rugoso.

In campis, arvis, vineis, inter segetes regionis inferioris. Attica: frequens pr. Athenas; Thessalia: pr. Velestinos (Hedr.); Boeotia: pr. Thebas (Sibth.); Corinthus, Argolis (Sibth.). — Mart. Apr. ♃.

22. **A. drupaceus** Orph. in Bois. diagn. ser. 2. II. p. 32, Fl. or. II. p. 277; Heldr. cat. herb. Orph. p. 40. — Exsicc.: Orph. fl. gr. n. 131 et 384.

Patule hirsuto-lanatus; caule robusto, a basi folioso, superne racemifero; petiolis elongatis, foliolis 18—22 jugis, oblongo-linearibus; stipulis lineari-lanceolatis; racemis axillaribus, 3—5 floris, brevibus; calycis

dentibus a basi lanceolata setaceis, tubum subaequantibus; vexilli lamina oblonga, supra basin angustata, alis rectis, carinam superantibus; legumine glaberrimo, 1 cm longo, obtuso, breviter mucronato, carnoso.

In regione inferiori mt. Malevo Laconiae pr. Ajanni et mt. Kyllene Achaiae pr. Trikala (Orph.). — Apr. Maio. ♃.

b. Plantae acaules vel subacaules.

α. Stipulae inter se liberae, petiolo adnatae; corolla ochroleuca; legumen ovatum.

23. **A. hellenicus** Bois. fl. or. II. p. 292; Heldr. cat. herb. Orph. p. 40. — Exsicc.: Heldr. herb. norm. n. 509 et 1230.

Sericeo-villosus, acaulis; caudiculis saepe elongatis; foliolis 8—10 jugis, ovato-ellipticis, obtusis, rarius retusis; stipulis lanceolatis; racemis subsessilibus, floribus pedicellatis; calycis dentibus lanceolatis, tubo dimidio longioribus; vexillo oblongo-spathulato, glabro, alas lineares glabras superante; ovario hirsuto, stylo glabro; legumine molliter villoso, compresso-triquetro, sutura utraque convexa, ventrali carinata, dorsali latiori, sulcata.

In regione abietina mt. Parnes et Cithaeron Atticae, mt. Onion Boeotiae (Heldr.). — Maio. ♃.

24. **A. nummularius** (Lam. dict. I. p. 317?) DC. astrag. p. 221 t. 2. f. 2; Raul. cret. p. 743; Bois. fl. or. II. p. 291; Heldr. cat. herb. Orph. p. 40. — Exsicc.: Heldr. pl. cret. a. 1846.

Molliter villosus, acaulis; caudiculis saepe elongatis; foliolis 8—12 jugis, ovatis vel suborbiculatis, retusis; stipulis lanceolatis; racemis subsessilibus; floribus pedicellatis; calycis dentibus lanceolatis, tubo dimidio longioribus; vexillo oblongo-spathulato, pubescente alas lineares glabras superante; ovario hirsuto, stylo inferne barbato; legumine molliter villoso, compressissimo, sutura utraque carinata, ventrali magis convexa. — A praecedente foliolis minoribus retusis, flore minori, vexillo puberulo, legumine minori sutura utraque carinata differt.

In regione montana. Creta (Tourn. cor. p. 28): in declivibus meridionalibus mt. Lassiti inter Anatoli et Males (Heldr.). — Maio. ♃.

β. Stipulae inter se connatae; corolla albido-violascens; legumen lineare-subtrigosum.

25. **A. depressus** L. sp. ed. 2. p. 1073; S. et S. pr. II. p. 89; Bois. fl. or. II. p. 266, suppl. p. 176; Hal. Beitr. fl. Epir. p. 20, Beitr. fl. Achaia p. 18, in ö. b. Z. 1897 p. 283; Bald. viagg. Creta p. 45, riv. coll. bot. Alb. 1895 p. 26, 1896 p. 46. — *A. leucophaeus* Sm. act. soc. Linn. I. p. 250; Haussk. symb. p. 62. — *A. Bonannianus* Presl. del. Prag. p. 42. — *A. depressus v. Bonannianus* Heldr. cat. herb. Orph. p. 39. — *A. depressus v. ioleucus* Griseb. spic. I. p. 61. — Icon: Fl. gr. t. 266. — Exsicc.: Heldr. herb. norm. n. 13; Sint. it. Thessal. n. 751; Dörfl. fl. gr. n. 228 et 314.

Adpresse pubescens, subacaulis; foliolis 8—11 jugis, obovatis, retusis, supra glabris; stipulis ovatis; racemis capitatis, pedunculis folio brevio-

ribus, saepe valde abbreviatis suffultis; bracteis lanceolatis, calycis tubum aequantibus; floribus pedicellatis; calycis dentibus tubum subaequantibus; vexilli lamina ovata, emarginata, carinam parum superante; legumine pubescente vel glabrato, deflexo.

In herbidis lapidosis regionis alpinae. Epirus: mt. Micikeli, Olycika, Papignon, Gamila, Cepelovon (Bald.), Tsumerka, Peristeri (Hal.); Thessalia: mt. Karava in Pindo dolopico (Huth.), mt. Olympus (Orph.), mt Pelion (Heldr.); Aetolia: mt. Tymphrestus, Korax (Heldr.); mt. Parnassus (Guicciardi); Attica: mt. Parnes (Heldr.); Achaia: mt. Panachaicon, Chelmos (Hal.); Laconia: mt. Malevo (Orph.), Taygetos (Heldr.); Creta: mt. Ida (Heldr), Hagion Pneuma (Bald.). — Maio. Jul. ♃.

5. Sectio. *Trimeniaeus* Bunge astrag. p. 2 et 6. — Annui, inermes; pube simplici basi fixa vel bicuspidata medio fixa vestiti; stipulae liberae vel connatae; calyx campanulatus vel tubulosus.

a. Pili basi fixi, simplices.

α. Stipulae saltem inferiores connatae.

× Radix crassa; flores magni, 2 cm longi; legumen oblongum, rectiusculum.

26. **A. Haarbachii** Sprun. in Bois. diagn. II. p. 50, Fl. or. II. p. 50; Heldr. cat. herb. Orph. p. 39; Haussk. symb. p. 62. — *Phaca Bayeri* Janka in Verh. z. b. G. 1858 p. 431. — Exsicc.: Orph. fl. gr. n. 136; Heldr. herb. norm. n. 409, in Baen. herb. europ. n 923.

Patule albo-hirsutus; caulibus prostratis vel adscendentibus; foliolis 10—16 jugis, obovatis, retusis; stipulis e basi ovata subulatis; racemis multifloris, subcapitatis, pedunculo folio breviore vel parum longiore suffultis; bracteis e basi ovata lanceolatis, acutis, pedicello brevissimo longioribus; calycis nigro-hispidi dentibus tubum dimidium aequantibus; corolla flavescenti-leucophaea; legumine subincurvo, tuberculato-aspero, albohispido, mucronato, dorso late profundeque sulcato, ventre carinato.

In collibus aridis regionis inferioris et submontanae. Atticae: pr. Athenas (Sprun.), in colle Lycabetto, ad radices mt. Hymettus (Heldr.); mt. Pentelicon (Huth.); Boeotia: pr. Lebadia, mt. Cithaeron (Orph.); Argolis (Bois.); Laconia: pr. Kalyvia Astritica, mt. Malevo (Orph.). — Mart. Apr. ⊙ et ⨀.

27. **A. argolicus** Haussk. symb. p. 62. — Exsicc.: Haussk. fl. gr. a. 1885.

Patule albo-hirsutus; caulibus prostratis vel adscendentibus; foliolis 8—10 jugis, obovatis vel oblongo-cuneatis, retusis vel obtusis; stipulis brevibus, triangularibus, acutis; racemis paucifloris, subcapitatis, pedunculo folio subaequilongo suffultis; bracteis triangularibus, acutis, pedicellum superantibus; calycis nigro-hispidi dentibus tubo duplo brevioribus; corolla ignota, legumine subincurvo, tuberculato-aspero, parce albo-hispido, apice sensim attenuato, dorso anguste sulcato, ventre carinato. — A praecedenti praeter notas indicatas caulibus tenuioribus, leguminibus fere

dimidio angustioribus minus villosis differt. — **Huc refert probabiliter** *A. pamphylicus* Bois. fl. or. suppl. p. 175 **ex insula Hydra (Heldr.)**, an etiam Bois. fl. or. II. p. 239, qui secundum **diagnosin leguminis** sutura ventrali sulcata tantum differre videtur.

In herbidis saxosis inter Naupliam et Tolon (**Haussk.**), et probabiliter in insula Hydra (Heldr.). — Mart. ⊙.

×× Radix tenuis; flores minuti, 7 mm longi; legumen cylindricum, hamatum.

28. **A. hamosus** L. sp. p. 758; Ch. et B. exp. p. 215, Fl. pelop. p. 49; Marg. et R. fl. Zante p. 42; Friedr. Reise p. 277; Weiss in z. b. G. 1869 p. 751; Raul. cret. p. 742; Bois. fl. or. II. p. 238; Spreitz. in z. b. G. 1877 p. 726; Heldr. cat. herb. Orph. p. 38, Fl. Cephalon. p. 34, Fl. Aegin. p. 295, chlor. Thera p. 11; Haussk. symb. p. 63. — Icon: Fl. gr. t. 728. — Exsicc.: Heldr. pl. fl. hellen. a. 1878.

Adpresse pubescens; caulibus diffusis vel erectiusculis, saepe elongatis; foliolis 8—12 jugis, ovatis vel oblongis, retusis, supra glabris; stipulis triangularibus, acuminatis; racemis subcapitatis, pedunculo folio breviore, suffultis; bracteis lanceolatis, pedicello longioribus; calycis albo et nigrohispidi, dentibus subulatis, tubo sublongioribus; corolla ochroleuca; leguminibus deflexis, puberulis, acuminatis.

In aridis, arenosis maritimis, arvis regionis inferioris, probabiliter in tota ditione. Indicatur: Attica: pr. Athenas (Heldr.), Hassia, Kakosalesi (Orph.), Eleusis (Haussk.); Boeotia: pr. Oropos (Heldr.); Argolis; pr. Nauplia, Argos (Orph.); insula Poros (Friedr.), Aegina, Thera (Heldr.), Syra (Weiss); Messenia: pr. Methone, Pylos, Gargaliano, Kubeh (Chaub.); Zante (Marg.); Cephalonia (Schrader); Ithaca: mt. Skino (Spreitz.); Creta: pr. Canea (Weiss), Lutro, Piskocephalo, Istakria (Raul.). — Mart. Majo. ⊙.

β, Stipulae inter se liberae.

× Capitula pedunculata.

○ Flores racemosi ochroleuci; planta viridis, parce pubescens.

29. **A. boeticus** L. sp. p. 758; S. et S. pr. II. p. 87; Urv. enum. p. 91; Ch. et B. fl. Pelop. p. 49; Marg. et R. f. Zante p. 42; Raul. cret. p. 742; Bois. fl. or. II. p. 236; Heldr. cat. herb. Orph. p. 38; Haussk. symb. p. 63. — Icon: Fl. gr. t. 730. — Exsicc.: Orph. fl. gr. n. 1095.

Caule erecto, saepe elato; foliolis 9—15 jugis, oblongis, retusis; stipulis late triangulari-lanceolatis, acuminatis; racemis dense 6—15 floris, pedunculo folio breviore suffultis; bracteis lanceolatis, pedicello longioribus; calycis nigro-hispidi dentibus tubo subaequilongis; legumine erecto-patulo, recto, oblongo-trigono, parce setuloso.

In arvis, inter segetes regionis inferioris. Attica: pr. Athenas (Orph.); Argolis: pr. Nauplia (Sart.); Cycladum insula Melos (Urv.); Creta: pr. Canea (Heldr.); Zante (Sibth.). — Apr. Maio. ⊙.

○○ Flores dense capitati, coeruleo-purpurascentes; planta plus minus villoso-canescens.

30. **A. pentaglottis** L. mant. p. 271; Urv. enum p. 92; Ch. et B. Fl. pelop. p. 49; Weiss in z. b. G. 1869 p. 751; Bois. fl. or. II p. 229. — ? *A. hypoglottis* Friedr. Reise p. 271. — Icon: Lam. ill. t. 622.

Patule plus minus albo-villosus; caulibus diffusis; foliolis 7—10 jugis, obovato-oblongis, truncatis vel retusis; stipulis late ovato-acuminatis; capitulis globosis, pedunculo folium aequante vel superante suffultis; bracteis oblongo-lanceolatis, pedicello longioribus; calycis nigro-hispidi dentibus tubo-aequilongis; leguminibus imbricatis, erectis rectisque, ventricosis, hispidis, in rostrum uncinatum abeuntibus, dorso profunde sulcatis, faciebus cristato-lamellatis.

In rupestribus, arenosis regionis inferioris et submontanae, rarissime. Laconia: ad radices mt. Taygetos (Sart.); insula Poros (Friedr.); Cycladum insula: Syra (Weiss), Melos (Urv.). — Apr. Majo. ⊙ N. v.

31. **A. stella** Gouan ill. p. 50; Haussk. symb. p. 63. — Exsicc.: Heldr. pl. fl. hellen. a. 1889.

Patule hispidus; caulibus diffusis; foliolis 7—10 jugis, oblongis, obtusis vel retusis; stipulis late ovato-acuminatis; capitulis globosis, pedunculo folium aequante vel superante suffultis; bracteis ovatis, acuminatis, pedicello longioribus; calycis albo- et nigro-hispidi dentibus tubum aequantibus vel superantibus; leguminibus radiato-divergentibus, rectis, subcylindricis, hispidis, acuminatis, dorso sulcatis, faciebus laevibus.

In herbidis, arenosis regionis inferioris, rarissime. Boeotia: pr. Oropos (Heldr.), pr. Kalamaki in isthmo Corinthiaco (Haussk.). — Apr. Majo ⊙.

×× Capitula subsessilia.

32. **A. sinaicus** Bois diagn. IX. p. 57, Fl. or. suppl. p. 174; Weiss in z. b. G. 1869 p. 751, Hal. in ö. b. Z. 1897, p. 93. — *A. peudostella* Bois. fl. or. II. p. 225, Heldr. cat. herb. Orph. p. 38; Haussk. symb. p. 63, non Del. — Icon: Steph. Fors. et Barb. Samos t. 11. — Exsicc.: Heldr. herb. fl. hellen. n. 21, herb. norm. n. 843.

Griseo-hirsutus; caulibus diffusis, abbreviatis vel elongatis; foliolis 8—10 jugis, ellipticis; stipulis oblongo-lanceolatis; capitulis axillaribus, 5—6 floris; bracteis linearibus, calycis dimidium aequantibus; floribus subsessilibus, coerulescentibus; calycis hispidi dentibus tubo aequilongis; leguminibus stellatim patentibus, rectis, lineari-trigonis, patule-hispidis, acutis, dorso sulcatis.

In locis aridis, collibus siccis. Boeotia: mt. Cithaeron (Orph.); Attica: ad Polygonon pr. Athenas (Heldr.), pr. Heraclea (Bois.), Chassia, Caesariani (Orph.), in colle Philoppapo, pr. Laurion (Haussk.), Sunium

(Bois.); Corinthus (Haussk.); Argolis: pr. Epidaurus (Bois.); Pharmacusarum insula Mikra-Kyra (Heldr.); Cycladum insula: Syra, Tenos (Weiss); Sporadum insula Scopelos (Leon.). — Mart. Apr. ⊙.

b. Pili medio fixi bicuspidati.

33. A. **epiglottis** L. mant. p. 274; Ch. et B. fl. pelop. p. 49; Bois. fl. or. II. p. 223. — Icon: Fl. gr. t. 731.

Adpresse pubescens; caulibus brevibus, erectis, simplicibus vel a basi ramosis, adscendentibus; foliolis 4—7 jugis, lineari-oblongis, apiculutis; stipulis liberis, lanceolatis; capitulis axillaribus, subsessilibus, 6—10 floris, ovatis; calycis dentibus subulatis, tubum subaequantibus; petalis luteis vel luteo-coerulescentibus; leguminibus reflexis, triangulari-subcordatis, mucronatis, adpresse hirtis, basi ad margines replicatis.

In collibus siccis regionis inferioris. Argolis: pr. Epidaurus (Bois.): Messenia: pr. Phigalea, Philiatra (Chaub.). — Apr. Majo. ⊙ N. v.

Obs. Species ex confusione in Graecia indicatae: *A. caprinus* L. sp. ed. 2 p. 1071, in Graeciae montosis (S. et S. pr. II. p. 89); *A. lanigerus* Desf. Att. II. p. 181, cum priore (S. et S. l c.); *A. nummulariaefolius* Friedr. Reise p. 268 (? *A. nummularius* Desf.), pr. Marussi Atticae (Friedr. l. c.); *A. pilosus* L. sp. p. 756, in Argolide (Ch. et B. exp. p. 215, Fl. pelop. p. 49); *A. rotundifolius* Willd. sp. III. p. 1317, in insula Melos (Urv. enum. p. 92, Ch. et B. fl. pelop. p. 49; *A. trigonus* DC. Astrag. p. 149, ad Phalerum Atticae (Friedr. Reise p. 267).

VI. Tribus. CORONILLEAE Bois. fl. or. II. p. 176.

28. Scorpiurus L. gen. n. 886.

a. Leguminis costae omnes tubercula densa, apice valde dilatata, pileiformia gerentes.

1. S. **vermiculata** L. sp. p. 744; S. et S. pr. II. p. 81; Friedr. Reise p. 295; Bois. fl. or. II. p. 178; Heldr. fl. Aegina p. 295. — Icon: Gaertn. fruct. II. t. 155. —

Patule hirtula; caulibus adscendentibus vel procumbentibus; foliis oblongo-vel obovato-spathulatis; stipulis lanceolatis, longe acutatis; pedunculis demum valde elongatis, 1—2 floris; calycis dentibus lanceolato-acuminatis, tubo longioribus; corolla lutea; leguminibus glabris; seminibus oblongo-reniformibus.

In arvis regionis inferioris. Attica (Sibth.); insula Aegina (Friedr.). — A recentioribus non lecta. — Mart. Apr. ⊙. N. v.

b. Leguminis costae interiores laeves, exteriores tuberculis conicis brevibus muricatae vel etiam laeves.

2. S. **muricata** L. sp. p. 745; Bois. fl. or. II. p. 178. — Icon: Morison oxon. II. t. 2, f. 4.

Parce hirtula; pedunculis 2—3 floris; seminibus semilunaribus, utrinque attenuatis; leguminis glabri vel papillari-puberuli laxe circinnati, costis interioribus laevibus, exterioribus muricatis; reliqua ut in specie praecedente.

β. **laevigata** S. et S. pr. II. p. 81 pro sp.; Bois. voy. bot. p. 182, Fl. or. II. p. 178; Weiss in z. b. G. 1869 p. 752. — Icon: Fl. gr. t. 718. — Leguminis costae omnes laeves, inermes. —

In cultis regionis inferioris. Cycladum insula Tenos (Sart.); — *β.* in arvis Archipelagi (Sibth.); Creta: pr. Canea (Weiss). — Mart. Apr. ⊙. N. v.

c. Leguminis costae interiores laeves, exteriores aculeis rectis vel subuncinatis obsitae.

3. **S. sulcata** L. sp. p. 745; Pieri corc. fl. p. 106; Fraas fl. class. p. 58; Weiss in z. b. G. 1869 p. 752; Raul. cret. p. 744. — Icon: Gaertn. fruct. II. t. 155. — Exsicc.: Heldr. herb. norm. n. 1025.

Adpresse hirta; pedunculis 1—4 floris; leguminis glabri, laxe contorti costis exterioribus aculeis distantibus subuncinatis vel rectis, leguminis diametro brevioribus obsitis; reliqua ut in praecedente.

In arvis, arenosis maritimis. Attica: pr. Athenas (Fraas); Cycladum insula Syra (Weiss), Tenos, Kimolos (Heldr.); Creta: pr. Canea (Weiss), Nerokuru, Malaxa, mt. Karadagh pr. Candia (Raul.); Corcyra (Pieri). — Mart. Apr. ⊙.

4. **S. subvillosa** L. sp. p. 745; Pieri corc. fl. p. 106; Ch. et B. exp. p. 213, Fl. pelop. p. 49; Marg. et R. fl. Zante p. 43; Friedr. Reise p. 270; Weiss in z. b. G. 1869 p. 752, *f. eriocarpa*; Bois. fl. or. II. p. 179; Spreitz. in z. b. G. 1877 p. 728; Heldr. cat. herb. Orph. p. 59, Fl. Cephalon. p. 34, Fl. Aegina p. 295; Haussk. symb. p. 62; Hal. in ö. b. Z. 1897 p. 93, 1899 p. 24. — *S. sulcata* S. et S. pr. II. p. 81; Marg. et R. fl. Zante p. 43. — Icon: Fl. gr. t. 719. — Exsicc.: Heldr. et Hal. fl. aeg. a. 1889.

Pedunculis 2—4 floris; leguminis glabri vel hirti, arcte contorti, costis exterioribus aculeis densis subuncinatis, leguminis diametrum aequantibus vel eo longioribus obsitis; reliqua ut in praecedente.

In cultis, collibus siccis. Attica: pr. Athenas (Heldr.), in colle Lycabetto (Orph.), pr. Laurion (Haussk.); Argolis: pr. Nauplia (Haussk.); Achaia: pr. Aegion (Orph.), Patras (Reis.); Messenia: pr. Methone (Chaub.); Strophades (Reis.); Zante (Sibth.); Cephalonia: pr. Argostoli (Spreitz.) Lixuri, Kipuria (Heldr.); Ithaca: pr. Vathy (Spreitz.); Corcyra (Pieri), Aegina: ad promontorium Perdicca (Friedr.); Cycladum insula Tenos (Weiss), Syra (Orph.); Sporadum insula Scopelos et Sciathos (Leon.). — Mart. Apr. ⊙.

29. Hammatolobium Fenzl pug. pl. nov. Syr. et Tauri p. 3, ill. et descript. pl. nov. Syr. et Tauri p. 1, t. 1.

1. **H. lotoides** Fenzl l. c.; Hal. Beitr. fl. Achaia p. 17. — Exsicc.: Hal. it. gr. II. a. 1893.

Patule villosum, basi suffrutescens, a collo ramosissimum; caulibus herbaceis, prostratis vel adscendentibus; foliis 3—5 foliolatis, brevissime petiolatis, foliolis obovatis, inferioribus cauli approximatis, stipuliformibus; pedunculis axillaribus, 1—4 floris, folio aequilongis vel longioribus; bractea trifoliolata ad basin florum; calycis hispidi laciniis lanceolato-subulatis, tubo brevioribus; corolla aurea, vexillo saepe laete purpureo; legumine hirto, 2—8 articulato.

β. graecum Heldr. in Bois. fl. or. suppl. p. 171 pro sp. — Foliola triplo minora, saepius terna, bractea saepe unifoliolata, pedunculi 1—2 flori, flores fere duplo minores. — Meo sensu forma macra alpina speciei. — Exsicc.: Pichl. pl. gr. a. 1876; Heldr. herb. norm. n. 1420.

In rupestribus regionis abietinae et superioris, rarissime. Achaia: in pinetis mt. Chelmos supra pagum Planideri versus jugum Durduvana non procul a fonte Turcovrysi dicto (Hal.); — β in regione alpina mt. Taygetos (Pichl.) loco dicto Megala Zonaria (Zahn). — Jun. Aug. ♃.

30. Coronilla L. gen. n. 883.

1. Sectio. *Emerus* Desv. journ. bot. III. p. 121. — Petalorum ungues calyce 2—3plo longiores; folia pinnata, foliolis subaequalibus.

1. **C. emeroides** Bois. et Sprun. diagn. II. p. 100; Fl. or. II. p. 179; Raul. cret. p. 744; Spreitz. in z. b. G. 1877 p. 727; Heldr. cat. herb. Orph. p. 54, Fl. Cephalon. p. 34, chlor. Parn. p. 16; Borb. in ö. b. Z. 1885 p. 230; Janka in magy. novényt. lap. X. p. 147; Haussk. symb. p. 61; Form. in Ver. Brünn 1896 p. 112, 1897 p. 79; Hal. in ö. b. Z. 1897 p. 92 et 283. — *C. emerus* S. et S. pr. II. p. 78; Ch. et B. exp. p. 212, Fl. pelop. p. 48; Marg. et R. fl. Zante p. 43; Friedr. Reise p. 275 et 281; Clem. sert. p. 34; Ung. Reise p. 141; non L. — *C. emerus var. austriaca* Heim. in Verh. z. b. G. 1884 p. 97. — *C. emerus var. multiflora* Celak. in böhm. Ges. Wiss. 1887 p. 536. — Icon: Fl. gr. t. 710. — Exsicc.: Orph. fl. gr. n. 322; Heldr. herb. norm. n. 112; Sint. it. thessal. n. 167.

Fruticosa, glabra vel parce adpresse hirtula; foliolis 2—4 jugis, obovatis obtusis vel retusis; pedunculis folio longioribus, saepe elongatis, umbellatim 4—8 floris; calycis dentibus brevissimis; corolla ochroleuca; petalorum unguibus calyce duplo longioribus; leguminibus linearibus, teretiusculis, inter semina vix angustatis. — *C. emeri* L. subspecies austro-orientalis, a qua differt pedunculis multifloris, nec 2—3 floris, petalorum unguibus saepissime brevioribus et leguminibus longioribus, inter semina parum angustatis.

β. **humilis** Heldr. et Hal. in ö. b. Z. 1897 p. 92. — Foliolis minoribus, dimidio angustioribus, oblongis, obtusis; petalis angustioribus,

vexillo carinam aequante, lamina oblongo-obovata, semina in unguem attenuata. — Forma singularis, forsan species propria. — Exsicc.: Heldr. et Hal. fl. sporad. a. 1896.

In rupinis dumosis regionis inferioris et montanae passim. Thessalia: pr. Kalabaka (Sint.), Pharsalus, Klinovo (Haussk.), mt. Ghavellu, pr. Trikala (Form.), mt. Olympus (Orph.), Pelion (Heldr.); Attica: mt. Hymettus, Pentelicon, Parnes, Kerata, Cithaeron (Heldr.); mt. Parnassus, ad Acrocorinthum (Orph.); Achaia: mt. Kyllene, Chelmos (Orph.), pr. Megaspilaeon (Hal.), Patras (Reis.); Echinadum insula Petala (Reis.); Corcyra (Ung.): pr. San Deca (Spreitz.); Cephalonia: pr. Kalligata, Marcopulo Athera (Heldr.); Zante: mt. Scopo (Marg.); Arcadia: mt. Diaforti pr. Andrizena (Friedr.); insula Poros (Friedr.); Creta (Sibth.); Euboea: mt. Dirphys (Pichl.); — β. Sporadum insula Skiathos cum typo (Leon.). — Mart. Maio.

2. Sectio. *Eucoronilla* Benth. et Hook. gen. I. p. 510. — Petalorum ungues calyce vix longiores; folia pinnata, foliolis subaequalibus.

a. Fruticosae vel herbaceae perennes.

α. Flores lutei.

2. **C. glauca** L. sp. ed. 2, p. 1047; S. et S. pr. II. p. 78; Pieri corc. fl. p. 105; Ch. et B. fl. pelop. p. 49; Bois. fl. or. II. p. 180; Heldr. chlor. Parn. p. 16; Hal. Beitr. Fl. Aetol. p. 6. — Icon: Fl. gr. t. 711. — Exsicc.: Hal. it. gr. II. a. 1893.

Fruticosa, glabra, glauca; ramis flexuosis; foliis 2—3 jugis, foliolis obovato-cuneatis, retusis vel truncatis, infimis ab axi remotis; stipulis parvis, liberis, lanceolatis, caducis; pedunculis 5—8 floris, folio longioribus; calycis dentibus brevissimis; leguminibus pendulis, 1—3 articulatis, articulis oblongis, tereti-subcompressis, obtuse biangulatis.

In rupestribus regionis inferioris et submontanae. Euboea (Auch.); Attica: mt. Corydalus, insula Salamis (Heldr.); Boeotia et in mt. Parnasso (Heldr.); Aetolia: ad radices mt. Chalkis pr. Krionerion (Hal.); Corcyra (Pieri); Messenia: pr. Nisi (Chaub.). — Apr. Maio.

3. **C. minima** L. sp. ed. 2, p. 1048; S. et S. pr. II. p. 78; Ch. et B. exp. p. 212, Fl. pelop. p. 48. — *C. vaginalis* Bois. fl. or. II. p. 180 quoad pl. peloponnesiacam, non Lam. —

Glabra, glauca, basi suffrutescens; caulibus diffusis vel adscendentibus, ramosis, ramis herbaceis; foliis 3—4 jugis, foliolis parvis, obovato-cuneatis, mucronulatis, margine diaphano cinctis, infimis axi approximatis; stipulis minutis, in unam bidentatam connatis, persistentibus; pedunculis 6—10 floris, folium longe superantibus; calycis dentibus superioribus in labium truncatum vel retusum connatis, inferioribus brevissimis; leguminibus pendulis, 2—4 articulatis, articulis oblongis, tetragonis.

In Peloponnesi locis campestribus (Sibth.). A recentioribus non lecta. — Apr. Maio. ♄. N. v.

β. Flores albi vel rosei.

4. C. **varia** L. sp. p. 743; S. et S. pr. II. p. 79; Ch. et B. exp. p. 212, Fl. pelop. p. 49; Raul. cret. p. 744; Bois. fl. or. II. p. 181; Heldr. cat. herb. Orph. p. 55; Haussk. symb. p. 61; Hal. Beitr. fl. Epir. p. 19; Form. in Ver. Brünn 1897 p. 80. — Icon: Dietr. fl. boruss. t. 361. — Exsicc.: Dörfl. fl. gr. n. 278.

Glabra vel parce hirtula; caulibus herbaceis, fistulosis, adscendentibus; foliis 7—12 jugis, foliolis oblongis, vel ellipticis, mucronulatis; stipulis liberis, minutis, lanceolatis; pedunculis folio longioribus, 12—20 floris; pedicellis calyce subduplo longioribus; corolla rosea, albo-variegata, carina apice atropurpurea; leguminibus erectis vel patulis, rectiusculis, articulis 3—7, tetragono-compressis.

In herbidis siccis, dumosis regionis inferioris et montanae. Epirus: pr. Vulgarelion, Mazuki (Hal.); Thessalia: pr. Malakasi, Chaliki, in oropedio Neuropolis (Haussk.), pr. Hepdominta Aderfia in mt. Oxya, pr. Phlambures et mt. Mitrica in mt. Chassia (Form.), mt. Olympus (Orph.), mt. Oeta Phthiotidis (Heldr.); Aetolia: mt. Korax (Leon.); Achaia: mt. Omplo pr. Patras (Heldr.); Argolis (Sibth.); Creta: mt. Sphaciotici (Sibth.). — Maio, Jul. ♃.

5. C. **globosa** Lam. dict. II. p. 122; Sieb. avis p. 4, rem. p. 5; Raul. cret. p. 745; Bois. fl. or. II. p. 182. — Exsicc.: Rev. pl. cret. n. 240; Bald. it. cret. alt. n. 117.

Differt a praecedente habitu robustiore, foliolis majoribus, umbellis multifloris (usque 40), floribus majoribus, carina atropurpurea excepta albis et leguminibus deflexis.

In aridis, rupestribus regionis inferioris et montanae. Creta (Tourn.): pr. Malaxa, Amalos (Rev.), Aradhena, Nipros, Hagios Joannes Kaimenos, Karadagh, Kritza, Prina (Raul.), mt. Aphendi Sarakeno in mt. Lassiti (Bald.). — Maio, Jul. ♃.

b. Annuae.

6. C. **cretica** L. sp. p. 743; S. et S. pr. II. p. 79; Ch. et B. exp. p. 212, Fl. pelop. p. 49; Weiss in z. b. G. 1869 p. 752; Raul. cret. p. 744; Bois. fl or. II. p. 182; Heldr. cat. herb. Orph. p. 55; Haussk. symb. p. 61; Hal. in ö. b. Z. 1895 p. 258, 1897 p. 92. — Icon: Jacq. hort. vind. I. t. 25. — Exsicc.: Orph. fl. gr. n. 572.

Glabra vel ad caules hirtella; caulibus diffusis vel adscendentibus; stipulis oblongo-lanceolatis; foliis 5—8 jugis, foliolis obovato-oblongis, retusis; pedunculis 3—6 floris, folio sublongioribus, tandem elongatis; pedicellis calyce sublongioribus; floribus parvis, 5 mm. longis; calycis dentibus brevibus, latis; corolla rosea, carina apice atropurpurea; leguminibus erectis, lineari-tetragonis, rectiusculis, in rostrum subincurvum abeuntibus.

In collibus herbidis regionis inferioris. Thessalia: pr. Pharsalus (Haussk.), ad lacum Karla (Reis.), mt. Pelion pr. Volo (Heldr.); Argolis: pr. Tirynthum, Damala (Chaub.), Astros (Bois.); Laconia: mt. Malevo pr. Platanos (Orph.); Aetolia: mt. Arakynthos (Heldr.); Sporadum insula

Scopelos (Leon.); Creta: pr. Platania (Sibth.), Canea (Weiss). — Apr. Jun. ☉.

7. **C. parviflora** Willd. Sp. III. p. 1155; Ch. et B. exp. p. 212, Fl. pelop. p. 49; Raul. cret. p. 744; Bois. fl. or. II. p. 183. — *C. rostrata* Bois. et Sprun. diagn. II. p. 100; Raul. cret. p. 744 var. floribus flavis. — Icon: Fl. gr. t. 713. — Exsicc.: Rev. pl. cret. n. 38; Orph. fl. gr. n. 573 (Chios).

Glabra vel parce papillari-hirtula; caulibus diffusis vel adscendentibus; stipulis ovatis, foliis 4—5 jugis, foliolis cuneatis retusis vel obcordatis; pedunculis 5—7 floris, folio sublongioribus, tandem elongatis; pedicellis calyce sublongioribus; floribus mediocribus, 7—9 mm longis; calycis dentibus brevibus, latis; corolla rosea, alba vel lutescenti; leguminibus patentibus, anguste marginatis, valde arcuatis, in rostrum planum oblongo-lineare abeuntibus. — Praecedenti maxime affinis, ab ea differt stipulis ovatis, foliis paucijugis, floribus duplo majoribus, leguminibus valde arcuatis, duplo latioribus.

In herbidis, locis incultis. Boeotia: non procul ab urbe Chalcis Euboeae (Bois.); Sporadum insula Scopelos (Leon.); Messenia: pr. Arcadia, Pylos (Chaub.); Creta: pr. Kissamos, Malaxa (Rev.), Canea, Lutro, Askyphos, Anopolis (Raul.). — Apr. Maio. ☉

3. Sectio. *Scorpioides* Benth. et Hook. gen. I. p. 510. — Petalorum ungues calyce vix longiores; folia ternata vel bijuga, foliolo terminali maximo.

8. **C. scorpioides** L. sp. p. 744; S. et S. pr. II. p. 80; Sieb. avis p. 4; Urv. enum. p. 90; Ch. et B. exp. 212, Fl. pelop. p. 49; Friedr. Reise p. 269 (*Ornithopus*); Koch syn. p. 188; Raul. cret. p. 744; Bois. fl. or. II. p. 183; Heldr. cat. herb. Orph. p. 55, Fl. cephalon. p. 34; Spreitz in z. b. G. 1887, p. 658; Bald. riv. coll. bot. Alb. 1896, p. 45. — *Astrolobium scorpioides* DC. pr. II. p. 311; Marg. et R. fl. Zante p. 43. — *Arthrolobium scorpioides* Rchb. fl. exc. p. 541; Ung. Reise p. 141; Weiss in z. b. G. 1869 p. 752; Haussk. symb. p. 61; Hal. in ö. b. Z. 1897 p. 93; Heldr. fl. Aegin. p. 295. — Icon: Fl. gr. t. 715. — Exsicc.: Heldr. et Hal. fl. Aeg. a. 1889.

Glabra, glauca; caulibus erectis vel adscendentibus; stipulis in unam bidentatam connatis; foliolis unijugis, terminali maximo elliptico, lateralibus parvis orbiculatis; pedunculis 2—4 floris, folio sublongioribus; calycis dentibus abbreviatis; corolla parva, lutea; leguminibus arcuatis, articulis tetragonis.

In cultis, collibus herbidis. Boeotia: pr. Oropos (Orph.); Attica: mt. Pentelicon (Bois.), Kerata (Haussk.); Argolis: pr. Nauplia (Haussk.), Troezene, Damala (Chaub.); Laconia: pr. Scutari, Marathonisi, Vitilos, Chimova (Chaub.); Messenia (Sibth.); Sporadum insula Scopelos (Leon.); insula Aegina (Friedr.); Cycladum insula: Tenos, Syra (Weiss), Melos (Urv.); Creta: pr. Canea, Perama (Raul.); Zante (Marg.); Cephalonia: pr. Francata (Heldr.); Leucas: ad monasterium Hagios Georgios (Spreitz.);

Corcyra: mt. Deca (Spreitz.); Epirus: pr. Janina (Bald.). — Mart. Maio. ☉

Obs. *C. argentea* L. sp. p. 743, fruticosa, foliolis undenis, extimo maiore, in Creta ab auctore indicata, est species dubia.

31. Hippocrepis L. gen. n. 885.

a. Perennes; leguminis sinus late aperti.

1. **H. comosa** L. sp. p. 744; Friedr. Reise p. 269; Bois. fl. or. II. p. 184; Heldr. cat. herb. Orph. p. 55; Haussk. symb. p. 61. — *H. glauca* Hal. in z. b. G. 1888 p. 750, Beitr. Fl. Epir. p. 19, Beitr. Fl. Achaia p. 18; Bald. riv. coll. bot. Alb. 1896 p. 46; non Ten. — Icon: Jacq. fl. austr. t. 431. — Exsicc.: Heldr. it. thessal. IVa. 1885; Bald. it. alb. epir. IV. n. 166.

Viridis, glabriuscula; caulibus adscendentibus; foliis 5—7 jugis, foliolis obovato-oblongis vel oblongis, stipulis ovatis; pedunculis folia 2—3 plo longioribus, demum elongatis; pedicellis calyce brevioribus; calycis parce hirtuli dentibus superioribus connatis, inferioribus triangulari-acuminatis; corolla lutea; leguminibus subarcuatis, papillosis, margine exteriori sinuato, interioris sinubus semicircularibus.

In rupestribus regionis montanae et alpinae. Epirus: mt. Smolika, Kuruna (Bald.), pr. Kalentini, mt. Peristeri (Hal.); Thessalia: mt. Ghavellu, Karava (Haussk.); mt. Kiona (Hal.), Parnassus (Heldr.); Peloponnesus: mt. Chelmos (Hal.), Taygetos (Heldr.); insula Aegina (Friedr.). — Jun. Jul. ♃

2. **H. glauca** Ten. fl. nap. II. p. 165 t. 69; Bois. fl. or. II. p. 184; Heldr. cat. herb. Orph. p. 56, chlor. Parn. p. 16; Haussk. symb. p. 61. — Exsicc.: Orph. fl. gr. n. 10; Heldr. herb. norm. n. 1228.

Adpresse hirta, canescens; foliolis angustis; leguminibus angustis, margine exteriori subsinuato, interioris sinubus elongatis superficialibus. — Cum praecedente saepius contusa, sed ab ea meo sensu specifice distincta.

In regione montana et alpina, rare. Euboea: mt. Dirphys (Sprun.); Attica: mt. Pentelicon (Orph.), Parnes (Heldr.); mt. Parnassus, Olenos (Heldr.). — Apr. Maio. ♃

b. Annuae; leguminis sinus subrotundi, anguste aperti.

α. Flores axillares, solitarii vel bini, subsessiles.

3. **H. unisiliquosa** L. sp. p. 744; S. et S. pr. II. p. 80; Pieri corc. fl. p. 105; Ch. et B. exp. p. 213, Fl. pelop. p. 49; Marg. et R. fl. Zante p. 43; Friedr. Reise p. 279; Weiss in z. b. G. 1869 p. 752; Raul. cret. p. 745; Bois. fl. or. II. p. 184; Spreitz. in z. b. G. 1877 p. 728; Heldr. cat. herb. Orph. p. 56, Fl. Aegin. p. 295; Hal. in ö. b. Z. 1897 p. 93. — Icon: Fl. gr. t. 716. — Exsicc.: Rev. pl. cret. n. 39.

Glabriuscula; caulibus decumbentibus, simplicibus; foliis 4—7 jugis, foliolis oblongo-linearibus, retusis; floribus parvis luteis, saepissime solitariis; leguminibus rectis vel leviter curvatis, sinubus saepius ad latus convexum spectantibus, seminibus annulum incompletum formantibus, glabris, rarius papillosis, interstitiis nervosis.

In locis sterilibus, aridis regionis inferioris. Attica: ad radices mt. Hymettus, ad Phaleron (Orph.); Achaia: pr. Xylocastron (Orph.); Arcadia: pr. Tripolizza (Friedr.); Messenia: pr. Arcadia (Marg.); insula Aegina (Heldr.); Sporadum insula Scopelos (Leon.); Cycladum insula: Syra (Weiss), Melos (Leon.); Creta: pr. Canea (Raul.), Kissamos (Reverch.); Zante: pr. Bochali (Marg.); Corcyra (Pieri): mt. Deca (Spreitz.). — Mart. Maio. ⊙

4. **H. biflora** Spreng. pugill. II. p. 73; Bois. fl. or. II. p. 185; Spreitz in z. b. G. 1877 p. 728; Heldr. fl. cephalon. p. 34; Haussk. symb. p. 62.

Differt a praecedente floribus saepius geminis, leguminibus subangustioribus, sinubus semper ad latus concavum spectantibus, seminibus fere annulum completum formantibus, saepius papillosis, interstitiis enerviis.

In collibus siccis. Attica: pr. Athenas (Sprun.); pr. Kalamaki in isthmo Corinthiaco (Haussk.); Peloponnesus (Orph.); Cephalonia: pr. Argostoli (Spreitz.). — Mart. Maio. ⊙ N. v.

β. Flores pedunculati, pedunculi 2—6 flori.

5. **H. multisiliquosa** L. sp. p. 744; Ch. et B. exp. p. 213, Fl. pelop. p. 49; Friedr. Reise p. 275; Bois. fl. or. II. p. 185; Heldr. cat. herb. Orph. p. 56, Fl. Aegin. p. 295; Haussk. symb. p. 62. — Icon: Fl. gr. t. 717. — Exsicc.: Heldr. herb. norm. n. 251 et 842. —

Parce adpresse hirtula; caulibus decumbentibus, elongatis, ramosis; foliis 4—7 jugis, foliolis oblongo-cuneatis, saepe retusis; pedunculis folium aequantibus; floribus parvis, luteis; leguminibus semi- vel fere circularibus, glabris, sinubus ad marginem convexum spectantibus.

In arenosis, collibus siccis regionis inferioris. Attica: ad Phalerum (Sprun.); Messenia: pr. Arcadia, Phigalea (Chaub.); insula Poros (Friedr.); Aegina (Heldr.). — Mart. Maio. ⊙

6. **H. ciliata** Willd. mag. nat. Ges. Berlin 1808 p. 173; Friedr. Reise p. 270; Weiss in z. b. G. 1869 p. 752; Raul. cret. p. 745; Bois. fl. or. II. p. 185; Heldr. cat. herb. Orph. p. 56, Fl. Aegin. p. 295; Haussk. symb. p. 62; Bald. riv. coll. bot. Alb. 1895 p. 26; Boissieu in bull. bot. Fr. 1896 p. 285; Hal. in ö. b. Z. 1897 p. 93. — *H. dicarpa* M. a B. fl. taur. cauc. III. p. 480; Urv. enum. p. 90. — Icon: Mor. fl. sard. I. t. 67. — Exsicc.: Heldr. herb. norm. n. 250 et 1135.

Differt a praecedente foliolis angustioribus, leguminibus angustioribus, parte seminifera papillis rufis vestistis, sinubus ad marginem concavum spectantibus.

In arenosis, collibus siccis regionis inferioris. **Attica**: pr. Athenas (Orph.), in colle Lycabetto (Sprun.), ad radices mt. Pentelicon pr. Geraka, Pikermi (Heldr.); Boeotia: pr. Larmes (Boissieu); pr. Kalamaki, Corinthum (Haussk.); insula Aegina (Friedr.); Sporadum insula Scopelos (Leon.); Cycladum insula Melos (Urv.), Tenos (Weiss); Creta: in peninsula Acroteri, promontorium Sidero (Raul.), pr. Canea (Weiss); Epirus: mt. Micikeli (Bald.). — Mart. Maio. ⊙

32. Ornithopus L. gen. n. 884.

1. **O. compressus** L. sp. p. 744; S. et S. pr. II. p. 79; Sieb. avis rem. p. 5; Ch. et B. exp. p. 212, Fl. pelop. p. 49; Weiss in z. b. G. 1869 p. 752; Raul. cret. p. 745; Bois. fl. or. II. p. 178; Spreitz in z. b. G. 1877 p. 727, 1887 p. 658; Heldr. cat. herb. Orph. p. 55; Fl. Aegin. p. 295; Haussk. symb. p. 61; Bald. riv. coll. bot. Alb. 1896 p. 45; Hal. in ö. b. Z. 1897 p. 93. — *O. perpusillus* Friedr. Reise p. 270 et 272, non. L. — Icon: Fl. gr. t. 714. — Exsicc.: Orph. fl. gr. n. 580; Sint. it. thessal. n. 394.

Molliter villosus; caulibus erectis vel adscendentibus; foliis multijugis, foliolis oblongo-ellipticis; pedunculis folio aequilongis, 2—5 floris, apice folio florali pinnato, flores superante obsitis; floribus flavis, brevissime pedicellatis; calycis laciniis lineari-subulatis, tubo subaequilongis; leguminibus falcatis, plano-compressis, pubescentibus, reticulato-rugosis, in rostrum uncinatum abeuntibus.

In arenosis, herbidis regionis inferioris et montanae. Epirus: pr. Janina (Bald.); Thessalia: ad monasterium Korona (Haussk.); Meteora (Sint.), mt. Pelion pr. Kissos (Heldr.); Attica: mt. Pentelicon (Orph.); Argolis: in peninsula Methana (Haussk.) pr. Vromolimni (Friedr.); Laconia: mt. Malevo pr. Hagios Petros et Platanos (Orph.); Elis, Messenia (Sibth.): pr. Messene, Kubeh (Chaub.); Sporadum insula Scopelos (Leon.); Cycladum insula: Tenos (Weiss), Naxos, Keos (Heldr.); insula Aegina (Heldr.); Creta: pr. Canea, Suda, Acroteri (Raul.); Corcyra: pr. Potamo, mt. Deca (Spreitz.). — Mart. Maio. ⊙

2. **O. exstipulatus** Thore chlor. land. p. 311 (1803). — *O. ebracteatus* Brot. fl. lus. II. p. 159 (1804); Urv. enum. p. 90; Ch. et B. exp. p. 213, Fl. pelop. p. 49; Bois. fl. or. II. p. 177. — *Astrolobium ebracteatum* DC. pr. II. p. 311; Friedr. Reise p. 272. — *Arthrolobium ebracteatum* Dietr. syn. pl. p. 1124. — Icon: Brot. phyt. lusit. I. t. 68. — Exsicc.: Heldr. et Hal. fl aeg. a. 1898.

Parce et adpresse hirtus; caulibus erectis vel adscendentibus; foliis 3—6 jugis, foliolis oblongo-linearibus; pedunculis folio longioribus, 1—5 floris, apice nudis; floribus flavis, brevissime pedicellatis; calycis laciniis lanceolatis, tubo multoties brevioribus; leguminibus arcuatis, subcylindricis, parum compressis, glabris, minute rugulosis, in rostrum subincurvum abeuntibus.

In arvis, herbidis regionis inferioris, rare. Argolis: pr. Vromolimni (Friedr.); Messenia: pr. Messene, Kubeh (Chaub.); Cycladum insula: Melos (Urv.), Naxos (Leon.). — Mart. Maio. ⊙

VII. Tribus. HEDYSAREAE Bois. fl. or. II. p. 508.

33. Hedysarum L. gen. n. 887

a. Perenne, racemis multifloris, oblongis, densis; legumen glabrum.

1. **H. coronarium** L. sp. p. 750; Spreitz. in z. b. G. 1877 p. 727, 1887 p. 658; Gelmi in bull. soc. bot. ital. 1889 p. 449. — Icon: Gaertn. fruct. II. t. 155. — Exsicc.: Spreitz. it. jonic. a. 1877; Baen. herb. europ. n. 9266.

Caulibus adscendentibus; foliis 2—5 jugis, foliolis magnis, ellipticis vel obovatis, supra glabriusculis, subtus adpresse-pubescentibus; stipulis liberis, triangulari-acuminatis; pedunculis folium aequantibus vel superantibus; calycis hirsuti dentibus tubo longioribus; corolla speciosa, purpurea, carina vexillum subaequante; leguminis articulis orbiculatis, muricatis.

In pratis, rarissime. Corcyra: pr. Potamo (Spreitz.), Manducchio (Gelmi). — Apr. Maio. ♃

b. Annua, racemis subcapitatis, 5—8 floris; legumen tomentosum.

2. **H. capitatum** Desf. fl. atl. II. p. 177; Marg. et R. fl. Zante p. 43; Ung. Reise p. 141; Weiss in z. b. G. 1869 p. 752; Bois. fl. or. II. p. 513; Heldr. fl. cephalon. p. 34. — Icon: Mor. fl. sard. t. 68 f. A. — Exsicc.: Hal. it. gr. II. a. 1893.

Caulibus decumbentibus vel adscendentibus; foliis 4—8 jugis, foliolis minutis, ellipticis oblongisve, supra glabriusculis, subtus canescenti-hirtulis; stipulis liberis, lanceolatis; pedunculis 6—10 floris, folio longioribus; calycis hirsuti dentibus tubo longioribus; corolla purpurea, 12—14 mm longa, calyce triplo longiore, carina vexillum subaequante; leguminis articulis ovato-orbiculatis, aculeis hamosis obsitis.

In collibus argillosis, rare. Achaia: pr. Patras (Heldr.); Zante (Marg.); Cephalonia (Ung.): pr. Lixuri (Heldr.) — Apr. Maio. ⊙

3. **H. pallens** Mor. fl. sard. I. p. 548, t. 68, f. B.; Friedr. Reise p. 270; pro var. *H. capitati*. — *H. spinosissimum* S. et S. pr. II. p. 82, Fl. gr. t. 721; Urv. enum. p. 90; Ch. et B. exp. p. 213, Fl. pelop. p. 49; Weiss in z. b. G. 1869 p. 752; Raul. cret. p. 745; Bois. fl. or. II. p. 513; Heldr. cat. herb. Orph. p. 59; Fl. Aegin. p. 295; non L. sp. p. 750, quod floribus majoribus intensius roseis et leguminis aculeis longioribus parum differt. — *H. Sibthorpii* Nym. consp. p. 197; Haussk. symb. p. 63. — Exsicc.: Heldr. herb. norm. n. 459 et 919.

Differt a praecedente pedunculis 3—5 floris, floribus pallide roseis, duplo minoribus, 7—8 mm tantum longis.

In collibus siccis, locis aridis regionis inferioris. **Attica**: **pr. Athenas**, Heracleon, Geraka (Heldr.), mt. Hymettus (Orph.), pr. **Ergastiria** (**Haussk.**); Euboea (Bois.); Cycladum insula: Melos (Urv.), **Syra**, **Tenos** (**Weiss**); insula Aegina: ad promontorium Perdicca (Friedr.); **Messenia**: **pr. Methone** (Chaub.); Creta: pr. Candia, Embaro (Raul.). — **Apr. Maio.** ⊙

34. **Onobrychis** Gaertn. fruct. II. p. 318.

Dispositio specierum:

a. Perennes, pedunculis multifloris.

α. Leguminis costae et margo inferior breviter spinoso-dentatae.

1. **O. scardica** (Griseb.)

β. Leguminis costae et margo inferior longe muricato-spinosae.

× Corolla calyce longior; alarum limbus stipite longior.

○ Flores rosei.

: Planta viridis, glabrescens; spicae anguste cylindricae, laxiusculae; calycis tubus glaber vel glabrescens.

2. **O. graeca** Haussk.

.. Plantae plus minus canescentes, hirsutae; calycis tubus adpresse hirsutus.

; Alae calyce multo breviores.

3. **O. lasiostachya** Bois. 4. **O. pindicola** Haussk.

;; Alae calycem subaequantes vel aequantes.

5. **O. laconica** Orph.

○○ Flores albi vel pallide sulfurei.

6. **O. Visianii** Borb. 7. **O. pentelica** Haussk.

×× Corolla calyce hirsutissimo vix longior; alarum limbus minimus, stipitem aequans.

8. **O. ebenoides** Bois. et Sprun.

b. Annuae, pedunculis 2—7 floris.

α. Cristae leguminis laciniae dentatae; ovarium triovulatum.

9. **O. crista galli** (L.)

β. Cristae leguminis laciniae vel spinae integerrimae; ovarium uniovulatum.

10. **O. aequidentata** (S. et S.). 11. **O. caput galli** (L.).

a. Perennes, pedunculis multifloris.

α. Leguminis costae et margo inferior breviter spinoso-dentatae.

1. **O. scardica** Griseb. spic. I. p. 65; Bois. fl. or. II. p. 535, suppl. p. 190; Bald. riv. coll. bot. Alb. 1895 p. 27, 1896 p. 48, pro var. *O. sativae*; Hal. Beitr. Fl. Epir. p. 20. — *O. viciaefolia v. montana* Haussk. symb. p. 63. — *O. sativa v. viciaefolia* Bald. riv. coll. bot. Alb. 1896 p. 48. — *O. sativa v. dolopica* Form. in Ver. Brünn 1897 p. 80. — Exsicc.: Heldr. it. thessal. a. 1885; Hal. it. gr. II. a. 1893.

Parce hirtula vel glabrescens, viridis; caulibus adscendentibus; foliis 4—7 jugis, foliolis ovato-orbiculatis, ellipticis vel oblongis; pedunculis folio multoties longioribus; spicis ovato-oblongis, demum elongatis

laxiusculis; calycis glabri vel parcissime hirtuli, laciniis lanceolato-subulatis, ciliolatis, tubo duplo longioribus; corolla roseo-purpurea, purpureo-striata, 10—12 mm. longa, calyce dimidio vel duplo longiore, alis oblongis, carina vexillo longiore duplo brevioribus, calyce brevioribus; legumine adpresse pubescente, calyce sublongiore. — Omnino congruit cum speciminibus scardicis, a Dörfler loco classico in mt. Ljubatrn lectis. — Ab *O. montana* Pers. ench. II. p. 324 (*Hedysarum*), DC. fl. fr. IV. p. 611, caulibus tenuioribus saepissime brevioribus, foliolis saepius brevioribus latioribusque, leguminibus minoribus densius hirsutis, dentibus paucioribus munitis parum differt.

β. **brevicaulis.** — Humilis, dense caespitosa, rhizomate valde indurato, caulibus abbreviatis, foliolis diminutis. — Forma alpina. — Exsicc.: Heldr. it. gr. septentr. a. 1879; Hal. it. gr. II. a. 1893; Bald. it. Alb. epir. III. n. 135, IV. n. 167. —

In herbidis regionis mediae et superioris. Epirus: mt. Smolika (Bald.), Tsumerka, Peristeri (Hal.); Thessalia: mt. Ghavellu (Form.), mt. Karava, pr. Chaliki (Haussk.), Krania (Heldr.); — *β.* Epirus: mt. Gamila, Tsumerka (Bald.), Peristeri (Hal.); Aetolia: mt. Tymphrestus (Heldr.). — Jul. Aug. ♃.

β. Leguminis costae et margo inferior longe muricato-spinosae.

× Corolla calyce longior; alarum limbus stipite longior.

⊙ Flores rosei.

. Planta viridis, glabrescens; spicae anguste cylindricae, laxiusculae; calycis tubus glaber vel glabrescens.

2. **O. graeca** Haussk. symb. p. 65. — Exsicc.: Haussk. it. gr. a. 1885.

Parce hirtula vel glabrescens, viridis; caulibus adscendentibus; foliis 4—6 jugis, foliolis inferioribus oblongis, superioribus anguste elliptico-linearibus; pedunculis folio duplo longioribus; calycis laciniis subulatis, longe patentim hirsutis, tubo saepe nigricante 3—4plo longioribus; corolla rosea, purpureo-striata, 9—10 mm. longa, calyce parum longiore, alis lineari-oblongis, calycis tubum superantibus, vexillo carinam vix excedente; legumine calyce subduplo breviore, brevissime pubescente, ad discum elatum profunde foveolato et breviter spinoso, crista angustissima breviter spinosa munito. — Species glabritie, foliolis angustis, spica laxiuscula, calycis dentibus longis notabilis. —

β. **thessala** Haussk. symb. p. 66. — Legumen calyce parum brevius, ad discum evidentius spinosum, crista spinis sublongioribus notata. — Exsicc.: Heldr. it. thessal. IV. a. 1885.

In collibus apricis herbosis. Abunde supra Tolon Argolidis (Haussk.); — *β.* Thessalia: pr. Aivali (Heldr.), Pharsalus (Haussk.). — Apr. Jun. ♃.

.. Plantae plus minus canescentes, hirsutae; calycis tubus adpresse hirsutus.

; Alae calyce multo breviores.

3. **O. lasiostachya** Bois. diagn. II. p. 96, Fl. or. II. p. 534. — *O. Halácsyana* Heldr. herb. gr. norm. n. 922; Hal. in z. b. G. 1899 p. 711. — Exsicc.: Orph. fl. gr. n. 564 (Chios); Heldr. l. c.

Caulibus adscendentibus; foliis 4—7 jugis, oblongis vel oblongo-linearibus, utrinque adpresse pilosis; pedunculis folio 2—3plo longioribus; spicis oblongo-cylindricis, densiusculis; calycis laciniis subulatis, patule et longe hirsutis, tubo triplo longioribus; corolla rosea, purpureo-striata, 8—9 mm. longa, calyce triente longiore, vexillo carina subbreviore; legumine 4—5 mm. longo, adpresse canescenti, calyce breviore, ad discum foveolato et spinis 5—6 obsito, crista disco dimidio aequilata, spinis 3 triangulari-subulatis, cristae latitudine longioribus munita. — Species spica hispido-plumosa distincta. — Planta graeca a chia meo sensu non differt.

In collibus saxosis. Attica: ad radices mt. Pentelicon supra Marussi (Heldr.); Cycladum insula Tenos (Sart.). — Apr. Maio.

4. **O. pindicola** Haussk. in Mittheil. thür. bot. Ver. 1885 p. 71, symb. p. 65. — *O. gracilis* Hal. Beitr. fl. Thessal. p. 11, non Bess. en. Volh. p. 74. — Exsicc.: Hal. it. gr. II. a. 1893.

Caulibus adscendentibus; foliis 4—6 jugis, foliolis supra glabrescentibus, subtus adpresse pilosis, inferioribus ovato-oblongis, superioribus ellipticis vel oblongis; pedunculis folio multoties longioribus; spicis anguste cylindricis, laxiusculis; calycis laciniis subulatis, adpressiuscule pilosis, tubo subtriplo longioribus; corolla pallide rosea, 6—7 mm. longa, calyce triente longiore, vexillo carinam manifeste superanti; legumine 5—6 mm. longo, adpresse piloso, calycem superante, ad discum foveolato et spinis 6 obsito, crista disco dimidio aequilata, spinis 5—6 triangulari-subulatis, cristae latitudine longioribus munita. — Differt a praecedente pedunculis elongatis, calycis laciniis adpresse pilosis, corolla pallida, vexillo longo, legumine majori.

β. **leiocarpa** Haussk. symb. p. 65. — Legumen glabrum. — Exsicc.: N. v.

γ. **macroacantha** Haussk. l. c. — Leguminis crista longius spinosa, spinae ad 5 mm. longae. — Exsicc.: N. v.

In saxosis subalpinis supra Malakasi et Chaliki (Haussk.) et in quericetis supra pagum Kastania (Hal.) Thessaliae; probabiliter huc pertinet etiam planta ab Orphanides pr. Zatuna Arcadia in statu florente tantum lecta. — Jun. Jul. ♃.

;; Alae calycem subaequantes vel aequantes.

5. **O. laconica** Orph. fl. gr. exs. n. 565; Bois. fl. or. II. p. 530, suppl. p. 190; Heldr. cat. herb. Orph. p. 60. — *O. pulchella* Heldr. in Bois. diagn. ser. 2, VI. p. 64, non Schrenk. — *O. Heldreichii* Bunge in litt. sec. Bois. fl. or. II. p. 530 et Heldr. cat. herb. Orph. p. 60. —

Caulibus adscendentibus; foliis 7—9 jugis, foliolis ellipticis vel elliptico-linearibus; supra glabrescentibus, subtus sericeo-pilosis; pedunculis longissimis; spicis densis, breviter ovatis, tandem oblongo-cylindricis;

calycis laciniis lanceolatis, adpressiuscule pilosis, tubo duplo longioribus; corolla rosea, speciosa, 10—12 mm. longa, calyce duplo longiore, vexillo carina aequilongo, purpureo striato; legumine patule velutino, calycem paulo excedente, ad discum foveolato, 2—4 spinoso, crista disco subaequilata, spinis 3—4 triangulari-subulatis, cristae latitudinem aequantibus munita.

β. **parvifolia.** Foliola diminuta, anguste lineari-oblonga vel linearia. — Anne huc pertinet *O. alba v. varia* Haussk. symb. p. 64 e. mt. Ghavellu et Karava. — Exsicc.: Heldr. it. gr. septentr. a. 1879, it. thessal. IV. a. 1885.

γ. **subacaulis** Heldr. in cat. herb. Orph. p. 60. — *O. laconica v. caespitosa* Hal. Beitr. fl. Achaia p. 18. — Nana, dense caespitosa, rhizomate valde indurato, caulibus abbreviatis, foliolis diminutis, calycis laciniis brevioribus. — Exsicc.: Hal. it. gr. II. a. 1893.

In siccis regionis mediae et superioris. Laconia: mt. Malevo pr. Hagios Joannes (Orph.); — *β.* Thessalia: mt. Ghavellu in Pindo dolopico (Heldr.); Aetolia: mt. Tymphrestus supra Karpenisi (Samarit.); Phthiotis: mt. Oeta pr. summum cacumen Kreveno (Heldr.); Euboea: mt. Dirphys (Pichl.); *γ.* in cacumine mt. Malevo, Kyllene et Chelmos (Orph.). — Maio, Jul. ♃.

○○ Flores albi vel pallide sulfurei.

6. **O. Visianii** Borb. symb. fl. ins. Arbe in math. term. Közl. XIV. p. 435 t. 3; Bald. riv. coll. bot. Alb. 1895 p. 28, 1896 p. 48. — Exsicc.: Bald. it. alb. epir. III. n. 38, IV. n. 19.

Caulibus adscendentibus vel erectis; foliis 8—10 jugis, foliolis oblongo-linearibus linearibusve, supra glabris, subtus adpresse-sericeis; pedunculis folio multoties longioribus; spicis ovato-oblongis, densis, dein cylindricis; calycis laciniis subulatis, ciliatis, tubo 2—3plo longioribus; corolla alba, viridi-striata, 10 mm. longa, calyce triente longiore, alis calyce triente brevioribus, vexillo carina subbreviore; legumine calyce aequilongo, adpresse canescenti, ad discum foveolato et breviter spinoso, crista disco angustiore, spinis 4—5 triangulari-subulatis, cristae latitudine aequilongis munita. — *O. albae* (W. et K. *Hedysarum*), legumine breviori apice late truncato, inermi, margine antico tantum spinoso diversae, maxime affinis.

? *β.* **affinis** Haussk. symb. p. 64 pro var. *O. albae.* — Floribus hinc inde roseo-suffusis, vexillo carina longiore, alis longioribus. — Mihi ignota, melius forsan ad formas *O. laconicae* referenda erit.

In dumosis montanis. Epirus: mt. Murga et Micikeli (Bald.); — *β.* mt. Ghavellu et Karava in Pindo (Haussk.). — Jun. Aug. ♃.

7. **O. pentelica** Haussk. in Mittheil. thür. bot. Ver. 1886 p. 71, Symb. p. 63. — *O. Halácsyi* Form. in D. bot. Mon. 1897 p. 199, in Ver. Brünn 1897 p. 80. — *O. Formanekii* Heldr. ap. Form. in D. bot. Mon. 1897 p. 321. — *O. Heldreichii* Form. l. c. —

Caulibus adscendentibus, numerosis; foliis 4—8 jugis, foliolis ovatis vel oblongo-ellipticis, utrinque, subtus densius adpresse-sericeis; pedunculis folio multoties longioribus; spicis ovatis, densis, tandem oblongis parum elongatis; calycis laciniis subulatis, ciliatis, tubo 2—3plo longioribus; corolla pallide sulfurea, viridi-striata, hinc inde ad carinam roseo suffusa, 10 mm. longa, calyce triente longiore, alis calyce triente brevioribus, vexillo carinam aequante; legumine calyce subbreviore, adpresse canescente, ad discum foveolato et breviter spinoso, crista disco subangustiore, spinis 4—5 triangulari-subulatis, cristae latitudinis aequilongis munita. —

Praecedenti maxime affinis, a qua notis parvis tantum, praesertim foliolis brevioribus latioribusque et indumento copiosiore magis sericeo-nitente parum differt.

In schistosis regionis superioris mt. Pentelicon Atticae supra Hagios Asomatos (Haussk.), in mt. Pirgo montis Othrys (Form.), in mt. Xerobuno Euboeae (Pichler). — Apr. Jul. ♃.

? 7 × 8. **O. pentelica × ebenoides.** — **O. hybrida.** — Exsicc.: Heldr. pl. fl. hellen. a. 1887. — Forma intermedia, fortasse hybrida, a priore foliolis angustioribus, spicis crassioribus et corolla rosea; ab altera foliolis latioribus, spicis post anthesin magis elongatis, calyce minus dense et brevius hirsuto, corolla majore, vexillo carinam vix superante, discedens. —

In regione superiori mt. Pentelicon Atticae (Heldr.).

×× Corolla calyce hirsutissimo vix longior; alarum limbus minimus stipitem aequans.

8. **O. ebenoides** Bois. et Sprun. diagn. II. p. 97, Fl. or. II. p. 534; Ung. Reise p. 141; Heldr. Nutzpfl. p. 72, cat. herb. Orph. p. 60; Haussk. symb. p. 67; Hal. Beitr. fl. Achaia p. 18. — Exsicc.: Heldr. herb. norm. n. 160 et 921; Orph. fl. gr. n. 214.

Caulibus adscendentibus vel erectis; foliis 4—7 jugis, foliolis elliptico-linearibus, linearibusve, subtus adpresse sericeis; pedunculis folio multoties longioribus; spicis densis ovatis, dein oblongo-cylindricis, calycis laciniis subulatis, patule hirsutissimis, tubo 2—3plo longioribus; corolla rosea, 7—8 mm. longa, alis tubum calycis superantibus, vexillo carina longiore; legumine calycem excedente, tomentoso, ad discum foveolato, longe subulato-spinoso, crista disco angustiore, spinis lanceolato-subulatis, latitudine leguminis vix brevioribus.

β. **albiflora** Heldr. pl. fl. hellen. a. 1891. — Corolla alba. —

γ. **elongata** Haussk. symb. p. 67. — Spicae elongatae, ad 10 cm. longae, corolla pallidior. — Exsicc.: N. v.

δ. **carnea** Bois. et Heldr. diagn. ser. 2, VI; Heldr. cat. herb. Orph. p. 60, pro sp. — *O. ebenoides β. minor* Bois. fl. or. II. p. 534. — Caules abbreviati, spicae etiam fructiferae ovatae, corolla pallidior. — Exsicc.: N. v.

In collibus saxosis regionis inferioris et mediae. Attica: pr. Athenas, mt. Turcovuni, mt. Lycabettus, Pentelicon, Hymettus (Heldr.), pr. Kamariza, Sunium (Haussk.); Achaia: pr. Megaspilaeon, mt. Kastro pr. Kalavryta (Hal.), mt. Omplo pr. Patras (Heldr.); — β. mt. Pentelicon (Heldr.); — γ. ibidem (Haussk.); — δ. mt. Tymphrestus Aetoliae (Samarit.). — Apr. Jun. ♃.

Obs. Quid sint *Hedysarum onobrychis* Ch. et B. exp. p. 214, Fl. pelop. p. 49 e Messenia, *O. sativa* Friedr. Reise p. 275 ex insula Poros, *O. conferta* Friedr. l. c. p. 284 e mt. Malevo, *O. gracilis* Heldr. cat. herb. Orph. p. 60 ex Attica pr. Oropos et Achaia pr. Trikala et *O. miniata* Bald. riv. coll. bot. Alb. 1895 p. 28 ex Epiro ad Rapsista pr. Janina, nescio.

b. Annuae, pedunculis 2—7 floris.

α. Cristae leguminis laciniae dentatae; ovarium triovulatum.

9. **O. crista galli** L. syst. veg. p. 563; S. et S. pr. II. p. 83; Sieb. avis rem. p. 5; Ch. et B. exp. p. 214, Fl. pelop. p. 49 (*Hedysarum*); Lam. fl. fr. II. p. 652; Marg. et R. fl. Zante p. 43; Fraas fl. class. p. 58; Bois. fl. or. II. p. 528. — Icon: Fl. gr. t. 724.

Adpressiuscule pubescens; caulibus erectis vel adscendentibus; foliis 5—8 jugis, foliolis anguste linearibus, retusis; pedunculis folio subbrevioribus, laxiuscule 2—3 floris; calycis hirsuti laciniis lanceolato-subulatis, tubo 4—5plo longioribus, corollam pallide carneam fere superantibus; legumine hirto, ad discum foveolato et saepe spinoso, crista in lacinias 3—4 lanceolatas, acutas, dentatas partita, utrinque saepe crista accessoria aucta.

In agro Argolico, Messeniaco et Eliensi (Sibth.), in mt. Hymettus Atticae (Fraas), in insula Zante (Marg.) et in Creta (Sieb.). — A recentioribus non lecta. — Apr. Jun. ⨀. N. v.

β. Cristae leguminis laciniae vel spinae integerrimae; ovarium uniovulatum.

10. **O. aequidentata** S. et S. pr. II. p. 84; Ch. et B. exp. p. 214, Fl. pelop. p. 49 (*Hedysarum*); Urv. enum. p. 90; Weiss in z. b. G. 1869 p. 752; Raul. cret. p. 745; Bois. fl. or. II. p. 528; Heldr. cat. herb. Orph. p. 59, Fl. Aegin. p. 295; Hal. in ö. b. Z. 1897 p. 93. — *O. cretica* Desv. journ. bot. 1814 I. p. 83, t. 23; Raul. cret. p. 745; Haussk. symb. p. 67. — Icon: Fl. gr. t. 725. — Exsicc.: Heldr. herb. norm. n. 779 et 923.

Adpressiuscule pubescens; caulibus erectis vel adscendentibus; foliis 6—8 jugis, foliolis oblongo-ellipticis; pedunculis folio multo longioribus, remote 3—5 floris; calycis laciniis lanceolato-subulatis, ciliatis, tubo 4plo longioribus, corolla purpurea tertia parte brevioribus; legumine adpresse setuloso, ad discum foveolato, mutico vel parce spinoso, crista disco aequilata vel angustiore, in 5—6 lacinias triangulares, acutas, integerrimas, subaequales partita.

β. **foveolata** DC. pr. II. p. 346 pro sp. — *O. aequidentata* Hal. Beitr. fl. Achaia p. 18. — Leguminis discus spinosus, crista angustior, in lacinias angustiores longiores, inaequales partita.

In collibus apricis, arenosis, locis saxosis, regionis inferioris. — Attica: pr. Athenas, Cephissia, mt. Lycabettus, Pentelicon, Cithaeron (Heldr.), mt. Kerata, pr. Laurion (Haussk.); Argolis: pr. Nauplia (Haussk.); Achaia: pr. Xylocastron (Orph.); Messenia: pr. Arcadia. Messene (Chaub.); insula Aegina: pr. Perivolia (Heldr.); Sporadum insula Scopelos, Sciathos (Leon.); Cycladum insula: Melos (Urv), Syra (Weiss); Creta: pr. Canea, Lutro, Malaxa (Raul.); Leucas: ad monasterium Hagios Georgios (Spreitz.); — *β.* Achaia: pr. Patras (Hal.); Corcyra (Bicknell). — Apr. Maio. ⊙

11. **O. caput galli** L. sp. p. 751; S. et S. p. 83; Sieb. avis p. 4, rem. p. 5; Friedr. Reise p. 283 *(Hedysarum)*; Lam. fl. fr. II p. 652; Marg. et R. fl. Zante p. 44; Friedr. Reise p. 270; Fraas fl. class. p. 58; Weiss in z. b. G. 1869 p. 752; Raul. cret. p. 745; Bois. fl. or. II p. 529; Spreitz. in z. b. G. 1877 p. 727; Heldr. cat. herb. Orph. p. 60; Fl. Aegina p. 296; Haussk. symb. p. 67; Bald. riv. coll. bot. Alb. 1896 p. 48. — Icon: Fl. gr. t. 723. — Exsicc.: Heldr. herb. norm. n. 924; Rev. pl. cret. n. 40; Baen. herb. europ. n. 9295; Sint. it. thessal. n. 390.

Adpresse pubescens; caulibus adscendentibus vel diffusis; foliis 5—7jugis, foliolis oblongis vel oblongo-linearibus; pedunculis folio aequilongis vel longioribus, laxiuscule 3—7floris; calycis laciniis lanceolato-subulatis, ciliatis, tubo duplo brevioribus, corollam roseam subaequantibus; legumine hirto, ad discum foveolato denseque spinoso, crista in spinas numerosas, a basi lineari subulatas, eis disci sublongiores partita.

In collibus saxosis, arenosis regionis inferioris, probabiliter in tota ditione. Indicatur: Epirus: pr. Muspina, Kurenta distr. Janina (Bald.); Thessalia: pr. Guvelzi (Sint.); Attica: pr. Athenas, Liosia, mt. Pentelicon (Heldr.), Hymettus (Fraas), Lycabettus (Orph.), pr. Laurion (Haussk.); Argolis: pr. Nauplia (Sprun.), peninsula Methana (Haussk.); Achaia: mt. Kyllene (Orph.), pr. Patras (Hal.); Elis: pr. Chlemutzi (Heldr.): Messenia: mt. Ithome (Friedr.), mt. Diaforti, pr. Messene, mt. Taygetos (Chaub.); insula Aegina (Friedr.), Syra (Weiss), Tenos (Leon.); Creta: pr. Canea, promontorium Meleca, Malaxa (Raul.); Zante (Marg.); Ithaca: mt. Skino (Spreitz.); Corcyra: pr. Kanone (Baen.) — Apr. Maio. ⊙

35. Ebenus L. gen. n. 895.

1. **E. cretica** L. sp. p. 764; S. et S. pr. II p. 92; Sieb. Reise II. p. 320, t. 9; Raul. cret. p. 746; Bois. fl. or. II p. 554; Bald. viagg. Creta p. 46. — *Anthyllis cretica* Willd. sp. III p. 1019; Sieb. avis p. 4, rem. p. 5, in Flora I p. 271; Fraas fl. class. p. 64. — Icon: Fl. gr. t. 739. — Exsicc.: Sieb. pl. cret.; Rev. pl. cret. n. 41, in Baen. herb. europ. n. 4871; Heldr. in Magn. fl. sel. n. 2445.

Fruticosa, adpressissime sericeo-hirta, ramosa; foliis pinnatim 5 foliolatis vel summis trifoliolatis, foliolis lanceolatis vel oblongis, mucronatis; stipulis apice bifidis; spicis breviter pedunculatis, oblongis; bracteis ovatis, ciliatis, attenuato-acuminatis; calyce dense hirsuto, corolla rosea longiore; vexillo carinae subaequilongo, alis carinae unguibus subaequilongis.

β. **microphylla** Bois fl. or. II p. 554; Heldr. cat. herb. Orph. p. 61. — Folia omnia trifoliolata, foliolis obovato-oblongis. — Exsicc.: N. v.

In rupestribus regionis inferioris et montanae, usque 800 m. Creta: mt. Hagios Ilias (Bald.) in distr. Kissamos, promontorium Meleca, pr. Laki, Theriso, Aradhena, Hagia Rumeli, Selino, Hagios Paulos, Nipros, Pharangi, Khordaliotikon, Stavrochori et Karadagh pr. Candia, Spili, mt. Kedros, abunde in eparchia Hierapetra (Raul.). — β. mt. Skaros pr. Candia (Heldr.). — Apr. Maio. ♃.

2. **E. Sibthorpii** DC. leg. mem. VII t. 53; Bois. fl. or. II p. 556; Heldr. cat. herb. Orph. p. 61; Form. in D. bot. Mon. 1891 p. 57; Hausk. symb. p. 67. — *E. pinnata* S. et S. pr. II p. 92; non Desf. — Icon: Fl. gr. t. 740. — Exsicc.: Orph. fl. gr. n. 32; Heldr. herb. norm. n. 124 et 1139.

Adpressissime sericeo-hirta, basi suffruticosa; caulibus herbaceis, subsimplicibus; foliis 3—4 jugis, foliolis oblongis vel ellipticis mucronatis; stipulis apice 3—4 fidis; spicis longe pedunculatis, globosis; bracteis ovatis, mucronatis, hirsutis; calyce hirsutissimo, corolla purpurea subbreviore; vexillo carina subbreviore, alis carinae unguibus brevioribus.

Inter phrygana, in saxosis apricis regionis inferioris et submontanae. Thessalia: mt. Pelion pr. Volo et Portaria (Form.); mt. Parnassus (Sibth.); Attica: pr. Athenas (Orph.), Ampelokipos, in pineto Melissia ad radices mt. Pentelicon, mt. Parnes pr. Dekeleia (Heldr.), pr. Laurion, Sunium (Haussk.); mt. Ajonara supra Corinthum (Sprun.); Euboea (Auch.). — Maio, Jun. ♃.

36. Alhagi Desv. journ. bot. III p. 120.

1. **A. graecorum** Bois. diagn. IX p. 114, Fl. or. II p. 559; Heldr. Nutzpfl. p. 72. cat. herb. Orph. p. 62; Weiss in z. b. G. 1869 p. 752; Haussk. symb. p. 67. — *Hedysarum alhagi* S. et S. pr. II. p. 82, non L. — *Hedysarum pseudoalhagi* Ch. et B. exp. p. 214, Fl. pelop. p. 49, non M. a. B. — *Onobrychis pseudalhagi* Fraas fl. class. p. 58. — Icon: Fl. gr. t. 720. — Exsicc.: Orph. fl. gr. n. 2; Heldr. herb. norm. n. 402 et 1026, in Magnier fl. sel. n. 3755; Dörfl. fl. gr. n. 405.

Caulibus erectis, herbaceis, ramosissimis, spinosissimis; ramis, spinisque praesertin junioribus dense tomentellis; foliis parvis, oblongis, obtusis, junioribus utrinque sericeis, tandem canescentibus; floribus in parte inferiori spinae solitariis vel binis; calycis adpresse hirti dentibus

ovato-triangularibus; corolla purpurea, vexillo carina paulo longiori; legumine-glabro, oblongo, 1—2 spermo. — Rarissime fructificat.

In locis sterilibus, arenosis rare. Attica: ad Piraeum, Phalerum (Heldr.), Sunium (Sprun.); Phocis: pr. Amphissa (Heldr.); Cycladum insula Syros et Tenos (Chaub.). — Jun. Sept. ♃.

VIII. Tribus. VICIEAE Bronn diss. p. 133.

37. Cicer L. gen. n. 1189.

1. **C. ervoides** Sieb. Reise II. p. 325, t. 11, avis rem. p. 5 (*Ononis*); Fenzl ill. taur. p. 8; Bois. fl. or. II. p. 561; Heldr. cat. herb. Orph. p. 46, chlor. Parn. p. 16; Bald. viagg. Creta p. 46. — *C. pimpinellifolium* Jaub. et Sp. in ann. sc. nat. 1842 p. 228; Raul. cret. p. 746. — ? *Anthyllis incisa* Willd. sp. III. p. 1017. — Icon: Jaub. et Sp. ill. or. t. 42, f. 13. — Exsicc.: Orph. fl. gr. n. 495; Heldr. herb. norm. n. 232; Bald. it. cret. n. 179, it cret. alt. n. 221.

Minute glanduloso-hirtum; caulibus diffusis vel adscendentibus, nanis, debilibus; foliis imparipinnatis, 3—7 foliolatis, foliolis cuneatis, flabellatim et grosse 3—5 fidis; stipulis semiovatis incisis; pedunculis axillaribus, uni-rarius bifloris, filiformibus, versus medium articulatis et brevissime aristulatis, folio 2—4 plo longioribus; calyce basi gibbo, corolla violacea tertia parte breviore; legumine ovato-rhombeo, pubescente.

In lapidosis mobilibus regionis mediae et superioris rarissime. Phocis: mt. Parnassus l. d. Lugari (Orph.) et Akrinonero (Guicc.); Creta: mt. Stauropodia, Theodori et Korfi-Kastron in mt. Sphaciotici (Raul.), mt. Ida (Sieb.). — Jun. Aug. ♃.

2. **C. graecum** Orph. in Bois. diagn. ser. II p. 43, Fl. or. II. p. 563; Heldr. cat. herb. Orph. p. 46. — Exsicc.: Orph. fl. gr. n. 578.

Patule glanduloso-hirtum; caulibus erectis, elatis, firmis; foliis 6—9 foliolatis, inferioribus foliolo impari, superioribus cirrho bifido, terminatis, foliolis oblongis ellipticisve, argute dentatis; stipulis triangularibus, inciso-serratis; pedunculis ex axillis supremis folio subbrerioribus, 2—4 floris, in aristam setaceam apice dilatatam abeuntibus; pedicellis calyce brevioribus, bracteis triangularibus argute lobato-dentatis suffultis; calyce valde gibbo, corolla alba tertia parte breviore; legumine oblongo, hirsutissimo.

Rarissime in regione media mt. Kyllene Achaiae supra Tricala (Orph.). — Maio, Jul. ♃.

Obs. *C. arietinum* L. sp. p. 738; S. et S. pr. II. p. 75, Fl. gr. t. 703; Dallap. prosp. 99; Fraas fl. class. p. 55; Heldr. Nutzpfl. p. 71, Fl. cephalon. p. 34, Fl. Aegina p. 296; Weiss in z. b. G. 1869 p. 751; Raul. cret. p. 796; Bois. fl. or. II. p. 560. — Ubique colitur.

38. Pisum L. gen. n. 870.

1. **P. arvense** L. sp. p. 727; Pieri corc. fl. p. 100; Bois. fl. or. II. p. 623; Heldr. cat. herb. Orph. p. 46; Haussk. symb. p. 67.

Glabrum, glaucescens; caulibus erectis, elatis; foliis 2—3 jugis, cirrho terminatis, foliolis ovatis vel ellipticis, integris; stipulis ovatis, semicordatis, basi inaequaliter dentatis; pedunculis axillaribus, unifloris, stipulas aequantibus vel superantibus; floribus saepius coerulescentibus, alis purpureis, rarius albis; legumine oblongo; seminibus subimbricatim confertis, angulatis, laevibus.

In arvis, vix spontaneum. Thessalia: in graminosis supra monasterium Korona in Pindo dolopico (Haussk.); Boeotia: pr. Lebadea (Orph.); Peloponnesus (Bois.): mt. Malevo pr. Kastanitza (Orph.); Corcyra (Pieri.). — Apr. Jun. ⊙ N. v.

2. **P. elatius** M. a. B. taur. cauc. II. p. 151; Bois. fl. or. II. p. 623; Heldr. cat. herb. Orph. p. 46; Haussk. symb. p. 67. — *P. arvense* S. et S. pr. II. p. 62, Fl. gr. t. 687, non L. — Exsicc.: Orph. herb. n. 3314.

Differt a praecedente caulibus saepe scandentibus, peduncnlis 1—3 floris, floribus purpurascenti violaceis alis purpureis et praesertim seminibus inter se remotis, globosis, granulosis, marmoratis vel concoloribus.

β. **biflorum** Raf. caratt. p. 71, Marg. et R. fl. Zante p. 44, pro sp. — *P. elatius v. leiospermum* Rouy fl. Fr. V p. 282. — Semina laevia, marmorata. — Exsicc. N. v.

In dumosis regionis inferioris et montanae. Corcyra (Haussk.); Attica: mt. Parnes, Pentelicon (Heldr.); Laconia: mt. Malevo pr. Hagios Petros (Orph.); — *β.* Zante: pr. Vares (Marg.). — Apr. Jun. ⊙.

Obs. *P. sativum* L. sp. p. 727; S. et S. pr. II. p. 62; Dallap. prosp. p. 98; Ch. et B. exp. p. 204, Fl. pelop. p. 47; Friedr. Reise p. 280; Fraas fl. class. p. 52; Heldr. Nutzpfl. p. 71, Fl. cephalon. p. 35; Bois. fl. or. II. p. 622. — Flores albi, semina inter se remota, globosa, laevia, concoloria. — Colitur.

39. Lathyrus L. gen. n. 872.

Dispositio specierum:

A. Vexillum basi bigibboso-callosum.

1. Sectio. *Clymenum* DC. — Stylus non contortus, rectus, subtus canaliculatus; petioli inferiores foliacei, aphylli, ecirrhosi.

1. **L. clymenum** L. 2. **L. ochrus** L.

B. Vexillum basi non gibbosum.

I. Petioli omnes aphylli.

2. Sectio. *Aphaca* Gr. et Godr. — Stylus non contortus, rectus, subtus canaliculatus; petioli omnes cirrhiformes. Annui.

3. **A. aphaca** L.

3. Sectio. *Nissolia* Gr. et Godr. — Stylus non contortus, rectus, subtus canaliculatus; petioli omnes foliacei. Annui.

4. L. nissolia L.

II. Petioli omnes foliiferi et cirrhiferi.

1. Stylus contortus.

4. Sectio. *Cicercula* Moench. — Stylus rectus, subtus canaliculatus. Annui.

a. Legumen glabrum.

α. Corolla flava.

5. L. annuus L.

β. Corolla purpurea, roseo-coerulescens vel albida.

× Legumen margine superiori canaliculatum vel bialatum, inferiori exalatum.

6. L. cicera L. **7. L. sativus** L.

×× Legumen utroque margine, superiore latius, bialatum.

8. L. quadrimarginatus Ch. et B.

b. Legumen tuberculato-hirsutum.

9. L. hirsutus L.

5. Sectio. *Eulathyrus* Ser. — Stylus arcuatus, inferne tubulosus. Perennes.

10. L. grandiflorus S. et S. **11. L. latifolius** L.

2. Stylus non contortus.

6. Sectio. *Orabastrum* Bois. — Stylus rectus, subtus canaliculatus. Annui vel perennes.

a. Annui, pedunculis unifloris.

α. Folia unijuga.

× Semina tuberculata, petioli in cirrhum ramosum desinentes.

12. L. setifolius L. **13. L. angulatus** L.

×× Semina laevia; petioli in cirrhum simplicem desinentes.

14. L. sphaericus Retz. **15. L. inconspicuus** L.

β. Folia plurijuga; petioli in aristam setaceam brevem desinentes.

16. L. saxatilis (Vent.)

b. Perennes.

17. A. neurolobus Bois. et Heldr. **18. L. pratensis** L.

A. Vexillum basi bigibboso-callosum.

1. Sectio. *Clymenum* DC. pr. II. p. 375. — Stylus non contortus, rectus, subtus canaliculatus; petioli inferiores foliacei, aphylli, saepe cirrhosi. Annui.

1. **L. clymenum** L. sp. p. 732; Raul. cret. p. 748; Bois. fl. or. II. p. 601; Heldr. fl. cephalon. p. 35, Fl. Aegina p. 296, chlor. Thera p. 12; Haussk. symb. p. 67. — *L. purpureus* Desf. in ann. mus. XII p. 56 (forma latifolia sec. Rouy fl. fr. V p. 255); Raul. cret. p. 748. — *L. auriculatus* Bert. rar. ital. pl. dec. 2 p. 38; Ch. et B. fl. pelop. p. 47. — *L. alatus* S. et S. pr. II. p. 66, Fl. gr. t. 697. — Exsicc.: N. v.

Glaber; caulibus alatis, scandentibus; petiolis inferioribus foliaceis, lineari-lanceolatis, aphyllis, ecirrhosis, exstipulatis, caeteris anguste alatis cirrhiferis, stipulatis; foliolis 2—4 jugis, oblongis vel anguste-linearibus,

3—11 mm latis, stipulis lanceolatis, semisagittatis; pedunculis 2—3floris, interdum 4floris, rarius 1floris; calycis laciniis triangulari-acuminatis, tubum dimidium aequantibus, vexillo purpureo, mucronulato, alis coerulescentibus; stylo apice obtuso, in acumen subulatum contracto; legumine compresso, lineari, dorso canaliculato, seminibus laevibus.

β. **articulatus** L. sp. p. 731; Ung. Reise p. 141, pro sp. — L. *tenuifolius* Desf. fl. att. II. p. 160; Urv. enum. p. 87; Weiss in z. b. G. 1869 p. 751; forma foliis anguste linearibus, 1—2 mm latis; cf. Burn. fl. alp. marit. II. p. 195. Foliolis 2—5 mm latis; pedunculis 1—2floris; calycis laciniis acutioribus; vexillo mutico, alis albis vel roseis; stylo mutico, rarius brevissime mucronulato; legumine dorso non canaliculato. — Exsicc.: Heldr. et Hal. fl. aeg. a. 1889, forma typica; formam tenuifoliam e Graecia hucusque non vidi.

Ad sepes, in dumetis regionis inferioris. Indicatur: ad monasterium Korona Thessaliae, pr. Eleusis Atticae, pr. Corinthum (Haussk.); insula Aegina, Thera (Heldr.); Creta: pr. Nerokuru, Canea, Suda (Raul.); Peloponnesus (Chaub.); Cephalonia (Heldr.); — *β.* Cycladum insula Keos, Kimolos (Heldr.); Tenos, Syra (Weiss), Melos (Urv.); Cephalonia (Ung.). — Mart. Maio. ⨀.

2. **L. ochrus** L. sp. p. 727; S. et S. pr. II. p. 62; Ch. et B. exp. p. 205, Fl. pelop. p. 47 (*Pisum*); DC. fl. fr. IV p. 578; Marg. et R. fl. Zante p. 45; Heldr. Nutzpfl. p. 72, Fl. Aegina p. 296; Raul. cret. p. 748; Bois. fl. or. II. p. 601; Spreitz. in z. b. G. 1877 p. 726; Gelmi in bull. soc. bot. ital. 1899 p. 449; Haussk. symb. p. 68. — Icon: Fl. gr. t. 689. — Exsicc.: Heldr. herb. norm. n. 1324, herb. dimorph. n. 17.

Glaber, glaucescens; caulibus alatis, prostratis vel scandentibus; petiolis omnibus late foliaceis, inferioribus aphyllis, exstipulatis, saepe ecirrhosis, superioribus 1—5phyllis cirrhiferis, stipulatis; foliolis ovatis, 15—20 mm latis; stipulis triangulari-semihastatis; pedunculis unifloris; calycis laciniis triangulari-lanceolatis, tubo subaequilongis; corolla pallide flava; stylo apice obtuso, mutico; legumine late-lineari, compresso, margine dorsali late bialato, seminibus laevibus.

Ad sepes, inter segetes. Attica: in oliveto Athenarum, in planitie Thriasica (Heldr.), pr. Eleusis (Haussk.); Corinthus (Haussk.); insula Aegina (Heldr.): Messenia: pr. Messene, Petalidi, Methone, insula Sapienza (Chaub.); Creta (Raul.); Zante: pr. Gaidarotaverna (Marg.); Corcyra: ad urbem (Spreitz.); saepe colitur. — Mart. Apr. ⨀.

B. Vexillum basi non gibbosum.

I. Petioli omnes aphylli.

2. Sectio. *Aphaca* Gr. et Godr. fl. fr. I. p. 480. — Stylus non contortus, rectus, subtus canaliculatus; petioli omnes cirrhiformes. Annui.

3. **L. aphaca** L. sp. p. 729; S. et S. pr. II. p. 64; Ch. et B. exp. p. 205, Fl. pelop. p. 47; Marg. et R. fl. Zante p. 45; Friedr.

Reise p. 282; Fraas fl. class. p. 53; Ung. Reise p. 141; Weiss in z. b. G. 1869 p. 751; Raul. cret. p. 748; Bois. fl. or. II. p. 602; Spreitz. in z. b. G. 1877 p. 726; Haussk. symb. p. 68; Hal. in ö. b. Z. 1897 p. 93. — *L. affinis* Guss. fl. sic. syn. II. p. 853, forma floribus submajoribus pallidioribus. — *L. aphaca v. grandiflorus* Heldr. cat. herb. Orph. p. 51. — *L. aphaca v. affinis* Haussk. symb. p. 68; Heldr. fl. Aegina p. 296, chlor. Thera p. 12. — Icon: Engl. bot. t. 1167. — Exsicc.: Heldr. herb. norm. n. 142; Baen. herb. europ. n. 2396 et 9278.

Glaber, glaucescens; caulibus prostratis vel adscendentibus; angulatis stipulis foliaceis, ovatis, basi truncatis et biauriculatis; pedunculis unifloris, stipulas superantibus; calycis laciniis lanceolatis, tubo duplo longioribus; corolla lutea, calycem superante vel eo subduplo longiore; legumine lineari, compresso, falcato, seminibus laevibus.

In cultis, arvis, inter segetes, in pinetis apricis regionis inferioris et submontanae; ut videtur in tota ditione vulgaris. Indicatur in Attica: ubique pr. Athenas (Heldr.); Boeotia: pr. Lebadea (Orph.); Argolis: pr. Nauplia (Orph.); Arcadia: pr. Tripolizza (Fraas); Elis: inter Pyrgos et Arcadia (Friedr.), pr. Methone, Messene (Chaub.); insula Aegina, Melos, Thera (Heldr.), Syra (Weiss), Scopelos (Leonis); Creta: pr. Canea (Heldr.); frequens in Zante (Marg.), Cephalonia (Ung.) et in Corcyra; Thessalia: ad monasterium Korona (Haussk.). — Mart. Maio. ☉.

3. Sectio. *Nissolia* Gr. et Godr. fl. fr. I. p. 481. — Stylus non contortus, rectus, subtus canaliculatus; petioli omnes foliacei. Annui.

4. **L. nissolia** L. sp. p. 729; Ch. et B. exp. p. 205, Fl. pelop. p. 47; Bois. fl. or. II. p. 603; Haussk. symb. p. 68. — Icon: Engl. bot. t. 112.

Glaber; caulibus erectis, angulatis, simplicibus; petiolis lineari-lanceolatis, aphyllis, ecirrhosis; stipulis minimis, subulatis; pedunculis 1 rarius 2 floris, petiolo brevioribus; calycis laciniis lanceolato-subulatis, tubo aequilongis; corolla rubella, calyce duplo et ultra longiore; legumine anguste-lineari, subcompresso, seminibus verrucosis.

In herbidis montanis, rare. Thessalia: ad monasterium Korona in Pindo dolopico (Haussk.); Attica (Sprun.); Messenia (Chaub.). — Maio. Jun. ☉. N. v.

II. Petioli omnes foliiferi, saltem superiores cirrhiferi vel aristati.

1. Stylus contortus.

4. Sectio. *Cicercula* Moench meth. p. 163. — Stylus rectus, subtus canaliculatus. Annui.

a. Legumen glabrum.

α. Corolla flava.

5. **L. annuus** L. sp. ed. 2. p. 1032; S. et S. pr. II. p. 67; Ch. et B. exp. p. 207, Fl. pelop. p. 47; Marg. et R. fl. Zante p. 45;

Weiss in z. b. G. 1869 p. 751; Raul. cret. p. 748; Bois. fl. or. II. p. 603; Heldr. cat. herb. Orph. p. 51; Gelmi in bull. soc. bot. ital. 1889 p. 449; Haussk. symb. p. 67. — Exsicc.: Heldr. herb. norm. n. 543; Orph. fl. gr. n. 1036.

Glaber; caulibus scandentibus, inferne angulatis, superne anguste alatis; petiolis anguste alatis, cirrhiferis; stipulis semisagittatis, angustis; foliolis unijugis, longe lineari-lanceolatis, acuminatis; pedunculis 1—2 floris, folio brevioribus, apice articulatis; calycis laciniis triangulari-lanceolatis, tubo aequilongis; corolla calyce duplo longiore; legumine lineari, compresso, recto, margine superiori canaliculato, seminibus grosse tuberculatis.

In cultis, inter segetes, ad sepes regionis inferioris. Attica: in oliveto Athenarum (Heldr.); Boeotia: pr. Lebadea (Orph.); pr. Kalamaki in isthmo Corinthiaco (Haussk.); Laconia et Messenia (Sibth.): pr. Messene, Methone (Chaub.); Creta: pr. Canea (Weiss), Lutro, inter Kaenurio-Korio et Spinalonga (Raul.); Zante (Marg.); Corcyra: pr. Scripero (Gelmi). — Apr. Maio. ⊙.

Obs. *L. chius* Bois. et Orph. in herb. Orph. n. 3455 = *L. hierosolymitanus β grandiflorus* Bois. fl. or. II. p. 604, ex insula Chios, praecedenti affinis, sed corolla flavido-rosea donatus, forsan in insulis Archipelagi reperietur.

β. Corolla purpurea, roseo-coerulescens vel albida.

× Legumen margine superiori canaliculatum vel bialatum, inferiori exalatum.

6. **L. cicera** L. sp. p. 730; Urv. enum. p. 87; Ch. et B. fl. pelop. p. 47; Marg. et R. p. 45; Friedr. Reise p. 268, 270 et 279; Ung. Reise p. 141; Weiss in z. b. G. 1869 p. 751; Raul. cret. p. 748; Bois. fl. or. p. 605; Spreitz. in z. b. G. 1877 p. 726; Heldr. cat. herb. Orph. p. 51, Fl. cephalon. p. 35, Fl. Aegina p. 296; Haussk. symb. p. 67. — Icon: Fl. gr. t. 674 (forma angustifolia). — Exsicc.: Orph. fl. gr. n. 1122; Sint. it. thessal. n. 110.

Glaber; caulibus scandentibus, angustissime alatis; stipulis semisagittatis, late lanceolatis, petiolo anguste alato, cirrhifero subaequilongis; foliolis unijugis, lanceolato-linearibus, acutis; pedunculis unifloris, folio brevioribus, supra medium articulatis; calycis laciniis lanceolato-acuminatis, tubo duplo longioribus; corolla rubra, calyce duplo longiore; legumine oblongo, compresso, margine superiori late canaliculato, seminibus laevibus.

In vineis, cultis, inter segetes regionis inferioris et submontanae, probabiliter in tota ditione. Indicatur in Thessalia: pr. Kalabaka (Sint.); Attica: pr. Athenas, ad Phalerum, pr. Stephani (Heldr.), mt. Pentelicon (Haussk.), Hymettus, Cithaeron (Orph.); pr. Kalamaki in isthmo Corinthiaco (Haussk.); Argolis: pr. Nauplia (Orph.), Mykenae (Heldr.); mt. Malevo, Kyllene (Orph.); Arcadia: pr. Tripolizza, in insula Aegina (Friedr.); Cycladum insula Melos (Urv.), Syra (Weiss); Messenia: pr. Navarin et pr. Patras Achaiae (Daenzer); Creta: pr. Canea (Raul.);

Zante: mt. Scopo, pr. Litakia (Marg.); Cephalonia: mt. Aenos (Heldr.); Corcyra; mt. Deca (Spreitz.). — Mart. Maio. ⨀.

7. **L. sativus** L. sp. p. 730; S. et S. pr. II. p. 65; Dallap. prosp. p. 98; Ch. et B. fl. pelop. p. 47; Marg. et R. fl. Zante p. 45, Friedr. Reise p. 273; Fraas fl. class. p. 53; Bois. fl. or. II. p. 606; Heldr. fl. cephal. p. 35, Fl. Aegina p. 296, chlor. Thera p. 28; Haussk. symb. p. 67; Bald. riv. coll. bot. Alb. 1896 p. 50. — Icon: Fl. gr. t. 695. — Exsicc.: N. v.

Glaber; caulibus procumbentibus vel scandentibus, anguste alatis; stipulis semisagittatis, lanceolatis, petiolo anguste alato, cirrhifero subbrevioribus; foliolis unijugis, oblongo-lanceolatis vel lanceolatis, acutis; pedunculis unifloris, folio parum brevioribus, prope apicem articulatis; calycis laciniis lanceolatis, tubo duplo longioribus; corolla roseo-coerulescenti vel albida, calyce duplo longiore; legumine elliptico-oblongo, compresso, margine superiori bialato, seminibus laevibus.

β. **stenophyllus** Bois. fl. or. II. p. 607; Weiss in z. b. G. 1869 p. 751; Heldr. cat. herb. Orph. p. 51, Fl. Aegina p. 296. — Foliola anguste linearia. — Exsicc.: Orph. herb. n. 2928.

In agris, inter segetes regionis inferioris et submontanae, subspontaneus. Epirus: pr. Muspina (Bald.); Acrocorinthus (Haussk.); Argolis: pr. Troezene (Friedr.); insula Aegina, Thera (Heldr.); Creta (Sieb.); Zante (Marg.); Cephalonia (Dallap.); — *β.* Laconia: pr. Hagios Joannes in mt. Malevo (Orph.); insula Aegina (Heldr.); Creta: pr. Canea (Weiss). — Mart. Maio. ⨀.

×× Legumen utroque margine, superiore latius, bialatum.

8. **L. quadrimarginatus** Ch. et B. exp. p. 205 t. 25, Fl. pelop. p. 47 t. 27; Bois. fl. or. II. p. 607. —

Glaber; caulibus diffusis, subalatis; stipulis semisagittatis, lanceolatis, petiolo anguste alato, aristato vel cirrhifero longioribus; foliolis parvis, unijugis, ovato-oblongis vel oblongo-linearibus, obtusiusculis; pedunculis unifloris, folio longioribus, superne articulatis; calycis laciniis late-lanceolatis, tubo sesquilongioribus; corolla sanguinea, calyce subtriplo longiore; legumine ovato-oblongo, compresso, seminibus laevibus. — A *L. cicera* et *L. sativo* differt caulibus vix alatis, cirrhis simplicissimis, nec ramosis, pedunculo longiore, calycis dentibus brevioribus, corolla minore et praesertim legumine quadrimarginato.

In glareosis et cultis montanis. Messenia (Chaub.): mt. Ithome (Bois.); Arcadia: pr. Tripolizza (Sprun.). — Maio. ⨀. N. v.

Obs. *L. amphicarpos* L. sp. p. 729, a Tournefort inst. p. 397 in Creta indicatus, sed postea a nemini lectus, Graeciae dubia civis. Differt a praecedentibus indumento patule hirto, legumine ad marginem ciliato.

b. Legumen tuberculato hirsutum.

9. **L. hirsutus** L. sp. p. 732; Ch. et B. exp. p. 208, Fl. pelop. p. 47; Bois. fl. or. II. p. 609; Heldr. cat. herb. Orph. p. 51; Haussk.

symb. p. 67. — Icon: Engl. bot. t. 1255. — Exsicc.: Orph. fl. gr. n. 563.

Parce hirsutus; caulibus scandentibus, anguste alatis; stipulis semisagittatis, anguste lanceolatis, petiolo anguste alato, cirrhifero brevioribus; foliolis unijugis, oblongo-vel lineari-lanceolatis, acutis; pedunculis 1—3 floris, folio 2—3plo longioribus, ad basin pedicellorum bracteolatis; calycis laciniis oblongis, acuminatis, tubo aequilongis; corolla pallide violacea, calyce 2—3plo longiore; legumine lineari, recto, subcompresso, margine superiori carinato, seminibus verrucosis.

Inter segetes, in cultis regionis inferioris et montanae. Thessalia: in oropedio Neuropolis, ad monasterium Korona, pr. Orman-Magula, Pharsalus, Aivali (Haussk.); mt. Parnassus (Heldr.); Acrocorinthus (Haussk.); Argolis: pr. Tyrinthum, Nauplia (Orph.), mt. Malevo (Cordonis); Messenia (Chaub.); Zante (Marg.). — Apr. Jun. ⊙.

5. Sectio. *Eulathyrus* Ser. in DC. pr. II. p. 369 p. p. — Stylus arcuatus, inferne tubulosus. Perennes.

10. **L. grandiflorus** S. et S. pr. II. p. 77; Ch. et B. exp. p. 207, Fl. pelop. p. 47; Bois. fl. or. II. p. 610; Heldr. cat. herb. Orph. p. 52, chlor. Parn. p. 16; Haussk. symb. p. 67; Hal. Beitr. fl. Achaia p. 18; Bald. riv. coll. bot. Alb. 1895 p. 29, 1896 p. 50; Form. in Ver. Brünn 1896 p. 112, 1897 p. 81. — Icon: Fl. gr. t. 698. — Exsicc.: Orph. fl. gr. n. 246; Heldr. herb. norm. n. 652 et 925; Bald. it. alb. epir. III. n. 39, IV. n. 71; Sint. it. thessal. n. 446.

Breviter et adpressiuscule hirtulus; caulibus elatis, scandentibus, angulatis; stipulis minutis, semisagittatis, lanceolatis, petiolo angulato, cirrhifero multo brevioribus et angustioribus; foliolis unijugis, ovatis vel ovato-oblongis, obtusis; pedunculis 1—4 floris, folio longioribus, ad basin pedicellorum bracteolatis; calycis laciniis late triangularibus, acutis, tubo triplo brevioribus; corolla maxima, vexillo violaceo, alis purpureis, carina incarnata; legumine longe lineari, compresso, margine superiori tricarinato, seminibus laeviusculis.

In dumetis, saxosis silvaticis, cultis regionis montanae et subalpinae. Epirus: ad fontem Flamburas supra Suli distr. Paramythia, mt. Micikeli, infra Kumera et Dodona distr. Janina (Bald.); Thessalia: pr. Kalabaka (Sint.), ad Phambures et mt. Mitrica in mt. Chassia, mt. Pelion (Form.); Attica: mt. Parnes (Heldr.), Pentelicon (Haussk.); mt. Parnassus supra Rachova (Samarit.); Achaia: mt. Kyllene supra Gura (Hal.) et Trikala (Orph.); Laconia: mt. Malevo (Orph.), Taygetos (Psarides), pr. Androvista (Chaub.); Arcadia: pr. Zatuna (Orph.). — Maio, Jul. ♃.

11. **L. latifolius** L. sp. p. 733 p. p.; ? S. et S. pr. II. p. 69 quoad pl. laconicam et Ch. et B. exp. p. 208, Fl. pelop. p. 47; Bald. riv. coll. bot. Alb. 1896 p. 50. — ? *L. silvestris* Pieri corc. fl. p. 101, non L. — *L. megalanthos* Steud. nomencl. bot. ed. 2, II. p. 14; Ginzberg. in Sitzungs. acad. Wiss. Wien 1896 p. 42. — Icon: Engl. bot. t. 403. — Exsicc.: Heldr. it. gr. septentr. a. 1879; Bald. it. alb. epir. IV. n. 169.

Glaber; caulibus scandentibus, alatis; stipulis magnis semisagittatis, late lanceolatis, petiolo latius alato, cirrhifero parum vel duplo brevioribus, eo aequilatis vel latioribus; foliolis unijugis, ellipticis vel oblongis, obtusis; pedunculis multifloris, folio longioribus, ad basin pedicellorum bracteolatis; calycis laciniis late triangularibus, acutis, tubo 2—3plo brevioribus; corolla majuscula, rosea; legumine lineari, compresso, margine superiori tricarinato, seminibus tuberculatis. — In ditione var. *lanceolatus* Freyn. fl. Südistr. p. 88; Ginzberg. l. c., caulibus angustius alatis, foliolis et floribus minoribus tantum provenit.

In sepibus, dumetis, regionis montanae, rarissime. Epirus: mt. Maria distr. Ljaskovik (Bald.); Aetolia: mt. Korax supra pagum Musinitza (Heldr.); Corcyra et Leucas (Mazziari ex Ginzb. l. c.); ? Laconia (Sibth.). -- Jul. Aug. ♃,

Obs. Quid sit *L. silvestris* Ch. et B. exp. p. 208, Fl. pelop. p. 47 (e Messenia) et Friedr. Reise p. 266 et 272 (ex Attica ad Ilyssum et ex Argolide pr. Vromolimni) nescio. Certe non species Linneana.

2. Stylus non contortus.

6. Sectio. *Orobastrum* Bois. fl. or. II. p. 601. — Stylus rectus, subtus canaliculatus. Annui vel perennes.

a. Annui, pedunculis unifloris.

α. Folia unijuga.

× Semina tuberculata; petioli in cirrhum ramosum desinentes.

12. **L. setifolius** L. sp. p. 731; Ch. et B. exp. p. 206; Fl. pelop. p. 47; Marg. et R. fl. Zante p. 45; Raul. cret. p. 748; Bois. fl. or. II. p. 612; Heldr. cat. herb. Orph. p. 52; Spreitz in z. b. G. 1877 p. 726, 1887 p. 658; Haussk. symb. p. 67; Bald. riv. coll. bot. Alb. 1895 p. 30. — Exsicc.: Sint. it. thessal. n. 109.

Glaber; caulibus gracilibus, prostratis vel scandentibus, anguste alatis; stipulis stipitato-semisagittatis, anguste lanceolatis, petiolo non alato aequilongis; foliolis anguste linearibus, subulatis; pedunculo folio breviore, mutico; calycis laciniis lanceolatis, tubo sublongioribus; corolla purpurea; legumine stipitato, compresso, oblongo, 1 cm. lato, reticulato-venoso, margine superiore rectiusculo, 2—3 spermo, marginibus puberulo, seminibus globosis.

In dumetis, olivetis, locis rupestribus regionis inferioris. Epirus: mt. Micikeli (Bald.); Thessalia: pr. Kalabaka (Sint.); Attica: mt. Lycabettus, Hymettus (Heldr.); Boeotia: mt. Helicon (Orph.); pr. Kalamaki in isthmo Corinthiaco (Haussk.); Argolis (Sprun.): pr. Nauplia (Sart.); Messene (Chaub.); Zante: mt. Scopo (Marg.); Corcyra: mt. Deca et Ithaca: mt. Skino (Spreitz.); Creta: in peninsula Acroteri, ad Hagios Joannes in mt. Aphendi-Kavutsi (Raul.). — Mart. Maio. ⊙.

13. **L. angulatus** L. sp. p. 731; Pieri corc. fl. p. 101; Bois. fl. or. II. p. 612. — *L. hexaedrus* Chaub. in ann. sc. obs. a. 1830, ex Ch. et B. exp. p. 206, Fl. pelop. p. 47. —

Glaber; caulibus gracilibus, erectis vel adscendentibus, angulatis; stipulis non stipitatis, semisagittatis, lanceolatis, petiolo non alato subaequilongis; foliolis lineari-lanceolatis, acutis; pedunculo petiolo multoties longiore, longe aristato; calycis laciniis triangulari-lanceolatis, tubo subaequilongis; corolla rubro-coerulea; legumine sessili, compresso, anguste lineari, 4 mm. lato, enervi, glabro, seminibus 10—14, angulatis, subcubicis.

In agris arenosis. Peloponnesus: pr. Navarin, Patras (Chaub.); Corcyra (Pieri). — Apr. Maio. ⊙. N. v.

×× Semina laevia; petioli in cirrhum simplicem desinentes.

14. **L. sphaericus** Retz obs. III. p. 39; Urv. enum. p. 87; Friedr. Reise p. 272; Bois. fl. or. II. p. 613; Heldr. cat. herb. Orph. p. 52, Fl. cephalon. p. 35, chlor. Thera p. 11; Spreitz. in z. b. G. 1877 p. 726; Haussk. symb. p. 67. — *L. angulatus* S. et S. pr. II. p. 66, Fl. gr. t. 696; Ch. et B. exp. p. 206, Fl. pelop. p. 47. —

Glaber; caulibus gracilibus, erectis, angulatis; stipulis semisagittatis, lanceolato-subulatis, petiolo non alato subaequilongis; foliolis lineari-lanceolatis, acutis; pedunculo petiolo subaequilongo, longe aristato; calycis laciniis lanceolato-acuminatis, tubo sublongioribus; corolla coccinea; legumine sesseli, compresso, anguste lineari, 4 mm. lato, glabro, longitudinaliter nervoso, seminibus 10—14, globosis. — Differt a praecedente praecipue cirrhis simplicibus pedunculis brevibus, legumine elevatim nervoso et seminibus globosis, laevibus.

β. **stenophyllus** Bois. fl. or. II. p. 613; Haussk. symb. p. 67. — Foliola anguste linearia.

In agris, inter segetes regionis inferioris et submontanae. Thessalia: pr. Chaliki, ad monasterium Korona (Haussk.); Boeotia: mt. Helicon pr. Cucura (Orph.); Attica: mt. Hymettus (Sprun.); Argolis: pr. Troezene (Friedr.); Cycladum insula Melos (Urv.), Thera (Heldr.); Messenia: pr. Methone (Chaub.); Cephalonia: pr. Argostoli, in oropedio Omala (Heldr.); Corcyca: mt. Deca (Spreitz.). — *β.* pr. Vromolimni in peninsula Methàna (Haussk.); Achaia: pr. Patras (Heldr.). — Apr. Jun. ⊙. N. v.

15. **L. inconspicuus** L. sp. p. 730; Friedr. Reise p. 283; Bald. riv. coll. bot. Alb. 1896 p. 51. — Exsicc.: Bald. it. alb. epir. IV. n. 21.

Glaber; caulibus gracilibus, erectis, angulatis; stipulis semisagittatis, lanceolato-subulatis, petiolo brevissimo, non alato longioribus; foliolis lineari-lanceolatis, acutis; pedunculo petiolo aequilongo vel breviore, non aristato; calycis laciniis lanceolato-subulatis, tubo aequilongis; corolla lilacina parvula; legumine sessili, compresso, anguste-lineari, 3—4 mm. lato, glabro vel pubescente, reticulato-venoso, seminibus 10—14, ovoideis. — Differt a praecedente petiolis brevissimis, pedunculis muticis, corolla duplo minori et leguminibus non elevatim longitudinaliter nervosis.

Inter segetes regionis inferioris. Epirus: sub mt. Ciuka pr. Muspina distr. Janina (Bald.); Elis: inter Arcadia et Pyrgos (Friedr.). — Maio, Jul. ⊙.

β. Folia plurijuga; petioli in aristam setaceam brevem desinentes.

16. **L. saxatilis** Vent. jard. Cels. p. 94, t. 94; Weiss in z. b. G. 1869 p. 751; Raul. Cret. p. 747, *f. glabrescens (Orobus)*; Vis. Fl. dalm. III. p. 330; Bois. fl. or. II. p. 614; Heldr. cat. herb. Orph. p. 52; Hal. in ö. b. Z. 1895 p. 258. — *L. ciliatus* Guss. pl. rar. aprut. p. 296. — *L. aristatus* Vis. app. sem. hort. patav. a. 1826, Fl. dalm. t. 47. — *Erivum saxatile* Ch. et B. fl. pelop. p. 48. — Exsicc.: Heldr. herb. norm. n. 1140.

Pubescens; caulibus gracilibus, adscendentibus vel diffusis, angulatis; stipulis semisagittatis, subulatis, minimis; foliolis 2—3 jugis, foliorum inferiorum obcordatis vel obcuneatis apice tridentatis, superiorum elongatis, anguste linearibus, obtusis; pedunculo petiolum subsuperante vel eo breviore, mutico; calycis glabri laciniis triangularibus, tubo subbrevioribus; corolla pallide coerulescente, parvula; legumine substipitato, compresso, late lineari, 5—6 mm. lato, glabro, laevi, seminibus 3—6, globosis, laevibus.

In saxosis collium et montium, rarior. Thessalia: mt. Pelion pr. Makrinitza (Heldr.); Attica: mt. Lycabettus, Parnes, Hymettus (Sprun.), Corydalus, insula Salamis (Heldr.); Cycladum insula Syra (Weiss); Achaia: pr. Psathopyrgos (Reis.); Messenia: pr. Nisi (Gittard.); Creta: mt. Aphendi-Kavutsi (Raul.). — Mart. Maio. ⊙.

b. Perennes.

17. **L. neurolobus** Bois. et Heldr. diagn. IX. p. 125, Fl. or. II. p. 616; Raul. cret. p. 748 t. 12; Heldr. cat. herb. Orph. p. 52. — Exsicc.: Heldr. herb. n. 1585 a. 1846.

Glaber; radice stolonifera, caudiculis filiformibus; caulibus adscendentibus vel procumbentibus, flaccidis, alato-complanatis, simplicibus, remote foliatis; stipulis semisagittatis, parvis; petiolis brevissimis, inferioribus in aristam brevem, superioribus in cirrhum simplicem abeuntibus; foliolis unijugis, mucronatis, inferioribus oblongis, superioribus lineari-lanceolatis; pedunculo 1—2 floro, mutico, flore parvo breviori; calycis laciniis triangulari-lanceolatis, tubo brevioribus; corolla coerulescente; legumine compresso, lineari, 3 mm. lato, glabro, elevatim longitudinaliter nervoso, seminibus 3—6, globosis, laevibus. — Species singularis, nulli affinis.

Ad rivulos in castanetis Cretae: pr. Rumata, Hagia Erini, Enneachoria (Heldr.). — Maio, Jun. ♃.

18. **L. pratensis** L. sp. p. 733; S. et S. pr. II. p. 68; Ch. et B. exp. p. 208, Fl. pelop. p. 47; Bois. fl. or. II. p. 615; Heldr. cat. herb. Orph. p. 52, chlor. Parn. p. 16; Form. in D. bot. Monat. 1891 p. 57, in Ver. Brünn 1897 p. 81; Haussk. symb. p. 67; Hal. Beitr. fl. Epir. p. 20, Beitr. fl. Thessal. p. 11, Beitr. fl. Achaia p. 18; Bald. riv. coll. bot. Alb. 1896 p. 51. — Icon: Fl. dan. t. 527. — Exsicc.: Orph. herb. n. 2078; Bald. it. alb. epir. IV. n. 334.

Glaber vel adpresse pubescens; rhizomate repente; caulibus scandentibus, angulatis, ramosis; stipulis foliaceis, oblongo-lanceolatis, basi inaequaliter biappendiculatis, petiolo cirrhifero aequilongis; foliolis unijugis, lanceolatis, acutis; pedunculo 3—12 floro, mutico, folio pluries longiore; calycis laciniis triangulari-subulatis, tubo sublongioribus; corolla lutea; legumine subcompresso, lineari, 5 mm. lato, glabro vel puberulo, oblique venoso, polyspermo, seminibus globosis, laevibus.

In pratis, sepibus, regionis montanae. Epirus: ad Kastrica pr. Janina (Bald.), pr. Kalarrytes, Chaliki (Hal.); Thessalia: in oropedio Neuropolis (Haussk.), pr. Phlambures et Mitrica in mt. Chassia, pr. Selicany et Spilia in mt. Ossa (Form.); mt. Parnassus (Heldr.); Boeotia: pr. Lebadea (Orph.); Achaia: mt. Chelmos pr. Klukines (Orph.) et Syvista (Hal.), mt. Kyllene, mt. Malevo Laconiae (Orph.); Arcadia: pr. Carithena (Chaub.). — Maio, Jul. ♃.

40. Orobus L. gen. n. 871.

a. Stipulae magnae foliaceae, foliolis unijugis vix minores.

1. **O. hirsutus** L. sp. p. 728; S. et S. pr. II. p. 63; Ch. et B. exp. p. 205, Fl. pelop. p. 47; Bois. fl. or. II. p. 621; Heldr. cat. herb. Orph. p. 53; Spreitz. in z. b. G. 1887 p. 658; Haussk. symb. p. 68; Hal. Beitr. fl. Achaia p. 18; Form. in Ver. Brünn 1897 p. 81, in D. bot. Mon. 1898 p. 81. — *O. laxiflorus* Desf. coroll. p. 83 t. 63. — *Lathyrus inermis* Roch. ap. Friv. in act. acad. hung. 1835 p. 250, t. 2; Friedr. Reise p. 283. — Icon: Fl. gr. t. 690. — Exsicc.: Orph. fl. gr. n. 570; Dörfl. fl. gr. n. 326.

Patule pilosus; rhizomate repente, fibris filiformibus; caulibus adscendentibus, angulatis, basi ramosis; foliolis ellipticis, acutis, petiolo subaequilongis; stipulis semisagittatis ellipticis, acuminatis, petiolum aequantibus; pedunculis 2—5 floris, folio longioribus; calycis laciniis lanceolatis, tubo duplo longioribus; corolla violaceo-coerulea; legumine lineari, adpresse hirsuto.

β. **glabratus** Griseb. spic. I. p. 76; Heldr. cat. herb. Orph. p. 53; Haussk. symb. p. 68; Hal. Beitr. fl. Epir. p. 20. — *O. laxiflorus v. glaber* Raul. cret. p. 747. — Caule foliisque glaberrimis, calyce et legumine tantummodo pilosis.

In silvaticis regionis montanae et subalpinae. Epirus: mt. Tsumerka pr. Vulgarelion (Hal.); Thessalia: mt. Ghavellu, in oropedio Neuropolis (Haussk.), mt. Mitrica et pr. Phlambures in mt. Chassia (Form.), mt. Olympus (Orph.); Aetolia: mt. Arapocephala (Heldr.), mt. Korax (Leon.); Phocis: mt. Parnassus (Sibth.); Boeotia: pr. Cucura (Orph.); Attica: mt. Parnes, Pentelicon (Heldr.); Achaia: mt. Panachaicon, Chelmos (Hal.), Kyllene (Orph.); Laconia: mt. Malevo (Orph.), Taygetos (Psarid.), in valle Eurotas inter Misitra et Leondari (Friedr.); Messenia: pr. Phigalea, Kubeh, Arcadia, Methone (Chaub.); Leucas: pr. monasterium Hagios

Georgios (Spreitz.); Creta: pr. Enneachoria et in oropedio Omala (Raul.) in mt. Sphacioticis (Sibth.). — Maio, Jul. ♃.

b. Stipulae parvae, foliolis 2—6 jugis multo minores.

α. Folia pedunculata, foliolis ovatis vel ellipticis.

2. **O. venetus** Mill. gard. dict. ed. 8 n. 8. — *O. variegatus* Ten. fl. nap. II. p. 144, t. 68; Bois. fl. or. suppl. p. 195. — Icon: *O. vernus* S. et S. fl. gr. t. 691. — Exsicc.: Heldr. fl. thessal. a. 1883.

Rhizomate nodoso, fibris filiformibus; caulibus erectis, angulatis, glabris, subsimplicibus, superne pilosiusculis; foliolis 2—3 jugis, ovatis, acuminatis, glabris, stipulis ovatis vel lanceolatis, basi semisagittatis; pedunculis 10—12 floris, folium subaequantibus; calycis pubescentis laciniis superioribus brevissimis triangularibus, inferioribus lanceolatis, tubo aequilongis; corolla roseo-purpurea; legumine lineari, minute glanduloso.

β. **rigidus** Láng ex Roch. pl. banat. p. 54 pro sp. — *O. variegatus v. banaticus* Heuff. enum. p. 61. — Calyce glabriusculo, legumine glabro. — Exsicc.: Sint. it. thessal. n. 748.

In silvaticis regionis montanae, rarissime. Thessalia: mt. Pelion pr. Zagora, Attica: mt. Parnes (Pichler); — *β*. Thessalia: in valle Negerli pr. Chaliki (Sint.). — Apr. Jun. ♃.

3. **O. niger** L. sp. p. 729; S. et S. pr. II p. 64; Ch. et B. exp. p. 205, Fl. pelop. p. 47; Bois. fl. or. II. p. 620; Heldr. cat. herb. Orph. p. 53; Haussk. symb. p. 68; Hal. Beitr. fl. Achaia p. 18. — Icon: Fl. dan. t. 1170. — Exsicc.: Orph. fl. gr. n. 571; Sint. it. thessal. n. 369.

Glaber; rhizomate brevi, fibris filiformibus; caulibus erectis, angulatis, ramosis; foliolis 4—6 jugis, ellipticis vel oblongo-ellipticis, obtusiusculis; stipulis semisagittatis, lanceolatis; pedunculis 4—8 floris, folio sublongioribus; calycis laciniis triangularibus, superioribus brevissimis, inferioribus tubo 3—4plo brevioribus; corolla purpurea; legumine lineari, minutissime papilloso.

In silvaticis regionis montanae, rare. Thessalia: in oropedio Neuropolis (Haussk.), pr. Kalabaka (Sint.); Argolis: pr. Argos (Chaub.); Laconia: mt. Malevo pr. Hagios Petros (Orph.); pr. Androvista, Messene (Chaub.); Arcadia: ad lacum Pheneon (Orph.), pr. Syvista in valle Aroania (Hal.). — Maio, Jul. ♃.

β. Folia subsessilia, foliolis lineari-vel oblongo-lanceolatis.

4. **O. sessilifolius** S. et S. pr. II. p. 64; Friedr. Reise p. 279; Fraas fl. class. p. 59; Ung. Reise p. 141; Bois. fl. or. II. p. 618; Spreitz. in z. b. G. 1877 p. 726, 1887 p. 658; Heldr. cat. herb. Orph. p. 53; Haussk. symb. p. 68; Hal. Beitr. fl. Achaia p. 19, in ö. b. Z. 1897 p. 93; Bald. riv. coll. bot. Alb. 1895 p. 30. — *O. digitatus* M. a B. fl. taur. cauc. II. p. 153; Ch. et B. exp. p. 205, Fl. pelop. p. 47. — Icon: Fl. gr. t. 692. — Exsicc.: Orph. fl. gr. n. 170; Heldr. herb. norm. n. 368.

Glaber; rhizomate brevi, fibris crassis, elongatis; caudiculis nudis, caulibus adscendentibus, angulatis, subsimplicibus; foliolis bi-, superioribus unijugis, linearibus vel lineari-lanceolatis, acutis, 5—9 nerviis, rarius oblongis, ob rhachidem brevissimam subdigitatis; stipulis semisagittatis, lanceolatis, petiolum brevissimum longe superantibus; pedunculis 4—10 floris, folio longioribus; calycis laciniis subaequilongis, lanceolatis, tubo subaequilongis; corolla coerulea; legumine lineari, glabro, stylo apice dilatato.

In silvaticis regionis montanae et subalpinae. Epirus: mt. Murga distr. Paramythia (Bald.); Thessalia: supra Sermenikon in Pindo dolopico (Haussk.), mt. Pelion supra Milies (Heldr.); Phocis: mt. Parnassus (Fraas); Boeotia: mt. Helicon, Cithaeron (Orph.); Attica: mt. Parnes, Hymettus (Fraas), Pentelicon (Heldr.); Achaia: mt. Panachaicon (Hal.), Kyllene (Orph.); Arcadia: mt. Parthenion pr. Tripolizza, pr. Carithena (Friedr.); Argolis (Bois.); Laconia: mt. Malevo (Orph.); Messenia (Sibth.): pr. Methone, Arcadia (Chaub.); Leucas: ad monasterium Hagios Georgios (Spreitz.); Corcyra: mt. Deca (Spreitz.), pr. Palaeokastro (Ung.); Sporadum insula Scopelos, Sciathos (Leon.). — Apr. Jun. ♃.

5. **O. Tempskyanus** Freyn et Sint. in bull. herb. Bois. 1897 p. 608. —

Differt a praecedente caulibus patule pubescentibus vel glabrescentibus; foliolis lanceolato-oblongis, parce hirtis; pedunculis 2—3 floris; calycis laciniis triangularibus, tubo duplo brevioribus; petalorum unquibus longioribus; legumine brevissime hirto, stylo apice vix dilatato. — Species mihi e descriptione, in qua foliola (an omnia) unijuga dicuntur, tantum nota.

In quericetis supra Vitomo pr. Kalabaka Thessaliae (Sint.). — Maio. ♃. N. v.

41. Vicia L. gen. n. 873.

Dispositio specierum:

1. Sectio. *Euvicia* Willk. et Lange. — Stylus ad latus inferius sub apice barbatus; legumen compressum, apice oblique truncatum, sessile vel stipitatum. Flores conspicui, saepius magni.

a. Flores axillares, solitarii aut gemini, subsessiles vel breviter pedicellati.

α. Calyx regularis; legumen sessile.

× Semina tuberculata.

1. V. **lathyroides** L.

×× Semina laevia.

○ Corolla violacea.

2. V. **amphicarpa** Dorth. 3. V. **angustifolia** L. 4. V. **sativa** L.

○○ Corolla flavescens.

5. V. **grandiflora** Scop. 6. V. **Barbazitae** Ten. et Guss.

β. Calyx irregularis; legumen stipitatum.

× Corolla purpurea; legumen adpresse puberulum.

7. V. **peregrina** L.

×× Corolla lutea; legumen hirsutum.

8. V. lutea L. **9. V. hybrida** L.

b. Flores axillares, pedunculati, pedunculi breves vel longi, 1-multiflori.

α. Legumen sessile; foliola 1—3 juga, plerumque magna.

× Calycis laciniae inaequales; legumen glabrum vel glabrescens.

10. V. narbonensis L. **11. V. serratifolia** Jacq.

×× Calycis laciniae aequales; legumen villosum.

12. V. bithynica L.

β. Legumen stipitatum; foliolia multijuga, minora.

× Pedunculi 1—5 flori, folio multo breviores.

13. V. melanops S. et S. **14. V. striata** M. a. B.

×× Pedunculi 5—12 flori, folio longiores.

15. V. onobrychioides L.

2. Sectio. *Cracca* Willk. et Lange. — Stylus a latere vel a dorso compressus, raro filiformis, apice non barbatus, sed circumcirca pubescens vel hirsutus, raro glaber; legumen stipitatum, compressum, apice oblique truncatum, rostratum.

a. Pedunculi multiflori, floribus majusculis, pulchre coloratis; legumen saepius polyspermum; stylus circumcirca hirsutus.

α. Stylus a dorso compressus; flores purpureo-violacei.

16. V. cassubica L.

β. Stylus a latere compressus.

× Flores ochroleuci.

17. V. pinetorum Bois. et Sprun.

×× Flores coerulei, violacei vel purpurei. (Species inter se valde affines et plerumpue variabiles, saepe difficile diagnoscendae).

○ Perennes; vexilli lamina ungue subaequilonga vel longior.

. Planta adpresse hirta; legumen glabrum.

18. V. cracca L. **19. V. tenuifolia** Roth.

.. Planta patule molliterque villosa; legumen pubescens.

20. V. Sibthorpii Bois.

○○ Biennes; vexilli lamina ungue suo duplo brevior vel ab ungue indistincta.

. Legumina glabra.

21. V. villosa Roth. **22. V. dasycarpa** Ten.

.. Legumina saltem juniora hirsuta.

; Planta breviter puberula; flores violacei; legumen adpresse hirtum.

23. V. eriocarpa (Haussk.). **24. V. salaminia** Heldr. et Sart.
25. V. microphylla Urv.

;; Planta molliter villosa; flores apice atropurpurei; legumen sericeo-villosum.

26. V. benghalensis L.

b. Pedunculi 1—5 flori, floribus saepius parvis pallidis; legumen saepius oligospermum.

α. Stylus a latere compressus, circumcirca hirsutus; stipulae integrae.

27. V. calcarata Desf.

β. Stylus a dorso compressus, circumcirca hirsutus; stipulae integrae.

28. V. cretica Bois. et Heldr. **29. V. Spruneri** Bois.

γ. Stylus filiformis, glaber vel apice puberulus.

× Pedunculi 1—2flori; stipulae laciniatae; flores 10 mm. longi; stylus apice puberulus.

30. V. monanthos L.

×× Pedunculi 2—6flori; stipulae integrae vel inferiores laciniatae; stylus apice glabriusculus; flores minimi, 5 mm. longi.

31. V. hirsuta (L.)

3. Sectio. *Ervum* Willk. et Lange. — Stylus filiformis, non barbatus, sed circumcirca pubescens; legumen stipitatum, compressum, apice rotundatum, erostre, 3—6spermum. — Herbae annuae, tenerae, floribus minutis.

a. Pedunculi 2—5flori, aristati, folio duplo longiores.

32. V. gracilis Lois.

b. Pedunculi 1—5flori, non vel vix aristati, folio subaequilongi vel sublongiores.

33. V. tetrasperma (L.). **34. V. pubescens** (DC.).

4. Sectio. *Ervilia* Link. — Stylus filiformis, non barbatus, sed apice circumcirca pubescens; legumen oblongo-lineare, stipitatum, subcompressum, moniliforme-torulosum, breviter rostratum, 2—4spermum.

35. V. ervilia (L.).

1. Sectio. *Euvicia* Willk. et Lange pr. fl. hisp. III. p. 294. — Stylus ad latus inferius sub apice barbatus; legumen compressum, apice oblique truncatum, sessile vel stipitatum. Flores conspicui, saepius magni.

a. Flores axillares, solitarii aut gemini, subsessiles vel breviter pedicellati.

α. Calyx regularis; legumen sessile.

× Semina tuberculata.

1. **V. lathyroides** L. sp. p. 736; S. et S. pr. II. p. 71; Ch. et B. fl. pelop. p. 48; Friedr. Reise p. 270 et 281; Ung. Reise p. 140; Raul. cret. p. 747; Bois. fl. or. II. p. 575; Spreitz. in z. b. G. 1877 p. 727; Heldr. cat. herb. Orph. p. 48, Fl. Cephalon. p. 34, Fl. Aegina p. 296, chlor. Thera p. 12; Haussk. symb. p. 70; Hal. in ö. b. Z. 1897 p. 93, in z. b. G. 1899 p. 712; Bald. riv. coll. bot. Alb. 1896 p. 49. — Icon: Fl. dan. t. 58. — Exsicc.: Heldr. pl. fl. hellen. a. 1877.

Puberula; caulibus pumilis, diffusis, foliis cirrho simplici, saepe rudimentario terminatis; foliolis 2—4jugis, obovato-oblongis, truncatis vel retusis, mucronatis; stipulis semisagittatis, integris, immaculatis; floribus semper solitariis, minutis; calycis corolla duplo brevioris laciniis lanceolatis, porrectis, tubo subaequilongis; corolla violacea; legumine anguste-lineari subcompresso, glabro; seminibus globoso-cubicis, fuscis.

In herbidis arenosis, collibus regionis inferioris et montanae, Epirus: pr. Janina (Bald.); Thessalia: ad monasterium Korona in Pindo (Haussk.), pr. Portaria in mt. Pelion (Heldr.); Attica: mt. Parnes (Bois.), Hymettus (Heldr.); Boeotia: mt. Helicon; pr. Delphi (Orph.); Elis (Sibth.): in silva Kapellis pr. Lala (Reis.); Arcadia: mt. Diaforti pr. Andrizena (Friedr.); Messenia: pr. Kalamata (Zahn); insula Aegina:

ad promontorium Perdicca (Friedr.), insula Thera Cycladum (Heldr.), Scopelos Sporadum (Leon.); Corcyra: pr. Levkimo (Ung.), mt. Deca (Spreitz.); Cephalonia: mt. Aenos (Heldr.); Creta: inter Askyphos et Anopolis, mt. Aphendi Kavutsi (Raul.). — Febr. Maio. ⊙.

××Semina laevia.

. Corolla violacea.

2. **V. amphicarpa** Dorth. journ. phys. 35 p. 131; Ch. et B. fl. pelop. p. 48. — *V. angustifolia v. amphicarpa* Bois. fl. or. II. p. 575; Heldr. cat. herb. Orph. p. 48.

Puberula; caulibus adscendentibus vel diffusis, angulatis, e basi stolones subterraneos, flexuosos, aphyllos, pallidos, flores ecorollatos ferentes edentibus; foliis inferioribus 1—3 jugis, ecirrhosis, foliolis obcordatis, superioribus 4—5 jugis, cirrhiferis, foliolis oblongis vel linearibus, omnibus mucronatis; stipulis semihastatis, profunde dentatis, subtus saepe macula quasi inusta notatis; floribus 1—2, 15—23 mm longis; calycis corolla duplo brevioris laciniis lanceolatis, porrectis, tubo brevioribus; legumine florum caulinorum lineari, compresso, puberulo, vix reticulato, maturo lutescente et glabrescente, florum subterraneorum ovato, pallido, monospermo; seminibus compresso-ovoideis, fuscis.

In locis aridis regionis inferioris et montanae, rare Attica: pr. Eleusis (Heldr.), mt. Lycabettus (Orph.); Achaia: mt. Kyllene (Orph.); Messenia: pr. Nisi (Chaub.). — Mart. Maio. ⊙. N. v.

3. **V. angustifolia** L. amoen. IV p. 105; Roth. tent. fl. germ. I. p. 310; Ch. et B. exp. p. 210, Fl. pelop. p. 48; Bois. fl. or. II. p. 574; Haussk. symb. p. 70. — *V. sativa v. nigra* L. sp. ed. 2. p. 1037. — *V. segetalis* Thuill. fl. paris p. 367. — *V. sativa v. segetalis* Weiss in z. b. G. 1869 p. 751. — Icon: Fl. dan. t. 1340. Exsicc.: Hal. it. gr. II. a. 1893.

Puberula; caulibus adscendentibus, angulatis; foliis omnibus cirrhiferis, foliolis 4—7 jugis, aristato-mucronatis, foliorum inferiorum obovatis, retusis, mediorum et superiorum lanceolato-linearibus, linearibusve, truncatis, retusis vel acutis; stipulis semihastatis, profunde dentatis, subtus saepe macula quasi inusta notatis; floribus 1—2, 12—15 mm longis; calycis corolla tertia parte brevioris laciniis lanceolatis, porrectis, tubo aequilongis; legumine anguste lineari, compresso, puberulo, vix reticulato, maturo nigricante et glabrescente; seminibus globulosis, brunneis.

In cultis, arvis, locis aridis regionis inferioris et montanae. Indicatur: Thessalia: pr. Malakasi, ad monasterium Korona (Haussk.); Achaia: pr. Patras (Hal.); Messenia: pr. Arcadia (Chaub.); insula Syra et Creta (Weiss); et certe alibi. — Mart. Maio. ⊙.

4. **V. sativa** L. sp. p. 736; S. et S. pr. II. p. 71; Pieri corc. fl. p. 103; Ch. et B. exp. p. 210, Fl. pelop. p. 48; Friedr. Reise p. 267; Fraas fl. class. p. 55; Ung. Reise p. 140; Heldr. Nutzpfl. p. 71, cat. herb. Orph. p. 47, Fl. cephalon. p. 34, Fl. Aegina p. 296; Bois. fl. or. II. p. 574; Spreitz. in z. b. G. 1877 p. 727; Gelmi in

bull. soc. bot. ital. 1889 p. 449. — *V. sativa v. obovata* Ser. in DC. pr. II. p. 361; Marg. et R. fl. Zante p. 44; Weiss in z. b. G. 1869 p. 751. — Icon: Fl. dan. t. 522. — Exsicc.: Heldr. pl. fl. hellen. a. 1876.

Pubescens; caulibus adscendentibus, sulcatis; foliis omnibus cirrhiferis, foliolis 5—7 jugis, aristato-mucronatis, foliorum inferiorum obcordatis, superiorum obovatis vel obovato-oblongis, truncatis vel emarginatis; stipulis semihastatis, laciniatis, subtus macula quasi inusta notatis; floribus 1—2, 18—23 mm longis; calycis corolla duplo brevioris laciniis lineari-subulatis, porrectis, tubo aequilongis; legumine lineari, compresso, pubescente, elevato-reticulato (4—5 cm longo), maturo lutescente; seminibus compresso-globosis, fusco-marmoratis.

β. **macrocarpa** Mor. fl. sard. I. p. 554; Bois. fl. or. II. p. 574; Heldr. cart. herb. Orph. p. 48. — *V. macrocarpa* Bert. fl. ital. VII p. 511; Haussk. symb. p. 69. — Robustior, foliolis majoribus, floribus 25—30 mm longis, legumine 5—6 cm longo. — Exsicc.: Heldr. pl. fl. hellen. a. 1878.

γ. **cordata** Wulf. in Sturm deutschl. fl. heft 32; Spreitz, in z. b. G. 1877 p. 727; Gelmi in bull. soc. bot. ital. 1889 p. 449; Haussk. symb. p. 69; Heldr. fl. Aegina p. 296, pro sp. — *V. angustifolia v. cordata* Bois. fl. or. II. p. 575; Heldr. cat. herb. Orph. p. 48, Fl. cephalon. p. 34. — Gracilior, foliis inferioribus ecirrhosis, aristatis, foliolis foliorum inferiorum minoribus obcordatis, mediorum superiorumque cuneato-oblongis; calycis laciniis tubo saepe longioribus; floribus minoribus; legumine angustiore, non elevato-nervoso, glabro; seminibus minoribus fuscis. — Huc pertinet meo sensu *V. Cosentini* Guss. pr. II. p. 426, Fl. sic. syn. II. p. 285; Haussk. symb. p. 70; quae ex autore ipso caulibus brevioribus, foliolis angustioribus, legumine minori, magis compresso et toruloso, floribus minoribus a *V. cordata* differre dicitur. — A formis *V. angustifoliae* seminibus compressis discedit. — Cf. etiam Strobl in ö. b. Z. 1887 p. 321. — Exsicc.: Heldr. pl. fl. hellen. a. 1878, in Magn. fl. sel. n. 2969.

δ. **incisa** M. a. B. fl. taur. canc. III. p. 471 pro sp.; Bois. fl. or. II. p. 574. — *V. pimpinelloides* Maur. pl. rom. p. 35; Ch. et B. exp. p. 210, Fl. pelop. p. 48. — Foliolis inciso-serratis; calycis laciniis tubo longioribus; legumine breviore et latiore. — Exsicc.: N. v.

Inter segetes, in arvis, probabiliter in tota ditione, saepe etiam colitur. Indicatur: Attica: pr. Athenas (Orph.), ad Ilyssum (Friedr.), pr. Dekeleia (Heldr.); Peloponnesus (Sibth.): pr. Nauplia Argolidis (Sart.), pr. Trikala Achaiae (Orph.); insula Aegina (Heldr.), Syra (Weiss); Zante (Marg.); Cephalonia (Heldr.); Corcyra (Pieri); Creta: pr. Canea (Weiss); — *β.* pr. Athenas (Haussk.); pr. Lebadea Boeotiae (Orph.); Corcyra (Sagb.); — *γ.* Thessalia: pr. Malakasi, ad monasterium Korona (Haussk.); Attica: pr. Athenas, mt. Pentelicon (Heldr.), pr. Oropos, Hassia (Orph.); Peloponnesus: ad Acrocorinthum, in peninsula Methana

(Haussk.), pr. Nauplia, mt. Malevo (Orph.); insula Aegina (Heldr.), Syra (Orph.); Cephalonia (Heldr.); Corcyra: mt. Deca (Spreitz.); — δ. Messenia (Chaub.). — Mart. Maio. ⊙.

. . Corolla flavescens.

5. **V. grandiflora** Scop. fl. carn. ed. 2 II. p. 65 t. 42; Ung. Reise p. 140; Bois. fl. or. II. p. 573; Spreitz. in z. b. G. 1877 p. 727; Gelmi in bull. soc. bot. ital. 1889 p. 449; Haussk. symb. p. 69; Hal. in z. b. G. 1899 p. 712. — Exsicc.: Sint. it. thessal. n. 397.

Parce hirtula; caulibus adscendentibus vel scandentibus; foliis cirrhiferis, foliolis 3—7 jugis, obovatis obcordatisve, obtusis retusisve, mucronatis; stipulis semihastato-ovatis, basi dentatis; floribus 1—2, brevissime pedicellatis, 25—28 mm longis; calycis corolla duplo brevioris laciniis lanceolato-subulatis, porrectis, tubo brevioribus; vexillo pallide ochroleuco basi fusce lineato, carina albida coeruleo-lineata, alis luteis macula coerulescente notatis; legumine lineari, compresso, pubescente; seminibus minutis, globoso-compressis, hilo fere $^2/_3$ peripheriae occupante.

β. **sordida** W. et K. pl. rar. hung. II. p. 143 t. 134; Ch. et B. fl. pelop. p. 48, pro sp. — Foliola oblongo-cuneiformia, infima, obovata. — Exsicc.: Heldr. it. thessal. IV. a. 1885.

In dumosis, herbidis, olivetis regionis inferioris et montanae. Corcyra: mt. Deca (Spreitz.); Thessalia: pr. Vitomo in Pindo tymphaeo (Sint.), in oropedio Neuropolis (Haussk.), ad monasterium Korona in Pindo dolopico, mt. Pelion pr. Kissos (Heldr.); Aetolia: pr. Aetolikon (Heldr.); Laconia: mt. Malevo (Orph.); Arcadia (Heldr.); — β. Thessalia: in oropedio Neuropolis (Heldr.); mt. Taygetos (Zahn); Messenia (Chaub.). — Apr. Jun. ⊙.

6. **V. Barbazitae** Ten. et Guss. mem. sulle peregr. 1838 p. 165; Bois. fl. or. II. p. 573; Heldr. cat. herb. Orph. p. 47. — *V. laeta* Friedr. Reise p. 280. — Icon: Rouy ill. pl. europ. rar. t. 110. — Exsicc.: Orph. fl. gr. n. 739.

Foliolis ovatis vel oblongis retusis; calyce corolla dimidio breviore; floribus 2 cm longis, vexillo ochroleuco, carina albida, alis intense violaceis; seminibus majoribus, hilo peripheria 6 plo breviore; reliquis ut in praecedente.

β. **thessala** Sprun. in sched. pro sp. — *V. Barbazitae β. incisa* Bois. fl. or. II. p. 574: Heldr. cat. herb. Orph. p. 47; Haussk. symb. p. 69. — Icon: Rouy ill. pl. europ. rar. t. 110. — Foliola praesertim inferiora profunde et obtuse dentata. — Exsicc.: Orph. fl. gr. n. 594; Heldr. fl. thessal. a. 1883.

In silvaticis regionis montanae, rare. Thessalia: mt. Pelion pr. Makrinitza (Heldr.); Attica: mt. Parnes pr. Dekeleia (Heldr.); Boeotia: mt. Helicon supra Cucura (Orph.); Laconia: mt. Malevo (Orph.); — β. Thessalia: ad monasterium Korona in Pindo (Haussk.), mt. Oeta (Sprun), mt. Pelion (Heldr.); Arcadia: mt. Diaforti pr. Andrizena (Friedr.); Laconia: mt. Malevo pr. Platanos (Orph.). — Apr. Jun. ⊙.

β. Calyx irregularis; legumen stipitatum.

× Corolla purpurea; legumen adpresse puberulum.

7. **V. peregrina** L. sp. p. 737; Sieb. avis p. 4; Marg. et R. fl. Zante p. 44; Friedr. Reise p. 269 et 275; Weiss in z. b. G. 1869 p. 752; Raul. cret. p. 747; Bois. fl. or. II. p. 576; Heldr. cat. herb. Orph. p. 48, Fl. cephalon. p. 34, Fl. Aegina p. 296; Spreitz. in z. b. G. 1887 p. 659; Haussk. symb. p. 70; Bald. riv. coll. bot. Alb. 1896 p. 49. — Icon: Sturm. deutschl. fl. heft. 32. — Exsicc.: Orph. fl. gr. n. 1097.

Adpresse puberula; caulibus adscendentibus, tenuibus; foliis cirrhiferis, foliolis 3—6 jugis, anguste linearibus, basi attenuatis, apice truncatis vel retusis, mucronatis; stipulis semisagittatis, integris vel bipartitis; floribus semper solitariis, breviter pedunculatis, pedunculo calycem subaequante vel subsuperante suffultis; calycis corolla 2 $^1/_2$ plo brevioris, adpresse hirti laciniis superioribus brevioribus patulis, inferioribus rectis, tubum aequantibus; vexillo glabro; legumine late lineari-oblongo, compresso; seminibus grossis, globoso-compressis, laevibus.

β. **leptophylla** Raf. caratt. p. 71 pro sp. — Foliola angustissima, $^1/_2$—1 mm. lata. — Exsicc.: Pichl. pl. gr. a. 1876.

In cultis, inter segetes regionis inferioris. Epirus: pr. Muspina (Bald.); Boeotia (Bois.); Attica: pr. Athenas (Orph.), ad Phalerum (Heldr.); Acrocorinthus (Haussk.); Argolis: pr. Nauplia (Sart.); insula Poros, Aegina (Friedr.) et in scopulo adjacente Angistri (Heldr.), insula Syra (Weiss); Creta: pr. Perama (Raul.), Canea (Weiss); Zante (Marg.); Cephalonia: pr. Drapano (Heldr.); Leucas: ad monasterium Hagios Georgios (Spreitz.). — *β*. in insula Hydra (Pichl.) — Mart. Jun. ⨀.

×× Corolla lutea; legumen hirsutum.

8. **V. lutea** L. sp. p. 736; S. et S. pr. II. p. 72; Pieri corc. fl. p. 103; Ch. et B. exp. p. 210, Fl. pelop. p. 48; Raul. cret. p. 747; Bois. fl. or. II. p. 570; Heldr. cat. herb. Orph. p. 47; Haussk. symb. p. 69. — Icon: Engl. bot. t. 481. — Exsicc.: Orph. herb. n. 3310.

Pilosa; caulibus adscendentibus; foliis cirrhiferis, foliolis 5—8 jugis, oblongo-linearibus vel linearibus, obtusis, mucronatis; stipulis semisagittatis, integris vel bilobis; floribus solitariis, rarius binis, brevissime pedicellatis; calycis corolla triplo brevioris laciniis lanceolatis, superioribus brevioribus patulis, inferioribus rectis tubo longioribus; corolla sulfurea, vexillo glabro, interdum purpureo-suffuso; legumine oblongo-rhombeo, compresso, pilis e tuberculis validis ortis hirsuto; seminibus globosis, laevibus.

β. **hirta** Balb. ex Pers. syn. II. p. 308; Marg. et R. fl. Zante p. 44; Friedr. Reise p. 275; Haussk. symb. p. 69, pro sp.; Lois. fl. gall. p. 462; Raul. cret. p. 747; Weiss in z. b. G. 1869 p. 751; Bois. fl. or. II. p. 570; Heldr. cat. herb. Orph. p. 47; Spreitz. in z. b. G. 1877 p. 727. — Densius piloso-hispida, corolla pallidior vel purpurascens

legumen densius longiusque hirsutum. — Formis intermediis ad typum transit. — Exsicc.: Baen. herb. europ. n. 9370.

In cultis, herbidis regionis inferioris et submontanae, **varietas** typo frequentior. Thessalia: ad monasterium Korona (Haussk.); Attica: pr. Athenas (Heldr.), Eleusis (Haussk.); Boeotia: pr. Lebadea (Orph.); Corinthus (Haussk.); Argolis: pr. Nauplia, Astros (Orph.); Messenia (Chaub.); insula Poros (Friedr.), Syra (Orph.), Keos, Kimolos (Heldr.); Creta: pr. Canea, Lutro (Raul.); Zante (Marg.); Corcyra (Pieri): pr. Kastrades (Baen.), Potamo (Spreitz.). — Mart. Maio. ⊙.

9. **V. hybrida** L. sp. p. 737; S. et S. pr. II. p. 72; Ch. et B. exp. p. 210, Fl. pelop. p. 48; Marg. et R. fl. Zante p. 44; Friedr. Reise p. 275; Ung. Reise p. 140; Weiss in z. b. G. 1869 p. 751; Raul. cret. p. 747; Bois. fl. or. II. p. 570; Heldr. cat. herb. Orph. p. 47, Fl. cephalon. p. 34; Haussk. symb. p. 69; Hal. in ö. b. Z. 1897 p. 93. — Icon: Jacq. hort. vind. II. t. 146. — Exsicc.: Orph. fl. gr. n. 383.

Adpressiuscule pilosa; caulibus diffusis vel adscendentibus; foliis cirrhiferis, foliolis 5—7 jugis, obovatis oblongisve, retusis, truncatis vel emarginatis, mucronulatis; stipulis semihastatis, superioribus lanceolatis; floribus solitariis, brevissime pedicellatis; calycis corolla triplo brevioris laciniis lineari-setaceis rectis, superioribus abbreviatis, inferioribus tubo brevioribus; corolla viridi-lutescenti, vexillo extus hirsuto, saepe purpureo-venoso; legumine oblongo-rhombeo, compresso, pilis basi vix tuberculatis hirsuto; seminibus globosis, laevibus. — A praecedente praesertim foliolorum forma et vexillo hirsuto differt.

β. **spuria** Raf. caratt. p. 72 t. 70 f. 2 pro sp.; Strobl. in ö. b. Z. 1887 p. 288. — Foliolis oblongis, obtusis retusisque; floribus majoribus, sulphureis, alis apice dilatatis. — Intermediis ad typum transit. — Exsicc.: Heldr. pl. fl. hellen. a. 1877.

In arvis, inter segetes regionis inferioris et montanae, **varietas** typo frequentior videtur. Boeotia: pr. Thebas, mt. Helicon (Orph.); Attica: pr. Athenas, ad Phalerum, mt. Parnes (Heldr.), mt. Hymettus (Orph.); Acrocorinthus (Haussk.); Argolis: pr. Nauplia (Sart.); Achaia: mt. Kyllene (Orph.), pr. Patras (Chaub.); Laconia: mt. Malevo (Orph.); insula Poros (Friedr.), Syra (Weiss), Tenos (Chaub.), Scopelos (Leon.); Creta: pr. Canea (Raul.); Zante (Marg.); Cephalonia: pr. Argostoli (Heldr.). — Mart. Maio. ⊙.

b. Flores axillares, pedunculati, pedunculi breves vel longi, 1-multiflori.

α. Legumen sessile; foliola 1—3 juga, plerumque magna.

× Calycis laciniae inaequales; legumen glabrum vel glabrescens.

10. **V. narbonensis** L. sp. p. 737; S. et S. pr. II. p. 73; Ch. et B. exp. p. 211, Fl. pelop. p. 48; Bois. fl. or. II. p. 577; Haussk.

symb. p. 69. — Icon: Roth. bot. Abhandl. t. 2. — Exsicc.: Orph. fl. gr. n. 1096.

Parce hirtula; caule crasso, erecto, simplici; foliis inferioribus unijugis, ecirrhosis, ceteris 2—3 jugis cirrhiferis, foliolis ovalibus ellipticisve, mucronulatis, integris vel superioribus denticulatis; stipulis semisagittatis, dentatis vel subintegris; pedunculis 1—2 floris, brevissimis; calycis corolla purpureo-violacea 2 1/2 plo brevioris laciniis triangulari-lanceolatis; legumine late rhombeo-lineari, compresso, margine tuberculato-dentato; seminibus globosis, laevibus.

In agris, cultis regionis inferioris. Thessalia: pr. Aivali, Pharsalus (Haussk.), Velestinos (Heldr.); Attica: pr. Athenas (Orph.), Acharnas, Phalerum (Heldr.); Eleusis (Haussk.); Argolis (Sibth.): pr. Argos (Chaub.); Messenia: ad fluvium Pamisos, pr. Methone (Chaub.). — Mart. Apr. ⊙.

11. **V. serratifolia** Jacq. fl. austr. V. p. 30 app. t. 8; Friedr. Reise p. 267; Bois. fl. or. II. p. 578; Haussk. symb. p. 69. — Exsicc.: Heldr. it. thessal. IV. a. 1885.

Differt a praecedente foliolis a basi vel a medio serratis, pedunculis 1—5 floris, seminibus granuloso-rugosis.

In cultis, dumetis regionis inferioris et submontanae. Thessalia: ad monasterium Korona in Pindo dolopico (Heldr.); Attica: ad Phalerum (Friedr.); Argolis (Bois.). — Apr. Jun. ⊙.

Obs. *V. faba* L. sp. p. 737; Dallap. prosp. p. 98; Friedr. Reise p. 268; Fraas fl. class. p. 55; Heldr. Nutzpfl. p. 71, Fl. cephalon. p. 34, Fl. Aegina p. 296, chlor. Thera p. 28; Raul. cret. p. 747; Bois. fl. or. p. 578. — *Faba vulgaris* Mill. dict. n. 150; Marg. et R. fl. Zante p. 85. — A praecedentibus foliis ecirrhosis, foliolis integris, floribus albis, seminibus ovalibus compressis discedens, colitur ad usum oeconomicum.

×× Calycis laciniae aequales; legumen villosum.

12. **V. bithynica** L. sp. p. 731; Marg. et R. fl. Zante p. 45 (*Lathyrus*); L. sp. ed. 2. p. 1038; S. et S. pr. II. p. 73; Pieri corc. fl. p. 102; Urv. enum. p. 87; Ch. et B. exp. p. 210, Fl. pelop. p. 48; Friedr. Reise p. 273; Raul. cret. p. 747; Bois. fl. or. II. p. 587; Spreitz. in z. b. G. 1877 p. 727; Heldr. cat. herb. Orph. p. 49; Gelmi in bull. soc. bot. ital. 1889 p. 499; Haussk. symb. p. 69; Heldr. fl. Aegina p. 296. — Icon: Jacq. hort. vind. II. t. 147. — Exsicc.: Heldr. et Hal. fl. Aeg. a. 1889.

Glabra vel pubescens; caulibus adscendentibus vel scandentibus, ramosis; foliis cirrhiferis (imis interdum ecirrhosis), foliolis integris, mucronatis, foliorum inferiorum 1—2 jugis, ovato-ellipticis, superiorum 2—3 jugis, elliptico-lanceolatis lanceolatisve; stipulis semisagittatis, profunde dentatis; pedunculis 1—3 floris brevibus vel folium aequantibus; calycis hirsuti, corolla purpurea 2 1/2 plo brevioris, laciniis lanceolatis, porrectis, tubo aequilongis; legumine oblongo-rhombeo, compresso; seminibus globosis, laevibus.

Ad sepes, ad agrorum margines, in vineis regionis inferioris et submontanae. Thessalia: ad monasterium Korona in Pindo dolopico (Haussk.); Attica: ad Phalerum (Orph.); Argolis: pr. Troezene (Friedr.); Messenia: pr. Methone, Petalidi, Armyros (Chaub.); Elis (Sibth.); Zante: pr. Crionero (Marg.); Corcyra: pr. urbem (Gelmi), Potamo, Benizze (Spreitz.); insula Aegina: ad Perivolia (Heldr.); insula Melos (Urv.), Demonesi (Wiedem.); Creta: pr. Daphni (Raul.). — Mart. Maio. ⊙.

β. Legumen stipitatum; foliola multijuga, minora.

× Pedunculi 1—5 flori, folio multo breviores.

13. **V. melanops** S. et S. pr. II. p. 72; Ch. et B. Fl. pelop. p. 48; Friedr. Reise p. 270; Bois. fl. or. II. p. 571; Heldr. cat. herb. Orph. p. 47, Fl. Aegina p. 296; Bald. riv. coll. bot. Alb. 1896 p. 49. — *V. tricolor* Seb. et Mauri fl. rom. pr. p. 245; Ch. et B. exp. p. 211. — *V. triflora* Rchb. exc. p. 531, non Ten. — Icon: Fl. gr. t. 701. — Exsicc.: Heldr. herb. norm. n. 1425.

Pubescens; caulibus scandentibus vel prostratis; foliis cirrhiferis, foliolis 5—7 jugis, obtusis vel retusis, mucronatis, foliorum inferiorum cuneato-obovatis, superiorum oblongis; stipulis semihastatis, superioribus ovatis; pedunculis brevissimis, 1—3 floris; calycis hirti, corolla triplo, brevioris, laciniis inaequalibus, a basi latiore subulatis, inferiore tubo subaequilonga, superioribus brevioribus; vexillo glabro, luteo-viridulo, alis apice nigris, carina fusca; legumine oblongo-lanceolato, compresso, glabro, margine scabrido-tuberculato; seminibus ovato-compressis, laevibus.

In dumosis, silvaticis regionis submontanae et montanae. Epirus: mt. Micikeli (Bald.); Boeotia: mt. Helicon (Orph.); insula Aegina: ad promontorium Perdicca (Friedr.); Laconia: mt. Malevo (Orph.), mt. Taygetos, pr. Androvista, Scardamula (Chaub.). — Apr. Jun. ⊙.

14. **V. striata** M. a B. fl. taur. cauc. II. p. 162; Haussk. symb. p. 69; Hal. Beitr. fl. Achaia p. 19. — *V. purpurascens* DC. cat. monsp. p. 155. — *V. pannonica v. purpurascens* Bois. fl. or. II. p. 569. — *V. pannonica v. striata* Bald. riv. coll. bot. Alb. 1895 p. 29, 1896 p. 49. — Exsicc.: Sint. it. thessal. n. 398.

Patule hirta; caulibus adscendentibus vel scandentibus; foliis cirrhiferis, foliolis 5—8 jugis, obovatis et oblongis, obtusis vel retusis, mucronatis; stipulis semihastatis, superioribus ovatis; pedunculis brevissimis, 2—4 floris; calycis dense hirsuti, corolla purpurascenti 2½plo brevioris laciniis subaequalibus, tubo subaequilongis; vexillo hirsuto; legumine oblongo, subcompresso, adpresse-hirto, margine laevi; seminibus globulosis, laevibus. — Differt a *V. pannonica* Jacq., in Graecia hucusque non reperta, floribus purpurascentibus, seminibus submajoribus.

In campis, dumosis regionis inferioris et montanae. Epirus: mt. Micikeli, pr. Muspina distr. Janina (Bald.); Thessalia: pr. Kalabaka (Sint.), ad monasterium Korona, pr. Karditza, Aivali, Pharsalus (Haussk.); Attica: pr. Athenas (Heldr.), Eleusis (Haussk.); Acrocorinthus, Nauplia, Port Tolon (Haussk.); Achaia: pr. Saradi (Hal.). — Maio, Jul. ⊙.

Obs. *V. sepium* L. sp. p. 737 indicatur in Friedr. Reise p. 266 et 272 ad Ilyssum Atticae et pr. Vromolimni Argolidis, sed certe ex confusione.

×× Pedunculi 5—12 flori, folio longiores.

15. **V. onobrychioides** L. sp. p. 735; S. et S. pr. II. p. 70; Urv. enum. p. 88; Ch. et B. exp. p. 208, Fl. pelop. p. 47; Bois. fl. or. II. p. 580. — Icon: All. fl. ped. II. t. 42. —

Glabra vel parce pubescens; caulibus elatis, scandentibus; foliis cirrhiferis, foliolis 6—8 jugis, lanceolatis linearibusve, mucronatis; stipulis semihastatis, subdentatis; calycis adpresse hirti, corolla violacea 2 ½ plo brevioris laciniis valde inaequalibus, infima lanceolata tubum aequante, superioribus brevissimis triangularibus; vexillo glabro; legumine lineari-oblongo, compresso, glabro; seminibus ovoideo-compressis, laevibus. — Habitu ad species sectionis sequentis accedit, sed stylus apice barbatus.

In Peloponneso et Archipelagi insulis („e manuscriptis Sibthorpianis, eam vero in herbario non inveni“ S. et S. pr. II. p. 70); insula Melos (Urv.). — Maio, Jul. ♃ N. v.

Obs. *V. repens* Urv. enum p. 88 ex insula Melos, species ignota est.

2. Sectio. *Cracca* Willk. et Lange pr. fl. hisp. III. p. 302. — Stylus a latere vel a dorso compressus raro filiformis, apice non barbatus, sed circumcirca pubescens vel hirsutus, raro glaber; legumen stipitatum, compressum, apice oblique truncatum, rostratum.

a Pedunculi multiflori, floribus majusculis, pulchre coloratis; legumen saepius polyspermum; stylus circumcirca hirsutus.

α. Stylus a dorso compressus; flores purpureo-violacei.

16. **V. cassubica** S. sp. p. 735; Haussk. symb. p. 68; Form. in Ver. Brünn 1897 p. 81. — *V. Gerardi* Jacq. fl. austr. III p. 16 t. 229. — Exsicc.: Heldr. it. thessal. IV a 1885; Form. pl. thessal. a. 1896.

Adpresse hirtula; caulibus erectis, subscandentibus; foliis cirrhiferis, foliolis 8—12 jugis, oblongis vel elliptico-linearibus, obtusis; stipulis semihastatis, integris; racemis folio brevioribus vel sublongioribus; calycis laciniis inferioribus lanceolatis, tubo duplo brevioribus, superioribus triangularibus brevissimis; corolla calyce triplo longiore, vexilli purpureo-violacei lamina ungui aequilonga, alis carinaque albidis, apice coerulescentibus; legumine subrhombeo, 1—2 spermo, glabro, stipite tubo calycis sublongiore suffulto; seminibus subcompressis, hilo tertiam peripheriae partem occupante.

α. typica. Racemi densi, multiflori.

β. adriatica Freyn in z. b. G. 1877 p. 318. — Racemi laxi, 3—7 flori. —

In silvaticis montanis Thessaliae, ubi ut videtur tantum var. *β.* occurrit: pr. Sermenikon, Pezula (Haussk.), in oropedio Neuropolis

in Pindo dolopico (Heldr.), pr. Phlamburo in mt. Oxya, pr. Phlamburo et mt. Mitrica in mt. Chassia (Form.). —

β. Stylus e latere compressus.

× Flores ochroleuci.

17. **V. pinetorum** Bois. et Sprun. diagn. II. p. 104, Fl. or. II. p. 587; Ung. Reise p. 141; Heldr. cat. herb. Orph. p. 49. — Exsicc.: Orph. fl. gr. n. 593; Heldr. herb. norm. n. 500 et 1231.

Parce pubescens vel glabrescens; caulibus adscendentibus vel scandentibus; foliis cirrhiferis, foliolis 10—16 jugis, elliptico-linearibus, obtusis, stipulis semisagittatis, integris; racemis multifloris, densiusculis, folium subaequantibus vel aequantibus; calycis lacinia inferiori lineari tubo subbreviore, intermediis ovatis, superioribus brevissimis; corolla calyce 3—4 plo longiore, vexillo ungue suo longiore; legumine lineari-rhombeo, polyspermo, parce hirto, stipite calycis tubo aequilongo suffulto; seminibus subglobosis, hilo peripheria sextuplo breviore. — Ab affini *V. ochroleuca* Ten. fl. neap. pr. p. 42 floribus duplo majoribus, pallidioribus, calycis laciniis inferioribus longioribus et legumine hirto egregie differt.

In silvaticis regionis montanae, rare. Attica: mt. Parnes (Sprun.); Euboea: mt. Dirphys (Heldr.). — Apr. Jun. ♃.

×× Flores coerulei, violacei vel purpurei. (Species inter se valde affines et plerumque variabiles, saepe difficile diagnoscendae.)

○ Perennes; vexilli lamina ungue suo aequilongo vel longior.

. Planta adpresse hirta; legumen glabrum.

18. **V. cracca** L. sp. p. 735; S. et S. pr. II. p. 70; Pieri corc. fl. p. 102; Ch. et B. exp. p. 209, Fl. pelop. p. 48, Marg. et R. fl. Zante p. 44; Fraas fl. class. p. 54; Ung. Reise p. 140; Bois. fl. or. II. p. 585; Heldr. cat. herb. Orph. p. 49. — Icon: Fl. dan. t. 804.

Caulibus scandentibus; foliis cirrhiferis, foliolis 8—12 jugis, oblongis lanceolatisve, acutis vel obtusis; stipulis semisagittatis, integris; racemis densis, multifloris, folium aequantibus vel sublongioribus; calycis laciniis inferioribus lineari-lanceolatis tubo aequilongis, superioribus triangularibus brevissimis; corolla coerulea, calyce $2^1/_2$ plo longiore, vexilli lamina ungui aequilonga; legumine lineari-oblongo, stipite tubo calycis breviore suffulto; seminibus globosis, hilo peripheria triplo breviore.

β. **incana** Vill. hist. pl. dauph. I. p. 342 pro sp.; Burn. fl. alp. marit. II. p. 182. — *V. Gerardi* All. fl. ped. I. p. 325; Vill. l. c. p. 256, non Jacq. — *V. canescens* S. et S. pr. II. p. 71; ? Sieb. avis. p. 5; Ch. et B. exp. p. 209, Fl. pelop. p. 48, non Lab. — Foliis saepius numerosioribus; legumine basi longius attennato, stipite calycis tubo longiore suffulto, hilo peripheria seminis 4 plo breviore.

In dumetis, ad ripas regionis montanae. Boeotia: mt. Helicon; mt. Parnassus pr. Rachova (Orph.); Attica: mt. Hymettus (Fraas);

Euboea: ad Kyme (Ung.); Peloponnesus (Sibth.): Arcadia centralis, mt. Diaforti, Kubeh (Chaub.); Zante (Marg.); Cephalonia (Ung.); Corcyra (Pieri); sed loca indicata plura probabiliter ad alias species spectant; Boissier indicat V. craccam tantum in mt. Parnasso et Helicone; — *β*. Peloponnesus (Sibth.). — Maio, Jul. ♃. N. v.

19. **V. tenuifolia** Roth. tent. fl. germ. I. p. 309; Bois. fl. or. II. p. 586; Heldr. cat. herb. Orph. p. 49; Haussk. symb. p. 68; Form. in Ver. Brünn 1896 p. 113, 1897 p. 81. — Icon: Fl. dan. t. 2177.

Caulibus scandentibus; foliis cirrhiferis, foliolis 9—10 jugis, oblongo-linearibus linearibusve; stipulis semihastatis, integris; racemis laxiusculis, multifloris, folio longioribus, calycis laciniis inferioribus lanceolatis tubo brevioribus, superioribus triangularibus brevissimis; corolla pallide coerulea, calyce triplo longiore, vexilli lamina ungue suo 1½—2 plo longiore; legumine lineari-oblongo, stipite tubo calycis breviore suffulto; seminibus globosis, hilo peripheria 4—5 plo breviore. — Praecedenti maxime affinis et ab ea pedunculis longioribus, racemis saepius laxioribus, floribus majoribus, vexilli lamina longiore parum differt.

α. **platyphylla.** — *V. Boissieri* Freyn in bull. herb. Bois. III. p. 191, non Heldr. et Sart. in Bois. diagn. ser 2, II. p. 40. — Foliolis ad 32 mm longis, 5—6 mm latis; vexilli circa 16 mm longi lamina ungue sesquilongiore. — Differt a formis Europae mediae foliolis latioribus et vexilli lamina subbreviore. — Exsicc.: Sint. it thessal. n. 382 et 932.

β. **elegans** Guss. fl. sic. pr. II. p. 438; Haussk. symb. p. 49 pro sp. — Foliolis ad 32 mm longis, 2—5 mm latis, obtusis; racemis laxifloris; vexilli 13—16 mm longi lamina ungue parum longiore. — Exsicc.: Orph. fl. gr. n. 381; Heldr. pl. fl. hellen a. 1887.

γ. **stenophylla** Bois. fl. or. II. p. 586; Heldr. cat. herb. Orph. p. 49. — *V. tenuifolia v. laxiflora* Vis. fl. dalm. III. p. 323, non *V. laxiflora* Brot. — *V. elegans v. angustifolia* Raul. cret. p. 797. — *V. dalmatica* Kern. in fl. austro hung. n. 1209. — *V. elegans v stenophylla* Haussk. symb. p. 68. — Foliolis angustissimis, ½—2 mm latis, acutis; racemis laxifloris; vexilli circa 10 mm longi lamina ungue sesquilongiore. — Exsicc.: Heldr. it thessal. a. 1885; Rev. pl. cret. n. 207.

In montosis. Thessalia: pr. Malakasi, Guvelzi (Sint.), ad monasterium Korona (Haussk.) in Pindo, mt. Mitrica in mt. Chassia, mt. Pelion (Form.); mt. Parnassus (Heldr.); — *β*. Thessalia: ad monasterium Korona (Haussk.), mt. Olympus (Orph.); Argolis: peninsula Methana (Haussk.); Achaia: mt. Kyllene (Orph.); — *γ*. Thessalia: pr. Pharsalus (Heldr.), Orman Magula, Aivali (Haussk.); Creta: ad Omalos (Raul.). — Maio, Jul. ♃.

. . Planta patule molliterque villosa; legumen pubescens.

20. **V. Sibthorpii** Bois. diagn. IX p. 122; Fl. or. II. p. 586; Ung. Reise p. 141; Raul. cret. p. 747; Heldr. cat. herb. Orph. p. 49;

Haussk. symb. p. 68; Hal. in ö. b. Z. 1895 p. 259. — *V. polyphylla* S. et S. pr. II. p. 70; Sieb. avis p. 4, non Desf. — *V. villosa* Ch. et B. exp. p. 209; Fl. pelop. p. 48, non Roth. — Icon: Fl. gr. t. 699. — Exsicc.: Orph. fl. gr. n. 382; Heldr. herb. norm. n. 200 et 1141.

Caulibus adscendentibus vel prostratis, foliis cirrhiferis, foliolis 7—10 jugis, ellipticis, acutis; stipulis semisagittatis, integris; racemis laxiusculis, multifloris, folio longioribus; calycis laciniis inferioribus lanceolatis, tubo subbrevioribus, superioribus triangularibus, brevibus; corolla violacea, calyce triplo longiore, vexilli lamina ungue aequilonga; legumine lineari-subrhombeo, stipite tubo calycis sublongiore suffulto; seminibus globosis, hilo peripheria 6 plo breviore. — Folia 10—15 mm longa, 3—4 mm lata, flores 12—15 mm longi. — Cirrhi ab autore simplices dicuntur, in speciminibus multis tamen ramosi etiam inveniuntur. Differt a *V. villosa* Roth. radice perenni, vexillo longiori et legumine pubescenti. — *V. Gerardi* All. et *V. polyphylla* Desf. quoque perennes differunt indumento adpresso, foliolis longioribus, calycis dentibus attenuato-subulatis, leguminibus glabris.

In arvis, campis regionis inferioris. Thessalia: pr. Pharsalus, Aivali, Orman Magula (Haussk.), ad lacum Karla (Reis.); Attica: pr. Athenas, Oropos (Orph.), Geraka, Heracleon (Heldr.), Hagios Mercurios (Ung.); insula Hydra (Heldr.); Corinthus, Nauplia et Tolon Argolidis (Haussk.); Creta: inter Aludha et Critza (Raul.). — Apr. Jun. ♃.

○○ Biennes; vexilli lamina ungue suo duplo brevior vel ab ungue indistincta.

. Legumina glabra.

21. **V. villosa** Roth tent. fl. germ. II. p. 182; Fraas fl. class. p. 54; Bois. fl. or. II. p. 591; Spreitz. in z. b. G. 1877 p. 727; Heldr. cat. herb. Orph. p. 49; Form. in D. bot. Mon. 1891 p. 57, in Ver. Brünn 1897 p. 81; Haussk. symb. p. 68. — *V. variegata* S. et S. pr. II. p. 69, sec. Bois. l. c., an etiam Ch. et B. exp. p. 208, Fl. pelop. p. 48; non Desf.

Patule villosa; caulibus scandentibus; foliis cirrhiferis, foliolis 8—10 jugis, oblongo-lanceolatis vel lineari-oblongis, obtusis vel acutis; stipulis semisagittatis, integris; racemis densiusculis, multifloris, folio longioribus, ante anthesin comosis (propter calyces molliter villosos); calycis basi gibbi laciniis inferioribus subulatis, tubo sublongioribus, superioribus a basi triangulari breviter subulatis; corolla coeruleo-violacea, calyce subtriplo longiore, vexilli lamina ungue duplo breviore; legumine oblongo-lineari, stipite tubo calycis subbreviore suffulto; seminibus globosis, hilo peripheria 6—8 plo breviore.

β. **Boissieri** Heldr. et Sart. in Bois. diagn. ser. 2 II. p. 40 pro sp. — Foliolis minoribus angustioribusque, summis sublinearibus vel linearibus; floribus minoribus saturate violaceis. —

In agris, dumetis, cultis regionis inferioris et submontanae. Thessalia: pr. Larissa, Hadzi Obasi, Trikala, Kritsotades, Hagia Paraskevi, Kerasia

Sina in mt. Chassia (Form.), ad monasterium Korona, pr. Karditza, Pharsalus, Orman-Magula, Aivali (Haussk.), Volo (Orph.); Attica: pr. Kamariza Laurii (Haussk.); Corinthus (Fraas); Argolis: pr. Nauplia (Sart.), Troezene, Damala et in Cycladum insulis Tenos, Naxos, Melos (Chaub.), si *V. variegata* Ch. et B. huc. pertinet; Corcyra: mt. Deca (Spreitz.). — Maio, Jun. ⊙ N. v.

22. **V. dasycarpa** Ten. viagg. Abruzz. 1829 p. 81, Fl. nap. V p. 116 t. 244 (erron. 254). — *V. varia* Host fl. austr. II. p. 332; Weiss in z. b. G. 1869 p. 751; Bois. fl. or. II. p. 590; Spreitz. in z. b. G. 1877 p. 727, 1887 p. 658; Heldr. fl. Cephalon. p. 34, Fl. Aegina p. 296; Gelmi in bull. soc. bot. ital. 1889 p. 449; Haussk. symb. p. 68; Hal. Beitr. fl. Epir. p. 20. — ? *V. pseudocracca* Ch. et B. exp. p. 209, Fl. pelop. p. 48; Friedr. Reise p. 275 et 279; Ung. Reise p. 141, huc vel ad speciem sequentem pertinere videtur. — *V. Plenigeri* Form. in Ver. Brünn 1895 p. 52, sec. diagnosin. — Exsicc.: Sagb. pl. corcyr. n. 20; Sint. it. thessal. n. 388 et 1100.

Adpresse hirtula; caulibus scandentibus; foliis cirrhiferis, foliolis 5—9 jugis, ellipticis vel lineari-oblongis, obtusis vel acutiusculis; stipulis semisagittatis, integris; racemis densiusculis, multifloris, folio longioribus, non comosis; calycis basi gibbi laciniis inferioribus subulatis, tubo aequilongis, superioribus triangularibus brevibus; corolla purpureo-violacea, calyce 3—4plo longiore, vexilli lamina ungue duplo breviore; legumine lineari-rhombeo, stipite tubo calycis longiore suffulto; seminibus globosis, hilo peripheria octuplo breviore. — A praecedente indumento, racemis non comosis, floribus purpurascentibus, sub anthesi horizontaliter patentibus, nec pendulis, fere omnibus simul, nec successive a basi ad apicem florentibus, calycis laciniis brevioribus, leguminibus longius stipitatis specifice differt.

β. **rigida**. — Caulibus robustis, elatioribus, foliolis rigidis angustioribus, acutis, floribus violaceis. — Exsicc.: Heldr. pl. fl. hellen. a. 1897.

Ad sepes, in dumosis regionis inferioris et submontanae. Epirus: pr. Kalentini (Hal.), Janina (Form.); Thessalia: pr. Kastreiki, Sermenikon (Sint.), ad monasterium Korona (Haussk.); Aetolia: pr. Mesolonghion (Heldr.); Attica: pr. Athenas; insula Aegina: pr. Perivolia (Heldr.); Laconia: pr. Mistra (Bois.); Creta: pr. Canea (Weiss); Zante (Bois.); Cephalonia (Heldr.); Ithaca: pr. Vathy (Spreitz.); Leucas: ad monasterium Hagios Georgios (Spreitz.); Corcyra: mt. Deca (Spreitz.). — *β.* pr. Pikrodaphni Atticae (Heldr.). — Mart. Jul. ⊙

. . Legumina saltem juniora hirsuta.

; Planta breviter puberula; flores violacei; legumen adpresse hirtum.

23. **V. eriocarpa** Haussk. symb. p. 68 pro var. *V. variae*. — *V. salaminia* Hal. Beitr. fl. Achaia. p. 19. — *V. salaminia v. major et v. stenophylla* Haussk. it. gr. a. 1885 (*V. microphylla v. steno-*

phylla Haussk. symb. p. 69) meo sensu non differe videntur. — Exsicc.: Heldr. it. thessal. IV a. 1885, pl. fl. hellen. a. **1899**; **Haussk.** it. gr. a. 1885; Hal. it. gr. II. a. 1893; Sint. it. thessal. n. **100.**

Caulibus scandentibus; foliis cirrhiferis, foliolis 5—9 jugis lineari-oblongis, acutis vel obtusiusculis; stipulis semisagittatis, integris; racemis laxiusculis multifloris, folio longioribus, non comosis; calycis basi gibbi laciniis inferioribus lanceolato-subulatis, superioribus triangularibus brevibus; corolla violacea, calyce 3—4 plo longiore, vexilli lamina ungue duplo breviore; legumine lineari-rhombeo, etiam maturo adpresse hirto. stipite calycis tubo longiore suffulto; seminibus subglobosis, hilo peripheria 6 plo breviore. — Species intermedia, formas amplectens, quae nec cum *V. dasycarpa*, nec cum *V. salaminia* meo sensu conjungendae sunt et quae a priori caulibus elatioribus, foliolis acutis, floribus magis violaceis et praesertim legumine hirto, ab altero caulibus elongatis rigidioribus, foliolis angustioribus, rigidulis, acutatis et floribus minoribus discedunt. Ulterius observanda.

In dumosis regionis inferioris et submontanae uti videtur non rara. Thessalia: ad monasterium Korona (Heldr.), pr. Pharsalus, Aivali, Orman Magula (Haussk.), Volo (Sint.); Attica: mt. Hymettus (Haussk.); Achaia: pr. Patras (Hal.); Elis: pr. Bartholomeo (Heldr.); Argolis: pr. Nauplia (Haussk.); Laconia: mt. Malevo pr. Hagios Petros (Orph.). — Maio, Jul. ⊙.

24. **V. salaminia** Heldr. et Sart. in Bois. diagn. ser. 2. II. p. 39, Fl. or. II. p. 591; Weiss in z. b. G. 1869 p. 751; Heldr. cat. herb. Orph. p. 49, Fl. Aegina p. 296; Hal. in ö. b. Z. 1897 p. 93. — ? *V. ambigua* Raul. cret. 747. — *V. microphylla v. salaminia* Haussk. symb. p. 69. — Exsicc.: Orph. fl. gr. n. 1035; Heldr. herb. norm. n. 749.

Caulibus scandentibus; foliis cirrhiferis, foliolis 5—7 jugis, ovatis vel oblongo-ellipticis, obtusis; stipulis semisagittatis, integris; racemis laxiusculis, multifloris, folio longioribus, non comosis; calycis basi gibbi, laciniis inferioribus lanceolato-subulatis, tubo aequilongis, superioribus triangularibus brevibus; corolla violacea, coeruleo-variegata, calyce 3—4plo longiore, vexilli lamina ab ungue indistincta; legumine lineari-rhombeo, etiam maturo parce hirto, stipite tubo calycis longiore suffulto; seminibus globoso-compressis, hilo peripheria 6 plo breviore. — A *V. ambigua* Guss. pr. II. p. 435, syn. II. p. 294 ut videtur tantum legumine hirto distincta.

In sepibus et dumosis regionis inferioris et montanae. Thessalia: mt. Ghavellu (Haussk.); Aetolia: pr. Vrachori (Samarit.), Karpenisi (Guicc.); Phocis: mt. Parnassus pr. Rachova (Heldr.); Boeotia: pr. Lebadea (Orph.); Attica: mt. Parnes pr. Tatoi, ad Ilyssum (Heldr.), pr. Oropos (Orph.), Laurion (Haussk.); pr. Mulki insulae Salamis, ad Acrocorinthum (Heldr.); Argolis: peninsula Methana, pr. Nauplia (Haussk.); Achaia: mt. Korfi pr. Xylocastron (Orph.); Laconia: mt. Malevo (Orph.),

Taygetos (Sart.); insula Aegina (Heldr.); Creta: pr. Canea (Weiss). — Apr. Jul. ⊙.

25. **V. microphylla** Urv. enum. p. 87; Friedr. Reise p. 269 et 271; Bois. diagn. IX. p. 117, Fl. or. II. p. 592; Ung. Reise p. 141; Weiss in z. b. G. 1869 p. 751; Heldr. cat. herb. Orph. p. 49, Fl. cephalon. p. 34, Fl. Aegina p. 296, chlor. Thera p. 12; Spreitz. in z. b. G. 1887 p. 659; Haussk. symb. p. 68; Forsyth in bull. herb. Bois. III. p. 87. — Exsicc.: Heldr. herb. norm. n. 199, herb. dimorph. n. 27. —

Caulibus debilibus, tenuibus, brevibus, scandentibus; foliis cirrhiferis, foliolis 4—5 jugis, ovato-oblongis obtusis; stipulis semisagittatis, integris; racemis laxis, 4—6 floris, folio longioribus, non comosis; calycis basi gibbi laciniis inferioribus lanceolatis tubo brevioribus, superioribus triangularibus brevibus; corolla violacea, calyce 3—4plo longiore, vexilli lamina ab ungue indistincta; legumine oblongo-rhombeo, adpresse hirto tandem glabrato, stipite tubo calycis longiore suffulto; seminibus globoso-compressis, hilo peripheria decuplo breviore. — Forma typica a praecedente caulibus debilibus plerisque abbreviatis, basi ramosissimis, foliolis minutis, 3—5 mm. longis, racemis paucifloris laxissimis, leguminibus tandem glabratis et stylo longius hirto facile distinguenda, attamen formis robustioribus transitum ad eam praebere videtur. Talis est:

β. **elongata.** Caulibus elongatis, foliolis 2—3plo majoribus, floribus plerumque pallidioribus. — Exsicc.: Heldr. herb. norm. n. 1232.

In collibus saxosis, inter phrygana regionis inferioris et submontanae. Attica: in colle Ardetto et Lycabetto Athenarum, mt. Parnes, Hymettus (Heldr.), pr. Stadion (Orph.); Euboea: pr. Loto (Ung.), in Petaliarum insulis (Holzm.); Argolis: pr. Nauplia (Sart.); Achaia: pr. Trikala, Xylocastron (Orph.); insula Aegina, Poros (Friedr.), Syra (Weiss), Melos (Urv.), Myconos (Sart.), Thera (Heldr.); Cephalonia: pr. Argostoli (Heldr.); Leucas: ad monasterium Hagios Georgios (Spreitz.). — Mart. Apr. ⊙.

;; Planta molliter villosa; flores apice atropurpurei; legumen sericeo-villosum.

26. **V. benghalensis** L. sp. p. 736; S. et S. pr. II. p. 70; Ch. et B. exp. p. 209, Fl. pelop. p. 48; Bois. fl. or. II. p. 592. — *V. atropurpurea* Desf. fl. atl. II. p. 164. — Icon: Vent. hort. Cels. t. 84. — Exsicc.: Heldr. et Hal. fl. aegaea a. 1889.

Caulibus adscendentibus vel scandentibus; foliis cirrhiferis, foliolis 5—9 jugis, oblongis linearibusve, obtusis vel acutis; stipulis semisagittatis, saepe dentatis; racemis laxiusculis, 4—12 floris, folio brevioribus vel aequilongis; calycis basi non gibbi laciniis subulatis, inferioribus tubo sublongioribus, superibus multo brevioribus; corolla ex albo purpurascente, calyce duplo longiore, carina et vexillo apice atropurpureis; legumine lineari-rhombeo, stipite tubo calycis breviore suffulto; seminibus compresso-globosis, hilo peripheria 5plo breviore.

In arenosis graminosis regionis inferioris, rarissime. **Argolis** (Sibth.): Messene (Chaub.); Cycladum insula Kimolos (Leon.). — **Mart. Maio.** ⊙.

b. Pedunculi 1—5 flori, floribus saepius parvis pallidis; legumen saepius oligospermum.

α. Stylus a latere compressus, circumcirca hirsutus; stipulae bipartitae.

27. **V. calcarata** Desf. fl. atl. II. p. 166. — *V. monantha* Retz obs. III. p. 39, non Desf. — *V. triflora* Ten. fl. nap. pr. p. 42. — Icon: Ten. fl. nap. V. t. 172. — Exsicc.: Heldr. pl. fl. hellen. a. 1878.

Parce pubescens; caulibus erectis vel adscendentibus, rigidiusculis; foliis cirrhiferis, foliolis 5—8 jugis, oblongo-linearibus linearibusve, obtusis; stipulis semihastato-bipartitis; pedunculis 1—5 floris, folio brevioribus; calycis basi gibbi laciniis inferioribus triangulari-lanceolatis, tubo brevioribus, superioribus breviter triangularibus; corolla pallide violacea, **15** mm. longa, vexilli lamina ungue breviore, carina subtus sensim curvata; legumine late lineari-oblongo, glabro, 5—6 spermo, stipite tubo calycis breviore suffulto; seminibus subglobosis, hilo peripheria 6plo breviore.

In arvis, inter segetes regionis inferioris, rarissime, hucusque tantum in insula Salamis (Heldr.). — Mart. Maio. ⊙.

β. Stylus a dorso compressus, circumcirca hirsutus; stipulae integrae.

28. **V. cretica** Bois. et Heldr. diagn. IX. p. 118, Fl. or. II. p. 588; Raul. cret. p. 747. — Exsicc.: Heldr. pl. cret. n. 1439.

Parce hirtula; caulibus filiformibus, prostratis; foliis cirrhiferis, foliis 3—5 jugis, ellipticis linearibusve, acutiusculis; stipulis semisagittatis; pedunculis 2—3 floris, folium aequantibus; calycis basi gibbi laciniis inferioribus lanceolatis, tubo aequilongis, superioribus breviter triangularibus; corolla 12—16 mm. longa, calyce 2 ½ plo longiore, vexilli lamina violacea, ungui aequilonga, carina apice violacea, subtus angulo fere recto curvata, alis pallidis; legumine (juniore) lineari-rhombeo, glabro, 3—4 spermo, stipite tubo calycis longiore suffulto; seminibus maturis ignotis.

β. **major** Heldr. pl. fl. hellen. a. 1878 pro var. *V. Spruneri*. — Foliis amplioribus, oblongis vel ellipticis, obtusis; corolla ochroleuca.

γ. **aegaea**. — Foliolis oblongis, obtusis; calycis laciniis superioribus lanceolatis, tubo parum brevioribus; corolla ochroleuca, carina apice tantum violacea. — Exsicc.: Dörfl. fl. aegaea n. 29.

In locis saxosis dumosis regionis inferioris. Creta: mt. Malaxa infra Nerokuru (Raul.), pr. Hagios Joannes ad radices mt. Aphendi Kavutsi eparchiae Sitia (Heldr.). — *β*. Pharmacusarum insula Leros (Heldr.); — *γ*. Naxos (Leon.). — Mart. Maio. ⊙.

29. **V. Spruneri** Bois. diagn. IX. p. 119; Weiss in z. b. G. 1869 p. 751. — *V. cretica β Spruneri* Bois. fl. or. II. p. 588; Heldr. cat. herb. Orph. p. 49; Haussk. symb. p. 69; Boissieu in bull. soc.

bot. Fr. 1896 p. 285. — Exsicc.: Heldr. herb. norm. n. 299 et 1027, herb. dimorph. n. 28.

Parce hirtula; caulibus filiformibus, prostratis; foliis cirrhiferis, foliolis 3—5 jugis, oblongis vel ellipticis, acutiusculis; stipulis semisagittatis; pedunculis 1—3 floris, folio brevioribus; calycis basi gibbi laciniis inferioribus triangulari-lanceolatis, tubo paulo brevioribus, superioribus brevissime triangularibus; corolla 9—12 mm. longa, calyce 3—4plo longiore, vexilli lamina violacea, ungue subbreviore, carina apice violacea, subtus angulo obtuso curvata, alis intense violaceis; legumine lineari-rhombeo, glabro, 3—4 spermo, stipite tubo calycis longiore suffulto; seminibus compresso-globosis, hilo peripheria decuplo breviore. — Differt a praecedente calycis laciniis brevioribus, corolla manifeste minori, intensius violacea, carina sensim curvata.

In dumetis regionis mediae, suffruticibus spinosis adhaerens. Phthiotis: mt. Oeta (Sprun.); Attica: mt. Parnes, Pentelicon, Hymettus, insula Salamis (Heldr.); insula Hydra: mt. Eros (Heldr.), insula Keos (Boissieu), Syra, Tenos (Weiss), Melos (Armenis). — Apr. Maio. ⊙.

γ. Stylus filiformis, glaber vel apice puberulus.

× Pedunculi 1—2 flori, stipulae laciniatae; flores 10 mm. longi; stylus apice puberulus.

30. **V. monanthos** L. sp. p. 738; Ch. et B. fl. pelop. p. 48; Friedr. Reise p. 273; Ung. Reise p. 140 (*Ervum*); Desf. fl. atl. II. p. 165; Bois. fl. or. II. p. 592, suppl. p. 194; Heldr. chlor. Thera p. 12. — *Lathyrus monanthos* Willd. sp. III. p. 1083; S. et S. pr. II. p. 67. — *Cracca monanthos* Gr. et Godr. fl. fr. I. p. 471. — *Parallosa monanthos* Alef. in ö. b. Z. 1859 p. 359. — Exsicc.: Heldr. fl. thessal. a. 1883.

Glabra; caulibus adscendentibus vel diffusis; foliis cirrhiferis, foliolis 5—7 jugis, linearibus, apice retusis; stipulis biformibus, altera sessili lineari-acuta, altera stipitata palmatim in 12—15 lacinias setaceas partita; pedunculis unifloris, rarissime bifloris, folio brevioribus vel subaequilongis; calycis laciniis lanceolato-subulatis, aequalibus, tubo sublongioribus; corolla coerulescente, calyce subtriplo longiore; legumine oblongo-lineari, 2—4 spermo, glabro, stipite tubo calycis breviore suffulto; seminibus lenticularibus, hilo oblongo-lineari.

In cultis regionis inferioris et montanae. Thessalia: pr. Portaria in mt. Pelion (Heldr.); Peloponnesus (Sibth.): in isthmo Dara Argolidis (Friedr.); Cycladum insula Thera (Heldr.); Cephalonia (Ung.). — Apr. Maio. ⊙.

31. **V. smyrnaea** Bois. diagn. ser. 2. II. p. 38, Fl. or. suppl. p. 194; Weiss in z. b. G. 1869 p. 752. — *Parallosa dianthos* Alef. in ö. b. Z. 1861 p. 369. —

Differt a praecedente, foliolis 6—9 jugis, stipula altera palmatim in 5—8 lacinias setaceas partita; pedunculis bifloris, raro unifloris; seminibus hilo oblongo brevi.

In insula Hydra (Pichl.) et Tenos (Weiss). — Maio, Jun. ⊙. N. v.

×× Pedunculi 2—6 flori; stipulae integrae vel inferiores laciniatae; stylus apice glabriusculus; flores minimi, 5 mm. longi.

31. **V. hirsuta** L. sp. p. 738; Haussk. symb. p. 89; Bald. riv. coll. bot. Alb. 1896 p. 49 (*Ervum*); Koch syn. p. 191; Ung. Reise p. 141; Bois. fl. or. II. p. 595; Spreitz. in z. b. G. 1877 p. 727; Heldr. cat. herb. Orph. p. 50. — Icon: Fl. dan. t. 639. — Exsicc.: Heldr. pl. fl. hellen. a. 1878.

Hirsuta vel glabrescens; caulibus scandentibus; foliis cirrhiferis, foliolis 8—10 jugis, linearibus, obtusis vel retusis; pedunculis folio aequilongis vel brevioribus; calycis laciniis subaequalibus, lineari-subulatis, tubo longioribus; corolla albido-coerulescente, calyce parum longiore; legumine oblongo-rhombeo, dispermo, pubescente, stipite calyce breviore suffulto; seminibus globoso-subcompressis, hilo lineari.

In arvis, inter segetes regionis inferioris et submontanae. Epirus: mt. Olycika (Bald.); Thessalia: ad monasterium Korona (Haussk.); Attica: pr. Athenas (Orph.), mt. Parnes (Sprun.), ad Hagios Mercurios (Ung.), mt. Hymettus (Heldr.); Laconia: mt. Taygetos (Sart.); Corcyra: mt. Deka (Spreitz.). — Apr. Jun. ⊙.

Obs. *V. erviformis* Bois. voy. bot. esp. p. 191 = *Ervum vicioides* Desf. fl. atl. II. p. 168, a S. et S. pr. II. p. 74 in Graecia, atque *V. leucantha* Biv. stirp. sic. manip. I. p. 3 a, Friedr. Reise p. 277 in insula Poros probabiliter erronee indicantur.

3. Sectio. *Ervum* Willk. et Lange pr. fl. hisp. III. p. 307. — Stylus filiformis, non barbatus, sed circumcirca pubescens; legumen stipitatum, compressum, apice rotundatum, erostre, 3—6 spermum. — Herbae annuae, tenerae, floribus minutis.

a. Pedunculi 2—5 flori, aristati, folio duplo longiores.

32. **V. gracilis** Lois. fl. gall. p. 460; Bois. fl. or. II. p. 596; Heldr. cat. herb. Orph. p. 50, Fl. cephalon. p. 35, Fl. Aegina p. 296. — *Ervum gracile* DC. cat. hort. monsp. p. 109; Haussk. symb. p. 70, Hal. in ö. b. Z. 1897 p. 93. — *E. tetraspermum β majus* Ch. et B. exp. p. 211, Fl. pelop. p. 48. — Icon: Lois. fl. gall. ed. 2 t. 12. — Exsicc.: Heldr. herb. norm. n. 127.

Glabriuscula; caulibus scandentibus; foliis cirrhiferis, foliolis 3—4 jugis, linearibus, acutis; stipulis semihastatis, integris; calycis laciniis triangularibus, subaequalibus, tubo brevioribus; corolla coerulescente, calyce duplo longiore; legumine lineari, 5—6 spermo, glabro; seminibus globosis, hilo ovato, peripheria plus decuplo breviore.

Inter frutices regionis inferioris et submontanae. Aetolia (Nieder); Boeotia: mt. Onion (Heldr.); Attica: mt. Cithaeron (Orph.), in oliveto Athenarum (Sprun.), mt. Pentelicon pr. Geraka et Pikermi (Heldr.); ad Acrocorinthum (Haussk.); Argolis: pr. Nauplia (Orph.); Messenia (Chaub.); insula Aegina: mt. Oros (Heldr.); Sporadum insula Scopelos (Leon.): Cephalonia: pr. Lixuri (Heldr.). — Mart. Maio. ⊙.

β. Pedunculi 1—5 flori, non vel vix aristati, folio subaequilongi vel sublongiores.

33. **V. tetrasperma** L. sp. p. 738; Pieri corc. fl. p. 203; Haussk. symb. p. 70 (*Ervum*); Moench. meth. p. 148. — *V. gemella* Crantz stirp. austr. V. p. 389. — Icon: Fl. dan. t. 95.

Glabra vel parce hirtula; caulibus scandentibus; foliis cirrhiferis, foliolis 3—5 jugis, linearibus, obtusis; stipulis, semihastatis, integris; pedunculis 1—rarius 2 floris, folio subaequilongis; calycis laciniis triangularibus, inaequalibus, tubo brevioribus; corolla pallide lilacina, calyce plus duplo longiore; legumine lineari, 4— (rarius 3 vel 5) spermo, glabro; seminibus globosis, hilo lineari-oblongo, peripheria quintuplo breviore.

In herbidis, cultis regionis inferioris et submontanae. Thessalia: ad monasterium Korona in Pindo dolopico (Haussk.); Argolis: peninsula Methana (Haussk.); Corcyra (Pieri). — Apr. Jun. ⊙ N. v.

34. **V. pubescens** DC. cat. hort. monsp. p. 109; Marg. et R. fl. Zante p. 44; Haussk. symb. p. 70; Hal. in ö. b. Z. 1897 p. 93 (*Ervum*); Link Handb. II p. 190; Bois. fl. or. II. p. 596; Heldr. cat. herb. Orph. p. 50. — *Ervum Biebersteinii* Guss. fl. sic. pr. II. p. 445. — *V. Biebersteinii* Guss. fl. sic. syn. II. p. 297. — *V. ervoides* Hampe in Flora XXV p. 61. — *E. Biebersteinii v. hymettia* Bois. et Heldr. diagn. IX p. 115. — *E. pubescens v. tetraspermum* Weiss in z. b. G. 1869 p. 752. — *V. tetrasperma* Raul. cret. p. 746, non Moench. — Exsicc.: Heldr. herb. norm, n. 526.

Puberula; caulibus scandentibus; foliis cirrhiferis, foliolis 3—5 jugis, foliorum inferiorum ovatis, superiorum ellipticis; stipulis inferioribus semihastatis, superioribus lineari-lanceolatis; pedunculis 1—5 floris, folio sublongioribus; calycis laciniis lanceolato-acuminatis, inaequalibus, tubo longioribus; corolla albido-coerulescente, calyce subduplo longiore; legumine lineari, 4—6 spermo, glabrato vel pubescenti; seminibus globosis, hilo ovato, peripheria decuplo breviore. — Differt a praecedentibus praeter notas indicatas, calycis laciniis lanceolato-subulatis tubo longioribus.

In dumosis, herbidis, collibus saxosis. Attica: pr. Athenas, mt. Cithaeron (Orph.), Parnes pr. Dekeleia, Pentelicon pr. Pikermi (Heldr.), Hymettus (Bois.); Sporadum insula Scopelos (Leon.); Creta: pr. Canea (Weiss), Anopolis in mt. Sphacioticis (Heldr.); Zante (Marg.). — Apr. Maio. ⊙.

4. Sectio. *Ervilia* Link. en. hort. berol. II. p. 240 pro gen. — Stylus filiformis, non barbatus, sed apice circumcirca pubescens; legumen oblongo-lineare, stipitatum, subcompressum, moniliforme-torulosum, breviter rostratum, 2—4 spermum.

35. **V. ervilia** L. sp. p. 738; S. et S. pr. II. p. 74; Marg. et R. fl. Zante p. 44; Friedr. Reise p. 277; Heldr. Nutzpfl. p. 71; Weiss in z. b. G. 1869 p. 752; Haussk. symb. p. 70; Heldr. chlor.

Thera p. 28 (*Ervum*); Willd. sp. III. p. 1103; **Fraas fl. class. p. 54**; Raul. cret. p. 746; Bois. fl. or. II. p. 595; Heldr. cat. herb. Orph. p. 50. — Icon: Fl. gr. t. 702. — Exsicc.: Orph. herb. n. 3345.

Adpresse puberula; caulibus erectis, firmis; foliis mucroniferis, foliolis 8—12 jugis, oblongo-linearibus, retusis; stipulis semihastatis, setaceo-dentatis; pedunculis 2—4 floris, folio brevioribus; calycis laciniis subulatis, tubo longioribus; corolla albida, violaceo-venosa, calyce sublongiore; seminibus globosis, hilo ovato.

In agris, vineis, inter segetes regionis inferioris et submontanae subspontanea et culta. Thessalia: pr. Aivali (Haussk.); Aetolia: ad lacum Trichonis (Reis.), mt. Korax (Heldr.); Attica (Orph.); Laconia: mt. Malevo (Orph.); insula Poros (Friedr.), Thera (Heldr.); Creta: pr. Canea (Weiss), in peninsula Acroteri (Raul.); Zante (Marg.). — Apr. Jun. ⊙.

Obs. *V. bicolor* Friedr. Reise p. 283 e mt. Ithome Messeniae mihi ignota est.

42. Ervum L. gen. n. 874 exp.

a. Legumen glabrum.

1. **E. lens** L. sp. p. 738; S. et S. pr. II. p. 75; Dallap. prosp. p. 99; Marg. et R. fl. Zante p. 44; Fraas fl. class. p. 56; Heldr. Nutzpfl. p. 71; Weiss in z. b. G. 1869 p. 752; Bois. fl. or. II. p. 598; Heldr. fl. cephalon. p. 35, chlor. Thera p. 28. — *Lens esculenta* Moench. meth. p. 131. — *Cicer lens* Willd. sp. III. p. 1114. — Icon: Riv. tetr. irr. t. 35. — Exsicc.: Baen. pl. corc. a. 1896.

Pubescens; caule erecto; foliis saltem superioribus cirrhiferis, foliolis 5—6 jugis, oblongo-linearibus; stipulis lanceolatis, integris; pedunculis 1—3 floris, aristatis, folio subaequilongis; calycis laciniis subulatis, tubo multo longioribus; corolla albida, violaceo-striata, calyce aequilonga; legumine ovato-rhombeo, stipulato, 1—2 spermo; seminibus lenticularibus.

Inter segetes, ad agrorum margines hinc inde subspontanea; frequenter colitur. — Maio, Jun. ⊙.

2. **E. nigricans** M. a. B. fl. taur. cauc. II. p. 164; Weiss in z. b. G. 1869 p. 752; Bois. fl. or. II. p. 598; Heldr. cat. herb. Orph. p. 46; Spreitz. in z. b. G. 1877 p. 727. — *Lens nigricans* Godr. fl. lorr. I. p. 173. — *L. Biebersteinii* Lamotte pr. fl. plat. centr. p. 220. — *E. nigricans v. Biebersteinii* Burn. fl. alp. marit. II. p. 191; Bald. riv. coll. bot. Alb. 1895 p. 29, 1896 p. 50. — Icon: Mor. fl. sard. t. 71. — Exsicc.: Heldr. herb. norm. n. 527; Bald. it. alb. epir. IV p. 73.

Hirtum; caulibus adscendentibus vel erectis; foliis mucroniferis, superioribus interdum cirrhiferis, foliolis 3—4 jugis, foliorum inferiorum obovatis, superiorum oblongo-linearibus; stipulis semihastatis, dentatis; pedunculis 1—2 floris, aristatis, folio longioribus; calycis laciniis subulatis, tubo multo longioribus; corolla coerulea, calyce aequilonga vel

breviore; legumine quadrato-rhombeo, 1—2 spermo; seminibus lenticularibus.

In saxosis, pinetis regionis inferioris et submontanae. Epirus: mt. Olycika, Micikeli (Bald.); Attica: mt. Pentelicon pr. Pikermi et Marussi (Heldr.); Ithaca: pr. Vathy (Spreitz.); Creta: pr. Canea (Weiss). — Apr. Jun. ⊙.

b. Legumen pubescens.

3. **E. lenticula** Schreb. in Sturm. deutschl. fl. I. heft. 32; Bois. fl. or. II. p. 599; Haussk. symb. p. 70. — *E. uniflorum* Ten. fl. neap. pr. suppl. II. p. 68. — ? *E. nigricans v. uniflorum* Bald. riv. coll. bot. alb. 1896 p. 50. — Icon: Ten. fl. nap. t. 172. — Exsicc.: Held. et Hal. fl. aeg. a. 1896.

Differt a praecedente indumento adpresse puberulo; foliolis 2—4jugis; stipulis semihastatis, integris; pedunculis saepissime uni, raro bifloris, muticis; calycis laciniis corolla subbrevioribus; legumine minori, adpresse pubescenti.

In herbidis regionis inferioris et submontanae. Epirus: mt. Micikeli (Bald.); Attica: mt. Parnes (Heldr.); Argolis: pr. Vromolimni (Haussk.); Achaia: pr. Psatopyrgos (Reis.); Sporadum insula Scopelos (Leon.). — Apr. Maio. ⊙.

Obs. *Phaseolus vulgaris* L. sp. p. 723, *P. nanus* L. amoen. IV p. 284 et *P. coccineus* L. sp. p. 724 ad usum oeconomicum frequenter coluntur, hinc inde etiam *Dolichos melanophthalmus* DC. pr. II. p. 400; in ambulacris *Sophora japonica* L. mant. p. 68. —

XXXIII. Ordo. Amygdalaceae Juss. gen. p. 340.

1. Amygdalus L. gen. n. 619.

1. **A. communis** L. sp. p. 473; S. et S. p. 337; Pieri corc. fl. p. 61; Sieb. avis p. 4, rem. p. 4; Ch. et B. exp. p. 139, Fl. pelop. p. 31; Fraas fl. class. p. 67; Heldr. Nutzpfl. p. 67; Raul. cret. p. 749; Bois. fl. or. II. p. 641; Form. in D. bot. Mon. 1891 p. 55, in Ver. Brünn 1895 p. 44, 1896 p. 109, 1897 p. 77; Haussk. symb. p. 70; Bald. viagg. Creta p. 47; Hal. Beitr. fl. thessal. p. 11. — *A. amara* Hayne Arzneigew. IV. p. 39; Dallap. prosp. p. 65, Fraas fl. class. p. 67; Raul. cret. p. 750. — *A. communis v. amara* DC. fl. fr. IV. p. 486; Heldr. fl. cephalon. p. 35, Fl. Aegina p. 296, chlor. Thera p. 12. — *A. communis v. dulcis* DC. l. c.; Dallap. prosp. p. 65; Marg. et R. fl. Zante p. 46; Heldr. fl. cephalon. p. 35, Fl. Aegina p. 297, chlor. Thera p. 27. — *A. orientalis* Friedr. Reise p. 266, non Ait. — Icon: Lam. enc. bot. t. 430. — Exsicc.: Sint. it. thessal. n. 499.

In sepibus, locis silvaticis per totam ditionem ut dicitur sponte; frequenter colitur. — Jan. Mart. ♄.

Obs. *A. persica* L. sp. p. 472: Dallap. prosp. p. 66; Ch. et B. exp. p. 139, Fl. pelop. p. 31; Fraas fl. class. p. 68. — *Persica vulgaris* Mill. dict. n. 1; Marg. et R. fl. Zante p. 86; Heldr. Nutzpfl. p. 67, Fl. cephalon. p. 35, chlor. Thera p. 27; Raul. cret. p. 750; Bois. fl. or. II. p. 640. — Frequenter colitur.

2. Prunus L. gen. n. 620.

1. Sectio. *Padus* Koch syn. p. 207. — Flores corymbosi vel racemosi; drupa subglobosa, glabra, epruinosa; pyren subglobosum, reticulato-rugosum.

1. **P. laurocerasus** L. sp. p. 474; S. et S. pr. I. p. 338; Ch. et B. exp. p. 139, Fl. pelop. p. 31. — Icon: Hayne Arzneigew. t. 41.

Fruticosa vel arborescens; foliis coriaceis, persistentibus, oblongo-lanceolatis, breviter petiolatis, integris vel remote serrulatis, subtus ad nervum medium 2—4 glandulosis; floribus in racemos breves, erectos dispositis; drupis parvis, nigris, acerbis.

In agro Laconico (Sibth.). — Apr. Maio. ♄. N. v.

2. **P. mahaleb** L. sp. p. 474; S. et S. pr. I. p. 338; Ch. et B. exp. p. 140, Fl. pelop. p. 31; Friedr. Reise p. 281; Fraas fl. class. p. 68; Heldr. Nutzpfl. p. 69; Bois. fl. or. II. p. 649; Chloros Waldverh. p. 34; Haussk. symb. p. 70; Bald. in nuovo giorn. bot. ital. 1894 p. 94, riv. coll. bot. alb. 1895 p. 30; Form. in Ver. Brünn 1896 p. 109. — Icon: Jacq. fl. austr. t. 227. — Exsicc.: Bald. it. alb. epir. III. n. 42; Sint. it. thessal. n. 190.

Fruticosa vel arborescens; foliis caducis, ovato-rotundatis, breviter acuminatis, basi saepe subcordatis, longiuscule petiolatis, crenulatis; floribus in corymbos erectos dispositis; drupis parvis, nigris, acidis.

In silvaticis regionis montanae. Epirus: pr. Delvinon, Suli, mt. Murga distr. Paramythia (Bald.); Thessalia: mt. Baba pr. Klinovo (Heldr.), pr. Krania (Form.), Malakasi (Haussk.); Eurytania: pr. Mikrochorio (Samar.); Phthiotis (Heldr.); mt. Korax, Parnassus (Fraas); Euboea: mt. Kandyli (Wild); Arcadia: mt. Diaforti pr. Andrizena (Friedr.), pr. Phigalea (Chaub.); Laconia (Sibth.): pr. Mistra (Chaub.), Aspra Spilaea et Megali Anastasova in mt. Taygetos (Heldr.). — Apr. Maio. ♄.

2. Sectio. *Cerasus* Koch syn. p. 206. — Flores gemini vel umbellati; drupa subglobosa vel ovoidea, glabra, epruinosa; pyren subglobosum, laeve.

a. Flores in umbellas sessiles dispositi, pedunculati; calycis tubus campanulatus.

3. **P. avium** L. fl. suec. p. 165; Dallap. prosp. p. 67; Fraas fl. class. p. 68; Heldr. Nutzpfl. p. 68; Haussk. symb. p. 70; Form. in Ver. Brünn 1896 p. 109, 1897 p. 77. — *P. cerasus v. actiana et avium* L. sp. p. 474. — *Cerasus avium* Moench meth. p. 672; Marg.

et R. fl. Zante p. 85; Raul. cret. p. 750; Bois. fl. or. II. p. 649; Heldr. fl. cephalon. p. 35. — *P. cerasus* S. et S. pr. I. p. 338. — Icon: Fl. dan. t. 1647. —

Arborea; foliis ellipticis, acuminatis, subrugosis, serratis, subtus puberulis; petiolo biglanduloso; squamis gemmarum floriferarum aphyllis; drupa globosa, dulci.

In silvis montanis. Sponte pr. Krania, Chaliki, Korona (Haussk.), Malakasi, Said Pascha, Bisula (Form.) in Pindo; Aetolia (Fraas); mt. Parnassus (Sibth.); Laconia: mt. Parnon (Fraas); saepe colitur. — Mart. Apr. ♄.

Obs. *P. cerasus* L. sp. p. 474 p. p.; Ch. et B. exp. p. 140, Fl. pelop. p. 31; Heldr. Nutzpfl. p. 69. — *Cerasus Caproniana* DC. pr. II. p. 536; Heldr. fl. cephalon. p. 35. — Differt a praecedente foliis planis, glabris; petiolo eglanduloso; squamis interioribus foliiferis; drupa acida. — Colitur.

b. Flores subsolitarii, subsessiles; calycis tubus cylindricus, basi ventricosus.

4. **P. prostrata** Lab. pl. syr. dec. I. p. 15 t. 6; S. et S. pr. I. p. 340; Sieb. avis p. 4, rem. p. 4, in Flora I. p. 276; Fraas fl. class. p. 69; Spreitz. in z. b. G. 1890 p. 294; Hal. Beitr. fl. Achaia p. 19, in z. b. G. 1899 p. 712. — *Cerasus prostrata* Ser. in DC. pr. II. p. 538; Raul. cret. p. 750; Bois. fl. or. II. p. 648; Heldr. chlor. Parn. p. 16; Bald. viagg. Creta p. 47, riv. coll. bot. Alb. 1896 p. 54. — Icon: Fl. gr. t. 478.

Fruticosa, nana; ramis divaricatis, tortuosis, intricatis; foliis ovatis, obovatis vel orbiculatis, brevissime petiolatis, argute serratis; petalis ovatis, retusis, roseis; drupa ovato-globosa, rubra.

α. **discolor** Raul. cret. p. 750. — Folia subtus cano-tomentosa. — Exsicc.: Heldr. herb. norm. n. 626 et 1326; Bald. it. alb. epir. III. n. 48.

β. **concolor** Bois. fl. or. II. p. 648. — Folia utrinque glabra. — Exsicc.: Rev. pl. cret. n. 241.

In rupestribus, regionis abietinae et alpinae, var. *β* frequentior. Epirus: mt. Olycika et Cepelovon (Bald.); Thessalia: mt. Ptera in Agrapha (Neumayer); Aetolia: mt. Tymphrestus (Heldr.); mt. Parnassus (Sibth.), Cithaeron, Parnes (Heldr.), Epanokrepa, Dirphys Euboeae (Fraas); Peloponnesus: mt. Chelmos (Hal.), Taygetos (Heldr.); Creta: mt. Sphaciotici, Ida (Sibth.), Lassiti, Aphendi Kavutsi (Raul.). — Maio. Jul. ♄.

3. Sectio. *Prunus* Koch syn. p. 205. — Flores solitarii vel gemini; drupa subglobosa vel ellipsoidea, glabra, pruinosa; pyren compressum, laeve vel laeviter reticulato-rugosum.

a. Drupa parva, erecta.

5. **P spinosa** L. sp. p. 475; S. et S. pr. I. p. 339; Marg. et R. fl. Zante p. 45; Fraas fl. class. p. 69; Ung. Reise p. 139; Heldr. Nutzpfl. p. 68; Bois. fl. or. p. 650; Haussk. symb. p. 70; Form. in

D. bot. Monat. 1891 p. 55, in Ver. Brünn 1895 p. 44, 1896 p. 108. — *P. gracilis* Fraas fl. class. p. 70 solum nomen. — Icon: Fl. dan. t. 926. — Exsicc.: Heldr. herb. fl. hellen. a. 1878.

Fruticosa, divaricatim ramosa, spinosa; ramulis junioribus glabris vel puberulis; foliis lanceolatis vel ellipticis, serratis, glabratis, acutis vel obtusiusculis; floribus solitariis geminisve, pedunculis saepissime glabris; drupa globosa, atro-coerulea, acida. — Occurrit pedunculis pubescentibus et tunc aut ramulis dense pubescentibus longe spinosis, drupa majori (*v. eriophora* Haussk. l. c. p. 71), aut ramulis glabris breviter spinosis drupa minori (*v. thessala* Haussk. l. c.).

In dumetis regionis inferioris et montanae. Thessalia: pr. Rapsani in Olympo, Kastania, Han Kriavris in valle Penei, Kalabaka, Velestinos (Form.), Pharsalus, Orman Magula, in Pindo (Haussk.), in valle Sperchii pr. Phteri et Hypati Phthiotidis (Fraas); Attica: in valle Cephissi (Heldr.); Elis: mt. Olenos (Heldr.); Laconia: mt. Malevo (Orph.); Zante (Marg.); Corcyra (Ung.): pr. Canali (Form.). — Mart. Apr. ♄.

b. Drupa majuscula, nutans.

6. **P. pseudarmeniaca** Heldr. et Sart. in Bois. diagn. ser. 2, V. p. 96, Fl. or. II. p. 650; Heldr. Nutzpfl. p. 68, chlor. Parn. p. 16; Hal. in z. b. G. 1888 p. 750, Beitr. fl. Epir. p. 20, Beitr. fl. Thessal. p. 11, Beitr. fl. Achaia p. 19; Haussk. symb. p. 70; Form. in Ver. Brünn 1896 p. 109, 1897 p. 77. — Exsicc.: Heldr. herb. norm. n. 673.

Fruticosa vel arborea, inermis; ramulis glabris; foliis ellipticis vel elliptico-spathulatis, crenato-denticulatis, glabris, acutis vel obtusiusculis; floribus geminis, pedunculis brevissimis, glabris; drupa ovato-globosa, acidula, flavida, demum purpureo-suffusa. — A sequente glabritie, foliis minutis et pedunculis brevissimis differt.

In silvaticis regionis montanae et subalpinae. Epirus: pr. Theodoriana, Pramanta (Hal.); Thessalia: mt. Oxya (Hal.), pr. Velitza, Krania, Chaliki, Malakasi, mt. Ghavellu, pr. Sermenikon (Haussk.), Said Pascha, Koturi, Klinovo in Pindo, pr. Cuka et Phlambures in mt. Chassia, mt. Pirgo, Alaforvis et Katasara in mt. Othrys (Form.), mt. Oeta (Heldr.); mt. Kiona (Hal.), mt. Parnassus, mt. Parnes, mt. Dirphys Euboeae (Heldr.); Peloponnesus: mt. Kyllene (Heldr.), pr. Sudena et Planiteri in mt. Chelmos (Hal.); colitur etiam. — Apr. Maio. ♄.

7. **P. insititia** L. amoen. IV. p. 273; Fraas fl. class. p. 69; Heldr. Nutzpfl. p. 68; Bois. fl. or. II. p. 651; Form. in D. bot. Monat. 1891 p. 55, in Ver. Brünn 1896 p. 108; Bald. in nuovo giorn. bot. ital. 1894 p. 94. — Icon: Hart. Forstpfl. t. 93. — Exsicc.: Heldr. herb. norm. n. 1325.

Fruticosa vel arborea, interdum spinosa; ramulis pubescentibus, rarius glabris; foliis ovato-ellipticis, serratis, obtusis, subtus pubescentibus; floribus subgeminis, pedunculis tenuissime pubescentibus; drupa globosa, dulci, colore variabili.

In dumetis praesertim montanis. Epirus: pr. Vutzindro, dumeta constituens (Bald.); Thessalia: pr. Tafilvris, Godaman, mt. Kerfi pr.

Diodendron, Nezeros et Rapsani in mt. Olympo, pr. Selicany et Spilia in mt. Ossa (Form.); Attica: mt. Parnes (Heldr.); Aetolia (Heldr.); Achaia: mt. Olenos (Heldr.); Laconia: mt. Malevo (Orph.); colitur etiam. — Apr. Maio. ♄.

8. **P. divaricata** Led. ind. sem. hort. Dorp. 1824 p. 6; Haussk. symb. p. 70. — Icon: Ledeb. ic. ross. t. 13. — Exsicc.: Sint. it. thessal. n. 191.

Fruticosa vel arborea, inermis, rarius spinescens; ramis elongatis, divaricatis, ramulis glabris; foliis oblongis, acuminatis, serratis, subtus ad nervum medium albo-barbatis; floribus subsolitariis; pedunculis glabris; drupa elliptica vel globosa, acidula, flava.

In regione silvatica. Thessalia: pr. Kalabaka (Sint.), Sermenikon (Haussk.), in oropedio Neuropolis pr. Pezula in Pindo dolopico (Heldr.). — Apr. Maio. ♄.

Obs. *P. domestica* L. sp. 475; S. et S. pr. I. p. 339; Dallap. prosp. p. 68; Ch. et B. exp. p. 140, Fl. pelop. p. 31; Marg. et R. fl. Zante p. 86; Fraas fl. class. p. 69; Heldr. Nutzpfl. p. 68, Fl. cephalon. p. 35; Raul. cret. p. 750; Bois. fl. or. II. p. 652. — Colitur hinc inde, nusquam spontanea. — *P. armeniaca* L. sp. p. 474; Dallap. prosp. p. 69; Ch. et B. exp. p. 140, Fl. pelop. p. 31; Marg. et R. fl. Zante p. 86; Fraas fl. class. p. 69; Heldr. Nutzpfl. p. 68. *Armeniaca vulgaris* Lam. dict. I. p. 2; Raul. cret. p. 750; Heldr. Fl. cephal. p. 35, Fl. Aegina p. 297, chlor. Thera p. 27. In formis numerosis frequenter colitur. — *P. graeca* Desf. ex Steud. nomencl. bot. ed. 2. II. p. 403 est species mihi ignota.

XXXIV. Ordo. Rosaceae Juss. gen. p. 334.

1. Spiraea L. gen. n. 630.

1. **S. filipendula** L. sp. p. 490; Haussk. symb. p. 71; Hal. Beitr. fl. thessal. p. 11; Form. in D. bot. Monat. 1896 p. 108, 1897 p. 77. — Icon: Fl. dan. t. 635. — Exsicc.: Orph. herb. n. 701.

In pratis montanis. Thessalia: mt. Oxya (Hal.), in oropedio Neuropolis (Haussk.), pr. Muchas in mt. Agrapha, mt. Hagia Paraskevi et supra Kerasia Sina in mt. Chassia, pr. Tafilvris et Godaman in mt. Olympo (Form.); Arcadia: pr. Zatuna (Orph.). — Maio. Jul. ♃.

2. Rubus L. gen. n. 632.

1. Sectio. *Cylactis* Raf. in Sillim. journ. 1819 p. 377. — Calyx turbinatus; torus planus; drupeolae secretae vel in baccam coalitae; putamen laeve vel paululum rugosulum; caules herbacei; stipulae caulinae.

1. **R. saxatilis** L. sp. p. 494; Bois. fl. or. II. p. 691; Heldr. in Sitzber. acad. Wiss. Berlin 1883 p. 9; Haussk. symb. p. 72. — Icon: Weihe et Nees rub. germ. t. 9.

Caulibus annuis, minute aculeolatis, sterilibus elongatis flagellaribus, floriferis erectis brevibus; foliis ternatis, foliolis rhomboideis, duplicato-serratis, utrinque viridibus, pubescentibus, lateralibus subsessilibus; floribus terminalibus, corymbosis; petalis parvis, lineari-oblongis, albis; staminibus stylos superantibus; drupeolis paucis, rubris.

In regione montana et subalpina. Thessalia: in oropedio Neuropolis Pindi dolopici (Haussk.), mt. Olympus et Pelion (Heldr.). — Maio, Jun. ♃. N. v.

2. Sectio. *Idaeobatus* Focke syn. rub. p. 97. — Calyx planus; drupeolae in baccam compositam, a receptaculo conico sicco secedentem coalitae; putamen rugosum; caules fruticosi; stipulae petiolares.

2. **R. idaeus** L. sp. p. 492; S. et S. pr. I. p. 349; Ch. et B. exp. p. 142, Fl. pelop. p. 32; Fraas fl. class. p. 76; Heldr. Nutzpfl. p. 66, chlor. Parn. p. 17; Bois. fl. or. II. p. 692, suppl. p. 231; Chlor. Waldverh. p. 36; Haussk. symb. p. 71; Hal. Beitr. fl. Thessal. p. 11; Form. in Ver. Brünn 1896 p. 108. — Icon: Weihe et Nees rub. germ. t. 47. — Exsicc.: Heldr. it. gr. septentr. a. 1879.

Caulibus turionibusque erectis, teretiusculis, pruinosis, sparsim setaceo-aculeatis vel subinermibus; foliis infimis interdum quinato-digitatis, reliquis ternatis vel quinato-pinnatis vel sepenatis, foliolis duplicato-serratis, supra glabriusculis, subtus niveo-tomentosis, terminali cordato-ovato, lateralibus ovato-ellipticis; cymis paucifloris, axillaribus, pedicellis demum nutantibus; petalis albis; staminibus stylis fere aequilongis; fructu rubro, pubescente.

In silvis montanis et subalpinis. Thessalia: in oropedio Neuropolis, mt. Ghavellu, Karava (Haussk.), mt. Oxya supra Chaliki (Hal.), mt. Olympus, Oeta (Heldr.); mt. Parnassus (Sibth.); Peloponnesus (Chaub.). — Maio, Jun. ♄.

3. Sectio. *Eubatus* Focke syn. rub. p. 102. — Calyx planus; drupeolae glabrae, cum gynophoro emolliente in baccam compositam, a tori parte inferiore secedentem coalitae; caules fruticosi; stipulae petiolares.

1. Subsectio. *Thyrsoidei* Hal. in Nachtr. Fl. Nied. Öst. p. 322. — Turiones arcuati, sulcati, glabri vel hirsuti, eglandulosi, aculeis conformibus, validis, distantibus instructi; stipulae lineares; foliola petiolulata, subtus tomentosa; inflorescentia composita, eglandulosa.

a. Turiones glabri, epruinosi.

3. **R. thyrsoideus** Wim. Fl. Schles. p. 204; Haussk. symb. p. 71.

Turionibus alte arcuatis, glabrescentibus, epruinosis; foliis quinato-digitatis, foliolis duplicato-serratis, supra glabris, subtus tomento tenui albicantibus, terminali ovato-elliptico vel rhomboideo; inflorescentia elongata, angusta, e cymulis saepius trifloris composita, ramulis pedunculisque tomentoso-hirtis, subinermibus; sepalis cinereo-tomentosis, reflexis; petalis late ellipticis, albis; staminibus stylos superantibus, post anthesin conniventibus; fructu subgloboso, nigro.

In regione inferiori Pindi dolopici infra monasterium Korona (Haussk.). — Jul. ♄. N. v.

b. Turiones pilosi, pruinosi.

4. **R. ulmifolius** Schott in Isis 1818 p. 821; Hal. in z. b. G. 1888 p. 751, Beitr. fl. Epir. p. 20, Beitr. fl. Thessal. p. 11; Form. in D. bot. Monat. 1891 p. 55, in Ver. Brünn 1895 p. 50, 1896 p. 108, 1897 p. 77. — *R. fruticosus* S. et S. pr. I. pr. 349; Pieri corc. fl. p. 64; Marg. et R. fl. Zante p. 46; Ch. et B. exp. p. 142, Fl. pelop. p. 32; Ung. Reise p. 138, non L. — *R. amoenus* Heldr. Nutzpfl. p. 66; Chloros Waldverh. p. 36. — *R. sanctus* Sieb. avis p. 4, rem. p. 4, in Flora I. p. 273; Friedr. Reise p. 277, vix Schreb. — *R. sanguineus* Friv. in Flora 1835 p. 334; Form. in Ver. Brünn 1895 p. 50. — *R. discolor* Bois fl. or. II. p. 695; Heldr. fl. cephal. p. 36; Chloros Waldverh. p. 36, non Wh. et Nees. — *R. tomentosus v. amoenus* Fraas fl. class. p. 76; Raul. cret. p. 751. — *R. tomentosus* Bald. viagg. Creta p. 49, non Borkh.

Turionibus arcuatis vel arcuato-prostratis, intense pruinosis, brevissime pilosis, aculeis validis, pilosis, rectiusculis munitis; foliis quinato-pedatis vel ternatis, foliolis coriaceis, inaequaliter argute-serratis, supra glabris vel parce hirsutis, subtus tomento tenuissimo adpresso candidis, terminale obovato vel suborbiculare, breviter cuspidato; inflorescentia elongata, ramulis erecto-patentibus, adpresse tomentosis, aculeis validis uncinatis armatis; sepalis tomentosis, reflexis; petalis obovatis vel suborbicularibus, roseis vel purpureis; staminibus stylos aequantibus, post anthesin fructui applicatis; fructu ovoideo vel subgloboso, nigro.

α. **typicus.** — Foliola supra glabra vel parce strigulosa. — Exsicc.: Sint. et Bornm. it. turc. n. 1230.

β. **anatolicus** Focke in Abh. nat. Ver. Bremen 1887 p. 335; Haussk. symb. p. 71 *α. angustifolia* et *β. glabrata*, pro sp.; Heldr. Fl. Aegina p. 297 (forma *aeginensis*, foliolis minoribus rotundatis obtusis nec cuspidatis, inflorescentia laxa ramulis divaricatis laxifloris, floribus minoribus). — Foliola superne pilis et majoribus strigulosis et minimis stellulatis intermixtis pubescentia. — Exsicc.: Heldr. herb, norm. 844 a. et b.; Sint. et Bornm. it turc. n. 1230 b.; Baen. herb. europ. n. 9085; Bald. it. cret. n. 154 (forma *diminuta,* foliolis parvis inflorescentia pauciflora).

In sepibus, ad margines agrorum, ad ripas regionis inferioris et montanae per totam Graeciam, varietas *β.* typo multo frequentior. — — Jun. Jul. ♄.

5. **R. thessalus.** — *R. anatolicus γ. cinereus* Haussk. symb. p. 71; non *R. cinereus* Aut. alior. — Exsicc.: Heldr. it thessal. IV. n. 1884.

Turionibus arcuatis vel arcuato-prostratis, pruinosis, velutino-pubescentibus, aculeis validis, patule pilosis, rectiusculis munitis; foliis quinato-pedatis, foliolis coriaceis, inaequaliter argute-serratis, supra pilis strigu-

losis et stellulatis parce pubescentibus, subtus **tomento denso molli** velutino-cinerascentibus, terminali subrotundo, **brevissime cuspidato**; inflorescentia densa, elongata, ramulis brevibus **erecto-patentibus**, densissime patule villosis, subinermibus; sepalis tomentosis, **reflexis**; petalis obovatis, roseis; staminibus stylos aequantibus, post **anthesin fructui** applicatis; fructu subgloboso, nigro. — Differt a praecedente indumento et inflorescentia densa, angusta, fere inermi. — ***R. amoeno*** Port. e descriptione A. Kerneri in nov. pl. sp. dec. III. p. 9 maxime affinis, sed ab eo foliolis supra stelligeris et inflorescentia subinermi differre videtur.

In campis ad Pharsalum Thessaliae (Heldr.). — Jun. Jul. ♄.

2. Subsectio. *Tomentosi* Focke syn. rub. p. 225. — Turiones suberecti vel procumbentes, sulcati, glabri vel pilosi, aculeis subaequalibus, interdum quoque glandulis setisque vel aculeolis instructi; stipulae lineares; foliola supra pilis stellulatis plus minus obducta, subtus albo-tomentosa, lateralia breviter petiolulata; inflorescentia densa, elongata, glandulosa vel eglandulosa.

6. **R. tomentosus** Borkh. in Roem. neu. mag. bot. I. p. 2; Willd. sp. II. p. 1083; Ch. et B. exp. p. 142, Fl. pelop. p. 32; Fraas fl. class. p. 76; Heldr. Nutzpfl. p. 66, Fl. cephalon. p. 36, chlor. Parn. p. 17, in Sitzber. acad. Wiss. Berlin 1883 p. 4; Boiss. fl. or. II. p. 694; Chloros Waldverh. p. 36; Hal. in z. b. G. 1888 p. 751, Beitr. fl. Epir. p. 20, Beitr. fl. Thessal. p. 11; Haussk. symb. p. 72; Form in Ver. Brünn 1896 p. 108. — *R. triphyllus* Bell. app. fl. ped. p. 24, non Thunb. — *R. canescens* DC. hort. monsp. p. 139. — *R. australis* Kern. nov. pl. sp. III. p. 32, non Forster. — *R. meridionalis* Kern. ex Focke syn. rub. p. 226; Form. in D. bot. Mon. 1891 p. 55, in Ver. Brünn 1897 p. 77. — ? *R. albicans* Form. in Ver. Brünn 1897 p. 77, an Kit. — Exsicc.: Sint. it. thessal. n. 430. —

Frutex pumilus; foliis ternatis vel quinatis, petiolo supra sulcato, foliolis oblongo-rhombeis vel obovatis, acutis vel obtusis (*f. obtusifolia* Bois. fl. or. II. p. 694), grosse-serratis, basin versus cuneatis vel breviter truncatis; sepalis tomentosis, reflexis; petalis ellipticis, albido-lutescentibus, mediocribus; staminibus stylos aequantibus; fructu medioeri, drupeolis discretis, nigris, saepius exsuccis. — Occurrit setis glanduliferis aculeolisque sparsis vel crebris, foliolis supra glabris vel inconspicue stellulatis vel canescenti-tomentosis et (f. *meridionalis* Kern.) turionibus pilis brevissimis stellatis, pilisque longioribus fasciculatis munitis, foliolis supra praeter pilis stellatis pilis longioribus simplicibus micantibus vestitis, margine dense ciliatis.

In dumetis regionis montanae et subalpinae. Frequens in Epiro et Thessalia, in mt. Pindo, Chassia, Olympo, Ossa, Pelion; Attica: mt. Hymettus, Pentelicon, Parnes (Heldr.); mt. Parnassus, Kiona (Hal.); Argolis: peninsula Methana (Haussk.); Achaia: mt. Chelmos, Kyllene (Orph.); Laconia: mt. Malevo (Orph.), pr. Mistra, Sparta, pr. Carithena

(Chaub.); Cephalonia: pr. Bobikies, Drakies, Athera (Heldr.). — Maio, Jul. ♄.

4×6. **R. ulmifolius × tomentosus.** — *R. baldensis* Kern. nov. pl. sp. III. p. 21; Hal. in z. b. G. 1888 p. 751; Beitr. fl. Epir. p. 20. — *R. anatolicus × tomentosus* Haussk. symb. p. 71. *R. ionicus* (*bifrons × tomentosus*) Utsch in Baen. herb. europ. n. 9054. — Ab *R. ulmifolio* turionibus tenuioribus, minus sulcatis, aculeis minus validis, floribus pallide roseis vel albidis, ab *R. tomentoso* habitu robustiore, turionibus saepius pruinosis, aculeis validioribus et floribus saepius roseis discendens.

Corcyra: insula Vido (Baen.); Epirus: pr. Mazuki, Kalarrytes (Hal.); Thessalia: pr. Pharsalus, Orman Magula (Haussk.); Doris: pr. Segditza ad radices mt. Kiona (Hal.); Argolis: mt. Chelone peninsulae Methanaeae (Haussk.).

3. Subsectio. *Glandulosi* Focke syn. rub. p. 355. — Turiones arcuato-prostrati, teretiusculi, glabri vel pilosi, saepe pruinosi, aculeis inaequalibus, setis glandulisque crebris instructi; stipulae lineares, foliola petiolulata, viridia; inflorescentia dense glandulosa, apice racemosa.

7. **R. hirtus** W. et K. pl. rar. hung. II. p. 150 t. 114; Haussk. symb. p. 72. — *R. glandulosus* Rchb. fl. germ. exc. p. 607; Fraas fl. class. p. 77; Form. in Ver. Brünn 1897 p. 77. — Exsicc.: Heldr. it thessal. IV a. 1885.

Turionibus ex arcu humili procumbentibus, pilosis, glanduloso-setosis, aculeis tenuibus rectis instructis; foliolis ternatis, rarius quinato-pedatis, obscure viridibus, pubescentibus, inaequaliter-serratis, terminale late elliptico, acuminato, basi rotundato vel subcordato; inflorescentia setis densissimis glanduliferis, purpurascentibus instructa; sepalis setoso-glandulosis, post anthesin erectis; petalis anguste obovatis, albis; staminibus stylos superantibus; fructu globoso, nigro.

In silvis montanis et subalpinis. Thessalia: in oropedio Neuropolis, pr. Pezula (Heldr.), Sermenikon (Haussk.), pr. Neochorion in mt. Agrapha, pr. Heptominta Aderfia in mt. Oxya (Form.), mt. Olympus (Orph.); Aetolia: pr. Vrachori (Fraas). — Jun. Jul. ♄.

4. Subsectio. *Corylifolii* Focke sym. rub. p. 387. — Turiones prostrati vel procumbentes, teretiusculi, glabri, rarius pilosi, pruinosi aculeis subaequalibus instructi, saepe glandulosi; stipulae lanceolatae; foliola viridia, lateralia subsessilia; inflorescentia abbreviata, subcorymbosa.

8. **R. caesius** L. sp. p. 493; Dallap. prosp. p. 72; Fraas fl. class. p. 77; Bois. fl. or. II. p. 692; Heldr. in Sitzungsber. acad. Wiss. Berlin 1883 p. 9; Haussk. symb. p. 72. — Icon: Fl. dan. t. 1213.

Turionibus ex arcu humili procumbentibus, caesio-pruinosis, aculeis debilibus rectiusculis, glandulisque instructis; foliolis ternatis, laete viridibus, pubescentibus, inaequaliter serratis, terminale subcordato-ovato,

acuto; sepalis saepe glandulosis, post anthesin erectis; petalis late ovalibus, albis; staminibus stylis aequilongis; fructu nigro, caesio-pruinoso.

Ad ripas, agrorum margines regionis inferioris et montanae. Thessalia: mt. Pelion, Olympus (Heldr.), pr. Pharsalus, Orman-Magula, monasterium Korona, Sermenikon (Haussk.); Aetolia: mt. Tymphrestus (Fraas); Cephalonia (Dallap.). — Jun. ♄. N. v.

4×8. **R. ulmifolius** × **caesius.** — *R. patens* Merc. in Reut. cat. pl. Genev. p. 265. — *R. anatolicus* × *caesius* Haussk. symb. p. 72. — Ab *R. ulmifolio* turionibus tenuioribus, aculeis minus validis, foliolis subtus minus vestitis, lateralibus breviter petiolulatis; inflorescentia saepius glandulosa; ab *R. caesio* indumento copiosiore, foliolis subtus tomentosis, saepius quinatis, inflorescentia elongata, floribus rubicundis discedens.

Epirus: pr. Kalarrytes (Hal.); Thessalia: ad Pharsalum (Haussk.).

3. Fragaria L. gen. n. 633.

1. **F. vesca** L. sp. p. 494; S. et S. pr. I. p. 350; Dallap. prosp. p. 72; Ch. et B. exp. p. 142; Fl. pelop. p. 32; Marg. et R. fl. Zante p. 46; Fraas fl. class. p. 77; Heldr. Nutzpfl. p. 67, Fl. cephalon. p. 36, chlor. Parn. p. 17; Bois. fl. or. II. p. 699; Form. in D. bot. Mon. 1891 p. 54, in Ver. Brünn 1896 p. 108, 1897 p. 77; Haussk. symb. p. 72; Hal. Beitr. fl. Epir. p. 21, Beitr. fl. Thessal. p. 11. — Icon: Fl. dan. t. 2235. — Exsicc.: Heldr. it. thessal. IV a. 1885; Sint. et. Bornm. it. turc. n. 1221.

Stolonifera; calyce fructifero patentissimo vel reflexo; receptaculo toto carpellifero.

In silvis montanis et subalpinis. Epirus: mt. Tsumerka pr. Vulgarefion (Hal.); Thessalia: pr. Chaliki, mt. Oxya (Hal.), Zygos, Karava. Ghavellu, Neuropolis (Haussk.), mt. Agrapha, mt. Chassia, mt. Pelion (Form.), mt. Olympus (Heldr.); mt. Dirphys Euboeae, mt. Pentelicon Atticae, mt. Parnassus (Fraas); Achaia: mt. Kyllene (Heldr.); Chelmos (Orph.); Laconia (Sibth.): mt. Taygetos (Chaub.), mt. Malevo (Orph.); Zante (Marg.); Cephalonia (Dallap.); colitur etiam. — Apr. Jun. ♃.

2. **F. collina** Ehrh. Beitr. VII. p. 26; Haussk. symb. p. 72. — Icon: Fl. dan. 1389. — Exsicc.: Heldr. fl. thessal. a. 1883.

Estolonis, rarius stolonifera; calyce post anthesin erecto, fructui adpresso; receptaculo basi angustata non carpellifero.

In silvis montanis et subalpinis. Thessalia: in oropedio Neuropolis in Pindo dolopico (Haussk.), mt. Pelion pr. Portaria (Heldr.). — Maio, Jun. ♃.

Obs. *F. grandiflora* Ehrh. Beitr. VII. p. 25 in hortis frequenter colitur.

4. Potentilla L. gen. n. 634.

Dispositio specierum:

1. Sectio. *Eupotentilla* Bois. fl. or. II. p. 701. — Carpella glabra; receptaculum glabriusculum vel pilosum, sed pili vix longitudine carpellorum; flores lutei.

a. Radix annua; folia inferiora pinnata.

1. P. supina L.

b. Radix perennis, caules floriferos et fasciculos foliorum edens; folia digitata.

α. Caules floriferi terminales.

× Inflorescentia glandulosa.

2. P. Detommasii Ten. **3. P. recta** L.

×× Inflorescentia eglandulosa.

○ Caules, pedunculi calycesque patentim hirsuti; folia concoloria.

4. P. pedata Willd.

○○ Caules pedunculi calycesque adpresse tomentelli; folia subtus cana vel albo-tomentosa.

5. P. virescens (Bois.). **6. P. argentea** L.

β. Caules floriferi axillares.

× Caules non radicantes.

7. P. australis Kras.

×× Caules prostrati, radicantes.

8. P. reptans L.

2. Sectio. *Fragariastrum* Koch syn. p. 218. — Carpella vel in tota superficie vel saltem ad umbilicum pilosa, raro glabra; receptaculum pilosum, pili longi carpella occultantes; flores albi vel purpurei.

a. Folia saltem subtus niveo-tomentosa.

α. Flores albi.

9. P. speciosa Willd. **10. P. deorum** Bois. et Heldr.

β. Flores purpurei.

11. P. kionaea Hal.

b. Folia viridia, plus minus villosa.

12. P. micrantha Ram.

1. Sectio. *Eupotentilla* Bois. fl. or. II. p. 701. — Carpella glabra; receptaculum glabriusculum vel pilosum, sed pili vix longitudine carpellorum; flores lutei.

a. Radix annua; folia inferiora pinnata.

1. **P. supina** L. sp. p. 497. — Icon: Jacq. fl. austr. t. 406. — Exsicc.: Pichl. pl. gr. a. 1876.

Adpresse plus minus pubescens; caulibus procumbentibus vel adscendentibus, a basi dichotome ramosis; foliis inferioribus 2—5 jugis, summis ternatis, foliolis oblongis, inciso-serratis; stipulis ovatis, integris; pedunculis in dichotomiis et axillis solitariis, fructiferis recurvatis; calycis laciniis externis lanceolatis, internis ovatis; petalis pallide flavis, calycem aequantibus; carpellis rugulosis, immarginatis.

In arenosis humidis, inundatis Euboeae (Pichl.). — Maio—Aug. ⊙.

b. Radix perennis, caules floriferos et fasciculos foliorum edens; folia digitata.

α. Caules floriferi terminales.

× Inflorescentia glandulosa.

2. **P. Detommasii** Ten. pr. suppl. p. 61, Fl. nap. I. p. 285 t. 44; Bald. riv. coll. bot. Alb. 1895 p. 33. — ***P. Thomasii*** Ser. in DC. pr. II. p. 576. — *P. holosericea* Griseb. spic. I. p. 99; Bald. riv. coll. bot. Alb. 1896 p. 53. — ***P. Detommasii β holosericea*** Haussk. symb. p. 73, *f. aprica et umbrosa.* — Exsicc.: Heldr. it. thessal. IV. a. 1885; Bald. it. alb. epir. IV. n. 342.

Caulibus adscendentibus vel erectis, pilis patentibus longis villosis, superne pube brevi intermixta glandulosa hirsutis; foliolis quinatis vel septenatis, obovato-cuneatis, circumcirca serratis, utrinque sericeis, supra virentibus, subtus argenteo-villosis; stipulis utrinque in 3—5 lacinias lineari-lanceolatas incisis, infimis saepius integris; floribus corymbosis; calycis dense glandulosi laciniis subaequilongis, acuminatis; petalis flavis, calyce longioribus; carpellis laevibus, carinato-subalatis. — Cum speciminibus italicis optime congruit; folia plantae gracae subtus semper argenteo-sericea.

In nemorosis et pratis montanis oropedii Neuropolis passim abunde, ad regionem alpinam adscendens in mt. Ghavellu et Karava Pindi dolopici (Haussk.), nec non in mt. Olycika et Kuruna in Epiro (Bald.). — Jun. Jul. ♃.

2×3. **P. Detommasii × recta.** — *P. commixta* Haussk. symb. p. 77. — A priore indumento parciore, praesertim foliis minus sericeis, stipulis parcius incisis, inflorescentia magis divaricata, minus glandulosa: ab altera foliolis discoloribus, stipulis magis incisis et inflorescentia magis compacta discedens; occurrunt tamen formae nunc ad unam nunc ad alteram speciem propius accedentes. — In oropedio Neuropolis (Haussk.). — N. v.

2×4. **P. Detommasii × pedata.** — *P. intercedens* Haussk. symb. p. 78. — *P. Hausskneehtii* Heldr. it. thessal. IV. a. 1885. — A priori indumento parciore, cinereo, foliolis remotius serratis, angustioribus, stipulis parcius et minus profunde incisis; ab altero habitu robustiore, indumento copiosiore, praesertim foliis subtus albo-cinereis discedens. — In subalpinis mt. Ghavellu in Pindo dolopico (Heldr.). —

2×5. **P. Detommasii × virescens.** — *P. Detommasii* × *pindicola (P. micans)* Haussk. symb. p. 78. — Habitu *P. Detommasii* sed caules tenuiores, parcius pilosi, stipulae utrinque in 2—3 lacinias partitae, foliola profundius serrata, inflorescentia gracilior magis divaricata; at contra a *P. virescente* differt foliolis albo-micantibus, floribusque majoribus. — In oropedio Neuropolis in Pindo dolopico (Haussk.). N. v.

3. **P. recta** L. sp. p. 497; S. et S. pr. I. p. 351; Form. in D. bot. Monat. 1891 p. 54, in Ver. Brünn 1896 p. 108, 1897 p. 76; Haussk. symb. p. 72 f. *α. aprica*, pallide virens, caulibus rigidis erectis,

semipedalibus vel pedalibus, inflorescentia dense corymbosa, foliis confertis, foliolis minoribus; β *umbrosa* obscure viridis, caulibus minus rigidis pluripedalibus, inflorescentia laxa irregulariter expansa, foliis longe petiolatis, inferioribus septenatis, foliolis majoribus, grosse profundeque inciso-dentatis; γ. *minor* caulibus pumilis tenuioribus, inflorescentia pauciflora, laxe divaricato-ramosa, calycis laciniis saepe acutis, externis apice 2—3 dentatis vel divisis, foliis plerumque quinatis. —

Caulibus erectis, proceris, pilis patentibus superneque pube brevi intermixta glanduloso-hirsutis; foliolis quinatis vel septenatis, oblongis, basi angustatis, virentibus, grosse inciso-serratis; stipulis integris vel utrinque in 2—3 lacinias lineari-lanceolatas incisis; floribus corymbosis; calycis glandulosi laciniis subaequilongis, acutis, externis angustioribus; petalis citrinis, calycem superantibus; carpellis obsolete-rugulosis, carinato-subalatis.

β. **obscura** Willd. sp. II. p. 1100; Form. in Ver. Brünn 1896 p. 108, pro sp. — Foliis obscure viridibus, petalis aureis calycem vix aequantibus.

In herbidis regionis inferioris et montanae. Thessalia: mt. Zygos, Karava, Ghavellu, ad Gion-Scala, in oropedio Neuropolis (Haussk.), mt. Dokimi, mt. Itamos in Agrapha (Form.), ad Pharsalus, Aivali (Haussk.), Selicany et Spilia in mt. Ossa (Form.); Boeotia (Sibth.); Laconia: mt. Malevo (Haussk.); — β. mt. Said Pascha in Pindo (Form.). — Maio, Jul. ♃. N. v.

3 × 4. **P. recta × pedata.** — *P. pedatoides* Haussk. symb. p. 78. — A *P. recta* floribus minoribus, calycis laciniis brevioribus, indumento minus glanduloso inflorescentiae, foliolis angustioribus subtus cinerascentibus; a *P. pedata* petalis majoribus, calycis laciniis longioribus latioribusque et inflorescentia subglandulosa differre dicitur. — In mt. Ghavellu Pindi dolopici (Haussk.). — N. v.

×× Inflorescentia eglandulosa.

○ Caules, pedunculi calycesque patentim hirsuti; folia concoloria.

4. **P. pedata** Willd. en. hort. berol. suppl. p. 38; Ch. et B. fl. pelop. p. 32; Haussk. symb. p. 73, cum var. *glabrescens* caulibus purpurascentibus, pilis paucis sparsis obsitis, foliis obscure viridibus, parum pilosis; Hal. Beitr. fl. Epir. p. 21; Beitr. fl. Thessal. p. 12; Form. in Ver. Brünn 1897 p. 76 v. *chassia*. — *P. hirta* S. et S. pr. I. p. 351; Ch. et B. fl. pelop. p. 32; Fraas fl. class. p. 78; Heldr. in Sitzungsb. acad. Wiss. Berlin 1883 p. 4; non L., quae foliolis apice tantum 3—5 dentatis differt. — *P. hirta v. pedata* Lehm. rev. pot. p. 86; Bois. fl. or. II. p. 713; Bald. riv. coll. bot. Alb. 1896 p. 53. — *P. hirta v. parnassica* Bois. in Heldr. chlor. Parn. p. 17. — *P. laeta* Rchb. fl. exc. p. 595; Form. in D. bot. Monat. 1891 p. 54; Haussk. symb. p. 73, macrior foliolis angustioribus parcius dentatis. — Huc quoque sec. Zimmet. europ. Potent. p. 8: *P. hirta β pinnatifida* Griseb. spic.

I. p. 97; Form. in D. bot. Monat. 1891 p. 54; et *P. hirta v. subsericea* Griseb. l. c.; Haussk. symb. p. 75. — Icon: Nestl. mon. potent. t. 7. — Exsicc.: Orph. fl. gr. n. 686; Sint. it. thessal. n. 426 et 528. (f. *glabrescens*). —

Caulibus erectis vel adscendentibus, saepe purpurascentibus, pilis patentibus superneque pube brevi eglandulosa hirsutis; foliolis quinatis et septenatis, obovato-vel oblongo-cuneatis, grosse inciso-serratis, subtus densius pilosis; stipulis integris, rarius incisis; floribus corymbosis; calycis laciniis subaequilongis, acuminatis, externis angustioribus; petalis aureis, calyce subduplo longioribus; carpellis arcuatim rugosis, carinato-subalatis. — Species valde variabilis et a praecedente ipso ut videtur vix specifice diversa, sed characteres constantes, quibus formas distinguere possibile esset, reperire difficillime est. — Cf. etiam Bois. fl. or. II. p. 714, qui *P. pedatam* a *P. recta* vix distinctam habet et Burn. fl. alp. marit. II. p. 247, qui *P. hirtam, rectam* et *pedatam* in unam speciem conjungit.

In nemorosis, herbidis montanis, usque in regionem alpinam adscendens. — Epirus: mt. Kuruna, Smolika (Bald.), Peristeri (Hal.); Thessalia: mt. Tringia (Hartl.), pr. Malakasi, Sermenikon, mt. Ghavellu, Karava, Neuropolis (Haussk.), Kalabaka (Sint.), Velitsena, Chaliki, mt. Dokimi, Han Kukleus, Kucuro, Phlambures et Mitrica in mt. Chassia, pr. Spilia in mt. Ossa, Kapurna, Volo (Form.), mt. Pelion (Heldr.), pr. Aivali, Pharsalus (Haussk.); mt. Oeta, Parnassus (Heldr.), Kiona (Hal.); Euboea (Sibth.); Achaia: pr. Megaspilaeon (Hal.); Laconia: mt. Malevo (Orph.); Messene (Chaub.). — Jun. Jul. ♃.

4×5. **P. pedata × virescens.** — *P. pedata × pindicola (P. dispersa)* Haussk. symb. p. 79. — A *P. pedata* caulibus humilioribus numerosioribus, tenuioribus, indumento cinerascente, foliolis profundius serratis, calycis laciniis brevioribus, brevius hirsutis; a *P. virescente* caulibus minus numerosis, saepius purpurascentibus, foliolorum serratura minus divaricata, inflorescentia magis conferta et calycis laciniis latioribus differre dicitur. — In oropedio Neuropolis Pindi dolopici (Haussk.). — N. v.

○○ Caules, pedunculi calycesque adpresse tomentelli; folia subtus cana vel albo-tomentosa.

5. **P. virescens** Bois. fl. or. II. p. 714 pro var. *P. inclinatae* Vill. — *P. pindicola* Haussk. symb. p. 76; Form. in D. bot. Monat. 1891 p. 54. — ? *P. canescens* Form. in Ver. Brünn 1897 p. 77. — Exsicc.: Sint. it. thessal. n. 500; Orph. herb. n. 3541 (mt. Corfiati Macedoniae).

Caulibus arcuato-adscendentibus, pilis brevissimis crispulis adpressis et longioribus irregulariter patentibus hirsutis; foliolis septenatis et quinatis, summis ternatis, oblongo-lanceolatis, brevissime cuneatis, inciso-serratis, margine planis, supra cano-virescentibus, subtus tomento brevissimo cinereo, pilis longioribus praecipue ad nervos et ad margines intermixtis obtectis; stipulis integris, rarius unidentatis; inflorescentia laxe corymbosa, farinoso-puberula et pilis perpaucis longioribus munita;

calycis laciniis subaequilongis, acutis; petalis intense luteis, calyce sublongioribus; carpellis laevibus, carinatis. — Differt a specie sequente foliis inferioribus septenatis nec quinatis, foliolis oblongo-lanceolatis margine non revolutis, utrinque aequaliter acute dentatis, carpellis laevibus carinatis. — *P. inclinata* Vill. habitu diversissima, carpellis rugulosis vix carinatis longe distat.

In herbidis et nemorosis regionis montanae. Thessalia: in oropedio Neuropolis Pindi dolopici (Haussk.), pr. Vutades in Pindo tymphaeo (Sint.), pr. Vlachava et mt. Cuka in mt. Chassia, mt. Pelion pr. Portaria (Form.); Aetolia: mt. Arapocephala (Samarit.); Laconia: mt. Malevo (Leonis). — Jun. Jul. ♃.

5×6. **P. virescens × argentea.** — *P. pindicola × argentea* (*P. dolosa*) Haussk. symb. p. 79. — Medium tenet inter parentes, folia inferiora saepius 6nata, foliolis apice latioribus quam in *P. virescente*, margine subrevolutis subtus albo-cinereis, sed minus dense quam in *P. argentea*, calycis laciniae iis *P. argenteae* angustiores, sed latiores quam in *P. virescente*. — In oropedio Neuropolis Pindi dolopici (Haussk.). N. v.

6. **P. argentea** L. sp. p. 497; Bois. fl. or. II. p. 714; Form. in D. bot. Mon. 1891 p. 54, in Ver Brünn 1897 p. 77. — Icon: Fl. dan. t. 865. — Exsicc.: Heldr. it. thessal. IV. a. 1885; Orph. fl. gr. n. 687 (mt. Corfiati Macedoniae).

Caulibus arcuato-adscendentibus, adpresse canis; foliolis quinatis, summis ternatis, e basi cuneata valde angustata obovatis, inciso-serratis, margine revolutis, supra glabriusculis, subtus albo-tomentosis; stipulis integris vel 2—3 dentatis; inflorescentia laxe corymbosa, adpresse tomentosa; calycis laciniis ovato-lanceolatis, subaequilongis; petalis luteis, calycem vix superantibus; carpellis rugulosis, immarginatis.

β. **incanescens** Opiz in Rchb. fl. exc. p. 594; Form. in Ver. Brünn 1896 p. 108, 1897 p. 77, pro sp.; Haussk. symb. p. 75. — Caule dense tomentoso, foliis utrinque (subtus densius) albo-tomentosis. — Exsicc.: Heldr. it. thessal. IV. a. 1885; Sint. it. thessal. n. 661.

γ. **dissecta** Wallr. sched. cret. p. 237; Haussk. symb. p. 75. — Tota canescens, caule tomentoso; foliolis obovatis in lacinias lineares profunde dissectis, margine parum revolutis, supra incanis, subtus niveo-tomentosis; floribus in corymbum densum congestis. — Exsicc.: N. v.

In herbidis nemorosis montanis. Thessalia: in valle Negerli pr. Chaliki (Sint.), in oropedio Neuropolis, ad monasterium Korona in Pindo dolopico (Heldr.), pr. Malakasi, Velitsena, Asproklisia, mt. Oxya, mt. Mitrica in mt. Chassia, pr. Godaman, Patsios et Tafilvris in mt. Olympo, pr. Selicany et Spilia in mt. Ossa (Form.); Aetolia: mt. Tymphrestus (Samarit.). — Jun. Jul. ♃.

β. Caules floriferi axillares.

× Caules non radicantes.

7. **P. australis** Krasan in ö. b. Z. 1867 p. 301. — ? *P. verna v. hirsuta* DC. fl. fr. V. p. 542; Vis. fl. dalm. III. p. 252; Bald.

riv. coll. bot. Alb. 1896 p. 53; non *P. hirsuta* **Vahl. nec Michx.** — ? *P. opaca v. congesta* Gaud. fl. helv. III. p. 402. — **Huc forsan:** *P. opaca* S. et S. pr. I. p. 352 e Graecia bor. — **Exsicc.: Bald.** it. alb. epir. IV. n. 236. —

Nana, caudiculis duris, prostratis, saepe radicantibus, squamis fuscis obductis; caulibus brevibus, adscendentibus, paucifloris, petiolis foliisque pilis albis longis erecto-patulis obsitis; foliolis septenatis vel quinatis obovato-cuneatis, apice inciso-dentatis, obscure viridibus, demum glabrescentibus; stipulis oblongo-lanceolatis, indivisis; calycis laciniis obtusis, externis lanceolatis, internis ovatis; petalis flavis, calyce longioribus; carpellis laevibus, immarginatis. — *P. rubentis* Crantz (*P. opaca* Aut.) subspecies australis. — Planta nostra ad var. *pygmaeam* Kras. l. c. pertinet.

In herbidis alpinis mt. Smolika supra Kerasovo, nec non in mt. Kuruna supra Vonicko in Epiro (Bald.). — Jun. Jul. ♃.

×× Caules prostrati, radicantes.

8. **P. reptans** L. sp. p. 499; S. et S. pr. I. p. 352; Sieb. avis rem. p. 4; Dallap. prosp. p. 73; Ch. et B. fl. pelop. p. 32; Marg. et R. fl. Zante p. 46; Fraas fl. class. p. 78; Raul. cret. p. 751; Bois. fl. or. II. p. 723; Heldr. fl. cephalon. p. 36; Haussk. symb. p. 76; Hal. Beitr. fl. Epir. p. 21; Form. in Ver. Brünn 1895 p. 50, 1897 p. 76; Bald. riv. coll. bot. Alb. 1896 p. 53. — Icon: Fl. dan. t. 1164. — Exsicc.: Heldr. pl. fl. hellen. a. 1892 et 1898.

Adpresse et parce hirta; caulibus flagelliformibus, elongatis, ad genicula radicantibus; foliolis quinatis rarius septenatis, obovato-cuneatis, grosse serratis; stipulis ovatis, saepius integris; floribus solitariis, axillaribus, longe pedunculatis; calycis laciniis ellipticis, subaequilongis; petalis flavis, calyce longioribus; carpellis tuberculatis.

Ad vias, fossas, ripas regionis inferioris et montanae. **Epirus:** in valle Dipotami, pr. Janina (Form.), Kastrica (Bald.), Vulgarelion, Melisurgi (Hal.); Thessalia: in Pindo dolopico (Haussk.), pr. Stylida Phthiotidis (Form.); Attica: pr. Athenas, in valle Cephissi (Heldr.); Aetolia: pr. Mesolongion (Nied.); Messenia (Chaub.); Zante (Marg.); Cephalonia (Dallap.): pr. Argostoli (Heldr.); Corcyra (Pio); Creta: pr. Kladiso (Raul.); Cycladum insula Keos (Heldr.). — Maio, Jul. ♃.

2. Sectio. *Fragariastrum* Koch syn. p. 218. — Carpella vel in tota superficie vel saltem ad umbilicum pilosa, raro glabra; receptaculum pilosum, pili longi carpella occultantes; flores albi vel purpurei.

a. Folia saltem subtus niveo-tomentosae.

α. Flores albi.

9. **P. speciosa** Willd. sp. II. p. 1110; S. et S. pr. I. p. 352; Sieb. avis p. 4, rem. p. 4, in Flora I. p. 276; Raul. cret. p. 751; Bois. fl. or. II. p. 705; Hal. in z. b. G. 1888 p. 751, 1899 p. 712. Beitr. fl. Epir. p. 21, in ö. b. Z. 1897 p. 283; Heldr. chlor. Parn. p. 17; Haussk. symb. p. 76; Bald. viagg. Creta p. 47, riv. coll. bot.

Alb. 1895 p. 33, 1896 p. 53. — *P. poetarum* Bois. diagn. pl. or. III. p. 3, forma e statione excelsiori caulibus abbreviatis, foliolis minoribus. — ? *P. nitida* Raul. cret. p. 751. — Icon: Fl. gr. t. 484. — Exsicc.: Orph. fl. gr. n. 4; Heldr. herb. norm. n. 567 et 1426; Dörfl. fl. gr. n. 191.

Niveo-tomentosa; caudice crasso; caulibus adscendentibus, oligophyllis; foliolis ternatis, obovatis, basi excepta crenatis; corymbo contracto; calycis laciniis externis lanceolato-linearibus, internis triplo latioribus ovato-oblongis; petalis cuneato-spathulatis, calycem vix superantibus; carpellis carinatis, dorso basique hirsutis.

β. **discolor.** — Foliola supra viridia glabra vel subglabra. — Exsicc.: Sint. it. thessal. n. 1264.

In fissuris rupium regionis alpinae. Epirus: mt. Vratedon (Bald.), Tsumerka, Strungula, Peristeri (Hal.), mt. Kokkino Lithari pr. Sermenikon (Sint.), mt. Karava (Haussk.), mt. Olympus (Auch.); Aetolia: mt. Tymphrestus, Korax (Heldr.), Kiona (Hal.); mt. Parnassus (Sibth.); mt. Oeta Phthiotidis, mt. Dirphys Euboeae (Heldr.); Peloponnesus: mt. Kyllene (Orph.), Chelmos, Olenos, Taygetos (Heldr.); Creta: ad Hellinoseli et Hagion Pneuma (Raul.) in mt. Sphacioticis (Sibth.), mt. Psiloriti (Heldr.). — Jun. Aug. ♃.

10. **P. deorum** Bois. et Heldr. diagn. ser. 2, II. p. 51, Fl. or. II. p. 705. — Exsicc.: Heldr. herb. n. 2444 et 2445; Orph. fl. gr. n. 689.

Adpresse sericeo-argentea; caudice crasso; caulibus adscendentibus, subnudis; foliolis ternatis, obovato-cuneatis, apice 3—7 dentatis; floribus 3—5 capitatis; calycis laciniis externis linearibus, internis multo latioribus ovato-triangularibus; petalis cuneato-spathulatis, calyce longioribus; carpellis breviter carinato-alatis, glabris. — Differt a praecedente indumento sericeo, foliolis apice tantum dentatis, petalis longioribus et carpellis glabris dorso ala brevi cristaeformi auctis.

In fissuris rupium regionis alpinae mt. Olympus Thessaliae (Heldr.). — Jul. Aug. ♃.

β. Flores purpurei.

11. **P. kionaea** Hal. in z. b. G. 1888 p. 751, t. 22. — Exsicc.: Heldr. herb. norm. n. 1028 et 1233.

Adpresse sericeo-argentea; caudice crasso; caulibus adscendentibus, subnudis; foliolis minutis, ternatis, obovato-cuneatis, integris vel apice 2—3 dentatis; floribus 2—5 capitatis; calycis laciniis externis lineari-lanceolatis, internis multo latioribus, ovato-triangularibus; petalis longe et anguste unguiculatis, in limbum obovato-rotundum abrupte abeuntibus, calyce longioribus; carpellis glabris.

In rupibus regionis alpinae, hucusque tantum in cacumine mt. Kiona Doridis sat frequens (Hal.). — Jul. Aug. ♃.

b. Folia viridia, plus minus villosa.

12. **P. micrantha** Ram. in DC. fl. fr. IV p. 468; Bois. fl. or. II. p. 706; Heldr. chlor. Parn. p. 17; Haussk. symb. p. 76; Hal. in ö. b. Z. 1892 p. 370, Beitr. fl. Epir. p. 21, Beitr. fl. Achaia p. 19. in z. b. G. 1899 p. 712. — *Fragaria sterilis* S. et S. pr. I. p. 350; Ch. et B. exp. p. 142, Fl. pelop. p. 32; Fraas fl. class. p. 77, non L. — *P. fragarioides* Friedr. Reise p. 281, non L. — Icon: Dietr. fl. boruss. t. 811. — Exsicc.: Orph. fl. gr. n. 688; Sint. et Bornm. it. turc. n. 1219.

Rhizomate estolonosa; caulibus debilibus, 1—2 floris, foliis radicalibus brevioribus; foliis radicalibus ternatis, ovatis, argute serratis, folio caulino unifoliolato; calycis laciniis lanceolatis, subaequilongis; petalis obovatis, subretusis, albis, calyce subbrevioribus; carpellis ad umbilicum tantum pilosis. — *P. sterilis* (L.) differt rhizomate stolonifero, foliolis parcius serratis, folio caulino ternato, petalis calyce sublongioribus.

In dumosis, rupestribus regionis montanae. Epirus: pr. Melisurgi (Hal.); Thessalia: mt. Ghavellu, in oropedio Neuropolis in Pindo dolopico (Haussk.), ad Hagios Dionysios in mt. Olympo (Sint.), mt. Pelion (Heldr.); mt. Dirphys Euboeae, mt. Parnes Atticae, mt. Parnassus (Heldr.); Laconia: mt. Malevo pr. Hagios Petros (Orph.), mt. Taygetos (Zahn); Arcadia (Sibth.): pr. Bytina (Heldr.), Zatuna (Orph.), mt. Diaforti pr. Andrizena (Friedr.); Messenia: pr. Phigalea, Messene (Chaub.); Elis (Sibth.): mt. Olenos (Hal.). — Mart. Jun. ♃.

5. Geum L. gen. n. 636.

1. **G. urbanum** L. sp. p. 501; Fraas fl. class. p. 78; Haussk. symb. p. 80; Hal. Beitr. fl. Epir. p. 21, in ö. b. Z. 1897 p. 283; Form. in Ver. Brünn 1896 p. 108, 1897 p. 76. — Icon: Fl. dan. t. 672. — Exsicc.: Heldr. it. thessal. a. 1883 et 1885.

Caulibus erectis, 2—plurifloris; foliis inferioribus lyrato-pinnatipartitis, superioribus tripartitis; floribus erectis; calycis laciniis demum reflexis; corolla plus minus patula, flava, calyce sublongiore; carpophoro nullo; receptaculo carpellisque hirsutis; stylis supra medium geniculatis, articulo superiore basi hispidulo demum subglabro.

In dumosis, silvaticis regionis inferioris et montanae, rare. Epirus: pr. Vulgarelion (Hal.); Thessalia: in oropedio Neuropolis (Haussk.), pr. Koturi, Ailas Vlachava, Phlambures, mt. Mitriza, pr. Hepdominta Aderfia, pr. Patsios et Rapsani in mt. Olympo (Form.), pr. Velestinon, ad monasterium Korona (Heldr.); Euboea: mt. Dirphys; mt. Parnassus (Heldr.); Aetolia: mt. Korax (Fraas), mt. Tymphrestus (Samarit.): Laconia: mt. Malevo (Leonis); Achaia: mt. Kyllene (Heldr.), Chelmos (Orph.). — Apr. Jul. ♃.

2. **G. rivale** L. sp. p. 501; S. et S. pr. I. p. 353; Ch. et B. exp. p. 143, Fl. pelop p. 32; Bois. fl. or. II. p. 697. — Icon: Fl. dan. t. 722.

Caulibus erectis, 2-plurifloris; foliis inferioribus lyrato-pinnatipartitis, superioribus tripartitis; floribus nutantibus; calycis laciniis erectis; corolla campanulata, flava, roseo-suffusa, calyce aequilonga; carpophoro calycem subaequanti; receptaculo carpellisque hirsutis; stylis ad medium geniculatis, articulo superiore hirsuto.

In locis humidis Laconiae (Sibth.) et pr. Messene (Chaub.). — A recentioribus non lectum. — Maio, Jul. ♃. N. v.

6. **Rosa** L. gen. n. 631.

Dispositio specierum:

1. Series. *Synstyleae* DC. — Styli elongati, in columnam ultra discum longe productam coaliti; aculei homomorphi; inflorescentia corymbosa; sepala indivisa aut pinnatifida, decidua.

a. Foliola hieme perdurantia.

1. **R. moschata** Mill. 2. **R. sempervirens** L.

b. Foliola autumno decidua.

3. **R. arvensis** Huds.

2. Series. *Choristyleae* Christ. — Styli liberi, ultra discum parum aut non producti.

1. Sectio. *Gallicanae* DC. — Frutices humiliores, aculeis plerumque dimorphis, aliis majoribus rectis vel subfalcatis, aliis setaceis; foliola 5—7, majuscula, coriacea; flores magni, subsolitarii, plerumque purpurei, pedunculis glandulosis, sepalis glandulosis, deflexis, caducis; fructus vix pulposus, aurantiacus.

4. **R. gallica** L.

2. Sectio. *Pimpinellifoliae* DC. — Frutices humiliores, aculeis dimorphis, densis, subulatis et acerosis; foliola 7—11, parva, glabra, rarius pilosula aut subtus glandulosa, serraturis plerumque simplicibus; flores saepissime solitarii, albi vel pallide rosei, sepalis subintegris, eglandulosis, post anthesin erecto-patentibus, persistentibus; fructus parvus, nigricans.

5. **R. spinosissima** L.

3. Sectio. *Alpinae* Déségl. — Frutices humiliores, subinermes vel aculeis acerosis onustis; foliola 7—9, mediocria vel majuscula, tenuia, glabra vel tenuiter pubescentia, 2—3plo serrata; flores plerumque solitarii, purpurei, sepalis conniventibus, apice dilatatis, persistentibus; fructus miniati, farinosi, plerumque penduli et plus minus elongati.

6. **R. pendulina** L.

4. Sectio. *Cynorhodon* Wallr. — Frutices robusti, rarius humiles, aculeis homomorphis vel heteromorphis; foliola 5—9, majuscula vel parva; flores corymbosi, rarius subsolitarii, bracteosi, rosei, rarius albidi; sepala plus minus pinnatifida; fructus pulposus, purpureus.

1. Subsectio. *Villosae* DC. — Frutices robusti, aculeis homomorphis, plerumque tenuibus, rectis; foliola mediocria vel majuscula, plus minus tomentosa, subtus saepe glandulosa, 2—3plo serrata, serraturis dense glanduloso-ciliatis; pedunculi plerumque breves, glanduloso-setosi; sepala saepius pinnatifida, erecta, glanduloso-setosa, persistentia; petala intense rosea; fructus glanduloso-setosus, saepe nutans.

7. **R. Heldreichii** Bois. et Rent.

2. Subsectio. *Orientales* Crép. — Frutices pumili, aculeis dimorphis aut homomorphis, tenuibus, rectis, rami floriferi saepe setis aut aciculis saepe glandulosis densis onusti; foliola plerumque parva, subrotunda, biserrata, utrinque vel saltem subtus glandulosa aut tomentosa; pedunculi abbreviati; sepala indivisa vel pinnatifida, post anthesin erecta, persistentia; petala rosea; fructus saepissime glanduloso-setosus. — Subsectio ad *Rubiginosas* transiens et ab eis artificialiter habitu nano, foliolis plerumque parvis subrotundis, sepalis saepe indivisis erectis persistentibus, aculeis gracilioribus saepe dimorphis distincta.

a. Foliola tomentosa, eglandulosa; aculei homomorphi.

8. R. **Heckeliana** Tratt.

b. Foliola glabra vel pubescentia, sed saltem subtus crebre glandulosa; aculei plerumque dimorphi.

α. Foliola utrinque glandulosa; pedunculi glanduloso-hispidi vel puberuli, aut pube hac utraque muniti.

9. R. **glutinosa** S. et S.

b. Foliola supra eglandulosa, glabra; pedunculi laeves vel parce glanduliferi.

10. R. **oetoea** Burn et Gr. 11. R. **sicula** Tratt.

3. Subsectio. *Rubiginosae* DC. — Frutices plerumque robusti, aculeis homomorphis validioribus falcatis, in ramis rarius aculeolis acerosis setisque glandulosis obsiti; foliola mediocria vel parva, subtus glandulis graveolentibus dense, aut inodoris sparse obducta, glabra vel pilosa, serraturis glanduloso-compositis, saepius argutis; pedunculi saepe glandulosi; sepala pinnatifida, post anthesin reflexa vel erecta, decidua, dorso saepe glandulifera; petala rosea vel albida; fructus saepe glanduloso-setosus.

a. Pedunculi et sepala dorso glandulifera.

α. Styli hirsuti.

12. R. **arcadiensis** Hal. 13. R. **leucadia** H. Br. 14. R. **hungarica** Kern.

β. Styli glabri.

15. R. **micrantha** Sm. 16. R. **Gizellae** Borb.

b. Pedunculi et sepala dorso eglandulosa.

17. R. **agrestis** Savi. 18. R. **tomentella** Lem.

4. Subsectio. *Caninae* DC. — Frutices plerumque robusti, aculeis homomorphis, validis, falcatis (rarissime ramuli floriferi aculeolis acerosis aut setis glanduliferis obsiti); foliola mediocria, glabra vel pubescentia, eglandulosa vel subtus ad costam sparsim glandulosa, inodora, serraturis simplicioribus; pedunculi saepius eglandulosi; sepala pinnatifida, post anthesin reflexa, decidua, dorso plerumque eglandulosa; petala rosea vel alba; fructus plerumque laevis.

a. Pedunculi glanduloso-hispidi.

19. R. **Pouzini** Tratt.

b. Pedunculi eglandulosi.

α. Petioli pubescentes; foliola utrinque vel saltem subtus ad costam vel in nervis pubescentia, simpliciter vel duplicato-serrata.

20. R. **dumetorum** Thuill.

β. Petioli glabri, rarius subpuberuli; foliola glabra perfecte biserrata.

21. R. **dumalis** Bechst.

γ. Petioli glabri vel subpuberuli; foliola glabra, simpliciter serrata.

22. R. **canina** L.

5. Subsectio. *Montanae* Crép. — Frutices plerumque robusti, ramulis et foliis plus minus glaucis; aculei validiores, falcati vel recti; foliola late ovata, glabra, rarius pubescentia, eglandulosa, rarissime subtus glandulosa; stipulae superiores et bracteae saepissime dilatatae; pedunculi abbreviati, saepe brevissimi et bracteis

occultati; sepala integra vel pinnatifida, post anthesin erecta, fructu maturescenti decidua; petala saepe intensius rosea, raro pallida; styli saepe dense albo-lanati; fructus laevis vel glanduloso-hispidus.

a. Folia glabra.

23. R. glauca Vill. **24. R. montana** Chaix.

b. Folia utrinque dense pubescentia.

25. R. Orphanidis Bois. et Reut.

1. Series. *Synstyleae* DC. cat. hort. monsp. p. 137. — Styli elongati, in columnam ultra discum longe productam coaliti; aculei homomorphi; inflorescentia corymbosa; sepala indivisa aut pinnatifida, decidua.

a. Foliola hieme perdurantia.

1. **R. moschata** Mill. dict. n. 13; Bald. in nuovo giorn. bot. ital. 1894 p. 95. — Icon: Jacq. hort. Schönbr. III. t. 280. —

Frutex elatus, ramis scandentibus, aculeis validis; foliolis 5—7; ovato-acuminatis, simpliciter dentato-crenatis, subtus in nervis pubescentibus; petiolis aculeatis, pubescentibus, glandulosis; stipulis angustis, superne dilatatis; floribus mediocribus, numerosissimis, longissime pedunculatis, corymbis 3—4 plo compositis, bracteis elongatis lanceolatis suffultis; pedunculis receptaculisque cylindrico-elongatis dense glandulosis; sepalis lanceolato-linearibus, longissime acuminatis, subindivisis, dorso glandulosis; corolla alba, extus leviter rubente; stylis hispidis; receptaculo maturo subgloboso, lateritio, fere sicco.

β. **korfuana** Kell. ap. Form. in Ver. Brünn 1895 p. 45. — Rami florigeri dense villosi glandulisque pedicellatis dense praediti, foliola subtus ad costam dense villosa, ad nervos prominulos pubescentia, juniora utrinque villoso-hirta; petioli tomentosi, dense glandulosi; pedunculi villosissimi, creberrime glandulosi; bracteae dorso margineque glandulosae; torus minimus, villoso-velutinus, eglandulosus vel parum glandulosus; sepala utrinque villosa; corolla alba, perparva; styli dense hispidi.

Corcyra: in cacumine mt. Deca pr. coenobium (Bald.); Creta (Olivier); *β.* Corcyra: pr. Potamos, Stratia (Form.). — Jun. ♄. N. v.

Obs. *R. moschata* × *sempervirens* Christ in Bois. fl. or. suppl. p. 230; Haussk. symb. p. 81, *R. bifera* × *moschata* Christ in Haussk. symb. p. 81 et *R. Banksiae* R. Br. in Ait. Kew. ed. 2, III. p. 258, Haussk. symb. p. 81, ornamenti gracia in hortis Atheniensibus coluntur.

2. **R. sempervirens** L. sp. p. 492; S. et S. pr. I. p. 348; Pieri corc. fl. p. 63; Ch. et B. exp. p. 142, Fl. pelop. p. 32; Marg. et R. fl. Zante p. 46; Fraas fl. class. p. 74; Heldr. Nutzpfl. p. 66, Fl. cephalon. p. 36; Ung. Reise p. 138; Bois. fl. or. II. p. 688, suppl. p. 228; Gelmi in bull. soc. bot. ital. 1889 p. 449; Haussk. symb. p. 80; Bald. in nuovo giorn. bot. ital. 1894 p. 95; Hal. Beitr. fl. Epir. p. 21, Beitr. fl. Achaia p. 19; Form. in Ver. Brünn 1895

p. 44. — Icon: Fl. gr. t. 483. — **Exsicc.: Heldr. pl. fl. hellen. a. 1899.**

Frutex elatus, ramis scandentibus, aculeis validis; foliolis 5—7, ovato-acuminatis, glabris, simpliciter serratis; petiolis aculeatis, glabris, eglandulosis aut parce glandulosis; stipulis angustis; floribus mediocribus, longe-pedunculatis, corymbosis raro solitariis, bracteis lanceolatis suffultis; pedunculis receptaculisque subglobosis plus minus glandulosis; sepalis abbreviatis, acuminatis, subintegris, dorso dense glandulosis; corolla alba; stylis hispidis; receptaculo maturo subgloboso, dilute rubro, parum pulposo. — Glabritie, sepalis brevibus et receptaculo florifero subgloboso a praecedente diversa.

β. **scandens** Mill. dict. n. 8 pr. sp. — Foliola ovata vel ovato-obtusa; receptacula globosa. — Exsicc.: Sart. herb. —

γ. **leiostyla** Koch syn. p. 230. — Styli glabri. — **Exsicc.:** Hal. it. gr. II. a. 1893.

Ad sepes regionis calidioris frequens. Epirus: pr. Delvinon (Bald.), Kalentini (Hal.); Attica: in valle Cephissi, mt. Pentelicon, Parnes ad Ilyssum (Heldr.), pr. Kolonos (Ung.); Argolis (Haussk.); Arcadia: pr. Melingu (Sart.); Laconia Chaub.): mt. Taygetos (Psarid.); Achaia: pr. Patras (Hal.); Elis: pr. Lintzi (Heldr.); Zante (Marg.); Cephalonia: pr. Argostoli, Akoli, Illari (Heldr.); Leucas (Albanites); Corcyra (Pieri); pr. Evropuli, Afra (Form.), Palaeokastrizza (Baen.); Creta: pr. Apocorona (Reverch.); Cycladum insula Tenos (Sart.). — Maio, Jun. ♄.

b. Folia autumno decidua.

3. **R. arvensis** Huds. fl. angl. ed. 1 p. 192; L. mant. alt. p. 245; Bois. fl. or. II. p. 688, suppl. p. 228; Haussk. symb. p. 80; Bald. riv. coll. bot. Alb. 1895 p. 32; Crep. in bull. herb. Bois. 1897 p. 112. — *R. repens* Scop. fl. carn. ed. 2 I. p. 353, forma petiolis pedunculisque glandulosis, foliolis glabris. — *R. erronea* Rip. in Crép. prim. monogr. ros. p. 257, forma petiolis pedunculisque eglandulosis. — *R. baldensis* Kern. in Déségl. cat. rais. p. 48; Hal. Beitr. fl. Achaia p. 19; forma petiolis pedunculisque glandulosis, foliolis supra puberulis subtus ad nervos pubescentibus. — *R. arvensis v. pilifolia* Borb. prim. monogr. ros. hung. p. 344; Kell. ap. Form. in Ver. Brünn 1897 p. 70; forma petiolis pedunculisque glandulosis, foliolis subtus in tota superficie pubescentibus. — Icon: Engl. bot. t. 188. — Exsicc.: Orph. fl. gr. n. 684; Sint. it. thessal. n. 665.

Frutex humilior ramis elongatis, decumbentibus prostratisve, aculeis sat validis; foliolis 5—7, ovatis, simpliciter serratis, glabris vel imprimis infra pilosis; petiolis aculeatis, glabris vel pubescentibus, saepius glandulosis; stipulis angustis; floribus mediocribus, longe pedunculatis, solitariis vel corymbosis, bracteis lanceolatis suffultis; pedunculis glabris vel pubescentibus, saepius glandulosis; sepalis abbreviatis, integris subintegrisve; corolla alba; stylis glabriusculis; receptaculo ovato-globoso, parum pulposo, atropurpureo. — Species quoad indumentum valde varia-

bilis; e Graecia formas foliolis plus minus pubescentibus, petiolis pedunculisque glandulosis tantum vidi.

In silvis montanis et subalpinis, rare. Epirus: mt. Micikeli (Bald.); Thessalia: pr. Chaliki, Sermenikon (Sint.), in oropedio Neuropolis (Haussk.), pr. Neochorion, ad monasterium Korona (Form.); Arcadia: mt. Chelmos supra pagum Syvista (Hal.), mt. Kyllene (Heldr.); Laconia: mt. Malevo pr. Hagios Petros (Orph.). — Jun. Jul. ♄.

2. Series. *Choristyleae* Christ in Bois. fl. or. suppl. p. 201. — Styli liberi, ultra discum parum aut non producti.

1. Sectio. *Gallicanae* DC. in Ser. mus. helv. I p. 2. — Frutices humiliores, aculeis plerumque dimorphis, aliis majoribus rectis vel subfalcatis, aliis setaceis; foliola 5—7, majuscula, coriacea; flores magni, subsolitarii, plerumque purpurei, pedunculis glandulosis, sepalis glandulosis, deflexis, caducis; fructus vix pulposus, aurantiacus.

4. **R. gallica** L. sp. p. 492; Ch. et B. fl. pelop. p. 32; Fraas fl. class. p. 76; Heldr. Nutzpfl. p. 66, Fl. cephalon. p. 36; Bois. fl. or. II. p. 676, suppl. p. 205; Haussk. symb. p. 80; Form. in Ver. Brünn 1895 p. 48 var. *plena*; Bald. riv. coll. bot. Alb. 1896 p. 51. — *R. pumila* Jacq. fl. austr. II. p. 59, t. 198. — Exsicc.: Heldr. it. thessal. IV. a. 1883; Bald. it. alb. epir. IV. n. 24.

Fruticulus, trunco subterraneo repens, aculeis curvatis, aciculis glandulisque stipitatis creberrimis intermixtis, in caulibus vetustioribus demum evanidis; foliolis ovato-rotundatis, subpersistentibus, subduplicato-serratis, supra glabris, subtus pallidis, puberulis; petiolis aculeatis, pubescentibus; stipulis bracteisque angustis; floribus solitariis, rarius binis aut ternis; pedunculis, receptaculis sepalisque dense aculeato-hispidis; sepalis elongatis, late appendiculatis, reflexis; corolla maxima, purpurea vel laete rosea; stylis lanatis; receptaculo globoso.

In nemorosis siccis. Epirus: mt. Cuka distr. Janina (Bald.); Thessalia: in oropedio Neuropolis Pindi dolopici (Heldr.); Achaia: pr. Patras (Chaub.); Euboea, insula Andros Cycladum (Fraas); Cephalonia col. (Heldr.); Corcyra: pr. Patamos (Form.). — Maio, Jun. ♄.

Obs. *R. centifolia* L. sp. p. 491; Heldr. Nutzpfl. p. 66. — Colitur in hortis.

2. Sectio. *Pimpinellifoliae* DC. in Ser. mus. helv. I. p. 3. — Frutices humiliores, aculeis dimorphis, densis, subulatis et acerosis; foliola 7—11, parva, glabra, rarius pilosula aut subtus glandulosa, serraturis plerumque simplicibus; flores saepissime solitarii, albi vel pallide rosei, sepalis subintegris eglandulosis, post anthesin erecto-patentibus, persistentibus; fructus parvus, nigricans.

5. **R. spinosissima** L. sp. p. 491; S. et S. pr. I. p. 347; Ch. et B. exp. p. 141, Fl. pelop. p. 32. — *R. pimpinellifolia* Bois. fl. or. II. p. 672 quoad pl. graecam, non L., quae flores roseos habet. —

? *R. pimpinellifolia v. myriacantha* Fraas fl. class. p. 75. — Icon: Jacq. fragm. t. 124.

Fruticulus ramosissimus, aculeis subulatis aciculis glanduliferis setiformibusque mixtis; foliolis ovato-rotundatis, subsimpliciter serratis, glabris; petiolis aculeatis, eglandulosis; stipulis linearibus vel lineari-cuneatis; floribus solitariis, ebracteatis; pedunculis laevibus vel glandulosis; sepalis indivisis, breviter acuminatis; corolla mediocri, lactea; stylis lanatis; receptaculo globoso.

In Peloponnesi campestribus (Sibth.); in Graecia boreali (Fraas). — Maio, Jun. ♄. N. v.

3. Sectio. *Alpinae* Déségl. ess. monogr. ros. p. 51. — Frutices humiliores, subinermes vel aculeis acerosis onustis; foliola 7—9, mediocria vel majuscula, tenuia, glabra vel tenuiter pubescentia, 2—3plo serrata; flores plerumque solitarii, purpurei, sepalis conniventibus, apice dilatatis, persistentibus; fructus miniati, farinosi, plerumque penduli et plus minus elongati.

6. **R. pendulina** L. sp. p. 492. — *R. alpina* L. sp. ed. 2 p. 703; Bois. fl. or. II. p. 673, suppl. p. 211; Haussk. symb. p. 80; Bald. riv. coll. bot. Alb. 1896 p. 51. — Icon: Jacq. fl. austr. t. 279.

Ramis erectis, brevibus; aculeis acicularibus vel subulatis vel nullis, in turionibus plerumque crebris; foliolis ovato-oblongis, glabris, rarius subtus in nervis pilosiusculis aut parce glanduliferis; petiolis parce aculeatis, glandulosis; stipulis dilatatis, glandulosis; floribus plerumque solitariis; bracteis, pedunculis, receptaculis sepalisque glanduliferis; sepalis subintegris, longe acuminato-caudatis; corolla magna, purpurea; stylis lanatis; receptaculo oblongo-pyriformi, rarius subgloboso.

In silvis subalpinis. Epirus: mt. Smolika (Bald.); Thessalia: mt. Zygos in Pindo tymphaeo (Haussk.), ad Mavrolonghos in mt. Olympo (Heldr.). — Jul. ♄. N. v.

4. Sectio. *Cynorhodon* Wallr. ros. hist. p. 206. — Frutices robusti, rarius humiles, aculeis homomorphis vel heteromorphis; foliola 5—9, majuscula vel parva; flores corymbosi, rarius subsolitarii, bracteosi, rosei rarius albidi; sepala plus minus pinnatifida; fructus pulposus, purpureus.

1. Subsectio. *Villosae* DC. in Ser. mus. helv. I. p. 3. — Frutices robusti, aculeis homomorphis, plerumque tenuibus, rectis; foliola mediocria vel majuscula, plus minus tomentosa, subtus saepe glandulosa, 2—3plo serrata, serraturis dense glanduloso-ciliatis; pedunculi plerumque breves, glanduloso-setosi; sepala saepius pinnatifida, erecta, glanduloso-setosa, persistentia; petala intense rosea; fructus glanduloso-setosus, saepe nutans.

7. **R. Heldreichii** Bois. et Reut. diagn. ser. 2, II. p. 49, Fl. or. II. p. 681. — *R. mollis* Christ in Bois. fl. or. suppl. p. 224, vix Sm. — Exsicc.: Heldr. herb. n. 2443.

Frutex elatus, ramis brevibus, tenuibus; aculeis a basi dilatata rectis; foliolis obovatis ovatisve, supra hirtulis, subtus pallidis tomentellis, utrinque

minutissime glandulosis, composito-biserratis, basin versus subintegris, dentibus crebre denticulato-glandulosis; petiolis aculeatis, tomentellis, glandulosis; stipulis dilatatis, glandulosis; floribus 2—5 corymbosis, brevissime pedunculatis; pedunculis receptaculis sepalisque aciculato-hispidis; sepalis integris in appendicem elliptico-lanceolatam subintegram dilatatis; corolla rosea; stylis lanatis; receptaculo globoso-pyriformi. — *R. molli* Sm. proxima, sed ab ea floribus minoribus, calycinis lobis subintegris, indumento ad pedunculos, foliola et stipulas crebre glanduloso, foliolis basi subintegris, dentibus crebre glanduloso-marginatis sat differre videtur.

In regione silvatica superiori mt. Olympus Thessaliae ad Mavrolongos (Heldr.). — Jul. ♄.

2. Subsectio. *Orientales* Crép. in bull. soc. bot. belg. VII. p. 258. — Frutices pumili, aculeis dimorphis aut homomorphis, tenuibus, rectis, rami floriferi saepe setis aut aciculis saepe glandulosis densis onusti; foliola plerumque parva, subrotunda, biserrata, utrinque vel saltem subtus glandulosa aut tomentosa; pedunculi abbreviati; sepala indivisa vel pinnatifida, post anthesin erecta, persistentia; petala rosea; fructus saepissime glanduloso-setosus. — Subsectio ad *Rubiginosas* transiens et ab eis artificialiter habitu nano, foliolis plerumque parvis subrotundis, sepalis saepe indivisis erectis persistentibus, aculeis gracilioribus saepe dimorphis distincta.

a. Foliola tomentosa, eglandulosa; aculei homomorphi.

8. **R. Heckeliana** Tratt. ros. monogr. II. p. 85; Bois. fl. or. II. p. 680, suppl. p. 226; Christ in Flora 1877 p. 447; Crep. prim. fasc. V. p. 638; Burn. et Gremli genre rosa p. 71.

Fruticulus nanus, confertus, aculeis homomorphis, validis, aduncis; foliolis orbicularibus, simpliciter vel subsimpliciter serratis, utrinque sed subtus densius tomentosis, eglandulosis; petiolis villosis, parcissime aculeatis, subeglandulosis; stipulis dilatatis; floribus minutis, saepissime solitariis, bracteis latis occultatis, subsessilibus; ramis florigeris, pedunculis sepalisque incano-puberulis; sepalis glanduloso-setulosis, pinnatifidis appendicibus foliaceis, rarius indivisis; corolla rosea; stylis albo-tomentosis; receptaculo globoso, hispidissimo.

α. **Parnassi** Sibth. ms. in herb. brit. mus. sec. Crép. prim. fasc. V. p. 641, pro sp.; Burn. et Gremli genre rosa p. 72; Hal. in z. b. G. 1888 p. 756; Bald. riv. coll. bot. Alb. 1895 p. 32. — *R. Heckeliana f. semihaplodonta* Borb. prim. ros. hung. p. 499. — *R. Heckeliana v. graeca* Burn. et Gremli l. c. — Aculeis plerumque validis; ramis florigeris, pedunculis sepalisque dense incano-puberulis; petiolis eglandulosis vel subeglandulosis; foliolis simpliciter serratis; receptaculo globoso. — Exsicc.: Orph. fl. gr. n. 422; Heldr. herb. n. 2679; Bald. it. alb. epir. III. n. 140.

β. **atrichoclada** Borb. prim. ros. hung. p. 499; Bois. fl. or. suppl. p. 226; Burn. et Gremli genre rosa p. 74; Bald. riv. coll. bot. Alb.

1896 p. 53. — *R. Heckeliana v. italica* Burn. et Gremli l. c. — Aculeis plerumque tenuioribus, crebris; ramis florigeris, pedunculis sepalisque haud puberulis; glandulis in petiolo et nervo medio paginae inferioris et in dentibus foliolorum biserratorum haud infrequentibus; receptaculo ovato. — Exsicc.: N. v.

In rupestribus, lapidosis regionis mediae et superioris. **Epirus**: mt. Tsumerka, Peristeri (Bald.); **Doris**: mt. Kiona (Hal.); mt. Parnassus, mt. Dirphys Euboeae (Heldr.); Peloponnesus: mt. **Taygetos, Olenos** (Heldr.); — *β*. Epirus: mt. Gamila distr. Zagorion (Bald.); **Laconia**: mt. Taygetos (Heldr.). — Jun. Aug. ♄.

b. Foliola glabra vel pubescentia, sed saltem subtus crebre glandulosa; aculei plerumque dimorphi.

α. Foliola utrinque glandulosa; pedunculi glanduloso-hispidi vel puberuli, aut pube hac utraque muniti.

9. **R. glutinosa** S. et S. pr. I. p. 348; Sieb avis p. 4, rem. p. 4; Bois. fl. or. II. p. 679, suppl. p. 222; Christ in Flora **1873** p. 349; Heldr. in Sitzungsber. acad. Wiss. Berlin 1883 p. 6, chlor. Parn. p. 17: Burn. et Gremli genre rosa p. 50; Haussk. symb. p. 81; Bald. viagg. Creta p. 48, riv. coll. bot. Alb. 1895 p. 32, 1896 p. 52; Hal. Beitr. fl. Epir. p. 21; Form. in Ver. Brünn 1896 p. 107, 1897 p. 76; Crép. in bull. herb. Bois. 1897 p. 116. — *R. rubiginosa v. cretica* Red. et Thor. ros. I. p. 125; Ser. in DC. pr. II. p. 616. — ? *R. cretica* Tratt. mon. ros. II. p. 83. — *R. dalmatica* Kern in ö. b. Z. 1870 p. 8; Form. in D. bot. Mon. 1870 p. 53, in Ver. Brünn 1895 p. 50. — Icon: Fl. gr. t. 482. — Exsicc.: Orph. fl. gr. 423; Heldr. herb. norm. n. 734; Bald. it. cret. n. 118, it. cret. alt. n. 69, it. alb. epir. IV. n. 170.

Fruticulus nanus, confertus; aculeis dimorphis, aliis plus minus validis rectiusculis, rarius aduncis et falcatis, aliis creberrimis setiformibus glanduliferis, interdum evanidis; foliolis parvis, orbicularibus, ovato-rotundatis rarius obovatis, argute et breviter glanduloso-biserratis, utrinque glandulis sessilibus creberrimis aspersis, glabris vel cum petiolo pubescentibus; petiolis valde aculeatis et glandulosis; stipulis glanduloso-ciliatis; floribus solitariis, rarius binis vel ternis, breviter pedunculatis, bracteis ovatis suffultis; pedunculis, receptaculis sepalisque dense setoso-glandulosis; sepalis saepissime pinnatifidis; corolla parva, rosea; stylis tomentosis; receptaculo ovato vel subgloboso.

β. **Thureti** Burn. et Gremli ros. alp. marit. p. 79 pro var. *R. calabricae* Hut. — *R. Thureti* Burn. et Gremli suppl. ros. alp. marit. p. 12 et 78; Heldr. chlor. Parn. p. 17; Christ in Bois. fl. or. II. p. 221; Hal. in ö. b. Z. 1897 p. 283. — *R. glutinosa β leioclada* Christ in fl. or. suppl. p. 222; Haussk. symb. p. 81; Hal. Beitr. fl. Thessal. p. 12; Bald. riv. coll. bot. Alb. p. 52; Crép. in bull. herb. Bois. 1897 q. 116, Form. in Ver. Brünn 1897 p. 76. — *R. glutinosa v. cilicica* H. Br. ap. Hal. in z. b. G. 1888 p. 755. — *R. poteriifolia* Schott

et Kty. exsicc. 360 b. — Ramuli setis destituti, petioli et folia saepe glabra vel glabriuscula. — Intermediis ad typum transit. — Formas supra in synonymia enumeratas notis constantibus distinguere mihi impossibile videtur. — Exsicc.: Heldr. herb. norm. n. 734; Sint. it thessal. n. 666.

In rupestribus regionis mediae et superioris. Epirus: mt. Prosgoli (Form.), mt. Vratedon, mt. Papignon, Smolika (Bald.), Tsumerka, Peristeri (Hal.); Thessalia: mt. Baba, pr. Klinovo, Chaliki, mt. Zygos, Karava, Ghavellu in Pindo (Haussk.), mt. Ossa (Heldr.); Aetolia: mt. Tymphrestus (Samarit.); mt. Kiona (Hal.), Parnassus (Heldr.); Euboea: pr. Pyxaria (Orph.); Peloponnesus: mt. Taygetos, Olenos (Hal.); Creta: mt. Sphaciotici (Sibth.), mt. Ida (Bald.); — β. Epirus: mt. Smolika (Bald.), mt. Peristeri (Sint.); Thessalia: mt. Oxya (Hal.), pr. Sermenikon (Form.), mt. Ghavellu, Karava, Baba, Zygos (Haussk.); mt. Taygetos (Heldr.). — Jun. Aug. ♄.

8×9. **R. Heckeliana × glutinosa** Christ in Bois. fl. or. II. p. 222. — *R. Guicciardii* Burn. et Gremli genre rosa p. 78. — „Ramis puberulis, parce partimque aciculosis; foliolis majoribus, utrinque dense pubescentibus, supra eglandulosis, infra inter tomentum glandulosis, glanduloso-biserratis; bracteis cano-tomentosis; sepalis late et foliaceo-pinnatifidis. — Facies luxurians hybridae, habitu propius ad R. Heckelianam, characteribus potius ad *R. glutinosam* accedens". — In mt. Parnasso (Guicc.) N. v.

β. Foliola supra eglandulosa, glabra; pedunculi laeves vel parce glanduliferi.

10. **R. oetoea** Burn. et Gremli genre rosa p. 49. — *R. glutinosa × glauca* Christ in Bois. fl. or. suppl. p. 223. — Exsicc.: Heldr. it. gr. septentr. a. 1879.

Frutex nanus, ramis purpurascentibus, glabris, aculeis validis incurvis et aciculis setisque glandulosis instructis; foliolis mediocribus, orbicularibus, ovato-orbicularibus vel subellipticis, glaucescentibus, glaberrimis, composite glanduloso-serratis, supra eglandulosis, subtus partim in nervillis glandulosis; petiolis aculeatis, glandulosis, puberulis; stipulis glabris, glanduloso-ciliatis; floribus solitariis vel binis, breviter pedunculatis, bracteis ovatis suffultis; pedunculis glabris, glandulis raris praeditis; sepalis pinnatifidis, glanduliferis setulosisque, reflexo-patentibus; corolla ignota; stylis tomentosis; receptaculo ovato, glanduloso-setuloso. — Typus singularis, habitu ad species sectionis *Montanae*, sed notis aliis, praesertim heteracanthia, foliorum forma glandulisque subfoliaribus ad *Orientales* accedens.

In pascuis subalpinis mt. Oeta Phthiotidis (Heldr.). Jun. Jul. ♄.

11. **R. sicula** Tratt. ros. mon. II. p. 86; Heldr. chlor. Parn. p. 17; Christ in Bois. fl. or. suppl. p. 218; Haussk. symb. p. 81; Bald. riv. coll. bot. Alb. 1895 p. 31. — Huc forsan: *R. Seraphini v. Borhekiana* Kell. et Form. ap. Form. in Ver. Brünn 1894 p. 55, 1897 p. 75. — Exsicc.: Bald. it. alb. epir. III. n. 139.

Frutex nanus, subheteracanthus; aculeis validis rectis vel incurvis, ad basin dilatatis; ramulis glabris, indumento aciculari destitutis; foliolis parvis, ovalibus, ellipticis vel suborbicularibus, obscure virentibus, glabris, raro subtus ad costam puberulis, composite glanduloso-serratis, supra eglandulosis, subtus crebre glandulosis; petiolis aculeatis, glabris vel pilosiusculis, glandulosis; stipulis glabris, margine glandulosis; floribus solitariis, rarius binis ternisve, breviter pedunculatis, bracteis ovatis suffultis; pedunculis plus minus glanduliferis aut laevibus; sepalis hispidis, brevibus, parce appendiculatis, lobis brevibus linearibus; corolla rosea; stylis lanatis; receptaculo subgloboso vel ellipsoideo, parce hispido vel laevi. — Aculeis subconformibus, foliolis obscure viribus non glaucescentibus, receptaculis nudis vel subnudis et toto habitu a praecedente diversa.

β. **Coquebertii** Burn. et Gremli genre rosa p. 47 pro sp.; Christ in Bois. fl. or. II. p. 219. — *R. sicula v. setigera* Crep. ap. Bald. riv. coll. bot. Alb. 1896 p. 52. — Rami aculeis validioribus, saepe aduncis et aciculis setisque glandulosis instructis; sepalis dorso nudis; stylis glabrescentibus vel minus lanatis. — Fere transitum inter *R. glutinosam* et *R. siculam* praebet. — Exsicc.: N. v.

γ. **pindicola** Kell. ap. Form. in Ver. Brünn 1896 p. 105. — Foliolis minimis, argute profundeque serratis; pedunculis creberrime stipitato-glandulosis; fructu magno, ellipsoideo-oblongo vel oblongo-clavato. — Exsicc.: N. v.

In regione montana et subalpina. Epirus: mt. Smolika, Micikeli pr. Syraku (Bald.); Thessalia: supra Sermeniko, mt. Karava (Haussk.); Aetolia: mt. Korax (Tuntas); Phocis: mt. Parnassus (Heldr.); — *β.* in Graecia (Coquebert); — *γ.* pr. Klinovo in Pindo (Form.). — Maio, Jul. ♄.

3. Subsectio. *Rubiginosae* DC. in Ser. mus. helv. I. p. 2. — Frutices plerumque robusti, aculeis homomorphis validioribus falcatis, in ramis rarius aculeolis acerosis setisque glandulosis obsiti; foliola mediocria vel parva, subtus glandulis graveolentibus dense, aut inodoris sparse obducta, glabra vel pilosa, serraturis glanduloso-compositis, saepius argutis; pedunculi saepe glandulosi; sepala pinnatifida, post anthesin reflexa vel erecta, decidua, dorso saepe glandulifera; petala rosea vel albida; fructus saepe glanduloso-setosus.

a. Pedunculi et sepala dorso glandulifera.

α. Styli hirsuti.

12. **R. arcadiensis** Hal. Beitr. fl. Achaia p. 19. — Exsicc.: Hal. it. gr. II. a. 1893; ? Heldr. herb. norm. n. 1334 sub *R. sicula*.

Frutex erectus, ramis subflexuosis, ramulis fertilibus brevibus; aculeis validis, falcatis, ad basin dilatatis, in ramulis fertilibus gracilioribus, aduncis; foliolis parvis, late-ellipticis vel suborbicularibus supra glabris, laevibus, subtus crebre glandulosis, ad costam pilosiusculis, composite glanduloso-serratis; stipulis glabris, margine glandulosis, petiolis glabris

vel pilosiusculis, aculeatis, glandulosis; floribus solitariis, breviter pedunculatis, bracteis saepe foliaceis suffultis; sepalis exterioribus pinnatifidis, post anthesin reflexis; corolla majuscula lactea; stylis villosis, discum subconicum longitudine parum superantibus; receptaculo ellipsoideo, laevi. —

In regione montana et subalpina. Peloponnesus: pr. Megaspilaeon, Kalavryta, Sudena in mt. Chelmos (Hal,); probabiliter huc pertinet etiam rosa in mt. Parnes Atticae (Heldr.) lecta. — Maio, Jun. ♄.

13. **R. leucadia** H. Br. in z. b. G. 1885 p. 126; Hal. Beitr. fl. Achaia p. 20; Crép. in bull. herb. Bois. 1897 p. 113. — *R. micrantha* Hal. Beitr. fl. Achaia p. 20; Bald. in bull. herb. Bois 1896 p. 204; non Sm. — Huc forsan: *R. rubiginosa* S. et S. pr. I. p. 348; Ch. et B. exp. p. 141, Fl. pelop. p. 32; Bois. fl. or. II. p. 686. — Exsicc.: Spreitz. it. ion. a. 1878; Heldr. it. thessal. n. 77.

Frutex erectus, ramis flexuosis, parce aculeatis; aculeis validis, e basi latiore aduncis, in ramulis fertilibus aculeis brevibus robustis et saepe aculeolis setaceis armatis; foliolis rotundato-ellipticis vel elliptico-obovatis, supra adpresse et parce pilosulis, hinc inde etiam glandulis rufescentibus parce praeditis, subtus adpresse pubescentibus, sparse glandulosis, composite glanduloso-serratis; stipulis glanduloso-ciliatis, subtus crebre glandulosis; petiolis plus minus dense pubescentibus, aculeatis, glandulosis; floribus solitariis vel 2—3 nis, pedunculis elongatis, bracteis foliaceis suffultis; sepalis exterioribus pinnatifidis, post anthesin patentibus, demum reflexis; corolla parva, rosea; stylis pilis albidis longiusculis obtectis, discum subconicum longitudine parum superantibus; receptaculo ellipsoideo, laevi. — A praecedente foliolis supra parce pilosulis, subtus adpresse pubescentibus, sparsius glandulosis, petiolis plerumque dense pubescentibus, corolla rosea differt. —

Ad sepes regionis inferioris et montanae. Thessalia: pr. Malakasi (Sint. sec. Crép. l. c.), pr. Sermenikon, mt. Ghavellu, Karava (Haussk. sec. Crép. l. c.), mt. Baba, inter Krania et Klinovo (Heldr. sec. Crép. l. c.) mt. Ossa pr. Spilaea (Heldr.); Euboea: mt. Dirphys (Pichl.); Achaia: pr. Megaspilaeon, Lopesi (Hal.); Leucas: pr. Amaxichi (Spreitz.), Eukluvi (Bald.). — Maio, Jun. ♄.

14. **R. hungarica** Kern in ö. b. Z. 1869 p. 234. — *R. micrantha v. hungarica* Kell. ap. Form. in Ver. Brünn 1896 p. 105. — *R. dorica* H. Br. et Hal. in z. b. G. 1888 p. 753; Hal. Beitr. fl. Epir. p. 21. — *R. micrantha* Bald. riv. coll. bot. Alb. 1896 p. 51. — *R. micrantha v. agrestis* Bald. l. c. 1895 p. 31. — *R. micrantha v. dorica* Kell. ap. Form. in Ver. Brünn 1897 p. 75. — Exsicc.: Hal. it. gr. a. 1888; Bald. it. alb. epir. III. n. 46 et 137, IV, n. 25; Sint. it. thessal. n. 579.

Frutex erectus, ramis subflexuosis, ramulis fertilibus brevibus; aculeis validis, falcatis, ad basin dilatatis, in ramulis fertilibus gracilioribus, aduncis; foliolis parvis, ellipticis vel ovato-ellipticis, ad basin cuneatis vel attenuatis, supra glabris vel parce pilosulis, eglandulosis vel raro sparse glandulosis, subtus crebre glandulosis, ad costam pilo-

sulis vel subglabris, composite glanduloso-serratis; stipulis utrinque, superioribus margine tantum glanduloso-ciliatis; petiolis aculeatis, glandulosis, subglabris; floribus solitariis vel 2—4 corymbosis, breviter pedunculatis, bracteis saepe foliaceis suffultis; sepalis exterioribus pinnatifidis, post anthesin patentibus; corolla mediocri, albida; stylis dense pilosis, sub disco porrectis; receptaculo ellipsoideo vel ovoideo, ad basin glandulis sparsis munito. — A *R. leucadia* petiolis glabriusculis, foliolis cuneatis, glabris vel glabriusculis, subtus crebre glandulosis, pedunculis brevioribus, a *R. arcadiensi* foliolorum forma, ab ambabus stylis columellam disco exsertam formantibus discedens. — Ex opinione cl. Crépin in bull. herb. Bois. 1897 p. 114 omnes tres nil sunt nisi formae meridionales *R. micranthae* Sm.

In regione montana et subalpina. Epirus: mt. Olycika, pr. Syraku (Bald.) mt. Tsumerka supra Theodoriana (Hal.); Thessalia: pr. Malakasi (Sint.), mt. Baba (Heldr.), pr. Limogardi, mt. Jurti in mt. Othrys (Form.); Doris: mt. Kiona (Hal.); Leucas: pr. Hagea Mavra (Albanites), ad pagum Engluvi (Bald.). — Jun. Jul. ♄.

β. Styli glabri.

15. **R. micrantha** Sm. engl. bot. XXXV. t. 2490.

Frutex erectus, flaccidus; ramis elongatis, arcuatis; aculeis validis, falcatis, ad basin dilatatis; foliolis majusculis, ovatis, ad basin saepius rotundatis, breviter glauduloso-biserratis, supra parce pilosulis, subtus pubescentibus, crebre glandulosis; stipulis linearibus, margine saepius etiam subtus glandulosis; petiolis glandulosis et aciculatis, pubescentibus; floribus corymbosis, longe pedunculatis, bracteis lanceolatis suffultis; pedunculis receptaculo longioribus, glanduloso-hispidis; sepalis pinnatifidis, reflexis; corolla parva vel mediocri, pallide rosea seu carnea; stylis glabris, saepe e disco plus minus elevato prominulis; receptaculo ovoideo, laevi vel ad basin glandulifero. — Hucusque formae sequentes in Graecia observatae:

α. **Lemani** Bor. fl. centr. Fr. ed. 3 II. p. 230 pro sp. — *R. micrantha β. calvescens* Burn. et Gremli ros. alp. marit. p. 71; Bald. riv. coll. bot. alb. 1896 p. 51. — Rami aculeis validis et saepe etiam subsetaceis armati; foliola parva, ovato-elliptica subtus ad costam pubescentia, caeterum glabra, petioli glabriusculi.

β. **lactiflora** Deségl. cat. rais. p. 291 pr. sp.; Kell. ap. Form. in Ver. Brünn 1897 p. 75. — Aculei fere recti aut inclinati; foliola parva ovato-subrotunda aut ovata ellipticaque, subtus ad costam tantum pilosula, minus abunde glandulosa, petioli glabri; petala lactea. — Huc.: f. *polyacantha* Borb. ros. hung. p. 491; Kell. ap. Form. in Ver. Brünn 1896 p. 104; frutex parvus, aculeis crebris, foliis ovato-lanceolatis, ellipticis vel ovatis, pedunculis breviusculis, parcius glanduliferis, stylis pilosulis, receptaculo ovoideo vel (*f. globulosa* Kell. et Form. in ö. b. Z. 1890 p. 103, in Ver. Brünn 1896 p. 104) globoso. —

In regione submontana et montana. α. Epirus: pr. Dodona (Bald.); — β. pr. Mavrika in mt. Othrys et pr. Longici Thessaliae (Form.), *f. polyacantha* in mt. Pelion (Form.), *f. globulosa* pr. Miluna in Olympo (Form.). — Jun. ♄. N. v.

16. **R. Gizellae** Borb. ros. hung. p. 479. — *R. micranthoides* Kell. in Hal. et Br. Nachtr. Fl. Niederöst. p. 239, ap. Form. in D. bot. Monat. 1891 p. 50, in Ver. Brünn 1896 p. 104.

Frutex erectus; ramis flexuosis, ramulis confertis, brevibus; aculeis validis, falcatis, ad basin dilatatis; foliolis parvis vel mediocribus, obovatis vel ellipticis, ad basin breviter cuneatis, argute glanduloso-biserratis, supra glabris, subtus parce glandulosis, ad nervos pilosis; stipulis angustis, subtus et margine glandulosis; petiolis glandulosis et aciculatis, pilosiusculis; floribus solitariis vel corymbosis, breviter pedunculatis, bracteis lanceolatis suffultis; pedunculis receptaculo aequilongis, sparsim glanduliferis; sepalis pinnatifidis post anthesin patentibus; corolla mediocri vel parva, alba vel rosea; stylis glabris, e disco conico prominulis; receptaculo ovoideo vel ovoideo-oblongo, laevi vel ad basin glandulifero. — A praecedente foliolis argutius serratis, basin saepe cuneatis, subtus parcius glandulosis et pilosis, pedunculis brevibus et sepalis patentibus differt.

Thessalia: pr. Vendista in Pindo et in mt. Pelion (Form.) — Jun. ♄. N. v.

b. Pedunculi et sepala dorso eglandulosa.

17. **R. agrestis** Savi fl. pis I. p. 475. — *R. sepium* Thuill. fl. par. ed. 2 p. 252; Form. in Ver. Brünn 1895 p. 49, cum f. *cyclocarpa* (receptaculo saepissime globoso); Crép. in bull. herb. Bois. 1897 p. 116. — Exsicc.: Heldr. it. thessal. IV. a. 1885.

Frutex erectus, ramis elongatis; aculeis validis, falcatis, basin valde dilatatis, foliolis oblongis, basin versus attenuatis, composite glanduloso-serratis, glabris, subtus plus minus dense glandulosis; stipulis oblongis, subtus et margine glandulosis; petiolis glandulosis et aciculatis, glabris; floribus solitariis vel corymbosis, bracteis ovato-lanceolatis suffultis; pedunculis saepius elongatis; sepalis pinnatifidis, margine glanduloso-ciliatis, post anthesin reflexis, caducis; corolla parva, albida; stylis glabris vel fere glabris, e disco parum elevato prominulis; receptaculo ellipsoideo vel ovoideo, rarius globoso, laevi.

β. **abscondita** Christ in Flora 1874 p. 505, in Bois. fl. or. suppl. p. 218; Haussk. symb. p. 80. — Foliola majora, mere ovata, nec cuneata, dentibus brevioribus, glandulis subfoliaribus parcis, partim deficientibus; receptacula majora breviusque pedunculata.

In montanis et subalpinis. Epirus: pr. Han Kanberga et Han Balduma (Form.); Thessalia: pr. Koturi (Heldr.), Chaliki, Krania, mt. Baba supra Klinovo (Haussk.), pr. Kalabaka (Sint.). — Jun. ♄.

18. **R. tomentella** Lem. bull. philom. 1818 p. 86; Christ. in Bois. fl. or. suppl. p. 217; Gelmi in bull. soc. bot. ital. 1889 p. 449,

f. *affinis* Rau. enum. ros. 1816 p. 79 (foliis subtus glabriusculis); Haussk. symb. p. 80; Crép. in bull. herb. Bois. 1897 p. 113; Kell. ap. Form. in Ver. Brünn 1897 p. 74, f. *coriacea* (receptaculis brevioribus, ovato-globosis globosisve). — *R. dumetorum v. amblyphylla* Hal. Beitr. fl. Achaia p. 20, non Rip. — Exsicc.: Heldr. pl. fl. hellen. a. 1887; Sint. it. thessal. n. 431.

Frutex erectus, ramis divaricatis; aculeis validis, falcatis, basin valde dilatatis; foliolis suborbicularibus, obovalibus vel ovalibus, basin rotundatis, glanduloso-subbiserratis vel composite biserratis, supra glabris vel pilosiusculis, subtus plus minus dense pubescentibus et in nervis glandulis sparsis, interdum perpaucis (in foliolis superioribus saepe deficientibus) obductis; stipulis angustis, subtus saepe pilosis, margine glandulosis; petiolis glandulosis, aciculatis, pubescentibus; floribus solitariis vel corymbosis, bracteis ovato-lanceolatis suffultis; pedunculis saepius brevibus; sepalis pinnatifidis, margine glanduloso-ciliatis, post anthesin reflexis, caducis; corolla parva, roseo-albida; stylis glabris vel pilosis, subelongatis; receptaculo late-ellipsoideo vel globoso, laevi. — Foliolorum forma, pubescentia et glandulis sparsis a praecedenti differt. — Magis affinis *R. dumetorum*, a qua foliolis glanduloso-biserratis vel composite-biserratis, subtus in nervis glandulosis, petiolo glanduloso, sepalis appendicibus numerosis glanduloso-dentatis foliaceis, corolla parva differt.

In dumetis regionis inferioris et montanae. Thessalia: pr. Sermenikon, Kalabaka (Sint.), monasterium Korona, Orman Magula (Haussk.), mt. Ossa, Pelion (Heldr.), mt. Othrys (Form.); Achaia: mt. Kyllene pr. Phlamburitza (Heldr.), pr. Sudena (Hal.). — Maio, Jun. ♃.

4. Subsectio. *Caninae* DC. in Ser. mus. helv. I. p. 3. — Frutices plerumque robusti, aculeis homomorphis validis, falcatis, rarissime ramuli floriferi aculeolis acerosis aut setis glanduliferis obsiti; foliola mediocria, glabra vel pubescentia, eglandulosa vel subtus ad costam sparsim glandulosa, inodora, serraturis simplicioribus; pedunculi saepius eglandulosi; sepala pinnatifida, post anthesin reflexa, decidua, dorso plerumque eglandulosa; petala rosea vel alba; fructus plerumque laevis.

a. Pedunculi glanduloso-hispidi.

19. **R. Pouzini** Tratt. monogr. ros. II. p. 111; Christ in Bois. fl. or. suppl. p. 213. — Exsicc.: Heldr. pl. fl. hellen. a. 1887, Reis. pl. gr. a. 1894.

Frutex mediocris; aculeis falcatis vel uncinatis, elongatis; foliolis saepius parvis, ovatis, ovato-subrotundis vel ovato-ellipticis, glanduloso-biserratis, utrinque glabris, subtus ad costam vel hinc inde etiam in nervis glandulosis; stipulis brevibus, modice dilatatis; petiolis glandulosis, aculeolatis, glabris; floribus solitariis vel corymbosis, bracteis lanceolatis suffultis; pedunculis elongatis; sepalis pinnatifidis glanduloso-ciliatis, dorso laevibus vel parce glanduliferis; corolla parva, pallide rosea; stylis brevibus, glabris vel pilosiusculis; receptaculo ovoideo, ad basin glandulifero. — Transitum ad subsectionem praecedentem praebet.

β. **graeca** Christ in Bois. fl. or. suppl. p. 214; Haussk. symb. p. 80. — Humilis, ramulis brevibus, foliolis subtus dense glandulosis, sepalis dorso glanduloso-hispidis.

Achaia: mt. Kyllene pr. Hagios Vlasios (Heldr.); Sporadum insula Psathura (Reis.). — *β.* in regione abietina supra Sermeniko, mt. Ghavellu, Karava et in mt. Baba supra Klinovo in Pindo (Haussk.). — Maio, Jun. ♄.

Obs. R. alba L. sp. p. 492; Crép. in bull. herb. Bois. 1897 p. 112. — Colitur in hortis pagi Chaliki in Pindo (Sint.).

b. Pedunculi eglandulosi.

α. Petioli pubescentes; foliola utrinque vel saltem subtus ad costam vel in nervis pubescentia, simpliciter vel duplicato-serrata.

20. **R. dumetorum** Thuill. fl. Paris ed. 2. p. 250; Christ in Bois. fl. or. suppl. p. 214; Haussk. symb. p. 80; Form. in Ver. Brünn. 1897 p. 73; f. foliolis parvis subtus glaucis, serraturis latis apertis, stylis fere glabris, receptaculo subgloboso. — ? *R. collina* Ch. et B. fl. pelop. p. 32. — *R. canina γ. collina* Bois. fl. or. II. p. 685. — *R. canina v. dumetorum* Crép. in bull. herb. Bois. 1897 p. 112; Bald. in riv. coll. bot. Alb. 1895 p. 30. — Exsicc.: Heldr. pl. fl. hellen. a. 1887.

Frutex elatus; aculeis aduncis, validis; foliolis ovatis, simpliciter serratis, rarius biserratis, utrinque plus minus dense pubescentibus; stipulis dilatatis; petiolis pubescentibus, aculeatis, eglandulosis vel parum glandulosis; floribus solitariis vel corymbosis, bracteis lanceolatis suffultis; pedunculis elongatis; sepalis pinnatifidis, dorso eglandulosis; corolla mediocri, roseo-albida; stylis pilosis vel fere glabris, in disco elevato admodum elongatis; receptaculo subgloboso, laevi. — Species variabilis, speciebus aliis vulgatior, hucusque in formis sequentibus observata: * Foliola utrinque plus minus dense pubescentia: *α.* **typica.** Foliola majuscula elliptico-rotundata, simpliciter-serrata, supra tenuiter, subtus densius pubescentia, corolla rosea, styli pilosi vel glabriusculi. — *β.* **obtusifolia** Desv. journ. bot. II. p. 317, pro sp.; Christ in Bois. fl. or. suppl. p. 215; Crép. in bull. herb. Bois. 1897 p. 113. Foliola mediocria, ovato-elliptica, obtusiuscula vel breviter acuta, simpliciter-serrata, supra tenuiter puberula, subtus dense pubescentia, corolla alba, styli sublanati. — *γ.* **solstitialis** Bess. prim. fl. Gal. I. p. 324, pr. sp.; Hal. Beitr. fl. Achaia p. 20. — Foliola majuscula, elliptica vel ovato-oblonga, serraturis nonnullis denticulatis, pedunculi abbreviati, corolla rosea, styli lanati. — * * Foliola supra glabra vel subpuberula, subtus saepissime in nervis solum pubescentia: ○ Styli glabri: *δ.* **peneia** Kell. ap. Form. in Ver. Brünn 1896 p. 102 pro var. *R. submitis* Gren. — Foliola elliptico-lanceolata; simpliciter serrata, supra glabra glauco-virescentia, subtus grisea dense pubescentia, styli pauci, subcolumnares, receptacula ellipsoideo-oblonga. — ○ Styli pilosi: *ε.* **urbica** Lem. bull. philom. 1818 p. 85; Kell. ap. Form. in Ver. Brünn 1896 p. 100 f. *platyphylloides* Dés. et Rip. cat. rais. p. 207; Kell. l. c. p. 101 ? f. *hybrida*; Kell. l. c. 1897 p.

71, f. *decalvata* Crép. in sched. ex Kell. in Hal. et Br. Nachtr. fl. Niederöst. p. 278; Kell. ap. Form. in Ver. Brünn 1897 p. 71, f. *Zahliana*; Kell. l. c. p. 72, f. *uncinelloides* Pug. in sched.; Kell. l. c. p. 73, f. *rubristipula*. — Foliola ovata vel elliptica, irregulariter serrata, adulta subtus saepe ad costam tantum pilosa, styli albovillosi, receptacula ovoidea vel oblonga. — ζ. **pilosa** Opiz. in Flora V. p. 268 pro sp.; Kell. ap. Form. in Ver. Brünn 1897 p. 72; Kell. ap. Form. in D. bot. Mon. 1891 p. 49, f. *subviolacea* H.·Br. in Beck et Szysz. pl. Cernag. p. 105 et f. *ossana*. — Foliola elliptico-lanceolata, irregulariter serrata, supra glabra, subtus ad costam dense pubescentia, styli albo-villosi, receptacula ellipsoideo-oblonga. — η. **uncinella** Bess. en. Pod. et Volh. p. 20, pro sp.; Kell. ap. Form. in D. bot. Mon. 1891 p. 49 et in Ver. Brünn 1896 p. 101, f. *ciliata* Borb. prim. ros. hung. p. 427. — Foliola elliptica vel subrotundo-ovata, irregulariter serrata, supra glabra subtus ad costam pubescentia, styli pilosi, receptacula globosa vel ellipsoidea. Huc forsan *R. platyphylla* Rau. enum. pl. Wirceb. p. 82.

In dumosis, silvaticis regionis submontanae ad abietinam adscendens passim per totam Graeciam. — Maio, Jun. ♄.

β. Petioli glabri, rarius subpuberuli; foliola glabra, perfecte biserrata.

21. R. **dumalis** Bechst. Forstbot. p. 241; Christ in Bois. fl. or. suppl. p. 213; Kell. ap. Form. in D. bot. Monat. 1891 p. 48, f. *opaca* Fr. nov. fl. suec. p. 101, f. foliolis subtus glaucis; Kell. ap. Form. in Ver. Brünn 1896 p. 100, f. *pseudoglaucina* H. Br. in Beck. fl. Südbosn. III. p. 105, f. foliolis acutiusculis, pedunculis solitariis. — *R. bisserrata* Mér. fl. Paris p. 190, f. sepalis glanduloso-ciliatis. — *R. sphaeroidea* Rip. in Des. cat. rais. p. 169; Kell. ap. Form. in Ver. Brünn 1897 p. 70; f. receptaculo globoso vel subgloboso. — *R. canina* v. *dumalis* Crép. in bull. herb. Bois. 1897 p. 112. — Exsicc.: Sint. it. thessal. n. 431. —

Frutex elatus; aculeis falcatis, validis; foliolis ovatis vel ellipticis acutis vel acuminatis; stipulis dilatatis; petiolis sparsim aculeolatis et glanduliferis; floribus solitariis vel corymbosis, bracteis ovato-lanceolatis pedunculo parum brevioribus suffultis; sepalis pinnatifidis, dorso eglandulosis; corolla mediocri, rosea; stylis pilosis vel villosis, in disco parum elevato admodum elongatis; receptaculo ovato, ellipsoideo vel subgloboso.

In vineis, dumosis regionis submontanae et montanae, praecedenti ut videtur rarior. Indicatur: Thessalia: pr. Koturi, Han Kriavris (Form.), pr. Kalabaka (Sint.), mt. Mitrica in mt. Chassia (Form.), mt. Pelion (Heldr.); Phocis: mt. Parnassus (Heldr.); Arcadia: pr. Tripolizza (Sart.); Laconia: mt. Malevo pr. Hagios Ioannes (Orph.). — Maio, Jun. ♄.

γ. Petioli glabri vel subpuberuli; foliola glabra, simpliciter serrata.

22. R. **canina** L. sp. p. 491; S. et S. pr. I. p. 349; Pieri corc. fl. p. 64; Fraas fl. class. p. 75; Bois. fl. or. II. p. 685, suppl. p. 212; Heldr. chlor. Parn. p. 17; Chloros Waldverh. p. 36; Hal. in z. b. G.

1888 p. 753, f. *nitens* Desv. in Mer. fl. Paris, p. 192; Hal. Beitr. fl. Achaia p. 20, f. *fissidens* Borb. prim. monogr. ros. p. 413; Bald. viagg. Creta p. 48; Kell. ap. Form. in Ver. Brünn 1895 p. 48, 1896 p. 99, ubi f. variae indicantur. — *R. lutetiana* Lem. in bull. philom. p. 86, pro sp.; Haussk. symb. p. 80. — *R. spuria* Pug. ap. Des. in mem. soc. Maine et Loire p. 109, pro sp.; Kell. ap. Form. in D. bot. Monat. 1891 p. 48. f. *marisensis* Simk. in Természetr. füz. IX. p. 40. — *R. euoxyphyla* Borb. prim. ros. hung. p. 414; Kell. ap. Form. in D. bot. Monat. 1891 p. 48. — Exsicc.: Heldr. pl. fl. hellen. a. 1883 et 1887; Dörf. fl. gr. n. 406; Sint et Bornm it. or. a. 1889 n. 1931.

Frutex elatus; aculeis, validis, falcatis; foliolis ovato-ellipticis vel ovatis, acutis vel acuminatis; stipulis dilatatis; petiolis aculeolatis, saepe eglandulosis; floribus corymbosis, bracteis ovato-lanceolatis, pedunculo parum brevioribus suffultis; sepalis pinnatifidis, dorso eglandulosis; corolla mediocri, rosea; stylis pilosis, brevibus; receptaculo ovato vel ellipsoideo, rarius subgloboso. — Species uti praecedens maxime polymorpha et a rhodologis nonnullis in species, varietates vel formas innumeras divisa, quarum classificatio emendata hucusque desiderium pium manet, quamobrem formas in Graecia inventas in synonymia enumeravi.

In montosis ut videtur totius ditionis. — Maio, Jun. ♄.

5. Subsectio. *Montanae* Crép. in bull. soc. bot. VIII. p. 236. — Frutices plerumque robusti, ramulis et foliis plus minus glaucis; aculei validiores, falcati vel recti; foliola late ovata, glabra, rarius pubescentia, eglandulosa, rarissime subtus glandulosa; stipulae superiores et bracteae saepissime dilatatae; pedunculi abbreviati, saepe brevissimi et bracteis occultati; sepala integra vel pinnatifida, post anthesin erecta, fructu maturescenti decidua; petala saepe intensius rosea, raro pallida; styli saepe dense albo-lanati; fructus laevis vel glanduloso-hispidus.

a. Folia glabra.

23. **R. glauca** Vill. ap. Lois. not. in Desv. journ. bot. II. p. 336; Heldr. chlor. Parn. p. 17; Bois. fl. or. suppl. p. 213; H. Br. ap. Hal. in z. b. G. 1888 p. 753 var. *subinnocua*, foliolis biserratis suborbicularibus, receptaculis parvis, pedicellis plus minus elongatis; Kell. ap. Form. in D. bot. Monat. 1891 p. 47; Bald. riv. coll. bot. Alb. 1895 p. 30; Crép. in bull. herb. Bois. 1897 p. 113. — Exsicc.: Bald. it. epir. III. n. 138; Sint. it. thessal. n. 899.

Frutex elatus; ramis saepe roridis; aculeis validis aduncis vel subcurvatis; foliolis majusculis ovatis, eglandulosis, simpliciter vel irregulariter serratis; stipulis dilatatis; petiolis aculeatis, parce glandulosis; floribus corymbosis, rarius solitariis, breviter pedunculatis, bracteis dilatatis fere occultatis; pedunculis laevibus; sepalis pinnatifidis, dorso laevibus; corolla roseo-purpurea; stylis brevibus, albo-tomentosis; receptaculo ovali vel subgloboso seu pyriformi, laevi, sepalis subpersistentibus coronato.

β. **caballicensis** Pug. in Dés. annot. in **Billotia 1865 p. 35** pro sp.; Burn. et Gremli ros. alp. marit. p. 116; **H. Br. ap. Hal. in z. b.** G. 1888 p. 753. — **Foliola irregulariter serrata, pedunculi parce glanduloso-hispidi**, receptacula globosa, laevia. — **Exsicc.: Hal. it. gr.** a. 1888.

γ. **Kionae** Br. et Hal. in z. b. G. 1888 p. 752 pro sp. — Rami hornotini violacei, foliola parva, glanduloso-biserrata, **subtus ad costam** hinc inde etiam in nervis glandulosa, receptacula **gracilia ovoidea**. — Exsicc.: Hal. it. gr. a. 1888.

In regione media et superiori. Epirus: mt. **Tsumerka** (Bald.) Thessalia: pr. Malakasi, Sermenikon (Sint.), **Kastania** (Form.); mt. Parnassus (Heldr.); mt. Kiona cum var. *β.* et *γ.* (Hal.). — **Jun. Jul.** ♄.

24. **R. montana** Chaix in Vill. fl. dauph. III. p. 547; Christ in Bois. fl. or. suppl. p. 214; Haussk. symb. p. 80.

Frutex elatus; ramis flexuosis, hornotinis purpureis; **aculeis crebris**, saepe geminatis, rectis vel paulum curvatis; foliolis **mediocribus** vel parvis, ovato-rotundatis, saepe purpurascentibus, eglandulosis, grosse dupliciter serratis; stipulis dilatatis; petiolis aculeatis, **glandulosis**; **floribus** solitariis ternisve, breviter pedunculatis; bracteis **dilatatis**; pedunculis, receptaculis dorsisque sepalorum dense glanduloso-hispidis; **sepalis** appendicibus longis, paucis, angustis praeditis; corolla carneo-rosea; **stylis** hispidis; receptaculo ovato, ad collum valde attenuato, sepalis longe persistentibus coronato.

In mt. Zygos Pindi tymphaei (Haussk.). — Jun. Jul. ♄. N. v.

b. Folia utrinque dense pubescentia.

25. **R. Orphanidis** Bois. et Reut. diagn. ser. 2 II. p. 50; Fl. or. II. p. 680. — *R. coriifolia* Christ in Bois. fl. or. suppl. p. 215 p. p., non Fr. — Exsicc.: Heldr. herb. n. 2442.

Frutex elatus; ramis rubellis, hornotinis rubellis puberulo-velutinis; aculeis validis, subrecurvis; foliolis ovatis, acutis vel obtusiusculis, argute duplicato-glanduloso-serratis, subtus eglandulosis, pallidioribus; stipulis velutinis, floralibus dilatatis; petiolis aculeolatis, velutinis, hinc inde glanduliferis; floribus solitariis, breviter pedunculatis; pedunculis brevissimis, tomentellis; sepalis integris subintegrisve, dorso glandulosis, tomentellis; corollo parva, rosea; stylis brevibus, tomentosis; receptaculo ovato, glanduloso-hispido. — *R. coriifoliae* Fr. ramis glabris, foliolis simpliciter serratis, petiolis eglandulosis, sepalis pinnatifidis dorso eglandulosis, receptaculo laevi diversae, affinis.

In regione silvatica mt. Olympus (Heldr.), in mt. Pelion et pr. monasterium Korona in mt. Agrapha Pindi (Haussk.) f. ob pedunculos elongatos ad *R. dumetorum* vergens (Christ in Bois. fl. or. suppl. p. 216). — Jul. ♄.

7. Agrimonia L. gen. n. 607.

1. **A. eupatoria** L. sp. p. 448; S. et S. pr. I. p. 321; Pieri corc. fl. p. 58; Dallap. prosp. p. 61; Ch. et B. exp. p. 133, Fl. pelop. p. 30; Marg. et R. fl. Zante p. 46; Friedr. Reise p. 263, *v. pilosissima*; Fraas fl. class. p. 78; Bois. fl. or. II. p. 727; Heldr. in Sitzungsb. acad. Wiss. Berlin 1883 p. 4, Fl. cephalon. p. 36, chlor. Parn. p. 17; Form. in D. bot. Monat. 1891 p. 53, in Ver. Brünn 1895 p. 44, 1896 p. 107, 1897 p. 76; Haussk. symb. p. 81; Hal. Beitr. fl. Epir. p. 21, Beitr. fl. Thessal. p. 12. — *A. graeca* Bois. et Heldr. in Heldr. herb. norm. n. 201; Orph. fl. gr. 424; f. *major*, ceteroqui a typo non diversa. — Icon: Fl. dan. t. 588.

Caule erecto, villoso; foliis interrupte pinnatisectis, segmentis ellipticis, grosse serratis, supra adpresse hirtis, subtus canescenti-tomentellis; stipulis magnis, foliaceis, flabelliformibus, laciniatis; spicis virgatis; floribus brevissime pedunculatis; calycis tubo turbinato, sub limbo 5 fido, profunde sulcato, spinis numerosis hamatis aucto; petalis flavis; achenio unico, calyce indurato incluso.

In vinetis, dumosis praesertim montanis. Epirus: pr. Kalentini, Mazuki (Hal.); Thessalia: mt. Oxya (Hal.), pr. Velitsena, Malakasi, Chaliki, Strata, Koturi, Kastania, Borovikon, Han Kuraneos, Velestinos (Form.), in oropedio Neuropolis, pr. Aivali, Orman Magula, Pharsalus (Haussk.), mt. Chassia (Form.), mt. Olympus pr. Hagios Dionysios, mt. Pelion pr. Zagora et Portaria (Heldr.); Euboea: mt. Dirphys (Fraas); Aetolia: pr. Mesolonghion (Nieder), mt. Korax pr. Vostinitza (Tuntas); mt. Parnassus pr. Rachova (Heldr.); Boeotia: pr. Lebadia ad ripas Herkynae (Heldr.); Attica: ad Cephissum superiorem, pr. Marussi (Fraas); Peloponnesus (Sibth.): pr. Xylocastron Sicyoniae (Heldr.), mt. Malevo pr. Hagios Joannes (Orph.), mt. Taygetos pr. Gaitzies (Psarides), in silva Kappellis (Oertzen) et pr. Olympia Elidis (Nieder), pr. Patras Achaiae (Reinhold); Zante (Marg.); Cephalonia (Dallap.); Corcyra (Pieri). — Jun. Aug. ♃.

8. Aremonia Neck. elem. n. 768.

1. **A. agrimonoides** L. sp. p. 448; S. et S. pr. I. p. 322; Ch. et B. exp. p. 133, Fl. pelop. p. 30; Friedr. Reise p. 281 (*Agrimonia*); DC. pr. II. p. 588; Bois. fl. or. II. p. 729; Heldr. chlor. Parn. p. 17; Haussk. symb. p. 81; Hal. Beitr. fl. Achaia p. 20; Form. in Ver. Brünn 1897 p. 76. — *Potentilla stenantha* Lehm. mon. p. 44 t. 14. — Icon: Fl. gr. t. 458. — Exsicc.: Orph. fl. gr. n. 690; Heldr. herb. norm. n. 708; Sint. it. thessal. n. 662.

Rhizomate crassiusculo; caulibus adscendentibus, villosis; foliis interrupte pinnatisectis, ovatis ellipticisve, grosse serratis, adpresse hirtis, interjectis minimis integris vel 2—3 fidis; stipulis lanceolatis; floribus corymbosis, paucis, luteis, pedunculis bractea 2—3 fida basi praeditis; calycis hirsuti tubo oblongo, nudo, limbo 10-fido; achenio unico, calyce indurato incluso. —

In regione montana et subalpina. Thessalia: in valle Negerli pr. Chaliki (Sint.), pr. Bisula (Form.), mt. Karava, Ghavellu, in oropedio Neuropolis (Haussk.) in Pindo, mt. Pelion pr. Portaria (Heldr.); Euboea: mt. Dirphys (Pichl.); mt. Parnassus (Sibth.), mt. Parnes Atticae (Heldr.); Achaia: mt. Kyllene pr. Trikala (Heldr.), mt. Panachaicon, Olenos (Hal.); Laconia: mt. Malevo pr. Hagios Petros (Orph.), mt. Taygetos (Chaub.); Arcadia: mt. Diaforti pr. Andrizena (Friedr.); Corcyra: pr. Triclino (Bicknell), mt. Pantocrator supra Spartilla (Baen.). — Apr. Jun. ♃.

9. Alchemilla L. gen. n. 169.

1. Sectio. *Eualchemilla* Coss. et Germ. fl. par. ed. 2 p. 583. — Perennes, floribus in corymbos terminales et laterales dispositis, staminibus saepissime 4.

a. Folia 5—9 loba, concoloria.

α. Calycis laciniae lanceolatae, tubo duplo longiores.

1. **A. acutiloba** Stev. Verz. taur. Pflanz. in bull. soc. nat. Mosc. 1856 p. 173. — *A. vulgaris β. major* Bois. fl. or. II. p. 730. — *A. mollis* Buser in Magnier extr. scrin. fl. select. n. 12 (1893) p. 281. — Exsicc.: Orph. herb. a. 1851.

Caulibus elatis, adscendentibus, inferne villosis; foliis magnis, suborbicularibus 9—13 lobis, lobis ovato-rotundatis, circumcirca mucronato-crenatis, supra glabris vel adpresse pilosis, subtus canescenti-tomentellis, caulinis minoribus breviter petiolatis, summis sessilibus; inflorescentia ampla, glabra; floribus majusculis; pedicellis elongatis, calyce saepius longioribus.

In regione abietina et superiori. Thessalia: mt. Olympus pr. Mavrolonghos et mt. Oeta pr. Livadies (Heldr.); Achaia: mt. Chelmos supra Clukines pr. Stygem (Orph.). — Jul. Aug. ♄.

β. Calycis laciniae latiores, tubum aequantes vel breviores.

2. **A. vulgaris** L. sp. p. 123; S. et S. pr. I. p. 106; Ch. et B. exp. p. 57, Fl. pelop. p. 11; Haussk. symb. p. 82; Form. in Ver. Brünn 1896 p. 107. — *A. pratensis* Schmidt fl. boem. inchoata cent. III. p. 88. — Exsicc.: Sint. it. thessal. n. 897.

Caulibus elatis, adscendentibus, patule villosis; foliis magnis, suborbicularibus, 7—11 lobis, lobis ovato-rotundatis, circumcirca mucronato-crenatis, supra glabris, subtus praesertim ad nervos hirsutis, pallidioribus, caulinis minoribus breviter petiolatis, summis sessilibus; inflorescentia effusa, glabra vel subglabra; floribus parvis; pedicellis calyce subaequilongis vel parum longioribus; calycis laciniis tubo brevioribus. —

In pratis regionis montanae et alpinae. Thessalia: mt. Oxya (Sint.), Zygos (Form.), Karava, Ghavellu, in oropedio Neuropolis (Haussk.), mt. Pelion (Form.); Laconia (Sibt.). — Jun. Aug. ♄.

3. **A. fallax** Buser in Ber. schweiz. bot. Ges. 1894 p. 25 sep., Alchim. valais. in mem. soc. helv. sc. nat. 1895 p. 9 sep. — *A. vul-*

garis Hal. Beitr. fl. Epir. p. 21, non. L. — Exsicc.: Hal. it. gr. II. a. 1893.

Caulibus nanis vel mediocribus, adpressiuscule pilosis; foliis suborbicularibus, 7—11 lobis, lobis ovato-rotundatis, mucronato-crenatis, basi utrinque integris, supra glabris vel parce pilosulis, subtus praesertim ad nervos hirsutis, pallidioribus, caulinis minoribus breviter petiolatis, summis sessilibus; inflorescentia subconferta, glabra, floribus minimis; pedicellis calyce subaequilongis vel parum longioribus; calycis laciniis tubum aequantibus. — Statura minori, caulibus adpressiuscule pilosis, foliorum lobis basi integris, inflorescentia conferta, floribus minoribus, calycis laciniis longioribus a praecedente diversa.

In herbidis regionis superioris mt. Tsumerka supra pagum Theodoriana in Epiro (Hal.). — Jul. Aug. ♃.

b. Folia digitatim 5—7 secta, subtus argenteo-sericea.

4. **A. alpina** L. sp. p. 123; S. et S. pr. I. p. 106; Ch. et B. exp. p. 58, Fl. pelop. p. 11; Bois. fl. or. II. p. 730. — Icon: Fl. dan. t. 49. —

Caulibus adscendentibus, adpresse pilosis; foliorum segmentis apice serratis, supra glabris, obscure viridibus, subtus argyreo-canis, nitidis; floribus fasciculatis, fasciculis cymosis, paniculatis vel interrupte spicatis, extus pedunculisque sericeo-villosis; calycis laciniis interioribus majoribus, tubo longioribus.

Laconia (Sibth.), sed a recentioribus non lecta. — Jun. Aug. ♃. N. v.

2. Sectio. *Aphanes* Coss. et Germ. l. c. — Annuae, floribus oppositifoliis, fasciculatis; staminibus 2—1.

5. **A. arvensis** L. sp. p. 123; Mazz. in Ant. ion. II. p. 694 cum var. monogyna (*Aphanes*); Scop. fl. carn. ed. 2. I. p. 115; S. et S. pr. I. p. 107; Raul. cret. p. 751; Bois. fl. or. II. p. 731; Heldr. fl. cephal. p. 36, Fl. Aegina p. 297; Haussk. symb. p. 82. — *A. aphanes* Leers fl. herborn. p. 54; Ch. et B. exp. p. 58, Fl. pelop. p. 11. — Icon: Fl. dan t. 1939. — Exsicc.: Heldr. pl. fl. hellen. a. 1892.

Uni-vel multicaulis; caulibus prostratis vel adscendentibus, pumilis, hirsutis; foliis parvis, hirsutis vel glabriusculis, a basi cuneata flabellatim tripartitis, lobis incisis; floribus sessilibus; calycis laciniis interioribus majoribus ovatis, exterioribus minutissimis dentiformibus.

In agris, pascuis arenosis regionis inferioris et montanae. Thessalia mt. Ghavellu, in oropedio Neuropolis, pr. Trikala, Karditza, Sophates, Aivali, Pharsalus (Haussk.), mt. Pelion pr. Portaria (Heldr.); mt. Parnassus pr. Rachova (Guicc.); Boeotia: mt. Onion (Heldr.); Attica: mt. Pateras, Parnes, pr. Tatoi, mt. Pentelicon, pr. Kephissia, mt. Lycabettus, Corydalus, Hymettus (Heldr.); Peloponnesus (Sibth.): peninsula Methana (Haussk.), pr. Zatuna Arcadiae (Orph.), Phigalea, Messene (Chaub.); insula Aegina, Keos (Heldr.); Creta: ad Lazzaretto de Suda, mt. Aphendi-

Kavutsi (Raul.); Cephalonia: mt. Aenos in oropedio Omalo (Heldr.); Corcyra: pr. Marmora, mt. Abramo (Mazz.). — Maio, Jun. ☉.

10. Sanguisorba L. gen. n. 146.

4. **S. officinalis** L. sp. p. 116; S. et S. pr. I. p. 103; Pieri corc. fl. p. 20; Mazz. in antol. ion. IV. p. 952; Ch. et B. exp. p. 57; Fl. pelop. p. 11; Bois. fl. or. II. p. 731. — Icon: Fl. dan. t. 97. — Caule erecto, superne ramoso; foliis impari-pinnatis, foliolis oblongis, acute serratis, caulinis valde decrescentibus; floribus sessilibus, in spicas terminales, densissimas, ovato-oblongas, atropurpureas dispositis, floribus bibracteolatis, sepalis ovalibus, antheris nigris.

Morea tota? (Chaub.): Laconia (Sibth.); Corcyra (Pieri): pr. Sfraida (Mazz.). — A. recentioribus non lecta. — Jun. Aug. ♃. N. v.

11. Poterium L. gen. n. 1069.

1. Sectio. *Ruditopoterium* DC. pr. II. p. 594. — Calyx fructifer induratus, reticulatus, transverse rugosus, muricatus vel verrucosus. — Herbae, foliis imparipinnatis, foliolis breviter petiolulatis, foliorum inferiorum ovatis, florum spicis ovato-globosis.

a. Fructus tetraqueter, angulis marginatis, faciebus laxe reticulatis, efoveolatis.

1. **P. sanguisorba** L. sp. p. 994; S. et S. pr. II. p. 238; Ch. et B. exp. p. 271, Fl. pelop. p. 63; Marg. et R. fl. Zante p. 46; Friedr. Reise p. 273; Ung. Reise p. 139; Bois. fl. or. II. p. 733; Haussk. symb. p. 82; Hal. Beitr. fl. Epir. p. 21, Beitr. fl. Thessal. p. 12; Bald. riv. coll. bot. Alb. 1896 p. 53; Form. in Ver. Brünn 1896 p. 107, cum var. *alpinum* (f. nana) 1897, p. 76. — *P. dictyocarpum* Spach in ann. sc. nat. V. p. 34; Heldr. fl. Aegina p. 297. — *P. glaucescens* Rchb. fl. exc. p. 610; Raul. cret. p. 751, f. magis glauca. — Icon: Fl. dan. t. 1939. — Exsicc.: Heldr. pl. fl. hellen. a. 1878, 1887 et 1898.

Caulibus erectis vel adscendentibus, glabriusculis vel hirsutis; foliolis acute serrato-dentatis; capitulis subcorymbose-paniculatis; fructibus glabris.

In herbidis, glareosis, rupestribus regionis inferioris et montanae. Epirus: mt. Smolika (Bald.), pr. Vulgarelion (Hal.); Thessalia: pr. Malakasi, mt. Zygos (Haussk.), mt. Peristeri (Form.), pr. Chaliki, Kastania (Hal.), Kastri, Vlachava, Hagios Paraskevi, Kerasia Sina in mt. Chassia (Form.), mt. Olympus (Heldr.); Aetolia: pr. Mesolongion (Nieder.); Euboea: pr. Kurbatzi (Wild.), Kumi (Wurlich); Attica: mt. Parnes pr. Tatoi (Heldr.); Achaia: mt. Kyllene pr. Trikala (Heldr.); Argolis; pr. Troezene (Friedr.); Laconia: mt. Taygetos (Psarid.), pr. Selitza (Zahn), Sparta, Sarandapotamos, Francovritzi; Messenia, Carithena (Chaub.); Elis: mt. Olenos (Hal.); Zante (Marg.); Cephalonia: in oropedio Omala (Heldr.); Corcyra (Sagb.); insula Aegina, Keos (Heldr.); Creta: mt. Ida (Raul.). — Maio, Jun. ♃.

b. Fructus tetraqueter, ad angulos alato-cristatus, faciebus cristulato-muricatus.

2. **P. polygamum** W. et K. pl. rar. hung. II. p. 117 t. 198; Fraas fl. class. p. 78. — *P. muricatum* Spach. in ann. sc. nat. V. p. 36; Bois. fl. or. II. p. 733; Heldr. fl. cephal. p. 36; Haussk. symb. p. 82 var. *stenolophum* Jord. obs. fasc. VII. p. 22 pro sp., f. fructuum costis angustioribus. — Exsicc.: Sint. it. thessal. n. 428.

Differt a praecedenti fructibus angulis in cristas alaeformes productis; sed distinctio ob fructuum maturorum defectu saepe difficilis.

In herbidis, rupestribus regionis inferioris et montanae. Thessalia: in oropedio Neuropolis mt. Agrapha, mt. Pelion pr. Milies (Heldr.); Attica: mt. Parnes, ad Ilyssum (Fraas), mt. Pentelicon (Haussk.), pr. Eleusis, insula Salamis (Heldr.); Arcadia: pr. Zulatika (Nieder); Laconia: mt. Malevo (Orph.), Taygetos (Psarid.); Cephalonia: pr. Argostoli, in oropedio Omala, mt. Atro (Heldr.); Cycladum insula Kythnos (Tuntas); Creta: mt. Ida (Heldr.). — Maio, Jun. ♃.

3. **P. garganicum** Ten. ind. sem. hort. neap. 1829 p. 17, syll. p. 261; Haussk. symb. p. 82; Form. in Ver. Brünn 1897 p. 76. — *P. eriocarpum* Spach. in ann. sc. nat. V. p. 36. —

Habitus omnino praecedentis, sed fructus lanato-tomentosus, sub tomento foveolato-rugosus, laxe muricatus, angulis angustius alatis.

Thessalia: pr. Trikala (Form.), ad monasterium Korona, pr. Pharsalus (Haussk.); Attica: mt. Pentelicon (Haussk.). — Maio, Jun. ♃. N. v.

c. Fructus obsolete tetragonus, ecostatus, undique dense alveolato-verrucosus.

4. **P. verrucosum** Ehrenb. in cat. sem. hort. Berol. a. 1829; Dec. fl. sinaic. p. 39; Weiss in z. b. G. 1869 p. 747; Bois. fl. or. II. p. 734; Haussk. symb. p. 82. — ? *P. hybridum* Sieb. avis. p. 5, non L. — Exsicc.: Rev. pl. cret. n. 242, in Baen. herb. europ. n. 5235, in Magn. fl. selecta n. 1169.

Species vix nisi fructuum structura a *P. sanguisorba* et *P. polygamo* distincta est.

In herbidis, glareosis regionis inferioris et montanae. Thessalia: pr. Aivali, Pharsalus (Haussk.); Euboea: Petalium insula Xeroniso (Holzm.); Attica: mt. Pentelion (Haussk.), mt. Kerata pr. Eleusis, mt. Hymettus, ad Palaeokundura in mt. Pateras (Heldr.); Acrocorinthus, peninsula Methana (Haussk.), Nauplia (Sart.); Cycladum insula Keos (Heldr.), Syra (Weiss); Creta: pr. Kissamos (Reverch.), Canea (Weiss), mt. Ida (Heldr). — Apr. Jun. ♃.

2. Sectio. *Leiopoterium* DC. pr. II. p. 594. — Calyx fructifer baccatus, laevis. — Frutex spinosus.

5. **P. spinosum** L. sp. p. 994; S. et S. pr. II. p. 238; Sieb. avis p. 5, rem. p. 6; Urv. enum. p. 123; Ch. et B. exp. p. 271, Fl. pelop. p. 63; Marg. et R. fl. Zante p. 46; Friedr. Reise p. 264 et

266; Fraas fl. class. p. 79; Clem. sert. p. 40; Ung. Reise p. 139; Heldr. Nutzpfl. p. 67, Fl. cephalon. p. 36, Fl. Aegina p. 297, chlor. Thera p. 12; Weiss in z. b. G 1869 p. 747; Raul. Cret. p. 752; Bois. fl. or. II. p. 734; Spreitz in z. b. G. 1877 p. 723, 1887 p. 659; Form. in D. bot. Monat. 1891 p. 54; Haussk. symb. p. 82; Bald. viagg. Creta p. 47. — Icon: Fl. gr. t. 943. — Exsicc.: Rev. pl. cret. n. 42, in Baen. herb. europ. n. 5234, in Magn. fl. sel. n. 543. –

Fruticosum, humile, intricatum, ramis glabris hirtisve, in spinas dichotome ramosas abeuntibus; foliis linearibus, pinnatisectis, foliolis minimis-ovatis, integris vel apice paucidentatis, supra glabris, subtus hirsutis; spicis breviter pedunculatis vel sessilibus, basi saepe interruptis.

Copiose in regione calida Graeciae et ejus insularum. — Apr. Jun. ♄.

XXXV. Ordo. Pomaceae Juss. gen. p. 334.

1. Cydonia Juss. gen. p. 335.

1. C. **maliformis** Mill. dict. ed. 8 n. 2; Form. in Ver. Brünn 1896 p. 98, 1897 p. 69. — *Pyrus cydonia* L. sp. p. 480; S. et S. pr. II. p. 344; Dall. prosp. p. 70; Ch. et B. exp. p. 141, Fl. pelop. p. 31. — *Cydonia cydonia* Pers. syn. II. p. 40. — *C. vulgaris* Pers. l. c. p. 658; Marg. et R. fl. Zante p. 47; Fraas fl. class. p. 74; Heldr. Nutzpfl. p. 64, Fl. cephalon. p. 36; Raul. Cret. p. 753; Bois. fl. or. II. p. 656; Form. in Ver. Brünn 1895 p. 44. — Icon: Jacq. austr. IV. t. 342. — Exsicc.: Heldr. pl. fl. hellen. a. 1878.

In dumetis regionis inferioris hinc inde subspontanea, culta per omnem Graeciam. — Mart. Maio. ♄.

2. Pyrus L. gen. n. 626.

1. Sectio. *Malus* Tourn. inst. t. 406. — Styli basi subcoaliti: pomum basi umbilicatum.

1. P. **malus** L. sp. p. 479; S. et S. pr. I. p. 343; Dallap. prosp. p. 69; Ch. et B. exp. p. 140, Fl. pelop. p. 31; Marg. et R. fl. Zante p. 86; Friedr. Reise p. 281 et 283; Fraas fl. class. p. 74; Heldr. Nutzpfl. p. 65, in Sitzungsb. acad. Wiss. Berlin 1883 p. 5; Raul. cret. p. 753; Chloros Waldverh. p. 35; Haussk. symb. p. 82; Hal. Beitr. fl. Thessal. p. 12; Form. in Ver. Brünn 1896 p. 98, 1897 p. 70. — *Malus communis* Lam. ill. genr. II. p. 545 t. 345; Bois. fl. or. II. p. 656. — Exsicc.: Held. it. thessal IV. a. 1885.

α. silvestris L. sp. p. 479. — *Malus acerba* Mer. fl. par. p. 187. — *Pyrus acerba* DC. pr. II. p. 635. — *P. malus α. glabra* Koch syn. p. 235; Haussk. symb. p. 82; Form. in Ver. Brünn 1897 p. 70. — Folia glabra vel subtus ad nervos tantum puberula.

β. **tomentosa** Koch syn. p. 235; Haussk. symb. p. 82; Form. in Ver. Brünn 1896 p. 98. — Folia saltem subtus tomentosa.

In silvaticis regionis montanae. Thessalia: mt. Oxya (Hal.), in valle Acheloi pr. Kotura (Heldr.), Velitsena, Sermenikon (Form.), Chaliki, Krania, Klinovo, in oropedio Neuropolis, pr. monasterium Korona (Haussk.), mt. Ossa, Pelion (Heldr.); Aetolia: mt. Korax (Fraas); Euboea: mt. Dirphys (Heldr.); Achaia: mt. Kyllene pr. Trikala (Heldr.); Laconia: mt. Parnon (Fraas); Arcadia: mt. Diaforti pr. Andrizena (Friedr.); Messenia: pr. Kalamata (Friedr.); saepe in formis variis (huc probabiliter quoque *P. malus v. epirotica* L. sp. p. 480) colitur. — Mart. Maio. ♄.

2. Sectio. *Pyrophorum* DC. pr. II. p. 633. — Styli liberi; pomum basi non umbilicatum.

a. Gemmae glabriusculae; folia petiolo subaequilonga.

2. **P. communis** L. sp. p. 479; S. et S. pr. I. p. 343; Dallap. prosp. p. 69; Ch. et B. exp. p. 140, Fl. pelop. p. 31; Marg. et R. fl. Zante p. 86; Fraas fl. class. p. 73; Heldr. Nutzpfl. p. 64, Fl. cephalon. p. 35; Raul. cret. p. 753; Hal. Beitr. fl. Epir. p. 21, Beitr. fl. Thessal. p. 12. —

Frutex vel arbor, foliis ovatis, denticulatis, petiolo tenui subaequilongis, junioribus araneoso-villosis, adultis glabris; corymbis simplicibus; petalis obovatis; pedunculis fructiferis apice subincrassatis; fructu turbinato, majusculo.

α. **pyraster** Wallr. sched. p. 214; Haussk. symb. p. 82; Form. in Ver. Brünn 1896 p. 98, 1897 p. 70. — Rami saepe spinescentes, fructus mediocres, acerbi.

β. **sativa** DC. pr. II. p. 634. — Inermis, foliis pomisque varie formatis.

In silvaticis regionis montanae; varietates plures in hortis et pomariis coluntur ob fructus edules. Sponte ut videtur tantum in Epiro et Thessalia: pr. Kalentini, mt. Oxya (Hal.), in oropedio Neuropolis, ad monasterium Korona (Haussk.), pr. Koturi in Pindo, nec non pr. Phlambures in mt. Chassia (Form.). — Mart. Apr. ♄.

3. **P. cordata** Desv. obs. pl. Anj. p. 152; Haussk. Mittheil. bot. Ver. Thür. 1886 p. 61, symb. p. 82.

Frutex vel arbor parva; foliis ovato-orbiculatis, minute serrulatis, petiolo tenui subbrevioribus, junioribus ciliatis, adultis glaberrimis; corymbis simplicibus; petalis parvis, orbiculatis; pedunculis fructiferis fasciculatis, gracilibus, fructu minuto globoso subduplo longioribus.

In nemorosis oropedii Neuropolis in Pindo dolopico (Haussk.). — Apr. Maio. ♃. N. v.

b. Gemmae pubescentes; folia petiolo 2—3plo longiora.

4. **P. amygdaliformis** Vill. cat. pl. jard. Strasb. p. 323; Marg. et R. fl. Zante p. 47; Heldr. fl. cephal. p. 36, in Sitzungsb. acad.

Wiss. Berlin 1883 p. 5, Fl. Aegina p. 297; Chloros Waldverh. p. 35; Bois. fl. or. II. p. 654; Gelmi in bullet. soc. bot. ital. 1889 p. 499; Form. in D. bot. Mon. 1891 p. 44, in Ver. Brünn 1895 p. 44, 1896 p. 98, 1897 p. 70; Haussk. symb. p. 82; Hal. Beitr. fl. Epir. p. 21, Beitr. fl. Thessal. p. 12; Bald. in nuovo giorn. bot. ital. 1894 p. 95, viagg. Creta p. 50. — *P. parviflora* Desf. cor. p. 78 t. 58; Ch. et B. exp. p. 141; Raul. cret. p. 753. — *P. cuneifolia* Guss. pl. rar. p. 402 t. 39; Ch. et B. fl. pelop. p. 31; Link. in Linnaea IX p. 583. — *P. communis* var. *β*. S. et S. pr. I. p. 343. — ? *P. nivalis* Pieri corc. fl. p. 63, non Jacq. — *P. achlada* Sieb. avis rem. p. 4. — *P. cretica* Sieb. avis p. 4, rem. p. 4, in Flora I. p. 275. — *P. salicifolia* Friedr. Reise p. 264; Fraas fl. class. p. 72; Clem. sert. p. 40; Raul. cret. p. 753; non L. — *P. syriaca* Ung. Reise p. 138, non Bois. — Exsicc.: Sint. et Bornm. it. turc. n. 1223; Sint. it. thessal. n. 192; Baen. herb. europ. n. 9308.

Frutex vel arbor, foliis e basi cuneata oblongis vel lineari ellipticis, saepius obtusis, obsolete crenulatis, junioribus subtus flocoso-pubescentibus, adultis glabratis coriaceis; floribus corymbosis; petalis parvis, obovatis; pedunculis fructiferis incrassatis, fructu globoso longioribus.

In siccis praesertim submontosis totius Graeciae. — Mart. Apr. ♄.

Obs. *P. pollveria* L. mant. p. 244 indicatur a Pieri corc. fl. p. 63 in Corcyra.

3. Sorbus L. gen. n. 623.

1. Sectio. *Cormus* Spach. veg. phan. II. p. 96 pro gen.; Bois. fl. or. II. p. 657. — Ovarium quinqueloculare, styli 5; folia imparipinnata.

1. **S. domestica** L. sp. p. 477; Fraas fl. class. p. 72; Heldr. Nutzpfl. p. 65, in Sitzungsb. acad. Wiss. Berlin 1883 p. 5; Bois. fl. or. II. p. 657; Chloros Waldverh. p. 37; Haussk. symb. p. 83; Form. in Ver. Brünn 1896 p. 98. — *Pyrus domestica* Sm. Engl. bot. t. 350; S. et S. pr. I. p. 346. — Exsicc.: Heldr. it. thessal. n. 85; Sint. et Bornm. it. turc. n. 1226.

Arbor, gemmis glabris, viscidis; foliis 5—9 jugis, foliolis oblongis lanceolatisve, argute-serratis, subtus tomentosis, demum glabratis, corymbis parum compositis, tomentosis; fructu globoso-pyriformi, flavo-rubro.

In montosis. Thessalia: ad monasterium Korona (Haussk.), pr. Leptokaryes in mt. Olympo (Sint.), mt. Ossa pr. Kokkinonero, mt. Pelion (Heldr.), mt. Othrys (Fraas); Euboea: pr. Kastaniotissa in mt. Telethrion (Heldr.); Achaia: mt. Kyllene pr. Trikala (Hoeslin); Arcadia: pr. Megalopolis (Mill.); Laconia: mt. Malevo pr. Platanos (Orph.); Messenia (Sibth.); hinc inde etiam colitur: Attica: pr. Kephissia (Heldr.); Cycladum insula Tenos et Andros (Fraas). — Apr. Maio. ♄.

2. Sectio. *Aria* Pers. syn. II. p. 38. — Ovarium biloculare, styli 2; folia subintegra.

a. Folia utrinque glabrata, viridia; petala glabra.

2. **S. torminalis** L. sp. p. 476 (*Crataegus*); Cr. stirp. II. p. 85; Haussk. symb. p. 83. — Icon: Jacq. fl. austr. V t. 443. — Exsicc.: Orph. fl. gr. n. 1022 (Athos).

Arbor; gemmis glabris, viscidulis; foliis e basi rotundata, subcordata vel cuneata ovatis, lobatis, lobis acutis inaequaliter serrulatis, inferioribus majoribus, patentibus; corymbis parum compositis; fructu ovato vel globoso, fusco.

In nemorosis supra monasterium Korona et in oropedio Neuropolis Pindi dolopici (Haussk.). — Maio. ♄. N. v.

b. Folia subtus albo-tomentosa; petala ungue tomentosa.

3. **S. aria** L. sp. p. 475, excl. var. *β.* (*Crataegus*); Crantz stirp. II. p. 46 t. 2; Haussk. symb. p. 83; Bald. riv. coll. bot. Alb. 1896 p. 54. — *Pyrus aria* Ehrh. Beitr. IV p. 20; S. et S. pr. II. p. 358. — *Aria nivea* Host fl. austr. II. p. 8. —

Arbor vel frutex; gemmis subtomentosis; foliis supra saturate viridibus, glabris; corymbis parum compositis; fructu ovato-globoso, rubro.

α. **typica.** Foliis ovatis vel saepius ellipticis vel oblongis, vix duplicato-serratis, nervis secundariis utrinque 9—12. — Exsicc.: N. v.

β. **cretica** Lindl. in trans. hort. soc. Lond. VII. p. 236 pro var. *Pyri ariae.* — *Sorbus cretica* Fritsch fl. exs. austro-hung. n. 2448. — *Pyrus graeca* Loddiges cat. of pl. 1816 p. 26. — *Sorbus graeca* Heldr. Nutzpfl. p. 65 partim huc, partim ad varietates sequentes pertinet; Raul. Cret. p. 753. — *S. graeca β. rotundifolia* C. Koch hort. dendrol. p. 177. — Foliis ovato-orbicularibus, apice rotundatis, grosse et argute inaequaliter-serratis, nervis secundariis utrinque 7—9. — Exsicc.: Orph. fl. gr. n. 295. —

γ. **meridionalis** Guss. fl. sic. syn. II. p. 831 pro sp. *Pyri.* — *S. aria v. graeca* Bald. viagg. Creta p. 49. — Foliis ovatis vel ellipticis, apicem versus grosse et duplicato-serratis, nervis secundariis utrinque 7—11. — Exsicc.: Rev. pl. cret. n. 43; Bald. it. cret. n. 117; Dörfl. fl. gr. n. 220.

δ. **umbellata** Desf. cat. pl. hort. Paris ed. 3 p. 408 pro sp. *Crataegi.* — *Sorbus umbellata* Fritsch fl. exs. austro.-hung. n. 2449. — *Pyrus aria* S. et S. fl. gr. V. p. 63, t. 479. — *Crataegus flabellifolia* Spach hist. nat. veg. II. p. 103. — *Sorbus aria v. graeca* Fraas fl. class. p. 71; Bois. fl. or. II. p. 658; Heldr. chlor. Parn. p. 16; Chloros Waldv. p. 37; Bald. riv. coll. bot. Alb. 1896 p. 54; huc vel ad varietates praecedentes spectat. — *Aria nivea v. graeca* Form. in Ver. Brünn 1897 p. 69. — Foliis saepissime minoribus, ovatis, apicem versus flabellatim inciso-serratis, nervis secundariis utrinque

4—6. — Exsicc.: Heldr. it. gr. septentr. a. 1879; **Bald. it. alb. epir. IV. n. 231.** --

In rupestribus regionis mediae et superioris. — **Forma typica** indicatur in Pindo (Hawkins) dolopico et tymphaeo (**Haussk.**), nec non in mt. Smolika in Epiro (Bald.); var. *β.* vidi e mt. Kyllene (Orph.); var. *γ.* e mt. Korax, Kiona (Reis.), Parnassus (Leon.) et mt. Hag. Pneuma (Bald.) et Drakona (Reverch.) Cretae; var. *δ.* e mt. Micikeli in Epiro (Bald.), mt. Oeta Phthiotidis (Heldr.), mt. Kyllene supra pagum Gura (Hal.), in fauce Langhada mt. Xerovuni Laconiae (Reis.). — Praeterea *S. graeca* indicatur: Epirus: mt. Vratedon (Bald.); **Thessalia**: mt. Pirgo et Alafovris in mt. Othrys (Form.), mt. Pelion (Sibth.), mt. Olympus (Heldr.); **Aetolia**: mt. Tymphrestus (Fraas); **Attica**: mt. Pateras (Heldr.); **Laconia**: mt. Malevo pr. Kastanitza (Orph.); **Creta**: mt. Kophinos eparchiae Messara (Heldr.). — Maio, Jul. ♄.

4. Amelianchier Medic. phil. bot. I. p. 135.

1. **A. cretica** Willd. sp. pl. II. p. 1015; S. et S. pr. I. p. 345 (*Pyrus*); DC. pr. II. p. 632; Raul. cret. p. 753. — ***Crataegus cretica*** Desf. cor. p. 79 t. 39. — ***Aronia cretica*** Pers. syn. II. p. 40. — ***Amelianchier vulgaris β. cretica*** Bois. fl. or. II. p. 667; Bald. cret. p. 50. — Huc spectat meo sensu etiam ***A. vulgaris*** Bois. fl. or. II. p. 667, quoad pl. parnassicam; Heldr. chlor. Parn. p. 17; nec non forsitan ***Pyrus amelianchier*** S. et S. pr. I. p. 344.

Frutex; foliis ovatis vel suborbiculatis, apicem versus argute serratis, rarius subintegris, supra viridibus, glabris, subtus albo-lanatis; racemis terminalibus, corymbosis; pedunculis longis, calyceque tomentosis, calycis laciniis lanceolatis, acuminatis, tubo aequilongis; petalis albis, e basi cuneata oblongo-lanceolatis, calyce 2—3 plo longioribus; fructu subgloboso, caesio-nigro, glabro. — *A. vulgaris* Moench meth. p. 682, foliis ovatis vel ellipticis a basi serratis, demum utrinque glabris, pedunculis glabriusculis, calycibus demum glabris, petalis duplo majoribus diversae, subspecies australis.

α. **typica.** Indumentum floccoso albo-lanatum, detersile. — Exsicc.: Heldr. herb. norm. n. 707; Orph. fl. gr. n. 421; Reverch. pl. cret. n. 243; Bald. it. cret. n. 66.

β. **chelmea.** Indumentum adhaerens, persistens. — Exsicc.: Orph. fl. gr. n. 222.

In rupestribus regionis mediae et superioris, rare. — In mt. Parnasso pr. Carcaria (Heldr.); Creta: mt. Sphaciotici (Sibth.), mt. Psiloriti (Raul.); — *β.* mt. Chelmos pr. Stygem (Orph.). — Maio, Jun. ♄.

5. Mespilus L. gen. n. 625.

1. **M. germanica** L. sp. p. 478; Fraas fl. class. p. 71; Heldr. Nutzpfl. p. 65; Bois. fl. or. II. p. 659. —

Sponte in Pindo (Fraas), colitur pr. Lechonia Thessaliae, in insula Corcyra, nec non in insula Naxos et Tenos (Fraas). — Maio. ♃. N. v.

Obs. *Eriobotrya japonica* Lindl. in trans. linn. soc. XIII. p. 102, colitur frequenter in hortis ob fructus edules.

6. **Cotoneaster** Medic. phil. bot. I. p. 155.

1. Sectio. *Eucotoneaster* Bois. fl. or. II. p. 665. — Flores 2—3 gyni. Frutices inermes, foliis deciduis integerrimis.

a. Calycis tubus glaber; fructus glabri.

1. **C. integerrima** Medic. Gesch. Bot. p. 85; Form. in Ver. Brünn 1895 p. 44. — *Mespilus cotoneaster* L. sp. p. 479. — *C. vulgaris* Lindl. in trans. Linn. soc. XIII. p. 101. — Icon: Fl. dan. t. 112.

Foliis ovatis, obtusis vel acutis, supra glabris viridibus, subtus cano-tomentosis; corymbis axillaribus, 1—4 floris; pedunculis puberulis vel glabratis; calycis laciniis ovatis, margine villosulis, petalis ovatis, albo-rubellis, calyce parum longioribus; fructu nutanti, globoso, rubro.

Corcyra: pr. Kanali (Form.). — Apr. Maio. ♄. N. v.

b. Calycis tubus pubescens; fructus plus minus pubescens.

α. Petala patentia, calycem duplo superantia.

2. **C. nummularia** Fisch. et Mey. ind. sem. hort. pertrop. II. p. 34. — Exsicc.: Reverch. pl. cret. a. 1883 sine n.

Foliis suborbiculatis, subellipticis ovatisve, obtusis vel acutis, supra glabratis viridibus, subtus cano-tomentosis; corymbis axillaribus, multi-floris; pedunculis tomentosis; calycis laciniis triangularibus, acutis; petalis orbiculatis, albo-rubellis; fructu ovato, erectiusculo, glabrescenti, rubro. — Petalis speciosis a congeneribus primo aspectu distincta.

Creta: in montibus Drakona (Reverch.). — Julio. ♄.

β. Petala erectiuscula, calycem subsuperantia.

3. **C. tomentosa** Ait. hort. Kew. II. p. 174 (*Mespilus*); Lindl. intrans. Linn. soc. VIII. p. 101; Bois. fl. or. II. p. 666; Heldr. chlor. Parn. p. 17; Hal. in ö. b. Z. 1895 p. 259. — *Mespilus coccinea* W. et K. pl. rar. hung. III. p. 256. — Exsicc.: Orph. herb. a 1851.

Foliis majusculis, ovatis, obtusis, supra viridibus, plus minus puberulis, subtus cano-tomentosis; corymbis axillaribus, 1—5 floris; pedunculis tomentosis; calycis laciniis triangulari-ovatis, acutiusculis; petalis ovatis, albo-rubellis; fructu obconico, erecto, tomentello, rubro.

β. **parnassica** Bois. et Heldr. diagn. ser. 2, II. p. 48, Fl. or. II. p. 666; Heldr. chlor. Parn. p. 17; Haussk. symb. p. 83; Hal. Beitr. fl. Epir. p. 21; pro sp.; Bald. riv. coll. bot. Alb. 1896 p. 54. — Foliis minoribus, supra glabrescentibus, fructu glabrescenti. — Exsicc.: Orph. fl. gr. n. 420; Bald. it. alb. epir. IV. n. 233.

In rupestribus regionis mediae et superioris. Doris: mt. Kiona (Reiser), mt. Parnassus pr. Carcaria (Guicciardi); Achaia: mt. Kyllene pr. Flamburitza mt. Chelmos (Orph.). — *β*. Epirus: mt. Smolika (Bald.), mt. Peristeri (Hal.); Thessalia: mt. Karava in Pindo dolopico (Haussk.); Aetolia: mt. Tymphrestus (Heldr.); mt. Parnassus pr. Carcaria (Orph.); Euboea: mt. Dirphys (Heldr.). — Jun. Jul. ♃.

2. Sectio. *Pyracantha* Bois. fl. or. II. p. 665. — Flores 5 gyni. Frutices spinosi, foliis persistentibus crenatis.

4. C. **pyracantha** L. sp. p. 478; S. et S. pr. I. p. 341 (*Mespilus*); Spach. hist. veg. II. p. 73; Bois. fl. or. II. p. 665; Hal. in ö. b. Z. 1890 p. 37. — *Crataegus pyracantha* Pers. syn. II. p. 37. — Exsicc.: Sint. it. or. a. 1889 n. 1929.

Foliis coriaceis, ovatis vel obovato-ellipticis, supra glabris lucidis, subtus pallidioribus, junioribus hirtulis; corymbis axillaribus, multifloris, puberulis; calycis laciniis triangulari-ovatis; petalis obovatis, albis, calyce duplo longioribus; fructu globoso, erecto, glabro, rubro.

In Graecia boreali (Sibth.): in fruticetis pr. Litochoron ad radices mt. Olympus (Sint.). — Apr. Jun. ♄.

7. Crataegus L. gen. n. 622.

1. Sectio. *Pleiostylae* Bois. fl. or. II. p. 660. — Styli et fructus pyrenae 4—5, rarissime abortu 3.

a. Folia utrinque dense et adpresse argyreo-sericea.

1. C. **pycnoloba** Bois. et Heldr. diagn. ser. 2 II. p. 46, Fl. or. II. p. 661; Heldr. Nutzpfl. p. 66; Chloros Waldverh. p. 31; Hal. Beitr. fl. Achaia p. 19. — Exsicc.: Orph. fl. gr. n. 254; Heldr. herb. norm. n. 926.

Fruticosa; ramis squamosis, in spinas validas abeuntibus, hornotinis albo-tomentosis; foliis ad apicem ramulorum brevissimorum confertis, subsessilibus, in 5—7 lacinias approximatas lineares, praeter terminalem interdum trifidam, integras pinnatipartitis; corymbis densis, capituliformibus, breviter pedunculatis, albo-tomentosis; floribus breviter pedicellatis; bracteis elliptico-linearibus, glanduloso-laciniatis; fructu globoso, albo-tomentoso, dentibus calycinis reflexis coronato, adulto lateritio. — Species praeter indumentum argyreum, ramis valde spinosis, foliis parvis confertis, floribus subcapitatis, brevissime pedicellatis insignis.

In regione montana et silvatica, rare. Achaia: mt. Kyllene pr. Trikala et Gura (Heldr.), in pinetis montium supra pagum Zachuli non procul a statione viae ferreae Dervenion (Hal.); Arcadia: mt. Glynitza pr. Zatuna (Orph.). — Jun. Jul. ♄.

b. Folia molliter griseo-tomentella.

2. C. **orientalis** Pall. ind. taur. ex M. B. fl. taur. cauc. I. p. 387; Chloros Waldverh. p. 31; Haussk. symb. p. 83; Form. in Ver. Brünn 1897 p. 69. — *Mespilus tanacetifolia β*. S. et S. pr. I. p. 342. —

vix Poir. enc. IV. p. 440, quae foliis supra demum glabratis, fructu majore, calycis laciniis majoribus erecto-patulis coronato differre dicitur. — ? *C. tanacetifolia* Fraas fl. class. p. 70. — *C. flabellata* Heldr. herb. norm. n. 632; Form. in D. bot. Monat. 1891 p. 44. — *C. orientalis β. flabellata* Bois. fl. or. II. p. 661; Heldr. chlor. Parn. p. 17; Hal. Beitr. fl. Thessal. p. 12, in ö. b. Z. 1895 p. 259; Form. in Ver. Brünn 1896 p. 97, 1879 p. 69. — *C. tanacetifolia β. orientalis* Reg. rev. crat. in acta horti Petrop. I. p. 114. — *C. tanacetifolia v. laciniata* Bald. riv. coll. bot. Alb. 1895 p. 33, 1896 p. 54. — Exsicc.: Heldr. herb. norm. n. 632 et 632 bis; Bald. it. alb. epir. II. n. 47.

Arborea vel fruticosa; ramis squarrosis, parum spinosis, hornotinis tomentellis; foliis utrinque pubescenti-griseis, basi breviter cuneatis, ambitu ovatis, pinnatim 3—5 partitis, laciniis inciso-serratis vel lobatis; corymbis densis, albo-tomentosis; floribus longiuscule pedicellatis; bracteis lanceolatis, eglandulosis; fructu magnitudine cerasi, lateritio vel atro-purpureo, globoso-depresso, hirto, dentibus calycinis brevibus reflexis coronato.

In nemorosis, ad silvarum oras, in regione montana et subalpina. Epirus: mt. Kurenta et Micikeli in distr. Janina (Bald.); Thessalia: mt. Oxya (Hal.), pr. Klinovo, Krania, Chaliki, mt. Ghavellu, ad monasterium Korona (Haussk.), pr. Malakasi, Velitsena, Vendista, Kastania, Konisko, Beluja, Mandri Kalivia in mt. Agrapha, pr. Hepdominta Aderfia in mt. Oxya, pr. Kerasia Sina, Hagios Paraskevi, Kucuro in mt. Chassia, pr. Lokatamuburia, Baraktari, mt. Kerfi pr. Diodendron, pr. Rapsani in mt. Olympo, mt. Pirgo, Alafovris, Mavrika, Katasara et Jurti in mt. Othrys (Form.), mt. Ossa (Heldr.); Aetolia: mt. Tymphrestus (Heldr.), Korax (Reiser); mt. Kiona (Hal.), mt. Parnassus (Sibth.); ? Arcadia: mt. Epanocrepa et Kapsa (Fraas). — Maio, Jul. ♄.

3. **C. Heldreichii** Bois. diagn. ser. 2, II. p. 47, Fl. or. II. p. 662; Heldr. Nutzpfl. p. 66, chlor. Parn. p. 17; Haussk. symb. p. 83; Hal. Beitr. fl. Achaia p. 19; Form. in Ver. Brünn 1896 p. 97, 1897 p. 69. — *C. melanocarpa* Ch. et B. exp. p. 140, Fl. pelop. p. 31, sec. Bois. fl. or. II. p. 662, non M. B. — *C. tanacetifolia γ. Heldreichii* Reg. rev. crat. in acta hort. Petrop. I. p. 114. — Exsicc.: Orph. fl. gr. n. 302 et 685; Heldr. herb. norm. n. 113.

Differt a praecedente foliis basi truncatis vel subcuneatis, junioribus integris vel breviter trilobis, caeteris pinnatim 5—7 partitis, laciniis apice obtuse 2—3 dentatis valde divergentibus, fructu parvo, rubro, laciniis calycinis subrevolutis superato. — Affinis *C. laciniata* Ucria in DC. pr. II. p. 629 laciniis foliorum acutissimis et fructu elliptico distinguitur.

In regione montana et subalpina. Thessalia: pr. Chaliki, Krania, mt. Baba (Haussk.), Koturi, Velitsena, pr. Phlamburo in mt. Oxya, pr. Godaman in mt. Olympo (Form.); mt. Parnassus pr. Rachova (Guicc.); Attica: mt. Parnes (Heldr.); Euboea: mt. Dirphys (Pichler); Achaia: mt. Kyllene, pr. Aegion, Megaspilaeon (Heldr.), Kalavryta (Hal.), Patras

(Heldr.); Arcadia: mt. Parthenion, pr. Zulatika (Nieder); Argolis: pr. Nauplia (Sart.); Laconia: mt. Malevo pr. Spilaea (Orph.). — Maio. Jul. ♄.

2. Sectio. *Meiostylae* Bois. fl. or. II. p. 622. — Styli et fructus pyrenae 1—2, rarissime 3.

a. Fructus saltem cerasum aequans.

4. **C. azarolus** L. sp. p. 477; Heldr. Nutzpfl. p. 66. — *Mespilus azarolus* S. et S. pr. I. p. 342. — Icon: Hartig Naturg. forstl. Cult. t 86. —

Arborea vel fruticosa; ramis parum spinosis, hornotinis tomentosis: foliis chartaceis, pubescentibus,, ambitu obovatis, longe cuneatis, junioribus indivisis vel trilobis, caeteris 3—5 fidis, laciniis subaequilatis. integris vel apice grosse 2—3 dentatis; corymbis ramosis, valde tomentosis; stylis 2—3; fructu ovato-globoso, rubro vel flavido, 2 rarius 3 pyreno. laciniis calycinis reflexis coronato.

Creta (Sibth.): in regione inferiori mt. Ida supra Kato-Asides eparchiae Malevisi (Heldr.); colitur etiam hinc inde. — Maio. ♄. N. v.

b. Fructus mediocres vel parvi.

5. **C. oxyacantha** L. sp. p. 477; Pieri corc. fl. p. 62; Ch. et B. exp. p. 140, Fl, pelop. p. 31; Fraas fl. class. p. 70; Bois. fl. or. II. p. 664; Form. in Ver. Brünn 1895 p. 44. — ***Mespilus oxyacantha*** DC. fl. fr. IV. p. 433; S. et S. pr. I. p. 341. — *C. oxyacantha* β. *vulgaris* DC. pr. II. p. 628; Marg. et R. fl. Zante p. 47. — Icon: Jacq. fl. austr. III. t. 292 f. 2. — Exsicc.: Sint. et Bornm. it. turc. n. 1229.

Arborea vel fruticosa; ramis spinescentibus, breviterque spinosis. hornotinis glabris; foliis puberulis vel glabratis, obovato-cuneatis, breviter 3—5 lobis, lobis obtusis, obtuse-dentatis vel integris; corymbis glabris, paucifloris; stylis 2 rarius 1; fructu ovato-globoso, rubro, 2 rarius 1 pyreno, laciniis calycinis reflexis superato.

In silvaticis montanis, rare. Epirus (Form.); Thessalia: pr. Litochoron (Sint.); Attica (Sibth.): in valle Cephissi (Heldr.); Argolis, Arcadia, Elis (Sibth.); Achaia: pr. Patras (Heldr.); Messenia (Bory); Laconia: mt. Malevo (Orph.; Zante (Marg.); Corcyra (Pieri). — Apr. Maio. ♄.

6. **C. monogyna** Willd. en. hort. berol. I. p. 524; S. et S. pr. I. p. 341 (*Mespilus*); Jacq. fl. aust. III. p. 50 t. 292 f. 1; Ung. Reise p. 138; Bois. fl. or. II. p. 664; Chlor. Waldverh. p. 31; Spreitz. in z. b. G. 1887 p. 659; Bald. riv. coll. bot. Alb. 1895 p. 34; Haussk. symb. p. 83; Form. in Ver. Brünn 1896 p. 98, 1897 p. 69. — *C. oxyacantha v. monostyla* DC. pr. II. p. 628; Friedr. Reise p. 280. — *C. triloba* Heldr. Nutzpfl. p. 66; Chloros Waldverh. p. 31, vix Pers. — *C. azarella* Griseb. spic. I. p. 88, ex Bois. fl. or. II. p. 664; Fraas fl. class. p. 71. — Exsicc.: Baen. herb. europ. n. 9243. —

Arborea vel fruticosa; ramis spinescentibus breviterque spinosis, hornotinis glabris; foliis puberulis vel glabratis, obovato-cuneatis, profunde 3—5 fidis, acute incisis vel serratis, corymbis laxe puberulis vel glabratis; stylo 1; fructu ovato-globoso, rubro, 1 pyreno, laciniis calycinis reflexis coronato. — Species foliorum forma et magnitudine valde variabilis et a praecedente vix specifice distincta. — Formae graecae ulterius observandae.

β. **hirsutior** Bois. fl. or. II. p. 664; Hal. in ö. b. Z. 1897 p. 93. — Ramuli hornotini, folia utrinque ut pedicelli villosula. — Exsicc.: Hal. it. gr. II. a. 1893.

In regione inferiori et montana passim per totam Graeciam. — Apr. Maio. ♄.

XXXVI. Ordo. Granataceae Don in Jam. Edinb. phil. journ. 1826 p. 144.

1. Punica L. gen. n. 618.

1. **P. granatum** L. sp. p. 472; S. et S. pr. I. p. 336; Sieb. avis p. 4, rem. p. 4; Dallap. prosp. p. 64; Ch. et B. exp. p. 139, Fl. pelop. p. 31; Marg. et R. fl. Zante p. 47 *v. rubrum*; Friedr. Reise p. 277; Fraas fl. class. p. 79; Heldr. Nutzpfl. p. 64, Fl. cephalon. p. 37, in Sitzungsb. acad. Wiss. Berlin 1883 p. 7, chlor. Thera p. 27; Raul. cret. p. 754; Bois. fl. or. II. p. 737; Chloros Waldverh. p. 35; Spreitz in z. b. G. 1887 p. 659, 1890 p. 295; Form. in D. bot. Monat. 1891 p. 44, in Ver. Brünn 1895 p. 44, 1896 p. 97, 1897 p. 69. — Icon: Fl. gr. t. 476. — Exsicc.: Heldr. herb. norm. n. 1142.

In regione calidiori fere per omnem Graeciam culta; in sepibus fruticetis hinc inde spontanea, e. g. in valle Tempe, mt. Pelion Thessaliae, Telethrion Euboeae (Heldr.), in Creta (Raul.). — Stirps spontanea humilior, fruticosa, magis spinescens, floribus et fructibus minoribus; stirps culta arborea. — Maio, Jun. ♄.

XXXVII. Ordo. Myrtaceae R. Br. gen. rem. p. 14.

1. Myrtus L. gen. n. 617.

1. **M. communis** L. sp. p. 471; S. et S. pr. I. p. 336; Pieri corc. fl. p. 61; Sieb. avis p. 4, rem. p. 4; Dallap. prosp. p. 64; Ch. et B. exp. p. 139, Fl. pelop. p. 31; Marg. et R. fl. Zante p. 48; Friedr. Reise p. 263 et 264; Fraas fl. class. p. 79; Ung. Reise p. 138; Heldr. in Flora XXVII p. 13, Nutzpfl. p. 63, in Sitzungsb. acad. Wiss. Berlin 1883 p. 4, Fl. cephalon. p. 36; Weiss in z. b. G. 1869 p. 747; Raul. cret. p. 755; Bois. fl. or. II. p. 736; Chloros Waldverh. p. 33; Spreitz. in z. b. G. 1887 p. 659; Haussk. symb. p. 83; Bald. riv. coll. bot. Alb. 1892 p. 35; Hal. Beitr. fl. Epir. p. 21; Form. in Ver.

Brünn 1895 p. 44, 1896 p. 97. — Icon: Fl. gr. t. 475. — Exsicc.: Bald. it. alb. a. 1892 n. 259.

Variat foliis angustis vel latioribus, fructibus nigro-caesiis (v. *melanocarpa*) et albis vel rubris (v. *leucocarpa*).

In dumetis, sepibus regionis inferioris et montanae per totam Graeciam. Jun. Oct. ♄.

XXXVIII. Ordo. Cucurbitaceae Juss. gen. p. 393.

1. Citrullus Schrad. in Eckl. et Zeyh. en. p. 279.

1. C. **colocynthis** L. sp. p. 1011; Heldr. Nutzpfl. p. 50 (*Cucumis*); Schrad. in Linnaea XII. p. 414; Bois. fl. or. II. p. 759. — Icon: Wight ic. pl. ind. or. II. t. 498. — Exsicc.: Orph. fl. gr. n. 510.

Humifusus, scaberrimus, griseus; caule sulcato, ramoso; foliis ambitu cordato-ovatis vel triangularibus, sinuato-pinnatilobatis, lobis undulato-sinuatis; floribus parvis, viridi-luteis; fructu-globoso, laevi, amarissimo.

In arenosis maritimis insulae Melos Cycladum pr. Pachaena et Mytacas (Orph.). — Maio, Sept. ♃.

Obs. Citrullus vulgaris L. sp. p. 1010; Dall. prosp. p. 128; Ch. et B. exp. p. 276, Fl. pelop. p. 64 (*Cucurbita*); Schrad. in Linnaea XII. p. 412; Heldr. Nutzpfl. p. 50, Fl. cephal. p. 37; Raul. cret. p. 755; Bois. fl. or. II. p. 759; Form. in Ver. Brünn 1885 p. 24; Heldr. fl. Aegina p. 298, chlor. Thera p. 29. = *Cucumis citrullus* Ser. in DC. pr. III. p. 301; Marg. et R. fl. Zante p. 85; Heldr. in Sitzungsb. acad. Wiss. Berlin 1883 p. 7. — Colitur ob fructus edules. — Copiose coluntur quoque: *Cucumis melo* L. sp. p. 1011; Dallap. prosp. p. 128; Ch. et B. exp. p. 276, Fl. pelop. p. 64; Marg. et R. fl. Zante p. 85; Fraas fl. class. p. 104; Heldr. Nutzpfl. p. 49, Fl. cephalon. p. 37, Fl. Aegina p. 298, chlor. Thera p. 29 (var. *theraea*); Raul. cret. p. 755; Bois. fl. or. II. p. 759. — *Cucumis dudaim* L. sp. p. 1011; Dallap. prosp. p. 128; Heldr. fl. cephalon. p. 37; Bois. fl. or. II. p. 759. — *Cucumis sativus* L. sp. p. 1012; Dallap. prosp. p. 128; Ch. et B. exp. p. 276, Fl. pelop. p. 64; Marg. et R. fl. Zante p. 85; Fraas fl. class. p. 103; Heldr. Nutzpfl. p. 50, Fl. cephalon. p. 37; Fl. Aegina p. 298, chlor. Thera p. 29; Raul. cret. p. 755; Bois. fl. or. II. p. 759; Hausk. symb. p. 83. — *Lagenaria vulgaris* Ser. in DC. pr. III. p. 299; Heldr. Nutzpfl. p. 49, chlor. Thera p. 29; Raul. cret. p. 755. = *Cucurbita lagenaria* L. sp. p. 1010; Ch. et B. exp. p. 275, Fl. pelop. p. 64; Marg. et R. fl. Zante p. 85). — *Cucurbita pepo* L. sp. p. 1010; Dallap. prosp. p 127; Ch. et B. exp. p. 275, Fl. pelop. p. 64; Fraas fl. class. p. 105; Heldr. Nutzpfl. p. 50. Fl. cephalon. p. 37, Fl. Aegina p. 298, chlor. Thera p. 29; Raul. cret. p. 756; Form. in D. bot. Monat. 1890 p. 13. — *Cucurbita maxima* Duch. in Lam. enc. II. p. 151; Ch. et B. exp. p. 275, Fl. pelop. p. 64; Marg. et R. fl. Zante p. 85; Heldr. fl. Aegina p. 298. —

2. Ecbalium Rich. in dict. class. syst. nat. VI. p. 19.

1. **E. elaterium** L. sp. p. 1010; S. et S. pr. II. p. 235; Pieri corc. fl. p. 127; Dallap. prosp. p. 126; Ch. et B. exp. p. 275, Fl. pelop. p. 64; Marg. et R. fl. Zante p. 48; Heldr. Nutzpfl. p. 50; Weiss in z. b. G. 1869 p. 746; Raul. cret. p. 755; Form. in D. bot. Monat. 1890 p. 13, in Ver. Brünn 1896 p. 36, 1897 p. 28; Haussk. symb. p. 83 (*Momordica*); Rich. l. c.; Fraas fl. class. p. 102; Bois. fl. or. II. p. 760; Heldr. fl. cephalon. p. 37, Fl. Aegina p. 298. — Icon: Fl. gr. t. 939. — Exsicc.: Heldr. pl. fl. hellen. a. 1876.

Tuberculato-scabrum; caule crasso, procumbente vel adscendente, ramoso, scabro; foliis cordato-ovatis vel triangularibus, dentatis crenatisve, subtus glaucis; floribus axillaribus, masculorum racemis pedunculatis, foemineis subsolitariis; fructu nutante, ovoideo, praeter echinos pubescente.

β. **palmatipartita** Bois. fl. or. II. p. 760. — Folia in lacinias elongatas oblongas pinnatifidas palmatipartita.

In ruderatis, locis incultis regionis inferioris. Frequens in Thessalia, Attica, Peloponneso, nec non in insulis Jonicis et in Archipelago; Creta: pr. Canea (Weiss). — *β.* pr. Athenas (Orph.). — Maio, Sept. ♃.

3. Bryonia L. gen. n. 1093.

a. Folia concoloria.

1. **B. dioica** Jacq. fl. austr. II. p. 59 t. 199; S. et S. pr. II. p. 236; Ch. et B. exp. p. 276, Fl. pelop. p. 64; Bois. fl. or. II. p. 760; Haussk. symb. p. 83; Forsyth in bull. Bois. III. p. 87; Hal. in ö. b. Z. 1895 p. 259; Form. in Ver. Brünn 1895 p. 24, 1897 p. 28. — Huc probabiliter: *B. alba* Dallap. prosp. p. 128, ex Heldr. fl. cephalon. p. 37; Fraas fl. class. p. 102; vix L. — Exsicc.: Orph. fl. gr. n. 511.

Dioica; foliis cordatis, scabris, 5 lobis, lobis sinuato-dentatis; floribus foemineis corymbosis, rarius subsolitariis; pedunculis petiolum subaequantibus; calycibus foemineis corolla brevioribus; stigmatibus asperis; baccis rubris.

Ad sepes, in dumetis regionis inferioris et montanae. Epirus: mt. Micikeli (Form.); Thessalia: ad monasterium Korona (Haussk.), pr. Karditza (Form.); Aetolia: inter lacum Lysimachiae et Agrinion (Nieder): Peloponnesus (Chaub.): pr. Astros (Fraas); pr. Zulatika Gortyniae (Nieder); insula Poros, Syra (Orph.), Keos (Heldr.), Strongylo pr. Naxos (Reiser); Cephalonia (Dallap.). — Apr. Maio. ♃.

2. **B. sicula** Jan. cat. p. 17 pro var. *B. dioicae*; Guss. syn. II. p. 621; Haussk. symb. p. 83. —

Dioica; foliis late cordatis, scaberrimis, 5 lobis, lobis sinuato-dentatis; floribus foemineis multis, corymbosis; pedunculis petiolo multo brevioribus; calycibus foemineis corolla brevioribus; stigmatibus asperis, baccis rubris.

In dumosis mt. Palamidi supra Nauplia (Haussk.). — Apr. Maio. ♄ N. v.

b. Folia albo-marmorata.

3. **B. cretica** L. sp. p. 1013; S. et S. pr. II. p. 236; Sieb. avis p. 5, rem. p. 6; Urv. enum. p. 124; Ch. et B. fl. pelop. p. 64; Fraas fl. class. p. 102; Naudin rev. cucurb. in ann. sc. nat. ser. 6, XII. p. 138; Weiss in z. b. G. 1869 p. 746; Raul. cret. p. 755; Bois. fl. or. II. p. 760, suppl. p. 242; Haussk. symb. p. 83; Bald. viagg. Creta p. 50; Heldr. fl. Aegina p. 298, chlor. Thera p. 12. — Icon: Desf. coroll. t. 70. — Exsicc.: Rev. pl. cret. n. 45.

Dioica; foliis cordatis, scabris, 5 lobis vel partitis, lobis vix dentatis; floribus foemineis paucis vel subsolitariis; pedunculis petiolo duplo brevioribus; calycibus foemineis corolla duplo brevioribus; stigmatibus asperis; baccis rubris. — Differt a praecedente foliis albomaculatis, profundius divisis, lobis subintegerrimis, pedunculis foemineis 1—2 floris.

Ad sepes, in lapidosis. Attica: pr. Marathon, Buliasmene, in scopulo Rhaphti (Heldr.), pr. Kamariza Laurii (Haussk.); Petalium insula Xeroniso (Holzm.); insula Aegina (Heldr.), Tenos (Sart.), Kythnos (Tunt.), Mykonos (Sart.), Melos (Urv.), Syra (Weiss), Naxos (Orph.), Thera (Letourn.); Argolis: mt. Palamidi supra Nauplia (Haussk.), insula Hydra (Pichler); Laconia: mt. Taygetos (Psarid.); Creta: pr. Canea, Hagia Triada, Almyros, Palaeokastron, Zakro (Raul.). — Mart. Maio. ♄.

XXXIX. Ordo. Datiscaceae Endl. gen. p. 897.

1. Datisca L. gen. n. 1132.

1. **D. cannabina** L. sp. p. 1037; Raul. cret. p. 850; Bois. fl. or. II. p. 763. — Icon: Fl. gr. t. 960.

Glabra; caule elato; foliis imparipinnatis, foliolis lanceolatis, grosse serratis, supremo saepe trisecto basi decurrenti; floribus in racemos longos axillares, foliis linearibus subintegris intermixtos dispositis; capsulis pedicellatis, pendulis.

Ad rivulos in faucibus silvaticis montium Sphacioticorum occidentalium Cretae pr. Hagia Rumeli (Raul), Samaria (Heldr.). — Jul. ♄. N. v.

XL. Ordo. Onagraceae Juss. ann. mus. III. p. 315.

1. Epilobium L. gen. n. 471.

Dispositio specierum:

1. Sectio. *Chamaenerium* Tausch. — Folia omnia sparsa; flores explanati stamina stylusque demum deflexa.

1. E. angustifolium L. 2. E. Dodonaei Vill.

2. Sectio. *Lysimachion* Tausch. — Folia inferiora opposita; flores infundibuliformes; stamina stylusque erecta.

1. Subsectio. *Schizostigma* Hausk. — Stigma quadrifidum; caulis teres.

a. Apex caulis et flores virginei erecti.

3. **E. hirsutum** L. 4. **E. parviflorum** Schreb.

b. Flores virginei cum caulis apice nutantes.

α. Folia breviter petiolata, ovato-oblonga, basi cordata vel rotundata, rosularum autumnalium erecta, subimbricata, elliptica.

5. **E. montanum** L. 6. **E. collinum** Gmel.

β. Folia longiuscule petiolata, oblongo-lanceolata, basi cuneata, rosularum autumnalium lanceolata, patula.

7. **E. lanceolatum** Seb. et Maur.

2. Subsectio. *Systigma* Haussk. — Stigma clavatum; caulis lineis elevatis 4 vel 2 oppositis decurrentibus notatus.

a. Semina papillosa, apice rotundata.

α. Folia sessilia vel basi rotundata brevissime petiolata.

× Rhizoma breve, abscissum, autumno rosulas sessiles edens; flores erecti.

8. **E. adnatum** Griseb. 9. **E. Lamyi** F. Schultz.

×× Rhizoma repens, jam florendi tempore stolones epigaeos elongatos edens; flores virginei nutantes.

10. **E. obscurum** Schreb.

β Folia longiuscule petiolata, in petiolum attenuata; flores virginei nutantes.

11. **E. tetragonum** L. 12. **E. gemmascens** C. A. Mey.

b. Semina laevia, utrinque attenuata.

13. **E. alsinefolium** Vill.

1. Sectio. *Chamaenerion* Tausch hort. canal. ad. t. 7. — Folia omnia sparsa; flores explanati; stamina stylusque demum reflexa.

1. **E. angustifolium** L. sp. p. 347 excl. var. γ.; Heldr. onagrac. fl. gr. p. 3; Haussk. symb. p. 83. — *E. spicatum* Lam. dict. II. p. 373; Bois. fl. or. II. p. 745; Heldr. in Sitzungsb. acad. Wiss. Berlin 1883 p. 4 et 9. — *Chamaenerion angustifolium* Scop. fl. carn. ed. 2 I. p. 271. — Icon: Curt. fl. lond. II. t. 24. — Exsicc.: Heldr. it. thessal. n. 1222.

Rhizomate stolones longos, repentes edente; caule tereti, elato, erecto; foliis lanceolatis, integris vel remote et minute glanduloso-denticulatis, glabris, subtus glaucescentibus, reticulato-venosis; racemo elongato, non vel basi tantum foliato; petalis obovatis, brevissime unguiculatis; seminibus ellipticis, basi apiceque angustatis, testa sublaevi.

In regione silvatica. Thessalia: mt. Olympus et Pelion (Heldr.). — Jul. Aug. ♄.

2. **E. Dodonaei** Vill. prosp p. 45; Bois. fl. or. suppl. p. 239; Heldr. onagrac. fl. gr. p. 3; Bald. riv. coll. bot. Alb. 1895 p. 34. — *E. angustifolium* L. sp. p. 347 var. γ. — *E. rosmarinifolium* Haenke in Jacq. coll. II. p. 50. — *E. angustissimum* W. et K. pl. rar. hung. I. t. 76. — *Chamaenerion palustre* Scop. fl. carn. ed. 2 I. p. 271. — Exsicc.: Heldr. it. gr. septentr. a. 1879.

Rhizomate stolones breves, crassos edente; caule tereti, erecto; foliis linearibus, subintegris, glabris vel breviter pubescentibus, concoloribus, vix reticulato-venosis; racemis abbreviatis, foliatis; petalis ellipticis, sessilibus; seminibus obovatis, basi longe attenuatis, testa pellucide papillosa.

In glareosis montanis. Epirus: pr. Syraku ad radices mt. Peristeri (Bald.); Eurytania: ad rivulum Campylus pr. Karpenisi (Heldr.); Euboea: mt. Dirphys (Fraas). — Jul. Aug. ♄.

2. Sectio. *Lysimachion* Tausch hort. canal. ad. t. 7. — Folia inferiora opposita; flores infundibuliformes; stamina stylusque erecta.

1. Subsectio. *Schizostigma* Haussk. monogr. epilob. p. 55. — Stigma quadrifidum; caulis teres.

a. Apex caulis et flores virginei erecti.

3. E. **hirsutum** L. sp. p. 347 excl. var. β.; Friedr. Reise p. 275; Fraas fl. class. p. 80; Bois. fl. or. II. p. 746; Form. in D. bot. Monat. 1891 p. 41, Ver. Brünn 1895 p. 42, 1896 p. 94; Haussk. symb. p. 83; Heldr. onagr. fl. gr. p. 4; Hal. Beitr. fl. Thessal. p. 12; Bald. riv. coll. bot. Alb. 1896 p. 55. — Icon: Fl. dan. t. 326. — Exsicc.: Orph. herb. n. 646; Sint. et Bornm. it turc. n. 1232; Bald. it. alb. epir. n. 187; Dörfl. fl. gr. n. 209. —

Rhizomate jam florendi tempore stolones longos, carnosos edente; caule erecto, elato, pilis simplicibus longioribus et glandulosis brevioribus villoso; foliis oblongo-lanceolatis, denticulato-serrulatis, basi late amplexicauli breviter decurrentibus; racemis foliatis; floribus magnis, 20—25 mm. diametro; capsula dense glanduloso-pubescente.

β. **tomentosum** Vent. cels. t. 90 pro sp.; Bois. fl. or. II. p. 746; Heldr. onagr. fl. gr. p. 4; Bald. riv. coll. bot. alb. 1895 p. 34. — Totum plus minus villosum vel incano-tomentosum, folia saepe abbreviata, minus acuta. — Intermediis ad typum transit.

In humidis regionis inferioris et montanae, frequens. Epirus: pr. Luros, Konitza (Bald.), Janina, Govrica, Han Kanberga, in valle Dipotami, pr. Sadovica (Form.); Thessalia: pr. Karditza, Koturi (Haussk.), Kastania (Hal.), Malakasi, Velestinos, Volo (Form.), Litochoron (Sint.); Eurytania (Heldr.); Phocis (Fraas): mt. Parnassus (Leon.); Attica (Fraas); Euboea: supra Achmet-Aga (Orph.); Peloponnesus (Heldr.): pr. Poros (Friedr.); Cycladum insula Keos (Tunt.); Creta (Heldr.). — Jul. Sept. ♄.

4. E. **parviflorum** Schreb. spic. lips. p. 146; S. et S. pr. I. p. 254; Raul. cret. p. 754; Bois. fl. or. II. p. 746; Form. in D. bot. Monat. 1891 p. 41; Hal. in ö. b. Z. 1892 p. 370, Beitr. fl. Epir. p. 21; Haussk. symb. p. 83; Heldr. onagr. fl. gr. p. 4. — *E. hirsutum* L. sp. p. 347 var. β. — *E. molle* Lam. fl. fr. III. p. 479; Ch. et B. exp. p. 110, Fl. pelop. p. 28. — *E. pubescens* Roth tent. I.

p. 167. — Icon: Engl. bot. t. 795. — Exsicc.: Sint. et Bornm. it. turc. n. 1233 et 1234.

Rhizomate post florendi tempore rosulas sessiles, mox elongatos, stoloniformes edente; caule erecto, molliter et breviter pubescente; foliis lanceolatis, denticulatis, subsessilibus; racemis foliatis; floribus parvis, 8—12 mm diametro; capsula molliter pilosa. — Variat indumento plus minus copioso.

In locis humidis regionis inferioris et montanae, frequens. Epirus: mt. Peristeri (Hal.); Thessalia: pr. Velitza (Heldr.), Kotura, mt. Ghavellu, pr. Sermenikon, in oropedio Neuropolis (Haussk.), pr. Litochoron in mt. Olympo (Sint.), pr. Selicany et Spilaea in mt. Ossa (Form.); Attica: pr. Kephissia; mt. Parnassus; Euboea (Heldr.); Argolis, Elis (Sibth.); Messenia: pr. Methone, in valle fluvii Pamisus, pr. Arcadia usque Gortys, nec non in Arcadia (Chaub.); Creta: pr. Enneachoria (Raul.); Cycladum insula Andros (Heldr.). — Jul. Sept. ♃.

4 × 11. **E. parviflorum × tetragonum.** — *E. persicinum* Rchb. fl. exc. p. 635. — *E. parviflorum* × *roseum* F. Schultz Grundz. Phytost. p. 143; Haussk. symb. p. 83. — Exsicc.: Heldr. it. thessal. IV. a. 1885. — Ab *E. parvifloro* foliis manifeste petiolatis, ab *E. tetragono* caule tereti, molliter breviterque pubescenti et floribus saturatioribus discedens; stigmata erecto-patentia. — Inter parentes pr. Kotura in Pindo (Haussk.). —

b. Flores virginei cum caulis apice nutantes.

α. Folia breviter petiolata, ovato-oblonga, basi cordata vel rotundata, rosularum autumnalium erecta, subimbricata, elliptica.

5. **E. montanum** L. sp. p. 348; ? Pieri corc. fl. p. 48; Bois. fl. or. II. p. 747; Form. in D. bot. Monat. 1891 p. 41; Haussk. symb. p. 84; Hal. Beitr. fl. Thessal. p. 12; Heldr. onagr. fl. gr. p. 5. — Icon: Fl. dan. t. 922 — Exsicc.: Heldr. it. thessal. IV. a. 1885.

Caule erecto, simplici vel parum ramoso, breviter et crispule puberulo; foliis inaequaliter dentato-serratis, summis alternis, caeteris oppositis; calycis laciniis lanceolatis, obtusiusculis; petalis pallide roseis; capsula puberula; seminibus ovali-obovatis, apice rotundato haud constrictis, testa dense papillosa, papillis elongatis.

In silvis montanis et subalpinis. Thessalia: mt. Zygos supra Metzovo (Heldr.), mt. Oxya (Hal.), pr. Malakasi (Haussk.), Velestinos (Form.), mt. Olympus (Heldr.); mt. Parnassus (Heldr.); Corcyra (Pieri). — Jul. Aug. ♃.

6. **E. collinum** Gmel. fl. bad. IV. p. 265; Haussk. symb. p. 84; Heldr. onagr. fl. gr. p. 5. — Icon: Cus. et Ansb. IX. t. 13. —

Differt a praecedente statura humiliore, caule adscendente, saepe a basi valde ramoso, foliis magis approximatis, minoribus, a medio caulis alternis, floribus minoribus.

In saxosis supra Sermeniko et inter Chaliki et **Krania** in Pindo (Haussk.). — Jul. Aug. ♃. N. v.

β. Folia longiuscule petiolata, oblongo-lanceolata basi cuneata, rosularum autumnalium lanceolata, patula.

7. **E. lanceolatum** Seb. et Maur. fl. rom. pr. p. 138, t. 1. f. 2. Bois. fl. or. II. p. 747; Heldr. fl. cephalon. p. 37, in Sitzungsb. acad. wiss. Berlin 1883 p. 7, Onagr. fl. gr. p. 5; Form. in D. bot. Monat 1891 p. 41, in Ver. Brünn 1896 p. 94; Haussk. symb. p. 84. — Exsicc.: Heldr. it thessal. n. 10; Dörfl. fl. gr. n. 290. —

Caule erecto vel basi adscendente, simplici vel ramoso, breviter et crispule puberulo; foliis remote denticulatis, inferioribus oppositis, superioribus alternis; calycis laciniis lanceolatis, acutis; petalis albidis, tandem roseis; capsula puberula; seminibus cylindrico-ovalibus, apice leviter constrictis, testa dense sed breviter papillosa. — Folia eis *E. montani* minora, semina magis fusca.

In silvaticis praesertim subalpinis. Thessalia: ad monasterium Korona, in oropedio Neuropolis, mt. Ghavellu, Karava (Haussk.) et Dokimi in Pindo, pr. Selicany et Spilaea in mt. Ossa (Form.), mt. Pelion (Heldr.); Aetolia: mt. Korax (Leon.); mt. Dirphys Euboeae, mt. Parnassus, mt. Parnes Atticas, ad lacum Pheneon Arcadiae, supra Anavryti Laconiae et pr. Steno Cephaloniae (Heldr.). — Jun. Jul. ♃.

2. Subsectio. *Systigma* Haussk. monogr. epilob. p. 35. — Stigma clavatum; caulis lineis elevatis 4 vel 2 oppositis decurrentibus notatus.

a. Semina papillosa, apice rotundata.

α. Folia sessilia vel basi rotundata brevissime petiolata.

× Rhizoma breve, abscissum, autumno rosulas sessiles edens; flores erecti.

8. **E. adnatum** Griseb. in bot. Zeit. X. p. 851; Haussk. symb. p. 84; Heldr. in ö. b. Z. 1898 p. 183. — *E. tetragonum* L. sp. p. 348 p. p.; Marg. et R. fl. Zante p. 47; Raul. cret. p. 754; Bois. fl. or. II. p. 748; Heldr. onagr. fl. gr. p. 5; Bald. riv. coll. bot. Alb. 1895 p. 34. — Icon: Fl. dan. t. 1267. — Exsicc.: Bald. it. alb. epir. III. n. 186; Heldr. pl. fl. hellen. a. 1897.

Caule virgato, ramoso, glabro vel subglabro, lineis 4 elevatis notato; foliis lanceolatis, denticulato-serratis, inferioribus subpetiolatis, intermediis subdecurrenti-adnatis; floribus minutis, 4—6 mm longis, pallide roseis; seminum testa papillis elongatis dense obsita.

In locis humidis regionis inferioris et montanae. Epirus: pr. Luros distr. Prevesa (Bald.); Thessalia: pr. Sermenikon, in oropedio Neuropolis, ad monasterium Korona (Haussk.) in Pindo, mt. Pelion (Heldr.); Euboea borealis, mt. Pentelicon Atticae (Heldr.); Argolis: pr. Poros (Heldr.); Laconia: mt. Malevo (Orph.), Taygetos (Bois.); Cycladum insula Jos, Naxos (Heldr.); Creta: pr. Rumata (Raul.); Zante: inter urbem et Crionero (Marg.). — Jul. Sept. ♃.

9. **E. Lamyi** F. Schultz in Regensb. bot. Zeit. 1844 p. 806; Haussk. symb. p. 84; Heldr. onagr. fl. gr. p. 5. — Icon: Cus. et Ansb. IV. t. 7. — Exicc.: Sint. it. thessal. n. 1044 (f. *glabrescens*).

Differt a praecedente caule graciliore, puberulo, 2—4 lineis notato, basi apiceque tereti, foliis minoribus, brevissime petiolatis, marginibus non decurrentibus, floribus 5—8 mm longis, laete roseis, seminibus leviter papillosis.

In locis humidis regionis montanae. Thessalia: pr. Uraneos Chan in valle Penei (Sint.), Kalabaka, Klinovo, Krania, Sermenikon, in oropedio Neuropolis, ad monasterium Korona (Haussk.); Euboea: mt. Telethrion (Heldr.); pr. Megara, Nauplia (Heldr.); Cephalonia: pr. Spartia (Heldr.) — Jul. Sept. ♃.

×× Rhizoma repens, jam florendi tempore stolones epigaeos elongatos edens; flores virginei nutantes.

10. **E. obscurum** Schreb. spic. lips. p. 147; Bois. fl. or. II. p. 749; Heldr. chlor. Parn. p. 17, onagr. fl. gr. p. 6. — *E. purpurascens* Gil. fl. lith. V. p. 189. — *E. virgatum* Lam. dict. II. p. 375. — Icon: Cus. et Ansb. IX. t. 5.

Caule virgato, ramoso, lineis 2—4 elevatis notato, inferne glabro, superne tenuiter puberulo; foliis lanceolatis, remote denticulatis, sessilibus, marginibus decurrentibus; floribus 5—7 mm longis, purpureis; seminum testa papillis brevibus angustis dense obsita.

In locis humidis regionis montanae. In mt. Parnasso, mt. Dirphys Euboeae et mt. Taygetos l. d. Lakkomata (Heldr.). — Jul. Sept. ♃. N. v.

β. Folia longiuscule petiolata, in petiolum attenuata; flores virginei nutantes.

11. **E. tetragonum** L. sp. p. 348; Aschers. in Verh. Brandenb. 1866 p. 123. — *E. roseum* Schreb. spic. lips. p. 147; Bois fl. or. II. p. 749; Heldr. chlor. Parn. p. 17, onagr. fl. gr. p. 6; Haussk. symb. p. 84. — Icon: Fl. dan. t. 1815.

Rhizomate brevi, autumno turiones breves, serius rosulaeformes edente; caule erecto, ramoso, lineis 2—4 e basi petiolorum decurrentibus notato, inferne glabro, superne puberulo; foliis oblongis, crebre denticulato-serratis; alabastris ovatis, abrupte acuminatis, floribus 5—6 rarius 8 mm longis, ante anthesin albidis, tandem roseis; seminum testa dense et grosse granulato-papillosa.

In regione montana, rarissime. Ad rivulos pr. Kotura in Pindo aspropotamitico (Haussk.) et in mt. Parnasso (Heldr.). — Jul. Aug. ♃. N. v.

12. **E. gemmascens** C. A. Mey. Verz. Pfl. cauc. 1831 p. 172; Haussk. in Mitth. thür. bot. Ver. 1886 p. 74, 1888 p. 4, symb. p. 84. — *E. alsinefolium* Hal. Beitr. fl. Epir. p. 22; Heldr. onagr. p. 6 p. p. ? Bald. riv. coll. bot. Alb. 1895 p. 31 et 1896 p. 55, non Vill. — Icon: Haussk. monogr. epil. t. V. f. 44. — Exsicc.: Heldr. it. thessal. IV. a. 1885; Hal. it. gr. II. a. 1893.

Rhizomate obliquo, turiones sessiles subglobosos edente; caule erecto vel adscendente, simplici vel ramoso, lineis e petiolorum marginibus decurrentibus parum prominentibus notato, ad apicem usque pilis glandulosis horizontaliter patentibus dense obsito; foliis ovato-oblongis, repando-denticulatis, in axillis plerumque gemmis bulbiformibus munitis; alabastris subglobosis, abrupte acuminatis; floribus speciosis, 10--12 mm longis, roseis; seminum testa dense papillosa. — *E. alsinefolio* habitu simile et ab eo turionibus sessilibus, caule glanduloso, foliis longius petiolatis, in axillis bulbilliferis et seminibus papillosis, apice rotundatis differt.

Ad rivulos regionis subalpinae. Epirus: mt. Gamila distr. Zagorion (Bald.), mt. Peristeri (Hal.); Thessalia: mt. Zygos supra Metzovo (Haussk.), in oropedio Neuropolis in Pindo, mt. Oeta Phthiotidis (Heldr.). — Jun. Aug. ♃.

b. Semina laevia, utrinque attenuata.

13. **E. alsinefolium** Vill. prosp. p. 45; Heldr. monogr. fl. gr. p. 6 p. p. — *E. origanifolium* Lam. dict. II. p. 376. — *E. alpinum* Ch. et B. exp. p. 110, Fl. pelop. p. 24, non L. — Icon: Fl. dan. t. 2587.

Rhizomate elongato, soboles hypogaeos elongatos, florendi tempore jam conspicuos edente; caule erecto vel adscendente, simplici vel ramoso, lineis 2—4 elevatis puberulis notato, caeterum glabro vel superne puberulo; foliis subpetiolatis, ovatis vel ovato-ellipticis, repando-denticulatis; alabastris ovoideis, obtusis vel brevissime apiculatis; floribus 8—12 mm longis, purpureis, virgineis nutantibus. —

Ad rivulos regionis alpinae. Aetolia: mt. Korax (Heldr.); Elis: mt. Olenos (Heldr.); Laconia: mt. Taygetos (Heldr.) — Jul. Aug. ♃. N. v.

Obs. *Oenothera biennis* L. sp. p. 346; Heldr. onagr. fl. gr. p. 6. — Subsponte in Thessalia (Aphentulis).

2. Isnardia L. gen. n. 156.

1. **I. palustris** L. sp. p. 120; S. et S. pr. I, p. 104; Mazz. in antol. ion. IV. p. 952; Ch. et B. fl. pelop. p. 11; Heldr. onagr. fl. gr. p. 6. — *Ludwigia palustris* Ell. skatch. of bot. Soudh.-Carol. I. p. 214; Bois. fl. or. II. p. 752. — Icon: Lam. ill. t. 77. — Exsicc.: Orph. fl. gr. n. 1020.

Glabra; caule decumbente, radicante; foliis oppositis, petiolatis, ovatis, acutis, integris; floribus axillaribus, solitariis, subsessilibus; calycis laciniis ovatis, acuminatis; petalis nullis, capsula obovata.

In paludosis rarissime. In castanetis pr. Carysto Euboeae (Orph.), in agro Eliensi (Sibth.); Corcyra: ad lacum Stavropotamo (Mazziari). — Jul. Aug. ♃.

3. Circaea L. gen. n. 24.

1. **C. lutetiana** L. sp. p. 9; S. et S. pr. I. p. 5; Heldr. in Sitzungsb. acad. Wiss. Berlin 1883 p. 4 et 9, Onagr. fl. gr. n. 7; Bois. fl. or. suppl. p. 242; Haussk. symb. p. 84; Form. in Ver. Brünn 1896 p. 94. — Icon: Lam. ill. t. 16. — Exsicc.: Heldr. it. thessal. n. 33. —

Caule erecto, puberulo; foliis petiolatis, ovatis, saepe cordatis, repando-denticulatis, glabris vel puberulis; racemis ebracteatis; pedicellis fructiferis deflexis; petalis bilobis, albis vel rubellis, fructu pilis uncinatis hirsuto.

In silvis umbrosis, montanis (Sibth.), rare. Thessalia: pr. Sermenikon et Pezula in Pindo (Haussk,), mt. Pelion pr. Zagora et Anilios, mt. Ossa (Heldr.). — Jul. Aug. ♃.

4. Trapa L. gen. n. 63.

1. **T. natans** L. sp. p. 120; S. et S. pr. I. p. 104. — Icon: Lam. ill. t. 75.

Fluitans; caule submerso, elongato, ramoso, superne emerso, incrassato; foliis inferioribus oppositis, linearibus, integris, mox deciduis, superioribus rhombeis, grosse dentatis, subtus ad nervos plus minus pilosis; floribus breviter pedunculatis; petalis albis, calyce longioribus; fructu atrofusco, 4-spinoso, spinis patentibus.

In agris Graeciae boreali confinibus (Sibth.). — Jun, Jul. ♃. N. v.

XLI. Ordo. Haloragaceae R. Br. in Flind. voy. II. p. 549.

1. Hippuris L. gen. n. 11.

1. **H. vulgaris** L. sp. p. 4; Mazz. in antol. ion. II. p. 430. — Icon: Fl. dan. t. 87.

Caule e rhizomate decumbente erecto, simplici, articulato; foliis linearibus, integris, 8—10 in verticillis invicem approximatis; floribus minutis, axillaribus, sessilibus.

In stagnis. Corcyra: pr. Govino (Mazz.). — Jun. Aug. ♃. N. v.

2. Myriophyllum L. gen. n. 1066.

1. **M. verticillatum** L. sp. p. 992. — *M. spicatum* Heldr. fl. cephal. p. 37, non L. —

Foliis verticillatis, pinnatisectis, laciniis setaceis; floribus verticillatis, verticillis axillaribus; foliis floralibus omnibus pectinato-pinnatifidis, flores superantibus.

α. **pinnatifidum** Wallr. sched. p. 489. — Folia floralia foliis caulinis similia flores multoties superantes, laciniis remotis.

β. **pinnatum.** Wallr. l. c. — *M. verticillatum β. intermedium* Koch. syn. p. 244; Form. in Ver. Brünn 1896 p. 94. — Folia floralia floribus triplo longiora, laciniis approximatis.

In aquis stagnantibus vel lente fluentibus. Cephalonia: pr. Samo. (Heldr.); — *β*. Thessalia: in lacu Nezeros ad mt. Olympus (Form.); Argolis (Sart.). — Jun. Aug. ♃. N. v.

2. **M. spicatum** L. sp. p. 992; S. et S. pr. II. p. 237; Raul. cret. p. 754; Bois. fl. or. II. p. 755; Haussk. symb. p. 84; Bald. riv. coll. bot. Alb. 1895 p. 34, 1896 p. 56. — Exsicc.: Heldr. herb. a. 1878.

Foliis verticillatis, pinnatisectis, laciniis setaceis; floribus verticillatis, verticillis in spicas interruptas, apice nudas dispositis; foliis floralibus inferioribus dentatis flores aequantibus, superioribus brevioribus integris.

In aquis stagnantibus vel lente fluentibus. Epirus: in lacu Janina (Bald.); Thessalia: in flumine Kampylos in oropedio Neuropolis Pindi dolopici (Haussk.); Aetolia: in effluvio lacus Lysimachiae supra Angelokastron (Heldr.); Creta: in fonte Almyros pr. Heracleon (Heldr.), pr. Kladiso, Kalyves (Raul.). — Jun. Aug. ♃.

XLII. Ordo. Callitrichaceae Link en. hort. berol. I. p 7.

1. Callitriche L. gen. n. 13.

1. Sectio. *Eucallitriche* Hegelm. mon. p. 54. — Amphibiae vel submersae, stomatibus in superficie foliorum et caulium pilisque stellatis praeditae; flores bracteolati vel nudi; fructus maturi dimidia connata; folia nervis secundariis instructa.

a. Fructus anguli rotundati.

1. **C. obtusangula** Le Gall in Billot arch. 1854 p. 295; Haussk. symb. p. 84. — Icon: Hegelm. mon. t. 3, f. 3. —

Foliis superioribus obovatis, saepe rosulatis, inferioribus remotioribus, angustioribus; polline subgloboso; stylis erectis vel patentibus, persistentibus; fructu specioso, subrotundo, subsessili, angulis carina omnino destitutis.

In uliginosis maritimis inter Naupliam et Tirynthum Argolidis (Haussk.). — Apr. Jun. ♃. N. v.

b. Fructus anguli breviter carinati.

2. **C. verna** L. fl. suec. p. 2; Kützing in Linnaea VII p. 175; Mazz. in antol. ion. II. p. 430; Bois. fl. or. II. p. 755. — ? *C. tenuifolia* Mazz. in antol. ion. II. p. 430. — Icon: Hegelm. mon. t. 3 f. 10. — Exsicc.: Heldr. pl. fl. hellen. n. 2802.

Foliis inferioribus linearibus, superioribus linearibus vel obovatis; polline elliptico; stylis erectis vel patentibus, subpersistentibus; fructu parvo, ovali, subsessili, angulis breviter et acute carinatis.

In aquosis, fossis. Attica: ad Phalerum (Heldr.); Euboea: in stagno Suvala ad cacumen mt. Thelethrion (Heldr.); Corcyra pr. Canale, Kastrades, Potamo (Mazz.); et probabiliter alibi. — Floret a vere in autumnum. ♃.

3. C. **pedunculata** DC. fl. fr. IV. p. 414; Bois. fl. or. II. p. 756. — Icon: Guss. pl. rar. t. 2, f. 1. — Exsicc.: Heldr. it. thessal. IV. a. 1895.

Foliis inferioribus linearibus, superioribus oblongis; polline subgloboso; stylis reflexo-patentibus, deciduis; fructu specioso, suborbiculari, saepius longiuscule pedunculato, angulis breviter et acute carinatis.

In uliginosis. Thessalia: ad Meteora supra Kalabaka (Heldr.); insula Leucas (Mazz.). — Maio, Jun. ♃.

c. Fructus anguli late carinato-alati

4. C. **stagnalis** Scop. fl. carn. ed. 2. II. p. 251; Ung. Reise p. 120; Bois. fl. or. II. p. 756; Heldr. fl. cephal. p. 67; Haussk. symb. p. 84. — ? *C. aestivalis* Mazz. in antol. ion. II. p. 430. — Icon: Rchb. f. 4748. — Exsicc.: Heldr. herb. fl. hellen. a. 1878.

Foliis omnibus obovatis; polline subgloboso; stylis erectis vel patentibus, persistentibus; fructu specioso; suborbiculari, subsessili, angulis late et acute carinatis.

In aquis stagnantibus. Thessalia: ad fontem Paparanza inter Karditza et Palaeokastro (Haussk.); Aetolia: pr. Mesolonghion (Heldr.); Argolis: in aquis Lernae ad Myli (Heldr.); Corcyra: pr. Canale (Mazz.); Cephalonia: pr. Kastro, Same, Poros, Charakas, Athera (Heldr.); Zante: pr. urbem (Heldr.). — Maio. Aug. ♃.

2. Sectio. *Pseudocallitriche* Hegelm. mon. p. 61. — Submersae, stomatibus pilisque stellatis carentibus; flores nudi; fructus maturi dimidia sinubus profundis ad axin penetrantibus segregata; folia uninervia.

5. C. **autumnalis** L. fl. suec. p. 2; Mazz. in antol. ion. II. p. 430. — Icon: Rch. f. 4749 b. —

Foliis lanceolatis, basi latioribus, apice exsectis; polline globoso; stylis perlongis, reflexo-adpressis, caducis; fructu specioso, lato, subsessili, ad angulos acute carinato.

In aquis. Corcyra: pr. Canale (Mazz.). — Maio, Aug. ♃. N. v.

6. C. **truncata** Guss. pl. rar. p. 4, t. 3, f. 2; Bois. fl. or. II. p. 756. —

Foliis linearibus, apice exsectis; polline globoso; stylis perlongis, reflexo-patentibus, caducis; fructu specioso, lato, subsessili vel plus minus pedicellato, angulis obtusis, ecarinatis.

In aquis insulae Leucas (Mazz.). — Maio, Aug. ♃. N. v.

XLIII. Ordo. Ceratophyllaceae Gray nat. arrang. of brit. pl. II. p. 554.

1. Ceratophyllum L. gen. n. 1065.

1. C. **submersum** L. sp. ed. 2. p. 1409; Haussk. symb. p. 84; Form. in Ver. Brünn 1896 p. 94. — Icon: Fl. dan. t. 510.

Caule submerso, ramoso; foliis dichotome in lacinias filiformi-setaceas vix denticulatas divisis; fructu ovali, non alato, inermi.

In paludibus pr. Trikala et Larissa Thessaliae (Haussk.). — Jun. Sept. 9I. N. v.

XLIV. Ordo. Lythraceae Juss. in dict. sc. nat XXVII. p. 27.

1. Lythrum L. gen. n. 604.

1. Sectio. *Salicaria* DC. mem. soc. hist. nat. gen. III. 2. p. 77. — Flores in inflorescentia spiciformi terminali aggregati.

1. L. **salicaria** L. sp. p. 446; S. et S. pr. I. p. 320; Urv. enum. p. 52; Ch. et B. exp. p. 132, Fl. pelop. p. 30; Fraas fl. class. p. 81; Bois. fl. or. II. p. 738; Heldr. fl. cephalon. p. 37, in Sitzungsb. acad. Wiss. Berlin 1883 p. 8; Form. in D. bot. Monat. 1891 p. 41, in Ver. Brünn 1895 p. 42, 1896 p. 93, 1897 p. 67; Haussk. symb. p. 84. — Icon: Fl. dan. t. 671. — Exsicc: Heldr. it. thessal. IV. a. 1885; Sint. et Bornm. it. turc. n. 1231.

Pubescens vel glabriusculum: caule erecto, elato, simplici vel ramoso; foliis cordato-lanceolatis, acutis, saltem inferioribus oppositis vel verticillatis; thyrsi cymulis oppositis, saepius densifloris; calycis 12-nervii dentibus 6 internis triangularibus, 6 externis longioribus, subulatis; petalis purpureis, elliptico-spathulatis, calyce plus duplo longioribus; staminibus 12.

β. **tomentosum** Mill. dict. n. 2. pro sp.; DC. cat. hort. monsp. p. 123; Marg. et R. fl. Zante p. 48; Friedr. Reise p. 264; Bois. fl. or. II. p. 738. — *L. cinereum* Griseb. spic. I. p. 110; Fraas fl. class. p. 81. — Exsicc.: Orph. herb. a. 1850. — Adpresse plus minus tomentosum. — Formis intermediis ad typum transit.

Ad rivos, in uliginosis regionis inferioris et montanae. Frequens in Epiro et Thessalia, a Pindo usque ad Olympum; Aetolia: pr. Mesolonghion (Nieder), Vostinitza ad radices mt. Korax (Tuntas); mt. Parnassus (Guicciardi); Boeotia: pr. Lebadia, ad lacum Kopais (Heldr.); Phthiothis: pr. Stylida, ad fluvium Sperchius (Fraas); Attica: pr. Kephissia (Heldr.); Euboea: pr. Kurbatzi (Wild), Politika (Holzm.); Argolis: ad Lernam (Urv.), Tirynthum (Orph.), Argos (Chaub.); Achaia: pr. Patras (Reinhold); Messenia: pr. Messene (Zahn), Navarin.

Arcadia (Chaub.); Zante (Marg.); Cephalonia: pr. Kutavo (Heldr.); in insulis (Sibth.). — Formae tomentosae vel canescentes typo multo frequentiores. — Jun. Sept. ♃.

2. **L. virgatum** L. sp. p. 447; Bois. fl. or. II. p. 738; Haussk. symb. p. 84. — Icon: Jacq. fl. austr. I. t. 7. — Exsicc.: Orph. fl. gr. n. 1013 (Macedonia).

Glabrum vel glabriusculum; caule virgato, saepius ramoso; foliis lanceolatis, acutis, oppositis; thyrsi cymulis paucifloris, inferioribus verticillatis, superioribus alternis; calycis 12-nervii dentibus abbreviatis, subaequalibus; petalis purpureis, elliptico-spathulatis, calyce duplo longioribus; staminibus 12. — Praecedenti gracilius, basi fere suffrutescens.

In arvis subhumidis Thessaliae: inter Trikala et Larissa (Haussk.), ad radices mt. Olympus inter Caterina et Litochoron (Orph.). — Jul. Aug. ♃.

2. Sectio. *Hyssopifolia* DC. mem. soc. hist. nat. gen. III., p. 78. — Flores solitarii vel pauci in axillis foliorum.

a. Stamina 12; flores speciosi, 10—15 mm longi.

3. **L. flexuosum** Lag. gen. et sp. p. 16; Koehne in Engl. bot. Jahrb. I. p. 318; Haussk. symb. p. 84. — *L. acutangulum* Lag. l. c.; Ch. et B. exp. p. 132, Fl. pelop. p. 30. — *L. Graefferi* Ten. fl. nap. pr. suppl. II. p. 27; Marg et R. fl. Zante p. 47; Clem. sert. p. 41; Weiss in z. b. G. 1869 p. 747; Raul. cret. p. 754; Bois. fl. or. II. p. 739; Heldr. fl. cephalon. p. 37, in ö. b. Z. 1898 p. 183; Gelmi in bull. soc. bot. ital. 1889 p. 499; Bald. riv. coll. bot. Alb. 1892 p. 35, viagg. Creta p. 50; Hal. Beitr. fl. Achaia p. 20, in ö. b. Z. 1897 p. 93. — *L. alatum* Presl. del. Prag. p. 55, non Pursh. — *L. Gussonei* Presl. l. c. — *L. Preslii* Guss. pl. rar. p. 188. — *L. thymifolium* S. et S. pr. I. p. 321; Sieb. avis p. 4; Fraas fl. class. p. 80; non L. — Icon: Ten. fl. nap. t. 142. — Exsicc.: Heldr. herb. norm. n. 362 et 1029; Orph. fl. gr. p. 503; Reverch. pl. cret. n. 44; Dörfl. fl. gr. n. 261.

Glabrum; caulibus elongatis, erectis vel diffusis, simplicibus vel ramosis; foliis alternis, ovatis, ellipticis, oblongis vel lanceolatis, superioribus lineari-lanceolatis; floribus solitariis, bracteis binis exiguis scariosis suffultis; calycis demum cylindrici, 10—12 striati dentibus subaequalibus, triangularibus, erectis; petalis purpureis, oblongo-obovatis, calyce duplo longioribus; staminibus inclusis vel longioribus exsertis.

In locis humidiusculis regionis inferioris et submontanae. Acarnania: pr. Vonitza (Heldr.); Aetolia: pr. Mesolonghion (Nieder); Phthiotis: pr. Lamia (Philippides); Sporadum insula Scopelos (Leon.); Boeotia: pr. Thebas (Fraas); Attica: pr. Athenas, ad Phalerum, ad rivulum Podoniphti (Heldr.), ad Cephissum (Clem.), pr. Geraka, mt. Pentelicon (Haussk.); Achaia: pr. Aegion (Orph.), Patras (Hal.); Elis: ubique in planitie maritima (Heldr.); Messenia: pr. Methone (Chaub.); Laconia: mt. Malevo (Orph.); Argolis: pr. Argos (Chaub.), Nauplia (Haussk.), Poros (Heldr.);

Cycladum insula: Syra (Orph.), Tenos (Weiss), Melos (Chaub.), Naxos (Leon.); Creta (Sibth.): pr. Kissamos (Rev.), ad ostium fluvii Kladiso, pr. Canea, Suda, Retymo, Malea (Raul.); Zante (Marg.); Cephalonia: ad Kutavo, Spilaea, Akoli (Heldr.); Corcyra (Gelmi): pr. Palaeokastrizza (Bald.). — Apr. Jul. ⊙.

b. Stamina 5—6; flores minuti, 3—7 mm longi.

4. L. **hyssopifolium** L. sp. p. 447; S. et S. pr. I. p. 321; Pieri corc. fl. p. 57; Sieb. avis rem. p. 4; Ch. et B. exp. p. 132, Fl. pelop. p. 30; Marg. et R. fl. Zante p. 47; Friedr. Reise p. 275 et 284; Fraas fl. class. p. 80; Weiss in z. b. G. 1869 p. 747; Raul. cret. p. 754; Bois. fl. or. II. p. 739; Heldr. fl. cephalon. p. 37, fl. Aegina p. 293, in ö. b. Z. 1898 p. 183; Spreitz. in z. b. G. 1890 p. 294; Haussk. symb. p. 85; Form. in Ver. Brünn 1895 p. 42. — Icon: Jacq. austr. II. t. 133. — Exsicc.: Heldr. herb. norm. n. 1030.

Glabrum; caulibus prostratis vel erectis, simplicibus vel ramosis; foliis obtusiusculis vel acutis, margine subasperulis, inferioribus oblongis, caeteris lineari-lanceolatis, praeter infima opposita alternis; floribus solitariis, bracteis binis subulatis scariosis minimis basi suffultis; calycis longe tubulosi, 10—12 striati, dentibus 6 alternatim longioribus subulatis, inferioribus triangularibus minutis; petalis purpureis, calyce sesquilongioribus; staminibus inclusis.

In humentibus sabulosis et aridis. Thessalia: pr. Kalabaka, Karditza, Trikala (Haussk.), Palaeokastro (Heldr.); Aetolia: pr. Mesolonghion (Nieder); Boeotia: mt Onion (Bois.); Attica: mt. Pateras, Pentelicon, pr. Marussi, Podoniphti, Korupi (Heldr.), Geraka, Laurion (Haussk.): Elis: pr. Kunupeli (Heldr.); Laconia: ad fl. Eurotas, pr. Scardamula, Chimova (Chaub.); Argolis: pr. Epidaurus, Poros (Friedr.); insula Aegina: pr. Perivolia (Heldr.); Cyclades: insula Ios, Naxos (Heldr.), Syra (Weiss): Creta: ad fl. Jardanus pr. Canea (Weiss), pr. Hagia Rumeli (Spreitz.), Voriza ad radices mt. Ida (Raul.); Zante (Marg.); Cephalonia: pr. Drapano (Heldr.); Corcyra (Pieri): pr. Alipu, Kanali, Hagios Joannes Evropuli, Afra (Form.). — Apr. Jul. ⊙.

5. L. **tribacteatum** Salzm. exs.; Spreng. syst. IV. p. 190; Heldr. fl. Aegina p. 298. — *L. bibracteatum* Salzm. in DC. pr. III. p. 81; Bois. fl. or. II. p. 740; Bald. riv. coll. bot. Alb. 1896 p. 55. — Icon: Barrel. ic. t. 773. f. 2.

Glabrum; caulibus prostratis vel erectis, saepius a basi ramosis; foliis sparsis, obtusis, margine scabris, inferioribus lineari-oblongis, caeteris linearibus; floribus solitariis, bracteis binis saepius herbaceis oblongis vel ellipticis suffultis; calycis longe cylindrici, 10—12 striati, dentibus brevissimis, internis fere obsoletis, externis triangularibus; petalis purpureis, calyce vix sesquilongioribus; staminibus inclusis. — Foliis obtusis, totum fere caulem ramosque occupantibus, simul ad superiorem caulis partem et ad ramos in ramulis accessoriis plus minus abbreviatis dense floriferis subconfertis et calyce brevissime dentato a praecedente discedit.

α. **Candollei** Koehne in Engl. bot. Jahrb. I. p. 313; Haussk. symb. p. 85. — Bracteae calyce longiores, rarius multo breviores, virides, foliis similes, sed plerumque acutae serrulatae; calycis nervi validiores, praesertim inferne serrulati; stylus ovario sublongior. — Exsicc.: Bald. it. alb. epir. IV. n. 77. —

β. **Salzmanni** Jord. obs. fragm. V. p. 42, t. 2 pro sp.; Koehne l. c.. — Bracteae minutae, albidae, scariosae, integrae; calycis nervi tenuissimi; stylus ovario subbrevior; caulis anguli foliaque minus serrulati quam in var. α. — Exsicc.: Dörfl. fl. gr. n. 238.

In humidis, inundatis. Epirus: pr. Lapsista distr. Janina (Bald.); Thessalia: pr. Karditza, Orman Magula (Haussk.); Boeotia: pr. Thebas (Sprun.); Elis: pr. Lechaena (Heldr.); insula Aegina: pr. monasterium (Heldr.). — β. pr. Kalivia ad radices mt. Parnassus (Leon.). — Maio. Jul. ⨀.

2. Peplis L. gen. n. 446.

1. **P. portula** L. sp. p. 332; S. et S. I. p. 244; Ch. et B. fl. pelop. p. 24; Bois. fl. or. suppl. p. 237; Haussk. symb. p. 85; Bald. riv. coll. bot. Alb. 1896 p. 55. — Icon: Fl. dan. t. 64.

Glabriuscula; caule erecto vel adscendente, ramoso; foliis oppositis obovatis, in petiolum attenuatis; floribus solitariis, axillaribus; calycis breviter campanulati dentibus subulatis; petalis minimis, roseis.

In inundatis. Corcyra (Mazziari); Epirus: pr. Janina versus Sadovica (Bald.); Thessalia: inter monasterium Korona et oropedium Neuropolis in Pindo dolopico (Haussk.); copiose circa Athenas (Sibth.), sed a recentioribus huc non observata. — Jun. Aug. ⨀. N. v.

XLV. Ordo. Tamaricaceae Desv. in ann. sc. nat. IV. p. 344.

1. Tamarix L. gen. n. 375.

1. Sectio. *Vernales* Bunge tent. gen. tamar. — p. 17. — Racemi praecoces e gemmis ramorum lignosorum orti, primo vere ante ramulos foliatos vel simul cum iis evoluti.

a. Stamina sepalis numerosiora.

1. **T. Hampeana** Bois. et Heldr. diagn. pl. or. X. p. 8; Heldr. Nutzpfl. p. 53, Fl. Aegin. p. 298; Bois. fl. or. I. p. 767 p. p.; Spreitz. in z. b. G. 1877 p. 729, 1887 p. 659; Chloros Waldverh. p. 37; Haussk. symb. p. 85. — *T. hexandra* Hampe in Flora XXV p. 62 solum nomen. — *T. africana* Fraas fl. class. p. 110, non Desf. — *T. Hampeana α. phalerea* Bunge tent. gen. tamar. p. 20 — *T. phalerea* Niedenzu in ind. lect. lyc. Hos. 1895 p. 5. — Exsicc.: Heldr. herb. norm. n. 289 et 927; Orph. fl. gr. n. 318; Baen. herb. europ. n. 9351.

Glabra, glaucescens; foliis e basi sessili **subcordata oblongo-lanceolatis**; racemis crassis, breviter pedunculatis; **bracteis oblongo-lanceolatis**, pedicello brevioribus vel eum aequantibus; **pedicello calyce aequilongo**; floribus tetrameris rarius pentameris; petalis ellipticis, **erecto-patulis**, deciduis; disco 4—7 lobo, crasso; staminibus 6—8, **lobis disci insertis**; antheris submuticis vel minute apiculatis; stylis 4, **longiusculis**, basi cohaerentibus.

Ad ripas, in subpaludosis, arenosis maritimis. **Attica**: ad Phalerum pr. Raphina, Ergastiria, Sunium Laurii, insula Aegina (Heldr.); **Argolis**: pr. Nauplia (Haussk.), Astros (Bois.); **Laconia**: ad fl. Eurotas pr. Sparta (Poniropulos); **Messenia**: pr. Pylos (Zahn); **Aetolia**: insula Hagios Sostis pr. Mesolonghion (Heldr.); **Cephalonia**: pr. Argostoli, Melichia (Spreitz.); **Corcyra**: pr. Kastrades (Baen.), Potamo (Spreitz.). — Apr. Maio. ♄.

Obs. *T. Haussknechtiana* Niedenzu in ind. lect. lyc. Hos. 1895 p. 5: „Bracteae lineari-oblongae, obtusiusculae, pedicellum superantes; antherae muticae, styli usque ad basin stigmatum obovatorum connati, ovarium subaequantes". — Ex auctore forsan planta hybrida, e *T. africana* et ? *T. Hampeana* orta, mihi ignota est. — **Attica** in maritimis pr. Laurion (Haussk.). —

b. Stamina sepalis numero aequalia.

α. Styli plerumque 4.

2. **T. tetrandra** Pall. ind. taur. ex M. B. fl. taur. cauc. I. p. 247; Bunge tent. gen. tamar. p. 28; Bois. fl. or. I. p. 769; Chloros Waldverh. p. 37. — *T. africana* Ch. et B. exp. p. 92, Fl. pelop. p. 20 sec. Bunge l. c., non Desf.

Glabra, viridis; cortice nigro; **foliis lanceolatis, adpresso-imbricatis**, basi breviter adnatis, margine diaphano-cartilagineis; **racemis subsessilibus**, laxiusculis; bracteis triangulari-lanceolatis, **pedicellum superantibus**; pedicello calycis dimidium aequante; floribus tetrameris; petalis **elliptico-oblongis**, erectis, subpersistentibus; disco profunde quadrilobo; **staminibus** lobis retusis disci insertis; antheris minute apiculatis; stylis **clavatis**.

In paludosis, ad ripas. **Phocis**: ad Itea pr. Amphissa (Heldr.); **Achaia**: pr. Xylocastron (Orph.); Aegion (Heldr.); **Messenia**: pr. Pylos (Chaub.), in valle Nedontis supra Kalamata (Zahn); **Laconia**: ad ripas Eurotas pr. Sparta (Mill), pr. Marathonisi (Chaub.). — Apr. Maio. ♄. N. v.

β. Styli 3.

3. **T. parviflora** DC. pr. III. p. 97; Bois. fl. or. I. p. 769; Heldr. fl. cephal. p. 27; Chloros Waldverh. p. 37. — Exsicc.: Heldr. herb. norm. 289 et 928; Orph. fl. gr. n. 986; Sint. et Bornm. it. turc. n. 1182; Sint. it. thessal. n. 1374.

Glabra, viridis; cortice fusco-purpurascenti; **foliis lanceolatis, semiamplexicaulibus**, adpresso-erectis, immarginatis; racemis **subsessilibus**, laxiusculis; bracteis lineari-oblongis, pedicellum superantibus; **pedicello calycem**

subaequanti; floribus tetrameris; petalis ovato-oblongis, erectis, subpersistentibus; disco tetragono; staminibus basi dilatata disci angulis impositis; antheris apiculatis; stylis brevibus, obovatis.

Ad ripas, sepes, margines vinetorum. Thessalia: pr. Kalabaka, Litochoron ad radices mt. Olympus (Sint.), Volo (Heldr.); Attica: in oliveto Athenarum, inter Athenas et Phalerum (Heldr.); Cynuria: pr. Astros et ad Hagios Petros in mt. Malevo (Poniropulos); Messenia: pr. Kalamata (Zahn); Cycladum insula: Syra, Naxos (Heldr.); Creta ad fl. Jardanus (Weiss); Cephalonia: pr. Same, Lixuri (Heldr.). — Apr. Maio. ♄.

4. **T. cretica** Bunge tent. gen. tamar. p. 33; Niedenzu in ind. lect. lyc. Hos. 1895 p. 7. — *T. gallica* Sieb. pl. cret. a. 1826, avis p. 3, rem. p. 3. — *T. parviflora β. cretica* Bois. fl. or. I. p. 770; Raul. cret. p. 723. — *T. parviflora* Weiss in z. b. G. 1869 p. 753. —

Differt a praecedente foliis patentissimis, distantibus, petalis, ellipticis, reflexis, antheris exapiculatis et stylis lineari-oblongis.

In insula Creta: pr. Armiro (Sieb.), ad fl. Jardanus pr. Canea (Weiss), pr. Platania, Kalyves, Babali-Khan (Raul.). — Mart. Maio. ♄. N. v.

2. Sectio. *Aestivales* Bunge tent. gen. tamar. p. 41. — Racemi serotini, in ramis hornotinis elongatis terminales, paniculati.

5. **T. Pallasii** Desv. in ann. sc. nat. IV. p. 349; Raul. cret. p. 723; Bois. fl. or. I. p. 773; Heldr. in Sitzungsb. acad. Wiss. Berlin 1883 p. 8; Form. in D. bot. Monat. 1891 p. 35, in Ver. Brünn 1895 p. 42, 1896 p. 94, 1897 p. 67; Haussk. symb. p. 85; Hal. in ö. b. Z. 1897 p. 283. — *T. gallica* S. et S. I. p. 208, Fl. gr. III. p. 85 t. 291; ? Dallap. prosp. p. 44; Marg. et R. fl. Zante p. 48; Friedr. Reise p. 277. — Exsicc.: Heldr. it. thessal. n. 106.

Glabra, glaucescens; cortice fusco- purpurascenti; foliis ovatis vel deltoideo-cordatis, semiamplexicaulibus, erecto-patulis; racemis in paniculam amplam dispositis, densis, strictis; bracteis ovatis, pedicellum calyce breviorem superantibus; floribus pentameris; petalis obovatis, obliquis, conniventi-erectis, persistentibus; disco 5 lobo, lobis bifidis; staminibus filiformibus, inter disci lobos insertis; antheris obtusiusculis; stylis 3, clavatis, ovarium dimidium aequantibus.

Ad ripas, in paludosis maritimis. Epirus: pr. Prevesa, in valle Dipotami (Form.); Thessalia: pr. Han Kastania, Han Tripa et Han Kuraneos in valle Penei, pr. Verenci, Palaeokastro (Form.), Orman Magula, Larissa (Heldr.); Aetolia: insula Hagios Sostis pr. Mesolonghion (Reinhold), pr. Agrinion (Samarit.); Locris: pr. Granitza (Tuntas), Galaxidi (Mill); insula Poros (Friedr.); Creta: pr. Canea, Rumata, Ampelusa (Raul.); Zante: pr. Stauromeno (Marg.); Cephalonia (Dallap.). — Jun. Aug. ♄.

6. **T. smyrnensis** Bunge tent. gen. tamar. p. 53. — Exsicc.: Heldr. herb. a. 1878.

Glabra, glaucescens; cortice fusco-purpurascenti; foliis ovato-lanceolatis, semiamplexicaulibus, erecto-patulis; racemis in spicas interruptas elongatas dispositis, densissimis, abbreviatis, oblongis; bracteis lanceolatis, calycem pedicello subnullo longiorem aequantibus; floribus pentameris; petalis suborbicularibus, basi gibba convexis, globoso-conniventibus persistentibus; disci profunde 5 lobi lobis rotundatis, integris; staminibus superne crassiusculis, basi angustata sinubus disci insertis; antheris vix apiculatis; stylis 3, clavatis, ovarii trientem aequantibus.

Ad ostia Peiri pr. Patras Achaiae (Heldr.). — Maio. Jul. ♄.

XLVI. Ordo. Portulaceae Juss. gen. p. 312.

1. Portulaca L. gen. n. 603.

1. **P. oleracea** L. sp. p. 445; S. et S. pr. I. p. 320; Marg. et R. fl. Zante p. 86; Fraas fl. class. p. 109; Heldr. Nutzpfl. p. 51, Fl. cephalon. p. 27, Fl. Aegina p. 298, Chlor. Thera p. 29; Raul. cret. p. 723; Bois. fl. or. I. p. 757; Form. in D. bot. Monat. 1891 p. 36, in Ver. Brünn 1896 p. 83, 1897 p. 59; Haussk. symb. p. 85; — *P. sativa* Haw. misc. p. 136; Dallap. prosp. p. 61; Heldr. Nutzpfl. p. 51; forma culta caulibus adscendentibus, foliis latioribus. — Icon: Schk. Handb. II. t. 130.

In arvis humidiusculis, neglectis, herbidis regionis inferioris et montanae, ut videtur per omnem Graeciam hinc inde, colitur etiam ad usum culinarem. — Maio, Sept. ⊙. N. v.

2. Montia L. gen. n. 101.

1. **M. fontana** L. sp. 87 p. p.; S. et S. pr. I. p. 77; Ch. et B. exp. p. 47. Fl. pelop. p. 9. — *M. minor* Gmel. fl. bad. I. p. 301; Bois. fl. or. 1. p. 758. — Icon: Fl. dan. t. 131. — Exsicc.: Orph. herb. n. 2920.

Ad fontes, rivos, rare. Attica: mt. Pentelicon ad Hagios Asomatos (Heldr.); Laconia (Sibth.): mt. Malevo supra Castanitza (Orph.); Messenia: inter Arcadia et ostium fl. Neda (Chaub.). — Maio, Jul. ⊙.

3. Glinus Loeffl. it. p. 145.

1. **G. lotoides** L. sp. p. 463; Urv. enum. p. 54; Sieb. avis p. 4; Ch. et B. exp. p. 138. Fl. pelop. p. 31; Raul. cret. p. 723; Bois. fl. or. I. p. 755; Heldr. in Sitzungsb. acad. Wiss. Berlin 1883 p. 8; Hal. in Ö. b. Z. 1890 p. 37; Haussk. symb. p. 85; Form. in Ver. Brünn 1896 p. 83. — Icon: Fl. gr. t. 472. — Exsicc.: Heldr. fl. thessal. n. 107; Sint. it. or. 1889 n. 1924.

Molliter pubescens, canescens; caulibus prostratis, ramosis; foliis obovatis; floribus axillaribus, fasciculatis; sepalis intus flavescentibus; petalis albis.

In campis, ruderatis, arenosis regionis inferioris. Thessalia: ad ripas Penei pr. Larissa (Heldr.), pr. Trikala, Karditza, Sophades, Pharsalus (Haussk.), Katerina (Sint.); Argolis (Urv.): pr. Tirynthum (Sart.); Messenia (Fauché); Cycladum insula: Paros, Naxos (Chaub.); Creta: ad Kladiso pr. Canea, pr. Aradhena (Raul.). — Apr. Sept. ⊙

4. Mollugo L. gen. n. 159.

1. **M. Cerviana** L. sp. p. 272; Urv. p. 34; Ch. et B. fl. pelop. p. 20, (*Pharnaceum*); Ser. in DC. pr. I. p. 392; Bois. fl. or. I. p. 756; Heldr. in ö. b. Z. 1898 p. 183. — Icon: Lam. ill. t. 214. — Exsicc.: Dörfl. fl. gr. n. 253.

Glabra, glauca; caulibus filiformibus, erectis vel diffusis, dichotomis; foliis linearibus, obtusis, radicalibus rosulatis, caulinis ad nodos pseudoverticillatis; stipulis minimis, fugacibus; pedicellis capillaribus, demum patulo-reflexis; sepalis oblongis, obtusis, albo-marginatis; staminibus 5; seminibus nitidis tenuiter reticulatis.

In arvis arenosis regionis inferioris, rarissime. Thessalia: pr. Koronos ad radices mt. Olympus (Heldr.); Cycladum insula: Syra (Urv.), Naxos (Leon.). — Jul. Sept. ⊙.

XLVII. Ordo. Paronychiaceae St. Hil. mem. plac. lib. p. 56.

1. Telephium L. gen. n. 377.

1. **T. orientale** Bois. diagn. X. p. 11; Haussk. symb. p. 85; Hal. Beitr. fl. Achaia p. 20, in ö. b. Z. 1899 p. 712. — *T. Imperati β. orientale* Bois. fl. or. I. p. 754; Raul. cret. p. 723; Heldr. chlor. Parn. p. 15; Bald. viagg. Creta p. 32. — Icon: Tchih. As min. atl. t. 16. — Exsicc.: Heldr. herb. norm. n. 1427.

Glabrum, glaucum, multicaule; caulibus simplicibus, prostratis; foliis alternis, oblongis vel elliptico-linearibus, acutiusculis, rarius obtusis; floribus in cymam terminalem, capitato-corymbosam dense congestis; sepalis oblongo-linearibus, obtusis, carinatis, albo-marginatis; petalis oblongis calyci aequilongis; capsula superne trigona, sensim in rostrum attenuata, calyce tertia parte longiori. — *T. Imperati* L. valde affine, ab eo foliis minoribus angustioribus, corymbis densioribus, floribus paulo minoribus, capsula attenuatim nec abruptiuscule rostrata, parum differt.

In aridis saxosis regionis mediae et superioris, rare. Thessalia: mt. Ghavellu in Pindo dolopico (Haussk.); Phocis: mt. Parnassus (Guicc.); Peloponnesus: mt. Kyllene (Heldr.), Malevo (Orph.), Taygetos (Zahn); Creta: ad Hellinoseli in Asprovuna (Raul.) et mt. Volakia in mt. Sphacioticis (Bald.). — Jun. Jul. ♃.

2. Polycarpon L. gen. n. 105.

1. **P. tetraphyllum** L. sp. p. 89 (*Mollugo*); L. sp. ed. 2 p. 131; S. et S. pr. I. p. 77, Fl. gr. II. p. 4 t. 102; Sieb. avis p. 2, rem. p. 3; Urv. enum. p. 13; Ch. et B. exp. p. 47, Fl. pelop. p. 9; Marz. in antol. ion. III. p. 696; Friedr. Reise p. 275; Bois. fl. or. I. p. 735; Weiss in z. b. G. 1869 p. 753; Raul. cret. p. 722; Heldr. fl. cephalon. p. 27, chlor. Thera p. 12; Gelmi in bull. soc. bot. ital. 1889 p. 499; Spreitz. in z. b. G. 1887 p. 659, 1890 p. 294; Haussk. symb. p. 85; Form. in Ver. Brünn 1895 p. 40; Bald. riv. coll. bot. Alb. 1895 p. 12. —

Glabrescens; caule a basi dichotome ramoso; foliis oblongo-spathulatis; floribus in cymas valde compositas subfastigiatas dispositis; sepalis ovatis mucronatis, margine scariosis; petalis calyce brevioribus; capsula calyce breviore; seminibus minutissime granulatis. — Species quoad internodiorum evolutionem, ramorum cymarum longitudinem, foliorum et florum magnitudinem valde variabilis. Formae sequentes distinguendae.

α. **typicum**. — Foliis mediis quaternis, infimis et superioribus oppositis; cymis floribundis, effusis, floribus triandris mediocribus, 2 mm. longis, petalis emarginatis. — Exsicc.: Heldr. pl. fl. hellen. a. 1879.

β. **floribundum** Willk. in bot. Zeit. 1847 p. 430 pro sp.; Willk. et Lge. pr. fl. hisp. III. p. 160. — Caulibus ramosissimis, floribus numerosissimis, minutis, petalis subintegris, caeteris ut in *α*. — Exsicc.: Heldr. in Baen. herb. europ. n. 5724.

γ. **diphyllum** Cav. ic. II. p. 40, t 151 pro sp.; DC. pr. III p. 376. — Foliis omnibus oppositis, floribus triandris, in cymis parvis densiusculis, petalis emarginatis. — Exsicc.: Heldr. herb. fl. hellen. a. 1879.

δ. **alsinefolium** Biv. manip. III. p. 7 (*Hagea*) pro sp.; Parl. fl. ital. IX. p. 624; Heldr. fl. Aegina p. 298. — *P. alsinefolium* DC. pr. III. p. 376; Bois. fl. or. I. p. 736; Haussk. symb. p. 85; Heldr. chlor. Thera p. 12. — Caule minus ramoso, foliis carnosulis, mediis quaternis, cymis compactis, floribus majoribus saepius pentandris, petalis subintegris. — Exsicc.: Heldr. pl. fl. hellen. a. 1899.

In arenosis, herbidis, olivetis regionis inferioris frequens, var. *γ*. et *δ*. praesertim in maritimis. Indicatur: Epirus: pr. Luros (Bald.); Thessalia: ad monasterium Korona, pr. Karditza, Sophades (Haussk.), pr. Zagora in mt. Pelion (Aphentulis); Attica: mt. Kerata, pr. Eleusis (Haussk.), in oliveto et Acropoli Athenarum, mt. Lycabettus, Hymettus, pr. Marrovuni et Buliasmene, pr. Kalyvia, ad Phalerum, promontorium Colias, Raphti, Thorikos Laurii (Heldr.); Argolis: pr. Vromolimni in peninsula Methana (Haussk.); Laconia: mt. Malevo pr. Hagios Petros (Orph.), mt. Taygetos pr. Androvista, pr. Sparta (Chaub.), Selitza (Zahn); Arcadia: pr. Carithena, mt. Diaforti (Chaub.); Elis: pr. Lintzi (Heldr.); insula Hydra (Pichl.), Poros (Friedr.), Aegina (Heldr.); Euboea: pr. Kurbatzi (Wild.); Petalium insula Megalonisi (Holzm.); Sporadum insula

Scopelos (Philippides); Cycladum insula Andros, Tenos (Sart.), Syra (Orph.), Keos (Heldr.), Kythnos (Tuntas), Melos, in scopelo Novae Camini (Urv.) pr. Thera (Letourn.); Creta: pr. Canea, Khalepa, Murnies, Toplu (Raul.), in fauce Hagia Rumeli (Spreitz.); Cephalonia: pr. Pessada, in oropedio Omalo pr. coenobium Hagios Gerasimos (Heldr.); Leucas: cap. Zuana (Spreitz.); Corcyra: pr. urbem (Gelmi), Castrades, Anemomilo (Mazz.), Stratia (Form.). — Febr. Jul. ⊙.

3. Paronychia Juss. mem. mus. I. p. 388.

1. Sectio. *Anoplonychia* Fenzl in Endl. gen. pl. p. 958. — Calycis laciniae plano-concavae, non cucullatae, muticae.

a. Calycis laciniae aequilongae, fructiferae rectae vel apice incurvatae.

1. **P. chionaea** Bois. diagn. III. p. 9; Kern in ö. b. Z. 1877 p. 19; Hal. in z. b. G. 1888 p. 756, in ö. b. Z. 1895 p. 259. — *P. capitata* Bois. fl. or. I. p. 743; Raul. cret. p. 723; Heldr. chlor. Parn. p. 15, non *Illecebrum capitatum* L. (*P. capitata* Lam.). — ? *P. argentea* Clem. sert. p. 41. — Exsicc.: Heldr. herb. norm. n. 1236.

Dense caespitosa; rhizomate crasso, lignoso; caulibus numerosis, adscendentibus vel prostratis; foliis ovatis, spathulatis vel obovato-lanceolatis, imbricatis, utrinque hirsutis, floribus in capitula terminalia dense congestis; bracteis magnis, argenteo-nitidis, late-obovatis, obtusis vel acutis, flores multo superantibus; calycis laciniis hirtis, capsula vix longioribus, fructiferis apice incurvatis. — *P. Kapela* Jacq. pl. alp. carn. p. 8 (*Illecebrum*); Kern. in ö. b. Z. 1877 p. 17 (= *P. imbricata* Reichb. fl. exc. p. 564 = *P. capitata* Koch. syn. p. 254 = *P. Kochiana* Bois. diagn. X. p. 13) differt a nostra foliis oblongis vel elliptico-linearibus, margine tantum ciliato-hirsutis, pagina glabris. —

In rupestribus montanis et alpinis. Thessalia: mt. Olympus (Orph.), Ossa (Heldr.); Attica: mt. Parnes, Pateras, Cithaeron (Heldr.); Phocis: mt. Parnassus (Guicciardi); mt. Kiona (Hal.); Peloponnesus: mt. Kyllene (Heldr.), Malevo (Orph.), Taygetos (Zahn); Creta: mt. Volakia in mt. Sphacioticis (Raul.). — Maio, Jul. ♃.

2. **P. cephalotes** M. B. fl. taur. cauc. III. p. 169 (*Illecebrum*); Stev. in bull. mosq. XXIX. p. 184; Haussk. symb. p. 85. — *P. hungarica* Griseb. spic. I. p. 215. —

Differt a praecedente foliis oblongo- vel lineari-lanceolatis, margine ciliato hirsutis, pagina adpresse pilosis vel glabris, calycis laciniis capsula duplo longioribus, fructiferis apice non incurvatis.

In rupinis calcareis Pindi tymphaei inter Tsungeri et Malakasi. (Haussk.). — Maio, Jul. ♃. N. v.

b. Calycis laciniae inaequales, 3 exteriores longiores, fructiferae apice recurvatae, capsula 2—3 plo longiores.

3. **P. capitata** L. sp. p. 207 (*Illecebrum*); Lam. fl. fr. III. p. 229; Friedr. Reise p. 266; Kern. in ö. b. Z. 1877 p. 21. — *P. nivea* DC. in Lam. enc. V. p. 25; Friedr. Reise p. 271; Bois. fl. or. suppl. p. 122; Haussk. symb. p. 85 — *P. serpyllifolia* Fraas fl. class. p. 109, non DC, — Exsicc.; Heldr. herb. norm. n. 560 et 929; Orph. fl. gr. n. 257.

Hirsuta, caespitosa; caulibus numerosis, adscendentibus vel prostratis; foliis oblongo-lanceolatis; floribus in axillis atque ad apices ramulorum dense capitato-glomeratis; bracteis oblongis, acutis, argenteo-nitidis, calyces longe superantibus; calycis elevatim nervosi laciniis anguste-lanceolatis, ciliatis, penicillo pilorum obsitis.

In collibus saxosis. Attica: pr. Ampelokipos ad radices mt. Lycabettus, mt. Corydalus, Turcovuni, pr. Oropos, Kephissia, Piraeus, insula Salamis (Heldr.); Corinthus (Fraas), Acrocorinthus, mt. Palamidi pr. Nauplia (Haussk.), Argos, Hieron Epidauri, insula Poros, Hydra, Keos Cycladum (Heldr.). — Apr. Maio. ♃.

4. **P. macrosepala** Bois. diagn. III. p. 11, fl. or. I. p. 745 suppl. p. 123; Weiss in z. b. G. 1869 p. 753; Kern. in ö. b. Z. 1877 p. 22; Haussk. symb. p. 85; Hal. in ö. b. Z. 1895 p. 259; Heldr. chlor. Thera p. 12. — *Illecebrum capitatum* S. et S. fl. gr. III. p. 41, t. 247, non L. — ? *P. capitata* Friedr. Reise p. 266. — Exsicc.: Heldr. herb. norm. n. 561 et 930.

Differt a praecedente foliis oblongis obtusiusculis, bracteis summis calyces vix superantibus, laciniis calycinis latioribus, obsolete nervosis apice non penicillatis.

In collibus saxosis, in consortio praecedentis. Attica: ad Phalerum mt. Kerata (Haussk.), mt. Lycabettus, pr. Pikermi, Raphina, Ergastiria Laurii, mt. Hymettus, Sunium, insula Salamis, Pharmacusarum insula Lero (Heldr.); Acrocorinthus, mt. Palamidi pr. Nauplia (Haussk.), insula Hydra (Piehl.); Cycladum insula: Syra, Tenos (Weiss), Keos (Heldr.) Kythnos (Tuntas), Thera (Letourn.); Creta: ad Mirabello (Sieb. ex Kern. l. c.). — Apr. Maio, praecedenti praecocior. ♃.

2. Sectio. *Aconychia* Fenzl. in Endl. gen. pl. p. 958. — Calycis laciniae dorso sub apice mucronato cucullatae.

a. Perennes.

5. **P. argentea** Lam. fl. fr. III. p. 230; Urv. enum. p. 26; Bois. fl. or. I. p. 745; Raul. cret. p. 723; Bald. viagg. Creta p. 32; Heldr. in ö. b. Z. 1898 p. 183. — *Illecebrum paronychia* L. sp. p. 206; S. et S. pr. I. p. 163, Fl. gr. III. p. 40 t. 246; Sieb. aus. p. 3, rem. p. 3; Ch. et B. exp. p. 77, Fl. pelop. p. 16. — Exsicc.: Dörfl. fl. aeg. n. 57.

Caespitosa; caulibus numerosis, prostratis, puberulis; foliis ovato-oblongis vel lanceolatis, acutis, glabris; capitulis lateralibus et terminalibus majusculis, densis; bracteis ovatis, acutis, argenteo-nitidis, calyce multo longioribus; calycis laciniis oblongis, sub apice truncato breviter mucronatis, margine scarioso parte herbacea angustiore.

In arenosis, saxosis regionis inferioris. Argolis: pr. Epidaurus (Chaub.); Arcadia: pr. Delihassant (Chaub.); Laconia: ad promontorium Malea (Chaub.); Cycladum insula Melos (Urv.), Naxos (Chaub.); Creta (Sieb.): ad Perama, inter Candia et Guves, pr. Mirabello, insula Gaidaronisi (Raul.), mt. Hagion Pneuma (Bald.). — Specimina ex insula Naxos tantum vidi. — Maio, Jul. ♃.

6. **P. polygonifolia** Vill. dauph. II. p. 557 t. 16 (*Illecebrum*); DC. fl. fr. III. p. 403. — *P. polygonifolia β. velucensis* Bois. fl. or. I. p. 746, quae meo sensu a planta gallico-hispanica non differt. — Exsicc.: Heldr. it. gr. septentr. a. 1879.

Differt a praecedente caulibus filiformibus, foliis obtusiusculis, capitulis paucifloris, multo minoribus, bracteis oblongo-lanceolatis flores subocultantibus, calycis laciniis obovatis margine scarioso parti herbaceae aequilato.

In glareosis regionis alpinae, rare. Aetolia: mt. Tymphrestus (Samarit.), mt. Korax (Leon.); Phthiotis; mt. Oeta (Heldr.). — Maio, Aug. ♃.

b. Annuae.

7. **P. echinata** Desf. fl. atl. I. p. 204; Ch. et B. fl. pelop. p. 16 (*Illecebrum*); Lam. fl. fr. V. p. 26; Urv. enum. p. 26; Bois. fl. or. I. p. 747, suppl. p. 123; Raul. cret. p. 723; Heldr. fl. Aegina p. 299. — *Illecebrum cymosum* S. et S. pr. I. p. 163, non L. — Icon: Fl. gr. t. 245. — Exsicc.: Heldr. et Hal. fl. aeg. a. 1889.

Pubescens, nunc unicaulis, caule erecto, simpliciter dichotomo, nunc pluricaulis, caulibus prostratis vel adscendentibus, simplicibus ramosisve; foliis ovato-oblongis, margine scabridis; glomerulis densis, ad axillas pseudoverticillatis; bracteis lanceolatis, albo-scariosis, floribus brevioribus, calycis laciniis sub apice truncato longe et patule aristatis.

In locis sabulosis, arenosis maritimis rare. Insula Aegina: ad coenobium Panagia (Heldr.); Cycladum insula Melos, circa theatrum vetus (Urv.); Creta (Sibth.): ad Khan de Malia (Raul.). — Mart. Maio. ⊙.

4. Illecebrum L. gen. n. 290.

1. **I. verticillatum** L. sp. p. 206; Bert. fl. ital. II. p. 728; Bois. fl. or. I. p. 747. — Icon: Fl. dan. t. 335. — Exsicc.: Heldr. et Hal. fl. aeg. a. 1889.

Glabrum, multicaule; caulibus procumbentibus, filiformibus, radicantibus; foliis obovatis; floribus in foliorum axillis sessilibus, fasciculatis, fasciculis pseudoverticillatis; sepalis albis.

In arenosis, argillosis humidis regionis inferioris rarissime. Corcyra (Braila): ad lacum Stavropotamo (Bicknell); Cycladum insula Melos (Leon.). — Mart. Jul. ⊙.

5. Herniaria L. gen. n. 308.

a. Folia utrinque plus minus dense hirsuta.

α. Calycis laciniae patule hispidae, setula non terminatae.

1. **H. incana** Lam. enc. III. p. 124; Clem. sert. p. 42; Bois. fl. or. I. p. 741; Heldr. in Sitzungsb. acad. Wiss. Berlin 1883 p. 6, chlor. Parn. p. 15, Fl. Aegina p. 299; Hal. in z. b. G. 1888 p. 756, Beitr. fl. Epir. p. 22, Beitr. fl. Achaia p. 20, in ö. b. Z. 1897 p. 283; Form. in D. bot. Monat. 1891 p. 36, in Ver. Brünn 1895 p. 40, 1896 p. 83, 1897 p. 59; Haussk. symb. p. 86; Bald. riv. coll. bot. Alb. 1895 p. 12. — *H. macrocarpa* S. et. S. pr. I. p. 167, Fl. gr. III. p. 47, t. 252; Ch. et B. exp. p. 79, Fl. pelop. p. 17. — Exsicc.: Orph. fl. gr. n. 22; Heldr. herb. norm. n. 354, it. thessal. n. 97; Sint. it. or. a. 1889 n. 1920.

Perennis; caulibus prostratis, basi lignosis, breviter velutinis, subdichotome ramosis; foliis ovatis vel oblongo-lanceolatis, utrinque strigoso-puberulis; floribus breviter pedicellatis, in glomerulos 3—6 floros laxe dispositis vel solitariis; calyce ovato, pilis patulis longis hirsuto.

In saxosis montanis. Epirus: mt. Murga supra Sirizana, pr. Janina (Bald.), mt. Micikeli, pr. Govrica, in valle Dipotami, mt. Prosgoli (Form.), pr. Kalarrytes in mt. Peristeri (Hal.), mt. Karava, Ghavella, ad monasterium Meteora (Haussk.), pr. Kalabaka, mt. Said Pascha, pr. Malakasi, Velitsena, Koturi, in valle Penei, pr. Agria, Trikala, Koniska, Jerakari, Larissa, Velestinos, Pharsalus, pr. Phlambures et in mt. Mitrica in mt. Chassia, pr. Kapurna, Portaria, Koryza et Volo in mt. Pelion, pr. Metalion, Longici, Mavrika et Katasara in mt. Othrys (Form.), in valle Agya pr. Desina in mt. Ossa (Heldr.), ad Hagios Dionysios in mt. Olympo (Sint.); Eurytania: pr. Karpenisi (Samar.); Aetolia: mt. Korax (Tuntas); pr. Segditza in mt. Kiona (Hal.); pr. Rachova in mt. Parnasso (Heldr.); Attica: mt. Cithaeron (Guicc.), Pentelicon (Clem.); Achaia: mt. Panachaicon (Hal.); Laconia (Sibth.): pr. Agriani (Heldr.), mt Malevo pr. Hagios Joannes (Orph.); insula Aegina (Heldr.) et Cythnos (Tuntas). — Jun. Sept. ♃.

2. **H. cinerea** DC. fl. fr. V. p. 375; Bois. fl. or. I. p. 739; Raul. cret. p. 722; Haussk. symb. p. 86; Heldr. fl. Aegina p. 299, in ö. b. Z. 1898 p. 183, chlor. Thera p. 12. — Icon.: DC. mem. Paronych. t. 3. — Exsicc.: Sint. et Bornm. it. turc. n. 1178; Rev. pl. cret. n. 15.

Annua; caulibus herbaceis, prostratis, patule hirtis, ramosissimis; foliis elliptico-oblongis, utrinque et margine strigoso-puberulis, supra interdum glabrescentibus (*H. virescens* Salzm. in DC .pr. III. p. 367); floribus sessilibus, in glomerulos 7—10 floros valde approximatos dispositis; calyce oblongo, pilis patulis longis hirsuto. — Glomerulis approximatis multifloris, floribus sessilibus et praecipue radice annua caulibusque basi non suffrutescentibus a praecedente statim diagnoscenda; multo magis affinis speciei sequenti, a qua indumento saepe copiosiore, foliis

brevioribus, calycis minoris segmentis seta eminentiori non apiculatis differt. — Ab auctoribus nonnullis (Bert. Vis.) utraeque species non distinguntur.

In arenosis, locis incultis. Thessalia: pr. Aivali (Heldr.), Litochoron (Sint.), mt. Pelion pr. Zagora (Aphentulis); Euboea: pr. Steni (Heldr.); mt. Parnassus pr. Rachova (Guicc.); Attica: in oliveto Athenarum, pr. Kephissia, mt. Pentelicon, Hymettus (Heldr.), Turcovuni, pr. Eleusis, Phalerum, Laurion; Corinthus, in peninsula Methana pr. Vromolimni (Haussk.); insula Aegina, Keos, Andros, Naxos, Thera (Heldr.), Cythnos (Tuntas), Tenos (Sart.), Syra (Cadet); Creta: pr. Canea (Heldr.), Kissamos (Rev.) — Apr. Aug. ⊙.

β. Calycis laciniae strigoso-pubescentes et setula terminatae.

3. **H. hirsuta** L. sp. p. 218; S. et S. pr. I. p. 167; Sieb. avis p. 3; Ch. et B. exp. p. 79, Fl. pelop. p. 17; Friedr. Reise p. 270; Bois. fl. or. I. p. 740; Weiss in z. b. G. 1869 p. 753; Haussk. symb. p. 86; Form. in Ver. Brünn 1897 p. 60; Heldr. fl. Aegina p. 299. — Icon: Engl. bot. t. 1379. —

Annua vel perennans; caulibus prostratis, patule hirtis, ramosis; foliis elliptico-oblongis, utrinque et praecipue margine strigoso-ciliatis; floribus sessilibus, in glomerulos 7—10 floros dispositis; calyce oblongo, strigoso-pubescente, laciniis setula eminentiori terminatis.

In arenosis regionis inferioris et submontanae. Thessalia: mt. Karava, Ghavellu, ad monasterium Korona et Meteora, pr. Trikala, Karditza, Pharsalus (Haussk.), Velestinos, Povelci, Kastri (Form.); Attica: mt. Pentelicon, pr. Athenas (Heldr.), Laurion, Sunium (Haussk.); Euboea: mt. Dirphys (Heldr.); Aegina: ad promontorium Perdicca (Friedr.); Argolis: peninsula Methana (Haussk.), pr. Troezene, Argos (Chaub.); Laconia: mt. Malevo ad Hagios Petros (Orph.), pr. Sparta (Chaub.); Cyclades (Sibth.): insula Syra (Weiss); Creta (Sieb.): pr. Canea (Weiss). — Loca plura probabiliter ad praecedentem spectant. — Apr. Aug. ⊙ et ♃. N. v.

b. Folia glabra vel margine ciliatula.

4. **H. glabra** L. sp. p. 218; S. et S. pr. I. p. 167; Ch. et B. exp. p. 79, Fl. pelop. p. 17; Bois. fl. or. I. p. 740; Form. in D. bot. Monat. 1891 p. 36.— Icon: Engl. bot. t. 206.

Annua vel perennans, glabra; caulibus prostratis, ramosis; foliis oblongis, glabris; floribus sessilibus, in glomerulos 5—10 floros dispositis; calyce ovato, glabro, laciniis obtusis.

In arenosis. Thessalia: pr. Kalabaka (Form.); Messenia: pr. Pylos, Navarin, Methone (Chaub.); Archipelagus (Sibth.). — Apr. Aug. ⊙ et ♃. N. v.

5. **H. parnassica** Heldr. et Sart. in Bois. diagn. ser. 2, I. p. 95; Bois. fl. or. I. p. 740; Raul. cret. p. 722; Heldr. chlor. Parn. p. 15; Haussk. symb. p. 86; Bald. viagg. Creta p. 42, riv. coll. bot. Alb. p. 12; Hal. Beitr. fl. Epir. p. 22, Beitr. fl. Thessal. p. 12, in ö. b. Z. 1897 p. 283; Williams in bull. herb. Bois. IV. p. 562. — Exsicc.: Heldr.

herb. norm. n. 85; Orph. fl. gr. n. 416; Bald. it. alb. epir. III. p. 11; Sint. it. thessal. n. 1160.

Perennis; caulibus prostratis, radicantibus; foliis ovatis vel ovato-orbiculatis, glabris vel ciliatulis; floribus breviter pedicellatis, in glomerulos 5—7 floros, foliis intermixtos dispositis; calyce ovato, breviter hirto, laciniis obtusis. — A praecedente radice perenni caulibus radicantibus, foliis latioribus obtusioribusque, stipulis longius ciliatis, glomerulis foliosis et floribus subpedicellatis egregie differt.

In pascuis alpinis. Epirus: mt. Olycika (Bald.), Peristeri (Hal.); Thessalia: mt. Zygos, Karava, Ghavellu (Haussk.), Tringia (Hartl), in cacumine mt. Olympus (Heldr.); Aetolia: mt. Tymphrestus (Samarit.), Korax (Tuntas); mt. Parnassus (Heldr.); Peloponnesus: mt. Kyllene, Olenos (Heldr.), Taygetos (Pichl.); Creta: mt. Drakona (Reverch.), mt. Volakia (Bald.) in mt. Sphacioticis, mt. Ida, Lassiti (Raul.). — Jun. Aug. ♃.

6. Corrigiola L. gen. n. 378.

1. **C. litoralis** L. sp. p. 271; Ch. et B. fl. pelop. p. 20; Boiss. fl. or. I. p. 749; Raul. cret. p. 723; Bald. viagg. Creta p. 32, riv. coll. bot. Alb. 1896 p. 25. — Icon: Fl. gr. t. 292. — Exsicc.: Bald. it. alb. epir. IV. n. 63.

Glaucescens; caulibus filiformibus, prostratis; foliis oblongo-lanceolatis; stipulis semisagittatis; floribus in corymbos densos, multifloros dispositis.

In arenosis regionis inferioris et montanae, rare. Epirus: ad Kastrica et Lapsista distr. Janina (Bald.); Attica: ad Phalerum, specimen unicum a. 1849 ab Orphanides lectum; Laconia: mt. Malevo pr. Hagios Petros (Orph.), mt. Taygetos in faucibus Langada (Zahn); Messenia (Chaub.): pr. Kalamata (Zahn); Cycladum insula Melos (Leon.); Creta: in oropedio Aratana in mt. Sphacioticis (Raul.) et in mt. Omalo (Bald.). — Mart. Aug. ☉.

XLVIII. Ordo. Scleranthaceae Link en. hort. berol. I. p. 417.

1. Scleranthus L. gen. n. 562.

a. Calycis laciniae rotundato-obtusae, late scarioso-albomarginatae; stamina calyce subaequilonga.

1. **S. perennis** L. sp. p. 406; Haussk. symb. p. 86; Form. in Ver. Brünn 1897 p. 59. — Icon: Fl. dan. t. 563.

Caespitosus, glaucovirens; caulibus adscendentibus, ramosis, unifariam puberulis; foliis remotis, e basi dilatata linearibus, plano-convexis, margine ciliatulis; cymis corymbosis, laxis; calycis laciniis oblongis, nervo crassiusculo percursis, tubo longioribus, post anthesin erectis.

In saxosis montanis alpinisque. Thessalia: in jugo Zygos in Pindo tymphaeo, mt. Karava et Ghavellu in Pindo dolopico (Haussk.), pr. Phlambures et in mt. Mitriza in mt. Chassia (Form.). — Maio, Jul. ♃. N. v.

2. **S. neglectus** Roch. in Baumg. enum. stirp. Magno-Trans. III. p. 345; Hal. Beitr. fl. Epir. p. 22; Bald. riv. coll. bot. Alb. 1895 p. 12, 1896 p. 25. — *S. marginatus* Guss. pr. fl. sic. I. p. 486, Fl. sic. syn. I. p. 470; Strobl in ö. b. Z. 1874 p. 74; Nicotra forme di S. marg. in riv. scientif. industr. XVII. p. 28; Haussk. symb. p. 86; Form. in Ver. Brünn 1897 p. 59. — *S. perennis β. confertiflorus* Bois. fl. or. I. p. 751. — Exsicc.: Orph. fl. gr. n. 3; Heldr. herb. n. 3288 sub *S. veluchensis* Rchb. ined.; Sint. it. thessal. n. 714; Dörfl. fl. gr. n. 346. —

Dense caespitosus, glaucovirens; caulibus pumilis, prostratis, superne ramosis, plus minus puberulis vel glabriusculis; foliis approximatis, e basi dilatata linearibus, rigido-crassiusculis, falcatis, margine ciliatulis; cymis conferto-subcapitatis; calycis laciniis oblongis, nervo crasso carinatis, tubo longioribus, post anthesin erectis. — Ab affini praecedente differt, caulibus dense caespitosis, saepissime pulvinaria subplana formantibus, superne tantum ramoso-corymbosis, foliis densis, internodio longioribus, inflorescentia conferta et floribus submajoribus.

In pascuis subalpinis et alpinis. Epirus: mt. Papignon et Gamila distr. Zagorion (Bald.), mt. Tsumerka, Strungula, Peristeri (Hal.); Thessalia: mt. Turnara pr. Chaliki (Sint.), mt. Zygos, Karava in Pindo, mt. Ossa, Pelion (Heldr.); Euboea: mt. Ocha pr. Karysto (Sart.), mt. Dirphys (Heldr.); Attica: mt. Pentelicon (Orph.), Parnes (Heldr.); Laconia: mt. Malevo pr. Hagios Petros (Sart.); Cyclades: mt. Petalo in insula Andros (Sart.). — Majo, Aug. ♃.

b. Calycis laciniae acutiusculae, anguste scarioso-marginatae; stamina calyce 2—3plo breviora.

α. Planta glaucovirens.

3. **S. glaucovirens.** — Exsicc.: Heldr. it. thessal. n. 15.

Pluricaulis; caulibus pumilis, adscendentibus, glabris, superne parum ramosis; foliis e basi valde dilatata et ciliata linearibus, internodio longioribus; floribus majusculis, conferto-subcapitatis; calycis laciniis anguste marginatis, tubo longioribus, post anthesin erecto-patulis, apice subincurvis. — Glaucedine, caulibus vix ramosis, dense foliatis et inflorescentia conferta a sequentibus egregie differt.

In regione superiori et media mt. Pelion Thessaliae (Heldr.). — Jun. Jul. ⊙.

β. Planta laetevirens.

4. **S. annuus** L. sp. p. 406; Clem. sert. p. 42; Raul. cret. p. 723; Form. in D. bot. Monat. 1891 p. 36; Haussk. symb. p. 86; Bald. riv. coll. bot. Alb. 1895 p. 12, 1896 p. 25. — Icon: Fl. dan. t. 504. —

Exsicc.: Heldr. it. thessal. n. 16; Bald. it. alb. epir. III. n. 111, IV. n. 64.

Multicaulis; caulibus adscendentibus, ramosissimis, unifariam puberulis; foliis e basi dilatata linearibus, glabris vel ciliatulis, ob internodia elongata remotis; cymis corymbosis vel laxe fasciculiformibus; floribus majusculis; calycis laciniis angustissime marginatis, tubo aequilongis vel longioribus, post anthesin erecto-patulis, apice incurvis.

In siccis montanis. Epirus: pr. Ljok distr. Janina, mt. Strungula (Bald.); Thessalia: pr. Chaliki (Form.), in subalpinis mt. Ghavellu et Karava (Haussk.), mt. Pelion (Heldr.); Attica (Clem.); Creta: in planitie Katharos mt. Lassiti (Raul.). — Loca nonnulla probabiliter ad sequentem spectant. — Maio, Aug. ☉.

5. **S. verticillatus** Tausch in Flora 1829 Ergänzbl. p. 50; Boiss. fl. or. I. p. 750; Hal. Beitr. fl. Achaia p. 20; Form. in Ver. Brünn 1896 p. 83. — *S. polycarpus* S. et S. pr. I. p. 278, non L. — *S. pseudopolycarpus* Delacr. in bull. soc. bot. VI. p. 558. — Exsicc.: Sint. it. thessal. n. 253.

Multicaulis; caulibus adscendentibus, ramosis, unifariam puberulis; foliis e basi dilatata linearibus, glabris vel ciliatulis, ob internodia elongata remotis; floribus minutis, axillis cymoso-fasciculatis, superne corymbosis; calycis laciniis angustissime marginatis, tubo sublongioribus, post anthesin erecto-patulis, apice incurvis. — Praecedenti gracilior, floribus dimidio minoribus, fasciculatim subconfertis.

In siccis praesertim montanis. Thessalia: mt. Zygos, Karava, Ghavellu, ad monasterium Korona (Haussk.), pr. Kalabaka (Sint.), mt. Pelion (Haussk.); Aetolia (Sprun.): mt. Arapocephala (Heldr.), Korax (Tuntas); Attica: mt. Parnes. Pentelicon (Heldr.); Achaia: mt. Panachaicon (Hal.); Kyllene (Heldr.); Argolis: peninsula Methana (Sart.); Laconia: mt. Taygetos pr. Langada (Zahn). — Maio, Aug. ☉.

XLIX. Ordo. Crassulaceae DC. bull. philom. 1801 n. 49.

1. Cotyledon L. gen. n. 578.

1. Sectio. *Cotyle* DC. pr. III. p. 400. — Radix tuberosa; folia radicalia longe petiolata, peltata vel cordata.

a. Corolla calyce 4—5plo longior.

α. Flores erecti; corolla ad medium in lacinias lanceolatas acuminatas fissa.

1. **C. umbilicus** L. sp. p. 429 excl. var. β. — *C. lutea* Huds. fl. angl. p. 194; S. et S. pr. I. p. 308; Sieb. avis, p. 4. — *Umbilicus erectus* DC. fl. fr. IV. p. 384; Boiss. fl. or. II. p. 767. — *U. luteus* Raul. cret. p. 758. — Exsicc.: Sieb. pl. cret.; Orph. herb. n. 2970; Sint. it. thessal. n. 1243; Dörfl. fl. gr. n. 245; Heldr. herb. norm. n. 1539.

Caule crasso, elato; foliis radicalibus orbiculatis, cordatis vel subpeltatis, dentato-crenatis, caulinis subsessilibus, inciso-dentatis; floribus dense et longe racemosis, racemo simplici vel inferne parum ramoso; bracteis lineari-lanceolatis, pedicello longioribus; corolla lutea, tubuloso-obconica, calyce 4—5plo longiore.

In rupestribus regionis montanae et subalpinae. Thessalia: in valle Negerli pr. Chaliki (Sint.); Attica: mt. Parnes (Heldr.); mt. Parnassus pr. Agoriani (Leon.); Achaia: mt. Kyllene pr. Trikala, mt. Olenos (Heldr.); Arcadia: mt. Glynitza pr. Zatuna (Orph.); Argolis: pr. Artemision (Kalontzis); Laconia: mt. Malevo pr. Kanalus (Orph.) et Kastanitza (Heldr.), in faucibus Langada mt. Taygetos (Zahn); Creta: mt. Ida (Heldr.), Lassiti (Sieb.). — Maio, Jul. ♃.

β. Flores horizontales vel penduli; corolla ad quartam partem in lobos ovatos fissa.

2. **C. horizontalis** Guss. ind. sem. hort. Bocc. 1826 p. 4, pr. fl. sic. I. p. 517, fl. sic. syn. I. p. 513; Ch. et B. exp. p. 126, Fl. pelop. p. 28. — ? *C. umbilicus* Urv. enum. p. 50; Fraas fl. class. p. 135. — *Umbilicus horizontalis* DC. pr. III. p. 400; Marg. et R. fl. Zante p. 48; Weiss in z. b. G. 1869 p. 747; Raul. cret. p. 757; Bois. fl. or. II. p. 770; Spreitz. in z. b. G. 1877 p. 723; Heldr. fl. cephalon. p. 38, fl. Aegina p. 299, chlor. Thera p. 13; Haussk. symb. p. 86; Hal. Beitr. fl. Aetol. p. 6, in z. b. G. 1899 p. 712. — Icon: Ten. fl. nap. t. 234. — Exsicc.: Sint. it. thessal. n. 432.

Caule erecto; foliis radicalibus et caulinis inferioribus orbiculatis, peltalis, concavis, repando-crenatis, mediis obovato-cuneatis, in petiolum attenuatis, superioribus sessilibus, lanceolato-linearibus; floribus horizontalibus vel subpendulis, dense et longe racemosis, racemo saepissime simplici; bracteis lineari-setaceis, pedicello calyce subbreviori duplo longioribus; corolla ochroleuca, apice rubella, tubulosa, calyce 4plo longiore, lobis acutis.

Ad muros, in rupibus regionis inferioris. Thessalia: ad Hagia Triada pr. Kalabaka (Sint.); Aetolia: pr. Mesolongion (Heldr.), mt. Chalkis ad sinum Patranum (Hal.); Attica: pr. Athenas, mt. Parnes, Hymettus (Heldr.); Euboea: mt. Dirphys (Fraas), insulae Petali (Münter); insula Aegina: pr. Perivolia, Conto (Heldr.); Argolis: peninsula Methana, mt. Palamidi pr. Nauplia (Haussk.); Laconia: mt. Taygetos (Chaub.); Cycladum insula: Tenos (Weiss), Keos, Thera (Heldr.), Kythnos (Tuntas), Amorgos (Schmidt); Creta: pr. Canea (Weiss), Lutro, Akroteri, insula Dia (Raul.); Zante: mt. Scopo, pr. Litakia (Marg.); Cephalonia: pr. Argostoli, Pessada (Schmidt); Ithaca: pr. Vathy (Spreitz.); Corcyra: mt. Hagios Deca (Spreitz.). — Apr. Jun. ♃.

3. **C. tuberosa** L. sp. p. 429 pro var. β. *C. umbilici*. — *C. umbilicus* S. et S. pr. I. p. 307. — *Umbilicus pendulinus* DC. pl. grass. t. 156; Bois. fl. or. II. p. 769; Spreitz. in z. b. G. 1877 p. 723; Heldr. fl. cephalon. p. 38, Fl. Aegina p. 299, chlor. Thera p. 12; Haussk. symb. p. 86. —

Caule erecto; foliis radicalibus et caulinis inferioribus orbiculatis, peltatis, caeteris reniformi-cuneatis, sessilibus; floribus pendulis, laxiuscule racemosis, racemo simplici vel inferne ramoso; bracteis lineari-lanceolatis, pedicello calyce duplo longiore brevioribus; corolla straminea, tubulosa, calyce 5plo longiore, lobis apiculatis. — Differt a praecedente racemis laxis, floribus pendulis, bracteis parvis, pedicello brevioribus.

Ad rupes et muros regionis inferioris. **Thessalia:** mt. Pelion pr. Zagora (Heldr.); insula Aegina cum praecedente (Heldr.); **Argolis:** peninsula Methana pr. Vromolimni (Haussk.); **Cyclades** (Sibth.): Tenos (Sart.), Keos, Thera (Heldr.); **Cephalonia:** pr. Pessada, in oropedio Omala (Heldr.); **Ithaca:** pr. Vathy (Spreitz). — Saepius, ut videtur, cum praecedente confusa et loca nonnulla probabiliter ad eam pertinent. — Apr. Jun. ♃. N. v.

b. Corolla calyce 1 1/2—2plo longior, in lacinias lanceolatas ad 3/4 partita.

4. **C. parviflora** S. et S. pr. I. p. 308; Sieb. avis p. 4, in Flora I. p. 276; Ch. et B. exp. p. 126, Fl. pelop. p. 28. — *Umbilicus parviflorus* DC. pr. III. p. 400; Friedr. Reise p. 284; Raul. cret. p. 757; Bois. fl. or. II p. 768; Heldr. in atti congr. Firenze 1874 p. 236; Haussk. symb. p. 86; Boissieu in bull. soc. bot. Fr. 1896 p. 285. — *U. Sprunerianus* Bois. diagn. VI. p. 57. — Icon: Fl. gr. t. 445. — Exsicc.: Orph. fl. gr. n. 336.

Caule erecto; foliis inferioribus peltatis vel basi subcordatis, orbiculatis, repandis, superioribus ovato-reniformibus, sessilibus; floribus erecto-patulis, racemum brevem simplicem vel parum ramosum, densum formantibus; bracteis lanceolatis, pedicello calyce aequilongo longioribus; corolla parva, lutea, obconica, calyce plus quam duplo longiore; carpellis stylo longiusculo, recto vel subrecurvo terminatis.

In rupestribus regionis inferioris et montanae. **Attica:** mt. Parnes versus Euripum (Sprun.), mt. Hymettus (Orph.); **Boeotia:** pr. Larissa (Boissieu); **Argolis:** pr. Nauplia (Friedr.), mt. Palamidi (Haussk.); **Laconia**, pr. Corone, Kubeh, Pylos, Cyclades (Chaub.); **Creta:** mt. Sphacioti (Sibth.), ad Prosnero, Hagios Joannes Kaimenos (Raul.); sed loca plura certe ad sequentem speciem spectant. — Vidi tantum e mt. Hymetto. — Maio, Jun. ♃.

5. **C. chlorantha** Heldr. et Sart. in Bois. fl. or. II. p. 768, in atti congr. Firenze 1876 p. 236, Fl. cephalon. p. 38; Spreitz in z. b. G. 1878 p. 723, 1887 p. 660; Gelmi in bullet. soc. bot. ital. 1889 p. 499; Haussk. symb. p. 86; Hal. in ö. b. Z. 1895 p. 259; (*Umbilicus*. — *U. parviflorus* Marg. et R. fl. Zante p. 48; Ung. Reise p. 130; Hal. Beitr. fl. Achaia p. 20, non S. et S. — Exsicc.: Heldr. herb. norm. n. 96 et 1327; Orph. fl. gr. 1030.

Caule erecto; foliis inferioribus peltatis vel basi subcordatis, orbiculatis, repandis, superioribus ovatis, sessilibus; floribus patulis, racemum saepe elongatum, plerumque a basi ramis numerosis praeditum, laxum formantibus; bracteis lineari-lanceolatis, pedicello calyce aequilongo longi-

oribus; corolla minuta, pallide ochroleuca, campanulata, calyce duplo longiore; carpellis stylo brevi, uncinato-recurvo terminatis. — Praecedenti valde affinis et cum ea saepe confusa, sed distinguitur statura elatiori, racemo elongato, laxo, plerumque valde ramoso, floribus fere duplo minoribus, basi potius rotundatis, quam attenuatis et ideo campanulatis nec obconicis, stylis carpellorum brevioribus, uncinato-recurvis.

In rupestribus et ad muros vetustos regionis inferioris et submontanae. Thessalia: mt. Pelion pr. Zagora (Heldr.), Volo (Haussk.); Attica: mt. Hymettus (Heldr.); Boeotia: pr. Lebadea ad rupes Trophonii (Orph.); Aetolia: pr. Guritza (Reis.); Achaia: in Acropoli urbis Patras (Hal.); Argolis: pr. Nauplia (Bois.), mt. Palamidi (Haussk.); Arcadia: pr. Leontari (Heldr.); Laconia: pr. Gythion (Cadet); Messenia: pr. Kalamata (Zahn); Creta: mt. Sphaciotici (Sieb.), ad Hagios Joannes o Kaimenos (Heldr.); Zante: in pago Bochali (Marg.); Cephalonia: pr. Pessada, Kundurata, Spartia, Aphrato, Balsamata (Heldr.); Ithaca (Spreitz.); Corcyra: pr. Hagios Deca, Palaeokastrizza (Spreitz.), Benizze (Bickn.), Signes (Gelmi). — Apr. Jun. ♃.

2. Sectio. *Rosularia* Bois. fl. or. II. p. 770. — Radix non tuberosa; folia radicalia sessilia, rosulata.

6. **C. serrata** L. sp. p. 429; S. et S. pr. I. p. 307; Sieb. avis p. 4, rem. p. 4. — *Umbilicus serratus* DC. pr. III. p. 400; Raul. cret. p. 758; Bois. fl. or. II. p. 771; Bald. viagg. Creta p. 51. — Icon: Fl. gr. t. 444. — Exsicc.: Heldr. pl. cret. n. 1534; Bald. it. cret. n. 12, it. cret. alt. n. 74.

Caulibus floriferis extrarosularibus, adscendentibus; foliis rosularum oblongo-spathulatis, acutiusculis, anguste membranaceo-marginatis, minute denticulatis, caulinis angustioribus; floribus erecto-patulis, racemum brevem vel ob racemulos inferiores elongatos plurifloros, paniculam laxam formantibus; bracteis linearibus, pedicello calycem aequanti brevioribus; corolla mediocri, purpurascenti, campanulato-tubulosa, calyce duplo longiore, vix ad medium in lacinias lanceolatas, acutas fissa.

In rupibus regionis inferioris Cretae: ad promontorium Maleka, mt. Jukta distr. Temenos (Bald.), in mt. Sphacioticis inter Anopolis et Aradhena, mt. Kedros, ad Voriza et Kamares ad pedes mt. Ida, insula Dia (Raul.). — Maio, Jun. ♃.

2. **Aeonium** Webb phyt. canar. I. p. 184.

1. **A. arboreum** L. sp. p. 464; Sieb. avis rem. p. 4; Raul. cret. p. 757; (*Sempervivum*); Webb. l. c.; Bois. fl. or. II. p. 797. — Icon: Fl. gr. t. 473.

Frutex tripedalis; ramis crassis, cicatricosis; foliis cuneiformi-spathulatis, obtusis, mucronulatis, ciliatis, ad apicem ramorum rosulatis; floribus paniculatis; calycis laciniis acutiusculis; petalis aureis, patentibus, calyce duplo longioribus.

In muris et rupibus maritimis. Corcyra, Zante, Creta (ex Linné l. c.); frequenter colitur. — Jan. Mart. ♃. N. v.

3. Sempervivum L. gen. n. 612.

1. Sectio. *Eusempervivum* Bois. fl. or. II. p. 796. — Sepala et petala stellatim expansa; capsulae divergentes.

1. **S. reginae Amaliae** Heldr. et Guicc. in fl. gr. exs. n. 2982; Haussk. symb. p. 86; Form. in Ver. Brünn 1897 p. 69. — *S. tectorum* Bois. fl. or. II. p. 796 p. p.; Heldr. chlor. Parn. p. 18; vix L. — *S. assimile* Hal. Beitr. fl. Epir. p. 22; Form. in Ver. Brünn 1896 p. 97; an Schott in ö. b. Z. 1853 p. 19. —

Caule erecto adscendente, glanduloso-puberulo; foliis rosularum spathulato-obovatis, abrupte mucronatis, minute puberulis, margine ciliatis, caulinis oblongo-lanceolatis, acuminatis; corymbo multifloro; petalis 12, pallide-violaceis, lineari-lanceolatis, acuminatis, apice utrinque ut in margine longe ciliatis puberulisque; squamis hypogynis glanduliformibus, convexis. — A. *S. tectorum* rosulis multo minoribus, foliis utrinque puberulis differre videtur. — Ulterius observandum.

In saxosis regionis alpinae. Epirus: mt. Tsumerka, Peristeri (Hal.), pr. Chaliki, Mandra Hodza (Form.); Thessalia: mt. Ghavellu et Karava (Haussk.); Aetolia: mt. Tymphrestus (Guicc.); Phocis: mt. Parnassus (Heldr.); Elis: mt. Olenos (Heldr.). — Jul. Aug. ♃.

Obs. *S. tectorum* L. sp. p. 464, indicatur a Dallap. prosp. p. 63 in muris Cephaloniae.

2. Sectio. *Jovibarba* Koch syn, p. 263. — Sepala et petala erecta, haec apice patentia; capsulae erectae.

2. **S. patens** Griseb. it. hung. p. 315; Form. in D. bot. Monat. 1891 p. 44.

Caule erecto vel adscendente, glanduloso-puberulo; foliis rosularum oblongis vel obovatis, abrupte cuspidatis, minute puberulis, margine ciliatis, caulinis oblongo-lanceolatis, acutis; corymbo denso; petalis 6, ochroleucis, puberulis, lineari-oblongis, apice expansis; squamis hypogynis ovatis.

Thessalia: pr. Spilaea in mt. Ossa (Form.). — Jul. Aug. ♃. N. v.

Obs. Species dubia, nomine tantum nota: *S. claviculatum* Sieb. in Flora I. p. 276, „bildet den Übergang von Sedum zu Sempervivum“. Creta (Sieb.).

4. Sedum L. gen. n. 579.

Dispositio specierum:

A. Perennia.

1. Sectio. *Telephium* Koch. — Rhizoma crassum, ramosum, gemmas perennantes futuro anno progerminantes edens; folia lata, plana; caudiculi steriles nulli.

1. **S. telephium** L.

2. Sectio. *Eusedum* Bois. — Radix fibrosa, caespitem caulium floriferorum et caudiculorum foliosorum sterilium edens.

a. Folia plana.

2. S. magellense Ten.

b. Folia semiteretia vel cylindrica.

α. Flores albi, albo-rosei vel coerulescentes.

× Planta plus minus puberula.

3. S. tristriatum Bois. et Heldr. **4. S. dasyphyllum** L.

×× Planta glabra.

5. S. athoum DC.

β. Flores lutei.

× Folia obtusa vel obtusiuscula; folliculi divergentes; species humiliores.

○ Folia ovata vel oblonga.

6. S. acre L. **7. S. Sartorianum** Bois.

○○ Folia lineari- vel oblongo-cylindrica.

. Caules floriferi cymam terminalem 2—5 fidam ferentes.

8. S. Stribrnyi Vel. **9. S. sexangulare** L.

.. Caules floriferi infra cymam terminalem 2—3 fidam cymulas axillares breves 2—4 floras racemose dispositas ferentes.

10. S. laconicum Bois. et Heldr.

×× Folia acuta vel acuminata; folliculi erecti; species elatiores.

○ Folia caulium et surculorum conformia.

. Petala erecta.

11. S. anopetalum DC.

.. Petala stellato-patentia.

; Folia basi soluta, calcarata; calycis laciniae lanceolatae. acutae.

12. S. albescens Haw.

;; Folia basi soluta, erecta; calycis laciniae ovatae, obtusiusculae.

13. S. altissimum Poir.

○○ Folia caulium et surculorum difformia.

14. S. tenuifolium (S. et S.)

B. Monocarpica.

3. Sectio. *Cepaea* Koch. — Radix fibrosa, simplex; caudiculi steriles nulli; caulis solitarius, simplex vel a basi in ramos caulesve secundarios divisus.

a. Folia plana, ab basin caulis rosulata.

15. S. creticum Bois. et Heldr.

b. Folia ad basin caulis non rosulata.

α. Folia plana.

16. S. cepaea L. **17. S. stellatum** L.

β. Folia semiteretia vel cylindrica.

× Flores 10—12 andri.

○ Petala alba, rosea vel purpurea.

. Perennia; flores subsessiles, in cymam laxiusculam ramis scorpioideis dispositi; petala calyce 4plo longiora.

18. S. hispanicum L. **19. S. pallidum** M. a B.

.. Annua, glabra; flores breviter pedicellati, in corymbum densum dispositi; petala calyce subduplo longiora.

20. S. **confertiflorum** Bois. 21. S. **atratum** L.

○○ Petala lutea vel ochroleuca.

. Petala calyce 2—3plo longiora.

22. S. **annuum** L. 23. S. **racemiferum** (Griseb.).

.. Petala calycem vix superantia.

24. S. **litoreum** Guss.

×× Flores 5andri.

25. S. **rubens** L. 26. S. **caespitosum** (Cav.)

A. Perennia.

1. Sectio. *S. Telephium* Koch. syn. p. 257. — Rhizoma crassum, ramosum, gemmas perennantes futuro anno progerminantes edens; folia lata, plana; caudiculi sterili nulli.

1. S. **telephium** L. sp. p. 430; Dallap. prosp. p. 59; Heldr. fl. cephalon. p. 38. — Icon: Rchb. f. 969.

Glabrum, caule elato, erecto, simplici vel superne subfastigiato-ramoso; foliis oblongis, inaequaliter serratis vel subintegris, oppositis vel sparsis, inferioribus breviter petiolatis, superioribus basi rotundata sessilibus; floribus albidis vel purpurascentibus, in corymbum subhemisphaericum congestis.

In saxosis Cephaloniae (Dallap.), sed recentiori tempore non observatum est; crescit ad confines ditionis nostrae pr. Kestoration (Chodas) non procul ab Argyrocastron Albaniae meridionalis. — Jun. Aug. ♃. N. v.

Obs. *S. rhodiola* DC. fl. fr. IV. p. 386 = *Rhodiola rosea* L. sp. p. 1035. — Indicatur in cacumine mt. Volakia Cretae (Raul. cret. p. 756), sed probabiliter ex confusione.

2. Sectio. *Eusedum* Bois. fl. or. II. p. 775. — Radix fibrosa caespitem caulium floriferorum et caudiculorum foliosorum sterilium edens.

a. Folia plana.

2. S. **magellense** Ten. pr. fl. neap. p. 26, Fl. neap. III. t. 139; Fenzl in z. b. G. 1866 p. 917, t. 9 et 10; Bois. fl. or. II. p. 780; Hal. in z. b. G. 1888 p. 756, Beitr. fl. Epir. p. 22, Beitr fl. Thessal. p. 12; Heldr. chlor. Parn. p. 17; Form. in Ver. Brünn 1896 p. 97. — *S. olympicum* Bois. diagn. III. p. 16; Raul. cret. p. 756, t. 13. — Exsicc.: Heldr. herb. norm. n. 581; Sint. it. thessal. n. 1327. —

Glabrum; caulibus tenuibus, adscendentibus, subsimplicibus, in racemum pauciflorum laxum abeuntibus; foliis sparsis, rarius oppositis, inferioribus obovato-spathulatis, superioribus ellipticis; pedicellis 1—2 floris, calyci aequilongis vel longioribus; calycis corolla 3plo brevioris laciniis oblongis, acutis; petalis albis, interdum roseo-suffusis, lanceolatis.

In cavis lapidum madidis regionis alpinae. Epirus: mt. Peristeri supra Chaliki (Hal.); Thessalia: mt. Tringia (Hartl.) in Pindo, mt. Olympus (Heldr.); Aetolia: mt. Korax (Tunt.); mt. Kiona (Hal.), Parnassus, mt. Dirphys Euboeae, mt. Olenos et Kyllene Achaiae, mt.

Taygetos (Heldr.); Creta: mt. Hellinoseli et Volakia in mt. Sphacioticis (Raul.) — Jul. Aug. ♃.

b. Folia semiteretia vel cylindrica.

α. Flores albi, albo-rosei vel coerulescentes.

× Planta plus minus puberula.

3. **S. tristriatum** Bois. et Heldr. diagn. X p. 16, Fl. or. II. p. 781; Raul. cret. p. 756, t. 13. — Exsicc.: Heldr. pl. cret. n. 1615.

Totum papilloso-puberulum; caulibus floriferis humilibus, extrarosularibus, adscendentibus; foliis radicalibus rosulatis, oblongo-spathulatis, planiusculis, caulinis obovatis; cyma corymbosa, laxa, 5—7 flora; pedicellis calyce longioribus; calycis laciniis triangulari-lanceolatis, acutis; petalis pallide carneis, tristriatis, lanceolatis, setaceo-acuminatis, calyce triplo longioribus.

In regione alpina, rarissime. Creta: mt. Hellinoseli (Raul.) et Volakia supra Omalo (Heldr.) in mt. Sphacioticis; Laconia: in cacumine mt. Malevo (Orph.). — Jun. Jul. ♃.

4. **S. dasyphyllum** L. sp. p. 431; S. et S. pr. I. p. 310; Raul. cret. p. 756; Bois. fl. or. II. p. 780; Hal. in z. b. G. 1888 p. 756, Beitr. fl. Epir. p. 22; Heldr. chlor. Parn. p. 17; Form. in D. bot. Monat. 1891 p. 44; Haussk. symb. p. 87. — *S. glanduliferum* Guss. pr. I. p. 519, forma copiose glandulosa, quae in Graecia frequentior esse videtur. — Icon: DC. pl. grass. t. 93. — Exsicc.: Sint. it. thessal. n. 1327 b et c.

Plus minus glanduloso-puberulum; caudiculis repentibus; caulibus adscendentibus; foliis obovatis, dorso gibbis, in caudiculorum sterilium apice dense aggregatis, in caulibus floriferis dissitis; cyma corymbiformi, laxa, pauciflora; pedicellis flore longioribus; calycis laciniis oblongis, obtusiusculis; petalis ex albo roseis vel coerulescentibus, vitta media rubente, virente aut coerulescente notatis, ovato-lanceolatis, obtusiusculis, calyce duplo longioribus.

In saxosis regionis mediae et alpinae. Epirus: mt. Tsumerka supra Vulgarelion (Hal.); Thessalia: pr. Chaliki, Velitsena, Kalabaka (Form.), ad monasterium Korona (Haussk.) in Pindo, mt. Olympus (Heldr.); Eurytania: mt. Tymphrestus (Samarit.); mt. Kiona (Hal.); Parnassus, Dirphys Euboeae, Kyllene Achaiae (Heldr.); Creta (Sibth.). — Maio, Aug. ♃.

×× Planta glabra.

5. **S. athoum** DC. pr. III. p. 407; Hal. in z. b. G. 1888 p. 756. — *S. album* S. et S. pr. I. p. 311; Ch. et B. exp. p. 128, Fl. pelop. p. 28; Bois. fl. or. II., p. 781 quoad pl. graec.; Spreitz. in z. b. G. 1890 p. 294; Form. in D. bot. Monat. 1891 p. 44, in Ver. Brünn 1896 p. 97, 1897 p. 69; Haussk. symb. p. 87; Hal. Beitr. fl. Epir. p. 22; non L. — *S. album β. brevifolium* Bois. fl. or. II. p. 781; Heldr. chlor. Parn. p. 17; Bald. viagg. Creta p. 51. — *S. Clusianum* Raul. cret. p. 756, non Guss. syn. fl. sic. I. p. 516, quod foliis

verruloso-scabridis differt. — *S. micranthum* Form. in D. bot. Monat. 1891 p. 44, non Bast. fl. Maine et Loire p. 168, quod floribus fere duplo minoribus discedit. — Exsicc.: Heldr. herb. norm. n. 182; Sint. it. thessal. n. 1048.

Caudiculis repentibus; caulibus floriferis adscendentibus; foliis ovato-oblongis, remotis, patentibus, supra planiusculis, subtus convexis; panicula corymbosa, dichotoma; calycis laciniis ovatis, obtusiusculis; petalis albis, lanceolatis, nunc acutiusculis, nunc obtusiusculis, calyce 3—4 plo longioribus. — Subspecies *S. albi* L., quod foliis oblongo-linearibus tantum a nostro differt et quod e ditione nostra hucusque non vidi.

In rupestribus regionis montanae et subalpinae. Epirus: mt. Tsumerka supra Vulgarelion (Hal.), mt. Peristeri (Form.); Thessalia: pr. Chaliki Lepeniza, mt. Dokimi, Zygos, pr. Malakasi, Sermenikon, Gion Scala (Form.), mt. Ghavellu, ad monasterium Meteora et Korona (Haussk.) in Pindo, mt. Olympus (Heldr.); Aetolia: mt. Korax (Oertzen); mt. Kiona (Hal.), Parnassus (Sibth.); Attica: mt. Parnes, Hymettus; Euboea: mt. Dirphys (Heldr.); Achaia: ad Monodendri pr. Aegion (Orph.), mt. Kyllene pr. Trikala (Heldr.); Arcadia: pr. Zatuna (Orph.); Laconia: mt. Malevo pr. Kastanitza (Sart.) et Platanos (Orph.), mt. Taygetos (Chaub.); Creta: mt. Mavrus Lakus (Spreitz.), Hagion Pneuma (Bald.), Volakia (Heldr.), ad Helinoseli (Raul.) in mt. Sphacioticis. — Jun. Aug. ♃.

β. Flores lutei.

× Folia obtusa vel obtusiuscula; folliculi divergentes; species humiliores.

○ Folia ovata vel oblonga.

6. **S. acre** L. sp. p. 432; S. et S. pr. I. p. 310; Dallap. prosp. p. 59; Raul. cret. p. 757; Bois. fl. or. II. 783; Heldr. fl. cephalon. p. 38; Form. in D. bot. Monatsschr. 1891 p. 44; Haussk. symb. p. 87. — Icon: Fl. dan. n. 1457. — Exsicc.: N. v.

Glabrum, acre; caudiculis repentibus; caulibus tenuibus, floriferis adscendentibus, sparse foliatis, sterilibus quinquefariam imbricatis; foliis majusculis, subpatulis, ovatis, obtusis, basi obtusa sessilibus; cymae 2—5 fidae ramis scorpioideis, laxifloris; floribus subsessilibus; calycis laciniis oblongis, obtusis; petalis lineari-lanceolatis, acutis, calyce 3 plo longioribus.

β. **neglectum** Ten. fl. nap. IV. p. 250 t. 239; Hal. in z. b. G. 1888 p. 756; Heldr. chlor. Parn. p. 17. Haussk. symb. p. 87; Form. in Ver. Brünn 1896 p. 97; pr. sp.; Vis. fl. dalm. III. p. 1889. — *S. acre* Hal. Beitr. fl. Epir. p. 22, Beitr. fl. Thessal. p. 12, non L. — Exsicc.: Heldr. herb. norm. n. 86; Sint. it. thessal. n. 701. — Insipidum, folia oblonga, minus carnosa, magis patula; petala latiora, lanceolata.

In petrosis regionis montanae et alpinae. Thessalia: mt. Dokimi (Form.), Ghavellu, ad monasterium Korona (Haussk.), mt. Olympus (Bois.); mt. Parnassus (Orph.); Peloponnesus: mt. Olenos (Bois.); Cepha-

lonia (Dallap.); Creta (Sibth.); sed loca plurima, anne omnia ad varietatem spectant; — β. Epirus: mt. Tsumerka supra Vulgarelion (Hal.); Thessalia: pr. Chaliki (Sint.), mt. Oxya (Hal.), Tringia (Hartl), Said Pascha (Form.), Ghavellu, Karava (Haussk.) in Pindo, mt. Pelion (Form.), Olympus (Heldr.); Aetolia: pr. Mesolongion (Nieder); mt. Kiona (Hal.), Parnassus (Heldr.); Achaia: mt. Olenos, Kyllene (Heldr.); Laconia mt. Taygetos (Zahn). — Jun. Aug. ♃.

7. **S. Sartorianum** Bois. diagn. ser. 2. II. p. 62; Haussk. symb. p. 87; Form. in D. bot. Monat. 1898 p. 81. — *S. acre β. Sartorianum* Bois. fl. or. II. p. 784; Heldr. chlor. Parn. p. 17. — Exsicc.: Heldr. herb. norm. n. 280; Orph. fl. gr. n. 388.

Glabrum, ? insipidum; caudiculis repentibus; caulibus crassis, erectiusculis, dense foliatis, inferne foliis vetustis, arido-membranaceis, persistentibus obsitis; foliis brevibus, adpressiuscule imbricatis, subteretibus, e basi latiori sub insertione producta attenuatis, triangulari-ovatis, obtusiusculis; cymae 2—4 fidae ramis abbreviatis, erecto-patulis, densifloris; floribus subsessilibus; calycis laciniis oblongis, obtusiusculis; petalis lanceolatis, acuminato-attenuatis, calyce 3 plo longioribus. — Species egregia, a *S. acre* distinctissima.

In saxosis montanis. Thessalia: mt. Ghavellu, Karava (Haussk.); Phocis: mt. Parnassus (Orph.); Attica: mt. Parnes, Pentelicon (Heldr.), Hymettus (Sprun.); Achaia: mt. Kyllene (Heldr.). — Maio, Jun. ♃.

ꝏ Folia lineari-vel oblongo-cylindracea.

. Caules floriferi cymam terminalem 2—5 fidam ferentes.

8. **S. Stribrnyi** Vel. in ö. b. Z. 1892 p. 14.

Glabrum, caudiculis repentibus; caulibus floriferis adscendentibus, sterilibus inordinatim quinquefariam imbricatis; foliis oblongo-cylindraceis, obtusiusculis, basi obtusa albida deorsum appendiculatis; cymae 2—4 fidae ramis scorpioideis elongatis, laxifloris; floribus praesertim inferioribus evidenter pedicellatis; calycis laciniis oblongis, obtusiusculis; petalis late lanceolatis, longe acuminatis, calyce duplo longioribus. — Medium quasi tenet inter speciem praecedentem et sequentem, ab illo caulibus tenuibus longioribus, foliis multo majoribus minus densis, cymae ramis laxifloris, floribus duplo majoribus, evidenter pedicellatis; ab altero foliis multo majoribus, cymae ramis elongatis, floribus duplo majoribus, evidenter pedicellatis optime discedit.

In saxosis montanis. Thessalia: mt. Said Pascha et Ghavellu in Pindo (Form.). — Jun. Jul. ♃.

9. **S. sexangulare** L. sp. p. 432, sec. aut. mult.; S. et. S. pr. I. p. 310; Ch. et B. exp. p. 127, Fl. pelop. p. 28; Bois. fl. or. II. p. 784; Heldr. chlor. Parn. p. 17. — *S. mite* Gilib. fl. lith. IV. p. 182. — *S. boloniense* Lois. not. p. 71. — Icon: Fl. dan. t. 1644. —

Glabrum; caudiculis repentibus; caulibus floriferis adscendentibus, sterilibus inordinatim quinquefariam imbricatis; foliis lineari-cylindraceis, obtusis, basi acutiuscula deorsum appendiculatis; cymae 2—5 fidae ramis

scorpioides, brevibus; floribus subsessilibus; calycis laciniis oblongis, obtusis; petalis lanceolatis, acutis, calyce duplo longioribus.

In petrosis regionis subalpinae et alpinae. Phocis: mt. Parnassus (Heldr.); in agro Laconico (Sibth.). — Jun. Jul. ♃. N. v.

.. Caules floriferi infra cymam terminalem 2—3 fidam cymulas axillares breves 2—4 floras racemose dispositas ferentes.

10. **S. laconicum** Bois. et Heldr. diagn. VI p. 55, Fl. or. II p. 784; Heldr. chlor. Parn. p. 18; Haussk. symb. p. 87; Hal. Beitr. fl. Achaia p. 20, in ö. b. Z. 1897 p. 283; Form. in Ver. Brünn 1896 p. 97, 1897 p. 69. — Icon: Steph. Fors. et Barb. Samos t. 13. — Exsicc.: Heldr. pl. Tayget. a. 1844; Orph. herb. n. 555 et 668.

Glabrum; caudiculis sterilibus densifoliis, abbreviatis; caulibus floriferis adscendentibus, dense foliatis; foliis lineari-subcylindraceis, obtusiusculis, basi obtusa sessilibus; floribus densis, sessilibus; calycis laciniis oblongis, obtusis; petalis anguste lanceolatis, acuminatis, calyce duplo longioribus. — A praecedentibus inflorescentia statim distinguendum.

In rupestribus regionis montanae et alpinae. Thessalia: pr. Pharsalus, mt. Karava (Haussk.), Ghavellu, Dokimi in Pindo, mt. Cuka in mt. Chassia, mt. Pirgo et Ałafovris in mt. Othrys (Form.); mt. Parnassus, mt. Parnes Atticae (Heldr.); Achaia: mt. Kyllene (Orph.), mt. Kastro pr. Kalavryta, mt. Panachaicon (Hal.); Elis: mt. Olenos (Heldr.); Arcadia: pr. Tripolis (Heldr.), Zulatica Gortyniae (Nieder); Laconia: mt. Taygetos pr. Neraidovuni et Anavryti (Heldr.), mt. Malevo (Orph.); Argolis: mt. Artemision supra Argos (Kallontzis), insula Hydra (Heldr.); insula Leucas (Albanites). — Maio, Jul. ♃.

×× Folia acuta vel acuminata; folliculi erecti; species elatiores.

○ Folia caulium et surculorum conformia.

. Petala erecta.

11. **S. anopetalum** DC. rapp. voy. bot. II. p. 80; Marg. et R. fl. Zante p. 49; Bois. fl. or. II p. 785; Hal. in z. b. G. 1888 p. 756, Beitr. fl. Epir. p. 22; Haussk. symb. p. 86. — Huc forsan: *S. rupestre* S. et S. pr. I. p. 312; Ch. et B. fl. Pelop. p. 28; Fraas fl. class. p. 137; Raul. cret. p. 757; non L. — Icon: Rchb. pl. crit. III. t. 266. — Exsicc.: Heldr. herb. norm. n. 279; Sint. et. Bornm. it. turc. n. 1236; Sint. it. thessal. n. 1422.

Glabrum; caudiculis repentibus; caulibus adscendentibus, sterilibus brevibus, densius foliatis; foliis lineari-subulatis, mucronatis, basi solutis, calcaratis; cymis brevibus, in corymbum compactum congestis, floribus subsessilibus; calycis laciniis lanceolatis, acutis; petalis pallide flavis, lanceolatis, acuminatis, calyce sesquilongioribus.

In dumetis, locis rupestribus regionis submontanae et abietinae. Epirus: mt. Tsumerka supra Vulgarelion (Hal.); Thessalia: in valle Negerli pr. Chaliki in Pindo, mt. Olympus (Sint.); Eurytania: mt. Tymphrestus (Samarit.); Aetolia: mt. Korax (Tunt.); mt. Kiona (Hal.),

Parnassus (Guicc.); Attica: mt. Parnes (Heldr.), Pentelicon (Haussk.), Hymettus (Fraas); Achaia: mt. Chelmos (Orph.); Argolis, Laconia et mt. Sphaciotici Cretae (Sibth.); Zante: pr. urbem (Marg.) — Jun. Jul. ♃.

.. Petala stellato-patentia.

; Folia basi soluta, calcarata; calycis laciniae lanceolatae, acutae.

12. S. **albescens** Haw. rev. succ. p. 28; Haussk. symb. p. 86. — Icon: Engl. bot. t. 2477. —

Glabrum; caudiculis repentibus; caulibus adscendentibus, sterilibus abbreviatis, densius foliatis; foliis lineari-subulatis, mucronatis; cymae corymbiformis ramis scorpioideis; floribus subsessilibus; petalis ochroleucis, lanceolatis, acuminatis, calyce subduplo longioribus. — A praecedente petalis patentibus tantum differe videtur. — *S. reflexo* L., petalis aureis diverso, maxime affine.

In alpinis mt. Ghavellu in Pindo dolopico (Haussk.). Jun. Jul. ♃. N. v.

;; Folia basi soluta, erecta; calycis laciniae ovatae, obtusiusculae.

13. S. **altissimum** Poir. dict. IV. p. 634; Ch. et B. exp. p. 128, Fl. pelop. p. 29; Marg. et R. fl. Zante p. 49; Raul. cret. p. 757, Bois. fl. or. II. p. 785; Heldr. fl. cephalon. p. 38, Fl. Aegina p. 299; chlor. Thera p. 13; Spreitz. in z. b. G. 1887 p. 660, 1890 p. 294; Gelmi in bull. soc. bot. ital. 1889 p. 499. — *S. ochroleucum* S. et S. pr. I. p. 312. — *S. rufescens* Ten. fl. nap. I. p. 248; Weiss in z. b. G. 1869 p. 747; Raul. cret. p. 757. — *Sempervivum sediforme* Jacq. hort. vind. I. p. 35 t. 81; Pieri corc. fl. p. 60. — Exsicc.: Heldr. pl. fl. hellen. a. 1897.

Glabrum, basi fruticulosum; caulibus crassis, elatis, erectis, sterilibus densius foliatis; foliis, oblongo-lanceolatis, acuminatis; cymae corymbiformis ramis scorpioideis; floribus subsessilibus; petalis flavis, lineari-lanceolatis, obtusiusculis, calyce 2—3plo longioribus.

In rupinis, ad muros regionis inferioris et submontanae. Attica: mt. Lycabettus, Hymettus (Heldr.); Argolis (Sart.): pr. Tirynthum (Chaub.); Laconia: pr. Sparta (Chaub.); insula Aegina: ad Paleochora; Cycladum insula Jos, Thera (Heldr.); Creta: in olivetis peninsulae Akroteri (Raul.), pr. Canea (Weiss), ad Palaeokastro pr. Kissamos, pr. Spili ad radices mt. Kedros (Heldr.), pr. Anopolis (Spreitz.); Zante: ad promontorium Vasilico (Marg.); Cephalonia: pr. Livatho, Pessada, Lakythra (Heldr.); Corcyra: mt. St. Stefano pr. Benizze (Pieri), pr. Scripero (Spreitz.), Pelleca (Gelmi). — Jun. Jul. ♃.

○○ Folia caulium et surculorum difformia.

14. S. **tenuifolium** S. et S. pr. I. p. 335; Sieb. avis p. 4, rem. p. 4 *(Sempervivum)*; Strobl. fl. Nebrod. p. 472. — *S. amplexicaule*

DC. rapp. voy. bot II. p. 80; Ch. et B. exp. p. 127, Fl. pelop. p. 28; Friedr. Reise p. 273; Fraas fl. class. p. 136; Raul. cret. p. 757; Bois. fl. or. II. p. 786; Haussk. p. 86; Hal. in z. b. G. 1899 p. 712. — Icon: Fl. gr. t. 474 — Exsicc.: Heldr. herb. norm. n. 181; Sint. it. thessal. n, 547.

Glabrum; caulibus adscendentibus, sterilibus inferne nudis, superne imbricato-foliatis, clavaeformibus, floriferis sparse foliatis; foliis caulium sterilium et ad basin caulium floriferorum subulato-acerosis, basin versus in membranam latam amplexicaulem albam dilatatis, caeteris cylindrico-linearibus, basi calcaratis; cymae ramis 2—3, laxiusculis, scorpioideis; floribus subsessilibus; calycis laciniis lanceolatis, acutis; petalis aureis, lineari-lanceolatis, patentibus, calyce duplo longioribus.

In rupestribus regionis inferioris et montanae. Thessalia: pr. Kalabaka (Sint.), ad monasterium Korona in Pindo dolopico (Haussk.), mt. Olympus ad Hagios Dionysios (Heldr.); Phocis: mt. Parnassus pr. Pania (Guicc.) et Gurna (Hal.); Attica: mt. Cithaeron, Pateras, Parnes, Pentelicon, Hymettus (Heldr.); Corinthus (Fraas); Argolis: mt. Palamidi supra Nauplia (Haussk.), insula Poros (Friedr.); Laconia: ad Sarandapotamos (Chaub.), mt. Taygetos pr. Anavryti (Heldr.); Messenia (Bory); Creta: mt. Psiloriti (Raul.), Lassiti (Sieb.); Cycladum insula Keos (Heldr.). — Jun. Jul. ♃.

B. Monocarpica.

3. Sectio *Cepaea* Koch syn. p. 258. — Radix fibrosa, simplex caudiculi steriles nulli; caulis solitarius, simplex vel a basi in ramos caulesve secundarios divisus.

a. Folia plana, ad basin caulis rosulata.

15. **S. creticum** Bois. et Heldr. diagn. X. p. 16, Fl. or. II. p. 787; Raul. cret. p. 756 t. 13; Bald. viagg. Creta p. 52. — Exsicc.: Bald. it. cret. n. 120.

Caule pumilo, erecto, fere a basi paniculam oblongam formante; foliis oblongo-spathulatis, obtusis, glanduloso-puberulis vel glabrescentibus in rosulam dense congestis; inflorescentia glanduloso-puberula; pedicellis flore brevioribus; calycis laciniis ovatis, obtusiusculis; petalis glandulosis, rubellis, elliptico-lanceolatis, acutis, erecto-conniventibus, calyce duplo longioribus; carpellis glabris, breviter cuspidatis, dorso gibboso-incurvis. — Speciminibus nanis *S. cepaeae* habitu simile.

In saxosis regionis inferioris Cretae, rarissime: in fauce Kordaliotiko eparchiae Hagios Vasili (Heldr.), ad Hagios Joannes in promontorio Maleka (Raul.). — Maio, Jun. ⊙.

b. Folia ad basin caulis non rosulata.

α. Folia plana.

16. **S. cepaea** L. sp. p. 431; S. et S. pr. I. p. 309; Ch. et B. exp. p. 126, Fl. pelop. p. 28; Friedr. Reise p. 283; Fraas fl. class. p. 137; Bois. fl. or. II. p. 788; Form. in D. bot. Monat. 1891 p. 44.

in Ver. Brünn 1895 p. 44, 1896 p. 97, 1897 p. 69; Haussk. symb. p. 87; Hal. Beitr. fl. Epir. p. 22, in ö. b. Z. 1897 p. 283, in z. b. G. 1899 p. 712; Bald. riv. coll. bot. Alb. 1896 p. 56. — *S. galioides* All. fl. ped. II. p. 120. — *S. spathulatum* W. et K. pl. hung. rar. II. p. 108. — *S. tetraphyllum* S. et S. pr. I. p. 309, Fl. gr. t. 448; Ch. et B. exp. p. 126, Fl. pelop. p. 28; forma foliis fere omnibus quaternatim verticillatis vel oppositis. — Icon: Fl. gr. t. 447. — Exsicc: Sint. it. thessal. n. 1086.

Puberulum, uni-rarius pluricaule, caulibus adscendentibus vel erectis; foliis integerrimis, inferioribus obovatis, obtusis, in petiolum attenuatis, oppositis vel verticillatis, superioribus oblongo-linearibus, sparsis; cymis numerosis, patentibus, paniculam oblongam, laxiusculam formantibus; pedicellis flori aequilongis; calycis laciniis triangulari-lanceolatis, acutis, petalis albo-subroseis, lanceolatis, acuminatis, calyce 2—3plo longioribus; carpellis puberulis, oblongis, longe apiculatis.

In umbrosis et silvaticis regionis montanae. Epirus: pr. Ephemiades (Form.), ad Kurenta, Cepelovon (Bald.), Kalentini, Vulgarelion, Mazuki (Hal.); Thessalia: ad monasterium Korona et Meteora (Haussk.), pr. Sermenikon (Sint.), mt. Ghavellu, pr. Bisula, Vlachava, Konisko, Kastri, Velitsena, Koturi, Lepeniza in Pindo, pr. Selicany et Spilia in mt. Ossa (Form.), pr. Zagora in mt. Pelion (Heldr.); Euboea: mt. Telethrion, Dirphys (Heldr.); Locris: pr. Granitza (Tuntas); mt. Parnassus pr. Rachova (Guicc.); Attica: pr. Athenas (Fraas); Achaia: mt. Omplo pr. Patras, mt. Kyllene pr. Trikala (Heldr.); Argolis: pr. Nauplia (Fraas), mt. Arachnaeon (Sprun.); Laconia: mt. Malevo pr. Platanos (Orph.), in faucibus Langhada pr. Sparta (Reis.); Arcadia: pr. Carithena (Sart.), mt. Diaforti (Chaub.), mt. Ithome Messeniae (Friedr.); Cycladum insula (Keos (Heldr.). — Jun. Aug. ⊙.

17. **S. stellatum** L. sp. p. 431; S. et S. pr. I. p 309; Ch. et B. exp. p. 126, Fl. pelop. p. 28; Marg. et R. fl. Zante p. 48; Fraas fl. class. p. 136; Raul. cret. p. 756; Bois. fl. or. II. p. 788; Heldr. fl. cephalon. p. 38; Spreitz. in z. b. G. 1887 p. 660; Gelmi in bull. soc. bot. ital. 1889 p. 499. — Icon: Fl. gr. t. 446. —

Glabrum, uni-rarius pluricaule; caulibus adscendentibus vel erectis; foliis oppositis, spathulato-deltoideis, grosse crenatis; cymae terminalis ramis 1—3 divaricatis, scorpioideis, laxis; floribus sessilibus; calycis laciniis linearibus, obtusiusculis; petalis purpurascentibus, lanceolatis, acutis, calycem vix superantibus; carpellis glabris, stellatim expansis.

In saxosis, muris regionis inferioris et montanae. Phthiotis: mt. Oeta (Fraas); Aetolia: mt. Tymphrestus (Fraas), pr. Mesolongion (Nieder); Peloponnesus: pr. Methone, Korone, Chimova, Scardamyle, Marathonisi (Chaub.); insula Poros (Reinhold), Tenos (Chaub.); Creta: mt. Sphaciotici (Sibth.); Zante (Marg.); Cephalonia: pr. Argostoli, Pessada (Heldr.); Corcyra: pr. Palaeokastrizza (Spreitz.), Signes (Gelmi). — Maio, Jun. ⊙. N. v.

β. Folia semiteretia vel cylindrica.

× Flores 10—12 andri.

○ Petala alba rosea vel purpurea.

. Biennia; flores subsessiles, in cymam laxiusculam ramis scorpioideis dispositi; petala calyce 4 plo longiora.

18. **S. hispanicum** L. am. acad. IV. p. 273; S. et S. pr. I. p. 311; Ung. Reise p. 130. — *S. glaucum α. leiocarpum* Boiss. fl. or. II. p. 789; Haussk. symb. p. 87. — Icon: Jacq. fl. austr. app. t. 47.

Caule saepius a basi ramoso; foliis semiteretibus linearibus, obtusiusculis; cymae ramis 2—5, scorpioideis; floribus unilateralibus, subsessilibus, saepius hexameris; calycis laciniis ovatis, acutis; petalis albis vel carneis, carina roseis, lanceolatis, cuspidatis.

α. **typicum.** — Glabrum vel superne parce puberulum; carpella semiovata, glabriuscula. — Exsicc.: N. v.

β. **eriocarpum** S. et S. pr. I. p. 310, Fl. gr. t. 449; Hal. Beitr. fl. Aetol. p. 6, Beitr. fl. Achaia p. 20; pro sp.. — *S. orientale* Boiss. diagn. X. p. 17. — *S. glaucum* Spreitz. in z. b. G. 1887 p. 600; Gelmi in bull. soc. bot. ital. 1889 p. 499, vix W. et K.; cf. Strobl in ö. b. Z. 1884 p. 294. — *S. glaucum β. eriocarpum* Bois. fl. or. II. p. 789; Haussk. symb. p. 87. — Glanduloso-pubescens; carpella semilanceolata, glanduloso-pubescentia. — Exsicc.: Heldr. herb. norm. n. 183 et 1328.

In saxosis regionis inferioris et praesertim montanae et subalpinae. Thessalia: mt. Ghavellu ad Gion Skala, ad monasterium Hagios Stephanos supra Kalabaka (Haussk.); Attica: mt. Pentelicon (Ung.); mt. Parnassus (Sibth.); Aetolia: pr. Mesolongion (Nieder); Corcyra (Ung.); Creta: mt. Sphaciotici (Sibth.); — *β.* Thessalia: mt. Ghavellu ad Gion Skala (Haussk.), pr. Palaeogriatzano (Heldr.); Aetolia: mt. Chalkis ad sinum Patranum (Hal.); Phocis: mt. Parnassus pr. Lipocessa (Guicc.); Attica: mt. Cithaeron, Parnes, Pentelicon, Hymettus (Heldr.); Achaia: mt. Panachaicon (Hal.); Arcadia: pr. Zulatika Gortyniae (Nieder); Argolis: pr. Nauplia (Sart.); Laconia: mt. Taygetos ad Neraidovuni (Heldr.); Leucas (Albanites); Corcyra: mt. Hagios Deca (Spreitz.), pr. Lacones (Gelmi). — Maio, Jun. ☉.

19. **S. pallidum** M. a B. fl. taur. cauc. I. p. 353; Raul. cret. p. 756; Bois. fl. or. II. p. 790; Haussk. symb. p. 87. — *S. hispanicum* S. et S. pr. I. p. 311. sec. Raul. cret. p. 756. — *S. rubens β. pallidum* Ch. et B. exp. p. 126. Fl. pelop. p. 28. — *S. rubens* Hal. Beitr. fl. Aetol. p. 6, in ö. b. Z. 1895 p. 259 p. p., non L. — Exsicc.: Heldr. herb. norm. n. 1540. —

Glabrum vel superne glanduloso-pubescens; caule saepius ramoso; foliis semiteretibus linearibus, obtusiusculis; cymae ramis 2—4, scorpioideis; floribus unilateralibus, subsessilibus, pentameris; calycis laciniis triangularibus, acutis; petalis albis vel roseis, oblongis, cuspidatis; carpellis semilanceolatis, puberulis. — Floribus pentameris a praecedente dissentit, praeterea flores subminores et petala abruptius cuspidata sunt.

In rupestribus regionis inferioris et montanae. Thessalia: mt. Baba inter Krania et Klinovo (Haussk.); ad lacum Karla (Reiser); Aetolia: mt. Chalkis ad sinum Patranum (Hal.); Petalium insula Platera (Holzm.); Messenia: pr. Kalamata (Heldr.), Methone (Chaub.); Cycladum insula Mykonos (Sart.), Naxos (Reiser); Creta: ad Akroteri, mt. Sphaciotici (Raul.); Corcyra: mt. Pantocrator (Gerold). — Maio, Jun. ⊙.

.. Annua, glabra; flores breviter pedicellati, in corymbum densum dispositi; petala calyce subduplo longiora.

20. S. **confertiflorum** Bois. diagn. III. p. 15, Fl. II. p. 791.

Caule simplici vel supra medium corymbose ramoso, ramis superne incrassatis, in corymbulos densos capituliformes abeuntibus; foliis semiteretibus, oblongo-linearibus, obtusis; floribus confertissimis, pedicellis crassis brevissimis suffultis; calycis glabri, ad $^2/_3$ tantum partiti, laciniis ovatis, obtusis; petalis albis, lanceolatis, obtusiusculis; carpellis acutis, glandulis sessilibus obsitis. — Calyce parum profunde partito inter omnia distinctum.

In lapidosis regionis inferioris Graeciae, loco ignoto (Auch.). — Apr. — N. v.

21. **S. atratum** L. sp. ed. 2 p. 1673; Hal. in z. B. G. 1888 p. 756. — Icon: Jacq. fl. austr. I. t. 8. — Exsicc.: Hal. it. gr. a. 1888.

Caule nano, simplici vel basi ramoso; foliis tereti-clavatis, basi aequali sessilibus; corymbis terminalibus, densis, tandem fastigiatis; pedicellis flori subaequilongis; calycis glabri laciniis ovato-triangularibus, acutiusculis; petalis albido-virentibus, ovato-lanceolatis, apiculatis; carpellis ovatis, obtusis, laevibus.

In lapidosis regionis alpinae, rarissime. Thessalia: in cacumine mt. Olympus (Heldr.); Doris: in cacumine mt. Kiona (Hal.). — Jul. Aug. ⊙.

○○ Petala lutea vel ochroleuca.

. Petala calyce 2—3 plo longiora.

22. **S. annuum** L. sp. p. 432; Raul. cret. p. 756; Bois. fl. or. II. p. 792; Form. in D. bot. Monat. 1891 p. 44, in Ver Brünn 1896 p. 97; Heldr. fl. Aegina p. 299. — *S. saxatile* DC. fl. fr. IV. p. 394; S. et S. pr. I p. 311; Ch. et B. exp. p. 127, Fl. pelop. p. 28. — *S. annuum v. parnassicum* Bois. et Heldr. in Heldr. chlor. Parn. p. 18. — Icon: Fl. gr. t. 450. — Exsicc.: Orph. fl. gr. n. 389.

Glabrum, basi saepius ramosum; foliis linearibus, teretibus, supra planiusculis, obtusis, basi aequali sessilibus; cymae corymbiformis ramis 2—3, tandem elongatis, flexuosis, saepe bifidis; floribus subsessilibus, unilateralibus; calycis laciniis ovatis, obtusis; petalis lanceolatis, acutis, calyce duplo longioribus, stamina parum superantibus. — Differt a praecedente foliis linearibus supra planiusculis, inflorescentia laxiuscula

non fastigiata, floribus fere sessilibus, sepalis obtusis et petalis pallide flavis.

β **epiroticum** Bald. riv. coll. bot. Alb. 1895 p. 34. — Inflorescentia glandulosa, pedicelli calycem subaequantes, petala lanceolata, acuminato-aristata, dorso sparsim ciliata. — Exsicc.: N. v.

In rupestribus regionis subalpinae et alpinae. Thessalia: ad monasterium Meteora pr. Kalabaka (Heldr.), mt. Said Pascha et pr. Malakasi in Pindo, mt. Ossa, Pelion (Form.); mt. Parnassus (Orph.); Peloponnesus: mt. Diaforti, Taygetos (Chaub.); insula Aegina (Heldr.); Creta: mt. Volakia, Psiloriti (Raul.); — *β*. in rupinis veteris Cassiopaeae pr. Camarina distr. Prevesa (Bald.). – Jun. Jul. ⊙.

23. **S. racemiferum** Griseb. spic. I. p. 325 pro var. *S. annui*. — *S. Grisebachii* Heldr. in Bois. diagn. ser. 2. II. p. 61; Haussk. symb. p. 87. — Exsicc.: Orph. fl. gr. n. 502 (e mt. Corthiati Macedoniae).

Differt a praecedente floribus evidenter pedicellatis (pedicelli calyce subbreviores), petalis aristato-acuminatis, calyce triplo longioribus, stamina longe superantibus. —

In schistosis supra Malakasi et in jugo Zygos Pindi tymphaei (Haussk.). — Jun. Jul. ⊙ N. v.

.. Petala calycem vix superantia.

24. **S. litoreum** Guss. pl. rar. p. 185, t. 37; Raul. cret. p. 756; Weiss. in z. b. G. 1869 p. 747; Bois. fl. or. II. p. 793; Spreitz. in z. b. G. 1877 p. 723, 1887 p. 660; Heldr. fl. cephal. p. 38, Fl. Aegina p. 299, chlor. Thera p. 13; Haussk. symb. p. 87. — *S. atratum* S. et S. pr. I. p. 311, sec. Raul. l. c., non L. — *S. stellatum* Urv. enum. p. 51, sec. Bois. l. c., non L. — Exsicc.: Heldr. herb. fl. hellen. a. 1877.

Glabrum; caule simplici vel ramoso, fastigiato; foliis spathulato-cuneiformibus, semiteretibus, obtusis; cymae ramis demum recurvis; floribus subsessilibus, subsecundis, laxis; calycis laciniis semiteretibus, ovatis, obtusis; petalis pallide lutescentibus, lanceolatis, acutis vel mucronatis.

In saxosis regionis inferioris et submontanae. Aetolia: pr. Mesolongion (Nieder); Attica: mt. Parnes, Pentelicon, Lycabattus, Acropolis, Hymettus, Kerata, ad Phalerum, pr. Laurion; insula Aegina; Corinthus (Heldr.); Argolis: peninsula Methana, mt. Palamidi supra Nauplia (Haussk.), insula Hydra (Heldr.); Cycladum insula: Syra (Weiss), Tenos (Sart.), Kythnos (Tunt.), Melos (Urv.), Thera (Schmidt); Creta: pr. Canea (Weiss), Candia, Lutro, Sphakia (Raul.), mt. Ida, pr. Archanes (Heldr.); Cephalonia: pr. Argostoli, Lixuri (Spreitz.); Corcyra: pr. Hagios Deka (Spreitz.). — Mart. Maio ⊙.

×× Flores 5 andri.

25. **S. rubens** L. sp. p. 432; Bois. fl. or. II. p. 794; Haussk. symb. p. 87; Hal. Beitr. fl. Achaia p. 20, in ö. b. Z. 1895 p. 259; Heldr. fl. Aegina p. 299. — *Crassula rubens* L. syst. p. 253; S. et

S. pr. I. p. 217; Urv. enum. p. 36. — *Procrassula rubens* Raul. cret. p. 757. — Icon: DC. pl. grass. t. 55. — Exsicc.: Heldr. pl. fl. hellen. a. 1889.

Superne glanduloso-puberulum; caule humili, simplici vel ramoso; foliis semicylindricis, linearibus; cymae corymbosae ramis unilateralibus; floribus sessilibus; calycis glandulosi laciniis triangularibus, acutis; petalis roseis, purpureo-carinatis, lanceolatis, longe acuminatis, calyce triplo longioribus; carpellis divaricatis, acuminatis, longe apiculatis, glanduloso-puberulis.

In arenosis et saxosis regionis inferioris et montanae. Thessalia: mt. Ghavellu, ad monasterium Korona (Haussk.); Euboea: mt. Dirphys, Petalium insula Ponticonisi et Platera (Holzm.); Attica: mt. Parnes, Pentelicon, Hymettus, ad Piraeum (Heldr.); Elis: mt. Olenos (Hal.); Argolis (Sibth.): pr. Vromolimni, mt. Palamidi supra Nauplia (Haussk.); insula Aegina, Keos (Heldr.), Melos (Urv.), Tenos, Mykonos (Sart.), Kythnos (Tunt.); Creta: ad mt. Kentros, ad Pharangi-Kordaliotikon, Hagios Joannes Kaimenos (Raul.); Corcyra: pr. Pyrgi (Bicknell). — Apr. Jun. ⊙.

26. **S. caespitosum** Cav. icon. t. 69 f. 2 (*Crassula*); DC. pr. III. p. 405; Ch. et B. fl. pelop. p. 28; Friedr. Reise p. 273; Ung. Reise p. 130; Bois. fl. or. II p. 794; Gelmi in bull. soc. bot. ital. 1889 p. 499. — *Crassula Magnolii* DC. fl. fr. V p. 522. — *Procrassula Magnolii* Griseb. spic. I. p. 323. —

Glabrum; caule nano, simplici vel parce ramoso; foliis obovatis, crassis, cyma pauciflora, 2—3 fida, stricta; floribus sessilibus, unilateralibus; calycis glabri laciniis lanceolatis; petalis albidis, lanceolatis, acuminatis, extus puberulis, calyce subduplo longioribus; carpellis divaricatis, breviter apiculatis, glabris. — Differt a specie praecedente, quacum ut videtur interdum commutatur, caule humiliore, foliis obovatis, cymis, petalis carpellisque glabris.

In arenosis et saxosis regionis inferioris et montanae. Attica: in Acropoli Athenarum, ad Phalerum, Pharmacusarum insula Lero, insula Aegina (Heldr.); Argolis: mt. Palamidi supra Nauplia (Sprun.), insula Poros (Friedr.); Messenia: pr. Philiatra (Gittard); Cephalonia (Ung.); Corcyra: pr. Signes (Gelmi). — Apr. Jun. ⊙. N. v.

Obs. Species dubia: *S. cotyledon* Sieb. avis p. 4, rem. p. 4 = *S. heptapetalum* Raul. cret. p. 757. —

5. **Bulliarda** DC. bull. philom. III p. 1.

1. B. **Vaillantii** DC. pl. grass. t. 74. — *Tillaea Vaillantii* Willd. sp. I. p. 720. — *Crassula Vaillantii* Baill. hist. pl. III. p. 314. — *Elatine aetolica* Hal. et Wettst. Beitr. fl. Aetol. p. 4. — Exsicc.: Hal. it. gr. II. a. 1893.

Nana, glabra; caule erecto, dichotomo; foliis oppositis, oblongo-linearibus, obtusiusculis; floribus inconspicuis, pedicellatis, in cymam subscorpioideam paucifloram dispositis; petalis brevibus, albidis.

In herbidis uliginosis regionis inferioris, rarissime. Aetolia: pr. Antirrhion ad sinum Corinthiacum (Hal.) — Apr. Jun. ⊙.

6. Tillaea L. gen. n. 177.

1. **T. muscosa** L. sp. p. 129; Mazz. in antol. ion. IV. p. 958; Ch. et B. exp. p. 59, Fl. pelop. p. 12; Weiss in z. b. G. 1869 p. 747; Raul. cret. p. 756; Bois. fl. or. II p. 767; Heldr. fl. Aegina p. 299. — Icon: Lam. ill. t. 90. — Exsicc.: Heldr. pl. fl. hellen a. 1879.

Nana, glabra; caulibus adscendentibus, simplicibus vel ramosis; a basi floriferis, saepe in caespitem approximatis; foliis oppositis, basi connatis, ovatis, acutis; floribus axillaribus, sessilibus, inconspicuis, corolla alba.

In arenosis, rupestribus regionis inferioris et montanae. Attica: pr. Athenas, Panepistemeion, Acropolis, Lycabettus, Polygonon, Podoniphti (Heldr.); Argolis: mt. Arachneon (Sprun.); Laconia: mt. Malevo (Sprun.); Arcadia (Chaub.); insula Aegina: ad monasterium (Heldr.); Syra (Weiss); Creta: ad Tsikalaria pr. Canea (Raul.); Corcyra: mt. Pantocrator (Mazz.). — Mart. Maio. ⊙.

L. Ordo. Mesembrianthemaceae Endl. gen. p. 945.

1. Mesembrianthemum L. gen. n. 628.

1. **M. crystallinum** L. sp. p. 480; S. et S. pr. I p. 347; Ch. et B. fl. pelop. p. 31; Ung. Reise p. 134; Heldr. Nutzpfl. p. 51, chlor. Thera p. 13; Bois. fl. or. II p. 764. — Icon: Fl. gr. t. 481. — Exsicc.: Heldr. pl. fl. hellen. a. 1881.

Procumbens, undique grosse crystallino-papulosum; caule dichotomo; foliis planis, ovatis, undulatis, radicalibus petiolatis, oppositis, superioribus alternis, sessilibus; floribus subsessilibus, axillaribus et terminalibus; calycis laciniis ovatis, acumine deciduo instructis; petalis albis, fere filiformibus, calyce longioribus.

In arenosis maritimis, ad muros regionis calidae. Attica: in Acropoli Athenarum (Sibth.); Cycladum insula Thera (Heldr.). — Apr. Jul. ⊙.

2. **M. nodiflorum** L. sp. p. 480; S. et S. pr. I. p. 346; Sieb. avis. rem. p. 4; Urv. enum. p. 55; Ch. et B. exp. p. 141, Fl. pelop. p. 32; Heldr. Nutzpfl. p. 51, Fl. Aegina p. 299, in ö. b. Z. 18?? p. 183, chlor. Thera p. 13; Weiss in z. b. G. 1869 p. 747; Raul. cret. p. 758; Spreitz. in z. b. G. 1887 p. 660. — Icon: Fl. gr. t. 480. — Exsicc.: Heldr. herb. norm. n. 553.

Procumbens vel adscendens, undique crystallino-papulosum; caule dichotomo; foliis oppositis et alternis, cylindricis, semiamplexicaulibus; floribus subsessilibus, axillaribus et terminalibus; calycis laciniis semiteretibus, obtusis; petalis ex albo lutescentibus, linearibus, calyce brevioribus.

In ruderatis, arenosis maritimis. Attica: in Acropoli Athenarum ad Phalerum, Piraeum, promontorium Colias, mt. Pentelicon, insula Aegina (Heldr.); Argolis: pr. Argos (Chaub.); Laconia: pr. Chimova (Chaub.); Cythaera: pr. Kapsali (Spreitz.); Cycladum insula: Keos (Heldr.), Kythnos, (Krinos), Mykonos (Sart.), Naxos, Antiparos (Chaub.), Melos (Urv.), Syra (Weiss), Thera, Therasia, Kameni (Heldr.); Creta: pr. Canea (Raul.). — Apr. Jul. ⊙.

Obs. *M. tenuifolium* L. sp. p. 484; Ch. et B. fl. pelop. p. 32. Species capensis occurrit subsponte in muris vetustis Athenarum (Gittard). — *Tetragonia expansa* Ait. hort. Kew. II. p. 178; Heldr. Nutzpfl. p. 51. Colitur in hortis. — Ex ordine *Cactacearum* frequenter colitur et hinc inde subspontanea facta est: *Opuntia ficus indica* Haw. syn. p. 191; Heldr. Nutzpfl. p. 51, Fl. cephalon. p. 37, Fl. Aegina p. 300, chlor. Thera p. 29; Form. in Ver. Brünn 1895 p. 43, 1897 p. 69; nec non *O. vulgaris* Mill. dict. ed. 8. n. 1; Marg. et R. fl. Zante p. 49; Raul. cret. p. 758; Heldr. fl. cephal. p. 37; = *Cactus opuntia* L. sp. p. 468; Dallap. prosp. p. 63; Ch. et B. exp. p. 139, Fl. pelop. p. 31.

LI. Ordo. Grossulariaceae DC. fl. fr. IV. p. 405.

1. Ribes L. gen. n. 281.

1. Sectio *Grossularia* DC. pr. III. p. 478. — Rami aculeati; pedunculi 1—3 flori.

1. **R. grossularia** L. sp. p. 201; S. et S. pr. I. p. 160; Ch. e. B. exp. p. 77, Fl. pelop. p. 16; Heldr. Nutzpfl. p. 44; Raul. crett p. 758; Bois. fl. or. II. p. 815; Hal. Beitr. fl. Achaia p. 20. — Icon: Sv. Bot. t. 133. — Exsicc.: Orph. herb. n. 2925.

Frutex; aculeis simplicibus vel 2—3 partitis; foliis suborbiculatis, obtuse 3—5 lobis, villosulis; floribus hermaphroditis; pedunculis axillaribus; calycis laciniis oblongis, reflexis; petalis obovatis, albidis; bacca glanduloso-setosa, luteo-viridi vel rubente.

β. **uva crispa** L. sp. p. 201; S. et S. pr. I. p. 160; pro sp. — Icon: Fl. dan. t. 546. — Bacca glabra. — Exsicc.: N. v.

In rupestribus regionis abietinae. Phocis: mt. Parnassus (Heldr.); Boeotia: mt. Helicon (Sibth.); Achaia: mt. Kyllene (Sibtb.), Chelmos, Olenos (Hal.); Arcadia: pr. Alonistena (Heldr.), Zatuna (Orph.), mt. Maenalus (Bory); Laconia: pr. Agriani (Heldr.), mt. Malevo pr. Vromopigadon (Orph.), Taygetos (Sibth.), in Maina (Chaub.); Creta: mt. Sphaciotici (Sibth.) et Lassiti (Raul.). — Maio, Jul. ♄.

2. Sectio *Ribesia* DC. pr. III. p. 479. — Rami inermes; flores racemosi.

2. **R. multiflorum** Kit. in Roem. et Schult. syst. V. p. 493; Heldr. Nutzpfl. p. 44, chlor. Parn. p. 18; Bois. fl. or. II. p. 816. —

R. vitifolium Host. fl. austr. I. p. 308. — *R. Roeseri* Orph. fl. gr. exs. n. 213.

Frutex; ramis elongatis, junioribus hirtis, adultis glabris; foliis subcordatis, obtuse 3—5 lobis, dentatis, utrinque hirtulis, eglandulosis; racemis longissimis, pendulis; floribus hermaphroditis, lutescentibus; bracteis ellipticis, pedicello brevioribus; calycis glabri laciniis petalisque reflexis spathulatis; bacca rubra, glabra.

In rupestribus regionis abietinae, rarissime. Phocis: mt. Parnassus pr. Karkaria (Heldr.); Arcadia: mt. Chelmos pr. Stygem (Orph.). — Maio, Jul. ♄.

3. **R. orientale** Poir. enc. suppl. II. p. 356; Bois. fl. or. II p. 817, suppl. p. 250; Heldr. chlor. Parn. p. 18. — *R. leptostachyum* Decaisne in Jacq. voy. IV. p. 65, t. 76. — Exsicc.: Heldr. pl. fl. hellen. a. 1876.

Frutex humilis, undique breviter glanduloso-setulosus; ramis brevibus; foliis orbiculato-reniformibus, obtuse 3—5 lobis, dentatis, racemis brevibus, erectis; floribus dioicis, lutescentibus; bracteis oblongo-lanceolatis, pedicello longioribus; calycis limbo hispidulo, laciniis ovatis petalisque patentibus; bacca rubra, setulosa.

In rupestribus regionis abietinae, rare. Phocis: mt. Parnassus pr. Carcaria (Guicc.); Boeotia: mt. Helicon (Orph.); Euboea: mt. Dirphys (Heldr.); Laconia: mt. Taygetos (Pichl.). — Maio, Jul. ♄.

Obs. *R. rubrum* L. sp. p. 200; Heldr. Nutzpfl. p. 44. — Colitur in hortis.

LII. Ordo. Saxifragaceae DC. pr. IV. p. 1.

1. Saxifraga L. gen. n. 559.

Dispositio specierum:

I. Folia margine vel apice distincte foveolata, calcem secernentia.

1. Sectio. *Aizoonia* Tausch. — Perennes; folia inferiora in rosulas vel imbricatim in columnulas conferta, carnosa vel coriacea, lingulata, spathulata vel lanceolata, aut triquetra et pungentia; calyx ovario adhaerens; semina oblongo-triquetra tuberculato-rugosa.

a. Folia crustaceo-serrata, serraturis latis.

1. **S. aizoon** Jacq.

b. Folia cartilagineo-marginata, integra vel inferne praesertim et minute denticulata.

α. Inflorescentia corymbosa; petala calyce 2—4plo longiora.

× Folia caudiculorum eglandulosa, a basi vel a medio ad apicem usque cartilagineo-marginata.

○ Folia profunde carinata, acuta.

2. **S. scardica** Griseb.

○○ Folia laeviter carinata vel plana, obtusiuscula.

3. **S. Boryi** Bois. et Heldr. 4. **S. Rocheliana** Sternb.

×× Folia caudiculorum pilis albis glandulosis obsita, apice tantum obtusiusculo cartilagineo-marginata.

5. **S. Sprunneri** Bois.

β. Inflorescentia fere spiciformis; petala sordide purpurea, calycem vix superantia.

6. S. Federici Augusti Bias.

II. Folia non foveolata, calcem non secernentia.

A. Calyx ovario adhaerens.

2. Sectio. *Dactylodes* Tausch. — Perennes; caudiculi epigaei; caules floriferi saepius scapiformes; folia herbacea, integra vel 3—5 fida, inferiora rosulata vel caespitosa; semina elliptica, rugosa.

a. Folia indivisa.

7. S. glabella Bert.

b. Folia trifida.

8. S. exarata Vill.

3. Sectio. *Nephrophyllum* Gaud. — Perennes vel annuae; caudiculi hypogaei vel nulli; caules foliati; folia crassiuscula, reniformia, crenata vel lobata, aut spathulata, inferiora rosulata, saepe longe petiolata; semina oblonga, fusiformia, rugosa vel tuberculata.

a. Perennes; folia radicalia reniformi-subcordata, petiolata.

9. S. graeca Bois. et Heldr.

b. Annuae; folia radicalia cuneata, in petiolum attenuata.

10. S. adscendens L. **11. S. tridactylites** L.

B. Calyx liber, patens.

4. Sectio. *Miscopetalum* Haw. — Perennes; caules foliati; folia crassiuscula, reniformia, lobulata vel crenata, inferiora caespitosa vel subrosulata, longe petiolata; semina oblongo-ovata, tuberculata.

a. Caules elati, 10—50 cm. alti; folia radicalia magna, 2—5 cm lata, obtuse vel acutiuscule multicrenata.

α. Folia firmiora, crenis ovato-triangularibus, acutiusculis: petala oblonga vel oblongo-lanceolata, alba, purpureo-punctata.

12. S. rotundifolia L. **13. S. heucherifolia** Griseb. et Sch.

β. Folia tenera, obtuse crenata; petala obovata vel oblonga, alba, non purpureo-punctata.

14. S. repanda Willd. **15. S. chrysosplenifolia** Bois.

b. Caules humiles, 5—25 cm. alti; folia radicalia parva, diametro 25 mm. nunquam excedentia, saepe multo minora, obtuse 5—9 crenata.

16. S. taygetea Bois. et Heldr.

5. Sectio. *Cymbalaria* Griseb. — Annuae vel biennes; caules flaccidi, foliati; folia carnosula, petiolata, reniformia, lobata; semina sphaerica, densissime tuberculata.

17. S. Sibthorpii Bois. **18. S. hederacea** L.

I. Folia margine vel apice distincte foveolata, calcem secernentia.

1. Sectio. *Aizoon* Tausch hort. canal. fasc. 1. — Perennes; folia inferiora in rosulas vel imbricatim in columnulas conferta, carnosa vel coriacea, lingulata, spathulata vel lanceolata, aut triquetra et pungentia; calyx ovario adhaerens; semina oblongo-triquetra, tuberculato-rugosa.

a. Folia crustaceo-serrata, serraturis latis.

1. **S. aizoon** Jacq. fl. austr. V. p. 438, t. 438; Bois. fl. or. II. p. 800; Hal. in z. b. G. 1888 p. 756; Heldr. chlor. Parn. p. 18 Form. in D. bot. Mon. 1891 p. 43; Haussk. symb. p. 87. — *S. aizoon var. orientalis* Engl. mon. sax. p. 245; Hal. Beitr. fl. Epir. p. 23;

Bald. riv. coll. bot. Alb. 1895 p. 35; f. dente terminali foliorum basalium saepius acuminato, intermediis ad f. typicam transit. — Exsicc.: Orph. fl. gr. n. 327; Heldr. herb. norm. n. 1329; Sint. it. thessal. n. 287; Dörfl. fl. gr. n. 177.

Caespitosa; caulibus erectis, superne corymboso-racemosis, pedunculis pedicellis calycibusque glandulosis; foliis rosularum lingulatis, obtusis vel acutis, planis, serratis, serraturis cartilagineis, foveatis, antrorsum acuminatis, caulinis multo minoribus, remotis; calycis laciniis obtusis; petalis obovatis, albis, calyce duplo longioribus.

In rupibus regionis subalpinae et alpinae. **Epirus**: mt. Tsumerka, Strungula, Peristeri (Hal.), in valle Negerli supra Chaliki (Sint.); **Thessalia**: mt. Karava (Haussk.), Ochsa Despot., pr. Lepeniza (Form.), mt. Oeta (Heldr.); **Aetolia**: mt. Tymphrestus (Engl.), mt. Korax (Heldr.); **Doris**: mt. Kiona (Hal.); mt. Parnassus (Orph.); **Elis**: mt. Olenos (Heldr.). — Jun. Aug. ♃.

b. Folia cartilagineo-marginata, integra vel inferne praesertim et minute denticulata.

α. Inflorescentia corymbosa; petala calyce 2—4 plo longiora.

× Folia caudiculorum eglandulosa, a basi vel a medio ad apicem usque cartilagineo-marginata.

○ Folia profunde carinata, acuta.

2. **S. scardica** Griseb. spic. I. p. 332; Bois. fl. or. II. p. 801; Engl. monogr. sax. p. 261; Rouy ill. p. 3, t. 7. — *S. Sartorii* Heldr. in Bois. fl. or. suppl. p. 248. — Exsicc.: Orph. fl. gr. n. 799; Sint. et Bornm. it. turc. n. 1238 et 1891.

Caespitosa; caudiculis densissime foliatis; caulibus floriferis adscendentibus, dense glandulosis, corymbose 3—11 floris; foliis inferioribus lanceolatis, 8—20 mm longis, patentibus, rigidis; glabris, supra concavis, subtus convexo-carinatis, basi scabrido-denticulatis vel ciliolatis, caeterum integris juxta marginem crebre foveolatis, caulinis sparsis, minutis, glandulosis; calycis glandulosi laciniis ovatis, acutiusculis; petalis obovatis albis vel dilute roseis, calyce 2½ plo longioribus. — Foliis valde carinatis, acutis ab affinibus statim distinguenda.

β. **erythrantha** Hal. Beitr. fl. Achaia p. 21, pro var. *S. Sartorii*. — Flores intense purpurei. — Exsicc.: Hal. it. gr. II. a. 1893.

In saxosis regionis subalpinae et alpinae, rare. **Thessalia**: mt. Olympus ad monasterium Hagios Dionysios (Sint.) nec non in regione superiori (Orph.), mt. Ossa (Heldr.); mt. Dirphys Euboeae (Ung.), mt. Parnassus (Engl.); — β. mt. Kyllene Achaiae (Hal.). — Maio, Jun. ♃

○○ Folia laeviter carinata vel plana, obtusiuscula.

3. **S. Boryi** Bois. et Heldr. diagn. ser. 2. II. p. 65, Fl. or. II. p. 801. — *S. marginata* Ch. et B. exp. p. 115, Fl. pelop. p. 26: non Sternb. — Exsicc.: Heldr. pl. fl. hellen. a. 1844 et 1897; Pichl. pl. gr. a. 1876.

Caespitoso-pulvinaris, caudiculis elongatis, dense et imbricatim foliatis, columnaribus; caulibus floriferis erectis, glandulosis, corymbose 3—5 floris; foliis inferioribus oblongo-spathulatis, 6—8 mm longis, erecto-patulis, subcoriaceis, glabris, planis, subtus subcarinatis, basi ciliatis, caeterum integris, juxta marginem remote foveolatis, caulinis sparsis, minutis, glandulosis; calycis glandulosi laciniis triangulari-ovatis, acutis; petalis elliptico-spathulatis, albis, calyce duplo longioribus. — *S. marginatae* Sternb. suppl. I. p. 1, caudiculis inferne subnudis vel breviter columnaribus, foliis majoribus, calycis laciniis obtusis, petalis longioribus latioribusque diversae, maxime affinis; valde accedit quoque sequenti, a qua caudiculis elongatis, caulibus floriferis saepius elatioribus, foliis brevioribus latioribusque, calycis laciniis acutis, petalis minoribus parum et vix specifice discedit.

In rupibus regionis alpinae mt. Taygetos, rarissime (Heldr.). — Jun. Jul. ♃.

4. **S. Rocheliana** Sternberg. in Host. fl. austr. I. p. 501. — *S. pseudocaesia* Roch. pl. banat. rar p. 35. — *S. coriophylla* Griseb. spic. I. p. 333; Hal. Beitr. fl. Epir. p. 23; Bald. riv. coll. bot. Alb. 1895 p. 35, 1896 p. 56; f. foliis minoribus minus patulis, paucius foveolatis, quae promiscue cum f. typica occurrit et sine limite in eam transit. — Exsicc.: Bald. it. alb. epir. III. n. 49; Sint. it. thessal. n. 874. —

Caespitoso-pulvinaris; caudiculis plus minus elongatis, dense et imbricatim foliatis, saepe columnaribus; caulibus floriferis erectis, glandulosis, corymbose 3—9 floris; foliis inferioribus oblongo-spathulatis, 5—10 mm longis, erecto-patulis, subcoriaceis, glabris, planis, subtus subcarinatis, basi ciliatis, caeterum integris, juxta marginem remote foveolatis, caulinis sparsis, minutis, glandulosis; calycis glandulosi laciniis, ovato-oblongis, obtusis; petalis obovato-spathulatis, albis, calyce 3—4plo longioribus. — Variat foliis majoribus et minoribus, latioribus et angustioribus, 3—9 foveolatis, inflorescentia pauci- et pluriflora, petalis minoribus et speciosis, usque 15 mm longis.

In rupibus regionis alpinae. Epirus: mt. Olycika distr. Janina (Bald.), in cacumine mt. Peristeri et Tzumerka (Hal.), mt. Plaka pr. Chaliki (Sint.). — Jun. Jul. ♃.

×× Folia caudiculorum pilis albis glandulosis obsita, apice tantum obtusiusculo cartilagineo-marginata.

5. **S. Spruneri** Bois. diagn. III. p. 18, Fl. or. II. p. 800; Hal. in z. b. G. 1888 p. 756, in ö. b. Z. 1895 p. 259; Heldr. chlor. Parn. p. 18. — Exsicc.: Orph. fl. gr. n. 326; Heldr. herb. norm. n. 737.

Caespitoso-pulvinaris; caudiculis dense et imbricatim foliosis, columnaribus; caulibus floriferis erectis, glandulosis, confertim corymboso-paniculatis; foliis inferioribus obovato-oblongis, obsolete mucronulatis, planis, subtus subcarinatis, pagina superiori et margine glandulosis, remote foveolatis, caulinis sparsis, minutis, glandulosis; calycis glandulosi

laciniis ovato-triangularibus, acutis; petalis obovatis, **albis**, calyce duplo longioribus.

In rupestribus regionis alpinae caespites densissimos, duo pedes diametro interdum latos formans. Thessalia: mt. Olympus (Orph.); Aetolia: mt. Korax (Held.), Vardusia (Reis.); mt. Kiona (Hal.), mt. Parnassus (Sprun.). — Jun. Jul. ♃.

β. Inflorescentia fere spiciformis; petala sordide purpurea, calycem vix superantia.

6. **S. Federici Augusti** Bias. viagg. p. 199, t. 1; Hal. Beitr. fl. Epir. p. 23, Beitr. fl. Achaia p. 21. — *S. thessalica* Schott. anal. p. 26. — *S. media* S. et S. pr. I. p. 276; Ung. Reise p. 130; non Gou. — *S. media* v. *Sibthorpiana* Griseb. spic. I. p. 332; Fraas. fl. class. p. 137. — *S. porophylla* Boiss. fl. or. II. p. 802; Hal. in z. b. G. 1888 p. 756; Heldr. chlor. Parn. p. 18; Form. in D. bot. Mon. 1891 p. 43; Haussk. symb. p. 87; Bald. riv. coll. bot. Alb. 1895 p. 35; non Bert. in Desv. journ. bot. IV. p. 76, quae foliis caudiculorum lingulatis obtusis, petalis incarnatis differt. — Icon: Fl. gr. t. 376. — Exsicc.: Heldr. herb. norm. n. 735; Orph. fl. gr. n. 225; Dörfl. fl. gr. n. 312.

Caespitosa; caudiculis brevibus, dense foliatis; **caulibus** floriferis erectis, densissime glandulosis, in racemum spiciformem **abeuntibus**; foliis rosularibus lineari-lanceolatis, acutis vel acutiusculis, **explanatis**, glabris, planis, integris, basi saepe ciliatis, juxta marginem remote foveolatis, caulinis spathulatis, glandulosis; calycis glandulosi laciniis ovatis, obtusis; petalis cuneato-spathulatis. — Inflorescentia tota atro-violacea inter omnes distinctissima.

In rupibus regionis alpinae. Epirus: mt. Olycika (Bald.), Tsumerka, Peristeri (Hal.); Thessalia: pr. Lepeniza, Chaliki (Form.), mt. Karava (Haussk.) in Pindo, mt. Olympus (Orph.); Aetolia: mt. Korax (Heldr.); mt. Kiona (Hal.), Parnassus (Sprun.); Euboea: mt. Dirphys (Ung.); Achaia: mt. Kyllene (Orph.), Chelmos (Hal.), Olenos (Heldr.); Laconia: mt. Taygetos (Pichl.). — Jun. Jul. ♃.

II Folia non foveolata, calcem non secernentia.

A Calyx ovario adhaerens.

2. Sectio. *Dactylodes* Tausch hort. canal. fasc. 1. — Perennes; caudiculi epigaei; caules floriferi saepius scapiformes; **folia** herbacea integra vel 3—5 fida, inferiora rosulata vel caespitosa; **semina** elliptica rugosa.

a Folia indivisa.

7. **S. glabella** Bert. virid. Bonon. 1824 p. 8; Boiss. fl. or. II. p. 801. — Icon: Sternb. suppl. II. t. 12. — Exsicc.: Heldr. herb. n. 2448.

Caespitosa; caudiculis brevibus, dense foliatis; **caulibus** floriferis adscendentibus, tenuibus, pilosiusculis, paucifloris; foliis **carnosulis**, glabris, inferioribus lineari-spathulatis, obtusis, caulinis linearibus; pedicellis sparse

glandulosis, calyce longioribus; calycis sparsim glandulosi laciniis ovatis, acutiusculis; petalis obovatis, albis, calyce duplo longioribus.

Ad rupes umbrosas prope nives ad cacumina mt. Olympi Thessaliae (Heldr.). — Jul. Aug. ♃.

b. Folia trifida.

8. **S. exarata** Vill. fl. Dauph. III. p. 674, t. 45; Bois. fl. or. II. p. 805; Hal. Beitr. fl. Achaia p. 21; Bald. riv. coll. bot. Alb. 1896 p. 56. — *S. caespitosa* S. et S. pr. I. p. 277, non L. — *S. adenophora* Bois. fl. or. suppl. p. 249, an C. Koch in Linnaea XIX p. 40, quae ex auctore habitu *S. bryoide* congruit. — Exsicc.: Pichl. pl. gr. n. 1876; Hal. it. gr. II. a. 1893.

Caespitosa; caudiculis dense foliatis, apice rosulatis; caulibus floriferis erectis, glandulosis, oligophyllis, corymbose 3—5 floris; foliis glandulosis, inferioribus cuneatis, sessilibus vel breviter petiolatis, trifidis, siccitate elevato-nervosis, laciniis oblongis, obtusis, caulinis oblongis, integris subintegrisve; pedicellis glandulosis; calycis glandulosi laciniis ovatis, obtusis; petalis obovatis, albis, calyce duplo longioribus. — Planta graeca foliis majoribus, laciniis brevioribus, lateralibus semper indivisis et petalis latioribus ab alpina parum discedit.

In rupestribus regionis alpinae, rare. Epirus: mt. Smolika (Bald.); Thessalia: mt. Olympus (Orph.); Euboea: mt. Dirphys (Sibth.); Achaia: mt. Kyllene supra pagum Gura (Hal.); Elis: mt. Olenos ad Ornonero (Heldr.). — Jun. Jul. ♃.

3. Sectio. *Nephrophyllum* Gaud. fl. helv. III. p. 103. — Perennes vel annuae; caudiculi hypogaei vel nulli; caules foliati; folia crassiuscula, reniformia crenata vel lobata, aut spathulata, inferiora rosulata, saepe longe petiolata; semina oblonga, fusiformia, rugosa vel tuberculata.

a. Perennes; folia radicalia reniformi-subcordata; petiolata.

9. **S. graeca** Bois. et Heldr. fl. or. II. p. 807; Weiss in z. b. G. 1869 p. 747; Haussk. symb. p. 87; Hal. Beitr. fl. Achaia p. 21, in z. b. G. 1899 p. 712; Boissieu in bull. soc. bot. France 1896 p. 285. — *S. granulata* S. et S. pr. I. p. 276; Ch. et B. fl. pelop. p. 26; Friedr. Reise p. 279. — *S. granulata v. graeca* Engl. mon. saxif. p. 98; Bald. riv. coll. bot. Alb. 1896 p. 56. — Exsicc.: Heldr. herb. norm. n. 176 et 1237; Orph. fl. gr. n. 224; Bald. it. Alb. Epir. IV. n. 75.

Breviter papillari-glandulosa; rhizomate bulbillos inter fibras producente; caule erecto, parce foliato, superne subcymose-dichotomo; foliis radicalibus subrosulatis, petiolatis, reniformi-subcordatis, obtuse et rotundatim 5—9 crenatis; floribus secus ramos corymbi subsessilibus, raro longius pedicellatis; calycis laciniis ovatis tubo sublongioribus; petalis ovato-oblongis, albis, calyce 2—3 plo longioribus. — Subspecies austro-orientalis *S. granulatae* L., a qua caule saepe crassiori minus elato, inferne nunquam ramoso, inflorescentia subconferta et praesertim calycis laciniis brevioribus, ovatis, nec oblongo-linearibus differt; specimina e

ditione occidentali (Epirus, mt. Arapocephala et Panachaicon) caulibus tenuioribus, laxe paniculatis ad hanc transitum praebere videntur.

β. **leptocaulos** Heldr. herb. norm. n. 1341. — Caule tenui, graciliori, cyma pauciflora, foliis dimidio minoribus, orbiculato-subcordatis, angulo basilari angustiore.

In dumosis et silvaticis regionis montanae et subalpinae. Epirus: mt. Olycika (Bald.); Thessalia: ad monasterium Korona in Pindo (Haussk.), pr. Kalabaka (Bois.); Aetolia: mt. Arapocephalo pr. Agrinion (Heldr.); mt. Parnassus (Guicc.); Attica: mt. Parnes, Pentelicon (Heldr.); Euboea: mt. Dirphys (Sart.); Argolis (Sibth.); Arcadia: pr. Methydrion (Nemnitza), Zulatika Gortyniae (Nieder), mt. Trikorfo pr. Sinano (Friedr.), Phigalea usque Messene (Chaub.); Laconia: mt. Taygetos (Bois.), Malevo (Orph.); insula Poros (Wiedem.), Tenos (Weiss), Naxos (Oertzen), Keos (Heldr.); Leucas: mt. Scaro (Mazziari). — Mart. Maio. ♃.

b. Annuae; folia radicalia cuneata, in petiolum attenuata.

10. **S. adscendens** L. sp. p. 405, sec. Fr. nov. mant. III. p. 29. — *S. controversa* Sternb. saxifr. p. 43, t. 16; Bois. fl. or. II. p. 808. — Exsicc.: N. v.

Glandulosa; caule erecto, crassiusculo, ramoso; foliis radicalibus rosulatis, cuneatis, in petiolum brevem attenuatis, apice 3—5dentatis, caulinis sparsis, ad basin usque sensim attenuatis, 3—5fidis, lobis subaequalibus; floribus irregulariter cymosis; pedicellis anthesi calyce brevioribus, fructiferis fructum subaequantibus; calycis fructiferi laciniis ovatis, tubo basi paullum attenuato triplo brevioribus; petalis obovato-cuneatis, albis, calyce duplo longioribus.

β. **parnassica** Bois. et Heldr. diagn. ser. 2. II. p. 69; Ung. Reise p. 131: Hal. in z. b. G. 1888 p. 756, Beitr. fl. Achaia p. 21; pro sp.; Engl. mon. saxifr. p. 87; Hal. Beitr. Epir. p. 23; Bald. riv. coll. bot. Alb. 1896 p. 57. — *S. controversa var. parnassica* Bois. fl. or. II. p. 808; Heldr. fl. cephal. p. 38, chlor. Parn. p. 18; Haussk. symb. p. 87. — Humilior, caule crassiore, foliis magis carnosulis, latioribus, calycis fructiferi tubo basi plus minus truncato, apice constricto, petalis minoribus. — Exsicc.: Heldr. herb. norm. n. 736; Dörfl. fl. gr. n. 311.

In saxosis regionis alpinae. Thessalia: mt. Olympus (Heldr.). — *β.* Epirus: mt. Smolika, Olycika (Bald.), Peristeri, Tsumerka (Hal.); Thessalia: mt. Zygos, Karava, Ghavellu (Haussk.); Aetolia: mt. Korax (Leonis); mt. Kiona (Hal.), Parnassus (Heldr.); Achaia: mt. Kyllene, Chelmos (Hal.), Panachaicon, Olenos (Heldr.); Cephalonia: mt. Aenos (Ung.). — Jun. Jul. ⊙.

11. **S. tridactylites** L. sp. p. 404; S. et S. pr. I. p. 277; Ch. et B. exp. p. 116, Fl. pelop. p. 26; Marg. et R. fl. Zante p. 49; Friedr. Reise p. 279; Ung. Reise p. 131; Bois. fl. or. II. p. 808; Heldr. fl. Cephal. p. 38; Hausk. symb. p. 87; Hal. Beitr. fl. Epir.

p. 23, Beitr. fl. Achaia p. 21, in ö. b. Z. 1895 p. 259. — Icon: Fl. dan. t. 1517. — Exsicc.: Hal. it. gr. II. a. 1893.

Glandulosa; caule erecto, tenui, simplici vel ramoso; foliis radicalibus rosulatis, spathulatis, petiolatis, indivisis vel trifidis, caulinis sparsis, medio subito attenuatis, 3—5fidis, lobo medio lateralibus majore; floribus irregulariter cymosis; pedicellis anthesi calyce duplo vel plus longioribus, fructiferis fructum multoties superantibus; calycis fructiferi laciniis ovatis, tubo basi paullum attenuato multo brevioribus; petalis obovato-cuneatis, albis, calyce duplo longioribus.

In rupestribus regionis submontanae in alpinam usque adscendens. Epirus: mt. Tsumerka, Peristeri (Hal.); Thessalia: mt. Zygos, Karava in Pindo (Haussk.); Aetolia: pr. Guritza (Reis.); Attica: mt. Lycabettus, Pentelicon, Hymettus, insula Salamis (Heldr.); Euboea: pr. Kurbatzi (Wild.); Acrocorinthus (Haussk.); Argolis (Chaub.); Achaia: mt. Panachaicon (Hal.); Arcadia: pr. Tripolizza, mt. Trikorfo pr. Sinano (Friedr.). Bassae (Chaub.); Laconia (Sibth.); Zante (Marg.); Cephalonia: pr. Kastro, mt. Atro, in oropedio Omala (Heldr.); Leucas (Mazz.); Corcyra: mt. Deca (Ung.), Pantocrator (Baen). — Apr. Jul. ⨀.

B. Calyx liber, patens.

4. Sectio. *Miscopetalum* Haw. syn. pl. succ. p. 323. — Perennes; caules foliati; folia crassiuscula, reniformia, lobulata vel crenata, inferiora caespitosa vel subrosulata, longe petiolata; semina oblongo-ovata, tuberculata.

a. Caules elati, 10—50 cm alti; folia magna, 2—5 cm lata, obtuse vel acutiuscule multicrenata.

α. Folia firmiora, crenis ovato-triangularibus, acutiusculis; petala oblonga vel oblongo-lanceolata, alba, purpureo-punctata.

12. **S. rotundifolia** L. sp. p. 403; Bois. fl. or. II. p. 809; Heldr. chlor. Parn. p. 18; Form in D. bot. Monat. 1891 p. 43, in Ver. Brünn 1896 p. 97; Haussk. symb. p. 87. — *S. olympica* Engl. non saxifr. p. 117, quoad loca, non Bois. — *S. Heuffelii* Hal. Beitr. fl. Thessal. p. 12, non Schott. — Icon: Sturm H. 33. — Exsicc.: Orph. herb. n. 2764; Sint. it. or. 1889 n. 1936; Hal. it. gr. II. a. 1893.

Caule erecto, plus minus pubescente, apice glanduloso, paniculato; foliis plus minus hirtis, radicalibus longe petiolatis membranaceo-marginatis, sinu aperto cordato-reniformibus, grosse crenatis, crenis ovato-triangularibus, acutiusculis, caulinis breviter petiolatis subsessilibusve, inciso-dentatis; calycis laciniis oblongo-triangularibus, acutis; petalis oblongo-lanceolatis, acutiusculis, calyce triplo longioribus.

In umbrosis et silvaticis regionis subalpinae et alpinae. Epirus: mt. Peristeri (Form.); Thessalia: mt. Zygos, Karava, Ghavellu (Haussk.), mt. Oxya (Hal.), pr. Chaliki, Lepeniza, Velitsena (Form.) in Pindo, mt. Oeta (Heldr.), mt. Olympus (Orph.); mt. Parnassus (Heldr.) — Jun. Jul. ♃.

13. **S. heucherifolia** Griseb. et Sch. it. hung. p. 317. — *S. fonticola* Kern. in ö. b. Z. 1863 p. 90. — Exsicc.: Sint. it. thessal. n. 873.

Differt a praecedente caule inferne glabriusculo; foliorum limbo margine vix membranaceo, saepe in petiolum cuneatim attenuato, calycis laciniis ovatis, obtusis; petalis subduplo latioribus, oblongis, obtusis. — A sequente indumento saepius parciore, foliorum crenis acutiusculis et petalis purpureo-punctatis discedit.

In subalpinis mt. Turnara supra Chaliki Thessaliae (Sint.). — Jun. Jul. ♃.

β. Folia tenera, obtuse crenata; petala obovata vel oblonga alba, non purpureo-punctata.

14. **S. repanda** Willd. in Sternb. rev. p. 17, t. 5. — *S. rotundifolia* S. et S. pr. I. p. 267 p. p.; Bois. fl. or. II. p. 809 p. p.; non L. — *S. chrysosplenifolia* Bois. fl. or. suppl. p. 249; Hal. Beitr. fl. Achaia p. 21, in ö. b. Z. 1897 p. 283. — Icon: Fl. gr. t. 377. — Exsicc.: Heldr. herb. norm. n. 1428.

Caule erecto, pubescente, superne paniculato, crebre glanduloso; foliis pilis densioribus obsitis, radicalibus longe petiolatis, vix membranaceo-marginatis, sinu aperto cordato-reniformibus, grosse crenatis, crenis obtusis, breviter apiculatis, caulinis breviter petiolatis subsessilibusve inciso-dentatis; calycis laciniis ovatis, obtusiusculis; petalis oblongis obtusis, calyce triplo longioribus.

In umbrosis et silvaticis regionis mediae et superioris. Thessalia: mt. Pelion (Heldr.); Euboea: mt. Dirphys, mt. Cithaeron Atticae (Heldr.); Achaia: mt. Panachaicon (Hal.); Laconia (Sibth.): mt. Taygetos pr. Megali Anastasova (Zahn). — Apr. Jun. ♃.

15. **S. chrysosplenifolia** Bois. diagn. III. p. 20, Fl. or. II. p. 810 p. p.; Ung. Reise p. 131; Raul. cret. p. 759; Spreitz. in z. b. G. 1877 p. 723; Heldr. fl. cephal. p. 38; Gelmi in bull. soc. bot. ital. 1889 p. 449. — *S. rotundifolia* S. et S. pr. I. p. 276 p. p.; Ch. et B. exp. p. 116, Fl. pelop. p. 26; Friedr. Reise p. 28; non L. — *S. fragilis* Sieb. in Flora I. p. 272, nomen nudum. — *S. repanda* Sieb. avis p. 3, rem. p. 4, non Willd. — Exsicc.: Orph. fl. gr. n. 328; Reverch. pl. cret. n. 244. —

Differt a praecedente caule fragillimo, superne sparsius glanduloso, foliis tenerrimis, obtusissime crenatis, rarius brevissime apiculatis, eis *Chrysosplenii alternifolii* similibus, non marginatis, glabrescentibus.

In umbrosis et silvaticis regionis mediae et superioris. Achaia: mt. Kyllene pr. Trikala (Orph.); Arcadia: pr. Alonistena, mt. Maenalus (Heldr.), mt. Diaforti pr. Andrizena (Friedr.), Phigalea (Chaub.); Messenia: mt. Ithome (Heldr.), pr. Messene (Chaub.); Elis: mt. Olenos (Heldr.); Laconia: mt. Malevo (Orph.), mt. Taygetos pr. Mistra (Bois.); Creta: pr. Therisso (Sieb.), mt. Volokia (Reverch.), pr. Rhamni, Prosnero, Askyphos, Anopolis, Selia, mt. Psiloriti (Raul.); Cycladum insula Naxos: mt. Dia (Chaub.); Zante (Mazz.); Cephalonia: pr. Balsamata mt. Aenos

(Spreitz.); Corcyra: mt. Deca (Ung.), Pantocrator (Gelmi). — Loca plura probabiliter ad speciem praecedentem spectant. — Apr. Jun ♃.

b. Caules humiles, 5—25 cm alti; folia parva, diametro 25 mm nunquam excedentia, saepe multo minora, obtuse 5—9 crenata

16. **S. taygetea** Bois. et Heldr. diagn. X. p. 19, Fl. or. II. p. 810; Hal. in z. b. G. 1888 p. 756, Beitr. Fl. Epir. p. 23, in ö. b. Z. 1897 p. 283; Heldr. chlor. Parn. p. 18. — *S. geum* S. et. S. pr. I. p. 276, non L. — *S. olympica v. microphylla* Heldr. pl. exs. Tayg. a. 1845. — *S. rotundifolia v. taygetea* Engl. mon. saxifr. p. 117; Bald. riv. coll. bot. Alb. 1895 p. 36.. — Exsicc.: Orph. fl. gr. n. 226; Heldr. herb. norm. n. 580 et 1429; Bald. it. alb. epir. III. n. 144. —

Caule erecto, pubescente, superne paniculato, glanduloso; foliis firmis, parce hirtis, tenuiter membranaceo-marginatis, radicalibus longe petiolatis, sinu aperto subcordato-reniformibus, caulinis paucis vel sub, nullis, valde diminutis, trifidis vel linearibus; paniculae ramis 1—2 floris-calycis laciniis oblongis, obtusiusculis; petalis elliptico-lanceolatis, obtusis; albis, purpureo-punctatis, calyce triplo longioribus.

In rupestribus muscosis humidis regionis alpinae. Epirus: mt. Olycika, Tsumerka (Bald.), Strungula, Peristeri (Hal.); Aetolia: mt. Korax (Heldr.); mt. Kiona (Hal.), Parnassus (Sibth.); Achaia: mt. Kyllene, Chelmos (Orph.); Laconia: mt. Taygetos (Heldr.). — Jun. Aug. ♃.

5. Sectio *Cymbalaria* Griseb. spic. I. p. 336. — Annuae vel biennes; caules flaccidi, foliati; folia carnosula, petiolata, reniformia, lobata; semina sphaerica, densissime tuberculata.

17. **S. Sibthorpii** Bois. diagn. III. p. 22, Fl. or. II. p. 811; Hal. in z. b. G. 1888 p. 756; Heldr. chlor. Parn. p. 18. — *S. cymbalaria* S. et S. pr. I. p. 277, non L. — Icon: Fl. gr. t. 378. — Exsicc.: Heldr. herb. norm. n. 579 et 1330; Orph. fl. gr. n. 223; Dörfl. fl. gr. n. 182, 187 et 319.

Laxe caespitosa, glabra; caulibus erectiusculis; foliis cordato-reniformibus obtuse 5lobis, superioribus minutis, trilobis vel integris; pedicellis elongatis, oppositifoliis; calycis laciniis ovatis, obtusis, reflexis; petalis ovato-ellipticis, aurantiacis, calyce triplo longioribus.

In rupestribus humidis regionis superioris. Aetolia: mt. Korax (Heldr.); mt. Kiona (Hal.), Parnassus (Sibth.); Euboea: mt. Dirphys (Sibth.), Xerovuni (Heldr.); Achaia: mt. Kyllene (Orph.); Elis: mt. Olenos (Heldr.); Laconia: mt. Taygetos (Heldr.). — Jun. Aug. ⨀.

18. **S. hederacea** L. sp. p. 405; S. et S. pr. I. p. 278; Sieb. avis p. 3, in Flora I. n. 272; Ch. et B. exp. p. 116, Fl. pelop. p. 26; Bois. diagn. III. p. 21, Fl. or. II. p. 812; Ung. Reise p. 130; Raul. cret. p. 758; Haussk. symb. p. 87; Bald. viagg. Creta p. 52; Boissieu

in bull. soc. bot. Fr. 1896 p. 285; Hal. in ö. b. Z. 1897 p. 283. — Icon: Fl. gr. t. 379. — Exsicc.: Orph. fl. gr. n. 227.

Laxe caespitosa, glabra vel glanduloso-hirtula; caulibus debilibus, erectiusculis; foliis inferioribus reniformibus, obtuse 3—4 lobis, basi cuneatis, truncatis vel subcordatis, superioribus ovatis, trilobis vel indivisis; pedicellis longissimis, oppositifoliis; calycis laciniis ovatis, acutiusculis, erectis vel patentibus; petalis obovato-rotundatis, albis, calycem paullo superantibus.

Ad rupes madidas, muros umbrosos, aggeres humidos, in cavernis regionis inferioris et montanae. Euboea: pr. Steni (Ung.); Attica: mt. Kerata (Haussk.), Parnes, Pentelicon, Hymettus, Acrocorinthus (Bois.); Argolis: insula Hydra in mt. Eros (Heldr.); Cynuria: pr. Hagios Petros, mt. Taygetos (Bois.); Messenia: pr. Kubeh, Messene (Chaub.), Kalamata (Zahn); Cycladum insula Keos (Boissieu); Creta (Sibth.): pr. Daphni Vrisinas (Raul.), mt. Omalo (Bald.); Leucas (Mazz.). — Apr. Maio ☉

LIII. Ordo. **Parnassiaceae** Gray arr. brit. pl. II. p. 623.

1. **Parnassia** L. gen. n. 384.

1. **P. pallustris** L. Sp. p. 273; Bois. fl. or. suppl. p. 249; Heldr. chlor. Parn. p. 18; Hal. in ö. b. Z. 1890 p. 37; Form. in D. bot. Mon. 1891 p. 35, in Ver. Brünn 1896 p. 82; Haussk. symb. p. 26. — Icon: Fl. dan. t. 584. — Exsicc.: Heldr. it. gr. septentr. a. 1879, Sint. it. or. a. 1889 n. 1913. —

In scaturiginosis regionis subalpinae. Thessalia: mt. Zygos, Dokimi pr. Lepeniza, Velitsena, Krania, mt. Baba (Form.), in oropedio Neuropolis (Haussk.) in Pindo, mt. Oeta Phthiotidis (Heldr.), mt. Olympus pr. Hagios Dionysios (Sint.); mt. Parnassus (Heldr.). — Jul. Sept. ♃.

LIV. Ordo. **Umbelliferae** Juss. gen. p. 218.

Dispositio tribuum generumque.

A. Umbella simplex.

1. Tribus. *Hydrocotyleae* Spreng. — Fructus a latere compressus; mericarpia jugis 5 filiformibus vel obsoletis; albumen latere interiori planum.

1. Hydrocotyle L.

2. Tribus. *Saniculeae* Koch. — Fructus teres vel a dorso compressus; mericarpia ejugata vel 5 jugata; albumen latere interiori planum.

a. Flores hermaphroditi, sessiles, in capitulum phyllis involucralibus spinoso-dentatis cinctum congesti, singuli bractea fulti.

2. Eryngium L.

b. Flores polygami, masculi vel omnes pedicellati, singuli ebracteati.

× Fructus inermis.

3. Astrantia L.

×× Fructus echinato-glochidiatus.

4. Sanicula L.

3. Tribus. *Lagoecieae* Lange. — Fructus ovoideus; mericarpium abortu unicum, jugis inconspicuis; albumen latere interiori convexum.

5. Lagoecia L.

B. Umbellae compositae.

I. Mericarpia jugis primariis 5 et secundariis 4 percursa.

4. Tribus. *Thapsieae* Koch. — Fructus subteres vel a dorso compressus; juga primaria filiformia rarius alata, secundaria omnia vel lateralia tantum late alata; albumen facie interiori planum vel sulcatum.

a. Albumen facie interiori sulcatum, marginibus involutis; fructus a dorso compressus; juga secundaria lateralia in alas distinctas expansa, caetera filiformia vel rudimentarie alata; flores lutei; involucrum et involucellum in nostris nullum.

6. Elaeoselinum Koch.

b. Albumen facie interiori planum vel planiusculum.

α. Petala lutea, integra, apice inflexa; fructus a dorso compressus; juga primaria et secundaria dorsalia filiformia, secundaria lateralia in alas latas expansa; involucrum nullum, involucellum subnullum.

7. Thapsia L.

β. Petala alba (in nostris) vel luteola, emarginata, cum lacinula inflexa; juga primaria filiformia, secundaria omnia in alas expansa; involucrum et involucellum polyphyllum.

8. Laserpitium L.

5. Tribus. *Caucalineae* Koch. — Fructus a dorso vel a latere compressus vel teretiusculus; juga primaria et secundaria in cristas profunde lobatas vel in setas vel aculeos abeuntia, secundaria saepius primariis magis expansa; albumen facie interiori planum, concavum, sulcatum vel involutum.

a. Albumen facie interiori planum vel planiusculum.

α. Fructus orbiculari-ovatus, a dorso valde compressus, glaber, alis duplicatis profunde lobatis cinctus; albumen complanatum.

9. Artedia L.

β. Fructus ovatus vel oblongus, a dorso lenticulari-compressus, hirsutus, setosus, crinitus vel aculeatus.

× Calycis margo 5 dentatus; juga primaria filiformia setigera, secundaria carinata, 1—3 fariam aculeata vel 2—3 fariam glochidiata, aequilata vel lateralia magis prominula; albumen planiusculum; phylla involucri typice integra.

10. Orlaya Hoffm.

×× Calycis dentes 5 brevissimi; juga primaria filiformia setigera, secundaria unifariam glochidiata, aequalia; albumen planiusculum; phylla involucri pinnatifida.

11. Daucus L.

b. Albumen facie interiori involutum sulcatum.

α. Fructus a latere contractus; juga primaria 3 dorsalia secundariis similia, 1—3 fariam aculeata, lateralia breviter aculeolata; albumen involutum; involucrum 2—5 phyllum.

12. Turgenia Hoffm.

β. Fructus a latere subcompressus; juga primaria tuberculis brevibus apice setigeris obsita, juga secundaria latiora magisque prominula, 1—3 fariam aculeata; albumen involutum; involucrum nullum vel monophyllum.

13. Caucalis Hoffm.

γ. Fructus a latere subcompressus; **juga primaria setulosa, secundaria** lata, copia aculeorum obsita; albumen **sulcatum**; involucrum 1—6-phyllum vel nullum.

14. Torilis Hoffm.

6. Tribus. *Coriandreae* Koch. — Fructus globosus vel didymo-biglobosus; juga primaria filiformia, secundaria lata, obtusissima, vix **prominula**; albumen excavatum.

a. Fructus ovoideo-globosus.

15. Coriandrum L.

b. Fructus didymo-biglobosus.

16. Bifora Hoffm.

II. Juga mericarpiorum primaria 5, secundaria nulla.

§ Fructus abortu unilocularis.

7. Tribus. *Echinophoreae* Benth. et Hook. — Fructus teres; albumen facie interiori profunde sulcatum et marginibus involutum; **flos centralis umbellulae** sessilis fertilis, peripherici masculi pedicellati, pedicellis demum **induratis**.

17. Echinophora L.

§§ Fructus bilocularis.

8. Tribus. *Peucedaneae* DC. — Fructus a dorso plano- vel lenticulari-compressus; juga mericarpiorum lateralia alato- vel incrassato-marginata; albumen facie interiori planum.

a. Fructus ob alas hiantes margine alato duplicato cinctus; raphe (superficies contactus mericarpiorum) angusta.

18. Angelica L.

b. Mericarpiorum margines contigui (juga marginalia invicem arcte appressa); raphe totam faciem commissuralem occupans.

α. Fructus margo incrassatus, transverse rugosus vel crenatus.

× Fructus lenticulari-compressus; mericarpia jugis crassis contiguis elevatis transverse rugoso-plicatis, dorsalibus carinatis, lateralibus utriusque mericarpii arcte connexis.

19. Krubera Hoffm.

×× Fructus plano-compressus; mericarpia jugis lateralibus in marginem contiguum suberoso-incrassatum transverse crenatum vel rugosum dilatatis, caeteris tenuissime filiformibus.

20. Tordylium L.

β. Fructus margo elatus, tumidus vel incrassatus, laevis.

× Fructus margo tumidus vel incrassatus, disco plano crassior.

○ Valleculae univittatae vel evittatae.

. Fructus margine incrassato cinctus; mericarpiorum juga aequidistantia; vittae valleculares nullae vel indistinctae.

21. Johrenia DC.

.. Fructus margine dilatato intus hyalino extus tumido cinctus; mericarpiorum juga lateralia a dorsalibus intermediis plus minus distantia; valleculae univittatae.

22. Malabaila Hoffm.

○○ Valleculae 1—3 vittatae; juga lateralia remotiuscula; fructus margine dilatato intus hyalino extus tumido cinctus.

23. Opopanax Koch.

×× Fructus margo disco tenuior (cf. *Peucedanum obtusifolium*).

○ Mericarpiorum juga lateralia a dorsalibus intermediis remota.

. Calycis margo obsoletus vel minute denticulatus; petala subrotunda, integra, involuta, retusa, lutea; valleculae univittatae, vittae lineares acutae, longitudine vallecularum.

24. Pastinaca L.

.. Calycis margo 5 dentatus; petala obovata, emarginata, cum lacinula inflexa, alba vel viridi-luteola, exteriora saepe radiantia bifida; valleculae univittata, vittae abbreviatae, plerumque clavatae.

25. Heracleum L.

○○ Mericarpiorum juga aequidistantia.

. Flores hermaphroditi.

; Petala obovata, in lacinulam inflexam coarctata; emarginata vel integra; fructus plano-vel lenticulari-compressus, margine dilatato complanato cinctus; juga intermedia filiformia, vallecueae 1 rarius 2—3 vittatae.

26. Peucedanum L.

; ; Petala oblongo-elliptica, integra, apice lacinula longa inflexa; fructus convexo-compressus, margine tenui cinctus; juga intermedia prominula, crassiuscula; valleculae 3—4 vittatae.

27. Bonannia Guss.

.. Flores polygami (umbellae centrales ramorum fertiles, saepius sessiles vel breviter pedunculatae, laterales sub umbella centrali sitae masculae vel polygamae, longius pedunculatae).

; Calycis dentes parvi vel obsoleti; petala integra, oblonga vel obovata, apice involuta; fructus plano-compressus, margine non incrassato cinctus; juga dorsalia 3 media tenuia; vittae in valleculis conspicuae, solitariae vel 3—4; involucrum nullum vel oligophyllum, caducum.

28. Ferula L.

; ; Calyx 5 dentatus; petala subrotunda vel ovata, integra, apice inflexa; fructus plano-compressus, margine tenui vel subincrassato cinctus; juga dorsalia 3 media plus minus elevata; vittae numerosae, intra pericarpium occultae; involucrum polyphyllum.

29. Ferulago Koch.

9. Tribus. *Seselineae* Koch. — Fructus teres vel teretiusculus; juga mericarpiorum filiformia vel carinata, lateralia contigua, relqiuis vix latiora; albumen facie interiori planum, rarius concavum.

a. Flores lutei.

α. Calycis dentes ovati; petala oblonga acuta, cucullato-involuta; fructus teres, prismatico-cylindricus; juga filiformia, obtusa, indurata; valleculae plurivittatae.

30. Kundmannia Scop.

β. Calycis margo obsoletus; petala obovata, truncata vel subretusa; fructus teres, oblongus.

× Petala truncata, involuta; mericarpiorum juga prominentia, obtuse carinata; valleculae 1 vittatae.

31. Foeniculum Adans.

×× Petala subretusa, in lacinulam inflexam coarctata; mericarpiorum juga plus minus arguta; valleculae 1—3 vittatae, vittis interdum obsoletis.

32. Silaus Bess.

b. Flores albi.

α. Petala subrotunda, integra, apice involuta; fructus ovoideo-oblongus, jugis carinatis; semen infra pericarpium crassum liberum, undique vittis tectum.

33. Crithmum L.

β. Petala emarginata vel biloba, in lacinulam inflexam coarctata; semen pericarpio adnatum.

× Albumen facie interiori concavum; calyx breviter 5 dentatus; fructus ovato-oblongus; mericarpiorum juga prominentia, valleculae latae, tenuissime 6—7 vittatae.

34. Sclerochorton Bois.

×× Albumen facie interiori planum.

○ Calycis margo obsoletus; fructus ovatus, jugis argutis vel alatis valleculis univittatis.

35. Cnidium Cuss.

○○ Calyx 5 dentatus.

. Fructus hirsutus, oblongus, apice attenuatus subrostratus, stylis longis coronatus; mericarpiorum juga filiformia; vittae in valleculis solitariae, interdum sub jugis quoque obviae.

36. Athamanta L.

.. Fructus apice non attenuatus.

; Calycis dentes crassiusculi; fructus ovatus vel oblongus, stylis reflexis; mericarpia jugis prominulis vel elevatis et crassis; valleculae 1—3 vittatae; carpophorum liberum.

37. Seseli L.

;; Calycis dentes acuti; fructus oblongus turbinatus vel cylindricus, stylis erectis; mericarpia jugis omnibus vel lateralibus saltem induratis; valleculae univittatae; carpophorum commissurae adnatum. Herbae glabrae.

38. Oenanthe L.

10. Tribus. *Smyrnicae* Koch. — Fructus late ovatus vel didymus, a latere compressus, rarius teres vel a dorso subcompressus; albumen facie interiori profunde sulcatum vel involutum.

a. Pericarpium tenue, laeve.

α. Flores albi.

\ Calycis margo obsoletus.

◡ Petala obovata, retusa, cum lacinula brevi inflexa; fructus ovatus, a latere compressus; mericarpiorum juga valde prominentia; valleculae multistriatae, vittis obsoletis; albumen intus sulco angusto exaratum.

39. Conium L.

◡◡ Petala emarginata, biloba, cum lacinula inflexa; fructus globoso-subdidymus vel oblongus, a latere compressus; mericarpiorum juga saepius obsoleta; valleculae obsoletae, 2—3 vittatae vel vittis in unicam coalitis; albumen intus subconcavum, bisulcatum.

40. Scaligeria DC.

\\ Calyx 5 dentatus; petala oblongo-cuneata, emarginata, cum lacinula impressa; fructus ovoideo-didymus, ad commissuram constrictus; mericarpiorum juga obtusa vel prominula; valleculae univittatae; albumen intus involutum, sulcatum.

41. Physospermum Cuss.

β. Flores flavi; calycis dentes obsoleti; petala oblonga, acuta subintegra, acumine inflexo; fructus a latere compressus, didymus; mericarpia jugis dorsalibus tantum vel nullis prominulis; valleculae multivittatae; albumen involutum.

42. Smyrnium L.

b. Pericarpium spongioso-incrassatum vel crustaceum.

α. Petala obovata, retusa, alba, acumine inflexo; fructus ovoideus; a latere compressus, constrictus; mericarpia jugis suberosis, latis, obtusis, undique muricatis; valleculae sulciformes, obtusae; vittae sub epicarpio numerosae, semini adhaerentes; albumen involutum, profunde concavum.

43. Lecokia DC.

β. Petala ovata, integra, flava, apice inflexa.

× Fructus a latere subcompressus vel teres.

○ Calyx 5dentatus; fructus a latere subcompressus, subdidymus pericarpio crustaceo duro, disco cupuliformi; mericarpia jugis crassis, laevibus, tuberculosis vel cristatis; vittae numerosae; albumen sulco ventrali intus dilatato semilunariter excavatum.

44. Hippomarathrum Link.

○○ Calycis margo obsoletus; fructus a latere subcompressus vel teres, pericarpio plus minus spongioso, disco lato margine saepe undulato; mericarpia jugis in alas suberosas vel membranaceas, planas vel undulatas abeuntibus; vittae numerosae; albumen profunde sulcatum, marginibus involutum.

45. Prangos Lindl.

×× Fructus a dorso subcompressus, pericarpio spongioso, disco cupuliformi; calycis margo brevissime 5dentatus vel integer; mericarpia jugis, saltem lateralibus, in alas suberosas expansis, rarius omnibus vel dorsalibus carinatis; vittae numerosae; albumen profunde sulcatum, marginibus involutum.

46. Colladonia DC.

11. Tribus. *Ammineae* Koch, sensu ampl. — Fructus a latere plus minus compressus, subrotundus, oblongus vel linearis; juga mericarpiorum filiformia, rarius carinata; albumen facie interiori sulcatum, concavum vel planum.

1. Subtribus. *Scandicineae* Koch. Involucrum nullum vel oligophyllum, rarissime polyphyllum; involucella polyphylla, phyllis saepissime ciliatis; fructus linearis, saepe rostratus, rarius oblongus; albumen facie interiori profunde sulcatum; radix fusiformis; folia varie secta.

a. Fructus longissime rostratus, rostro brevior, jugis obtusis; vittae solitariae, obscurae.

47. Scandix L.

b. Fructus breviter rostratus, rostro longior aut erostris.

α. Fructus rostratus, jugis inconspicuis; valleculae obsoletae; vittis solitariis tenuissimis saepius inconspicuis.

48. Anthriscus Hoffm.

β. Fructus erostris, jugis obtusissimis; valleculis univittatis.

× Petala obcordata, cum lacinula inflexa; styli elongati; carpophorum bifidum vel bipartitum.

49. Chaerophyllum L.

×× Petala obovata, integra, apice inflexa; stigmata in apice stylopodiorum conicorum sessilia; carpophorum integrum.

50. Physocaulus Tausch.

2. Subtribus. *Bulbocastaneae* Nym. — Involucrum monophyllum, interdum nullum vel polyphyllum; involucella polyphylla, phyllis saepissime glabris; fructus

linearis, oblongus vel ovatus; albumen facie interiori planum, concavum vel sulcatum; rhizoma tuberiforme vel radicis fibrae apice tuberoso-incrassatae; folia varie secta.

a. Fructus linearis vel oblongo-linearis, sulcatus; mericarpia jugis argutis, vittis obsoletis; albumen concavum vel sulcatum.

51. Freyera Rchb.

b. Fructus oblongus vel ovatus; mericarpia jugis filiformibus vel incrassatis, valleculis 1—3 vittatis.

α. Mericarpiorum juga crassiuscula; stylopodium depressum, stylis divaricatis; albumen planum.

52. Bunium L.

β. Mericarpiorum juga filiformia; stylopodium conicum, stylis rectis vel arcuato-divergentibus; albumen sulcatum.

53. Conopodium Koch.

3. Subtribus. *Euammineae* Lange. — Involucrum et involucellum nullum-polyphyllum vel nullum, phyllis glabris; fructus ovatus vel oblongus; albumen planum vel laeviter concavum; radix fusiformis vel rhizoma horizontale (rarius abbreviatum, fibris fasciculatis instructum); folia varie secta.

a. Flores dioici, rarius polygami; involucrum nullum, involucellum 1-polyphyllum.

54. Apinella Neck.

b. Flores hermaphroditi vel polygami.

α. Valleculae evittatae; involucrum et involucellum nullum.

55. Aegopodium L.

β. Valleculae vittatae.

× Fructus subrotundus, ad commissuram constrictus.

○ Involucellum polyphyllum; flores polygami; calyx 5dentatus; petala obcordato-emarginato, apiculo inflexo; mericarpiorum juga lata, obtusa; valleculae univittatae; carpophorum bipartitum.

56. Cicuta L.

○○ Involucellum nullum; flores hermaphroditi; calycis margo obsoletus; petala ovata, integra, acuta, apice inflexa; mericarpiorum juga filiformia; valleculae laterales bivittatae; carpophorum indivisum.

57. Apium L.

×× Fructus ovatus vel oblongus.

○ Carpophorum obsoletum, cruribus mericarpio adnatis; involucrum et involucellum polyphyllum; calyx 5dentatus; petala obcordato-emarginata, lacinula inflexa; mericarpiorum juga filiformia; vittae numerosae, pericarpio corticoso tectae.

58. Berula Koch.

○○ Carpophorum liberum, indivisum vel apice furcatum.

. Involucellum polyphyllum; calycis margo obsoletus vel 5dentatus; petala oblongo-cuneata, acuta, integra; mericarpiorum juga filiformia, prominentia; valleculae univittatae.

59. Helosciadium Koch.

.. Involucellum nullum-polyphyllum; calycis margo obsoletus vel 5dentatus; petala obovata, emarginata, cum lacinula inflexa; mericarpiorum juga filiformia, prominentia, interdum arguta vel incrassata; valleculae 1—3 vittatae.

60. Carum L.

○○○ Carpophorum liberum, bifidum vel bipartitum.

. Flores albi.

; Calyx 5 dentatus; involucellum polyphyllum; petala obovata, emarginata, cum lacinula inflexa; mericarpiorum juga filiformia; valleculae univittatae.

61. Prionitis Ad.

;; Calycis margo obsoletus.

, Valleculae univittatae.

.— Petala obcordato-biloba, sub apiculo inflexo transverse plicata et dorso macula crocea notata; involucellum 0—5 phyllum; mericarpiorum juga filiformia; stylopodium depressum.

62. Ptychotis Koch.

:— Petala ovata vel subrotunda, profunde emarginata, cum lacinula inflexa; involucellum polyphyllum; mericarpiorum juga filiformia.

— Fructus ovatus vel oblongus; styli demum reflexi, stylopodio disciformi, margine undulato longiores; vittae non clavatae.

63. Ammi L.

= Fructus ovatus, subdidymus; styli brevissimi, divaricati, stylopodio depresso dimidio vix longiores; vittae clavatae.

64. Sison L.

,, Valleculae 2—3 rarius 5—6 vittatae; involucellum 0-oligophyllum, petala obovata, emarginata, cum lacinula inflexa; mericarpiorum juga filiformia, fere obsoleta.

65. Pimpinella L.

.. Flores lutei; mericarpiorum juga filiformia.

; Valleculae 2—3 vittatae; involucellum (in nostra) nullum; petala ovata, subintegra, apice convoluta.

66. Reutera Bois.

;; Valleculae univittatae.

, Involucellum nullum; petala late obcordata, leviter emarginata, apiculo involuto retuso; fructus oblongus, stylopodio depresso; folia tenuissime secta.

67. Ridolfia Moris.

,, Involucellum polyphyllum; petala suborbicularia, apiculo inflexo leviter emarginata; fructus ovatus, stylopodio conico; folia latisecta.

68. Petroselinum Hoffm.

4. Subtribus. *Bupleureae* Lange. — Involucrum 1-polyphyllum vel nullum; involucellum polyphyllum, phyllis glabris; fructus ovatus vel oblongus, valleculis vittatis vel evittatis; albumen latere interiori planum, rarius sulcatum; herbae vel frutices foliis integerrimis.

69. Bupleurum L.

1. Tribus. HYDROCOTYLEAE Spreng. in Schult. syst. veg. VI. p. 32. —

1. Hydrocotyle L. gen. n. 325.

1. **H. vulgaris** L. sp. p. 234; S. et S. pr. I. p. 176; Marg. et R. fl. Zante p. 49; Bois. fl. or. II. p. 820. — Icon: Fl. dan. t. 90.

Rhizomate repente, ad nodos fibras radicales et folia edente; foliis longe petiolatis, orbicularibus, obtusissime crenatis, subtus pilosis, petiolo superne pilis longis barbato; stipulis obtusis; pedunculis juxta folia dispositis, foliis subduplo brevioribus, florum fasciculis saepius remote verticillatis terminatis; petalis rubellis; fructu didymo, basi retuso, mericarpiis tricostatis.

In Cretae et Zacynthi paludibus (Sibth.). — Jul. Aug. ♃. N. v.

2. Tribus. **SANICULEAE** Koch. umb. p. 138.

2. **Eryngium** L. gen. n. 324.

a. Folia ad apicem petioli linearis in lacinias anguste lineares parallele plurinervias partita.

1. **E. ternatum** Poir. enc. meth. suppl. IV. p. 294; **Raul.** cret. p. 759; Bois. fl. or. II. p. 822; Spreitz. in z. b. G. 1890 p. 295. — *E. trifolium* Prosp. Alp. exot. I. p. 152; Sieb. in Flora V. p. 15. — *E. Tournefortianum* Sternb. syll. pl. nov. 17 p. 32. — *E. Alpini* Sieb. avis rem. p. 3. — Icon: Tausch. hort. canal. t. 5. — Exsicc.: Spreitz. it. cret. a. 1882; Bald. it. cret. alt. n. 223.

Pallide virens, superne saepe coerulescens; caule erecto, apice parce ramoso; foliis trisectis, radicalibus breviter caeteris longe petiolatis, petiolo lineari inermi, laciniis lineari-lanceolatis elongatis remote spinulosis; capitulis globosis; involucri phyllis 6—10, lineari-lanceolatis, rigidis, patentibus, capitulum superantibus, integris vel basi 1—2 spinuloso-dentatis; paleis tricuspidatis. calyce longioribus; calycis laciniis oblongis, mucronatis. — Species elegans, 20—60 cm alta, petalis albis, vitta purpurea percursis, profunde emarginatis.

β. **subinerme.** Foliis mediis et superioribus integerrimis. — Exsicc.: Spreitz. it. cret. a. 1882.

In asperis, rupestribus regionis submontanae mt. Sphacioticorum Cretae rare, in faucibus Nipros pr. Acomitades (Sieb.), Imbros (Krinos), pr. Aradhena (Spreitz.), Hagia Rumeli et Samaria (Bald.). — Jul. Aug. ♃.

b. Folia varie partita vel integra nervis reticulatim anastomosantibus.

α. Receptaculi paleae omnes integrae.

2. **E. glomeratum** Lam. dict. IV. p. 755; Sieb. avis p. 3; Raul. cret. p. 759; Bois. fl. or. II. p. 823. — *E. parviflorum* S. et S. pr. I. p. 175. — Icon: Laroch. eryng. t. 6. —

Glauco-virens; caule rigido, thyrsoideo; foliis bipinnatisectis, laciniis linearibus spinosis, inferiorum angustissimis, superiorum crassioribus rigidissimis longioribus subrecurvis; involucri phyllis subquinis, subulatis, carinatis, rigidis, subintegris, capitulo parvo 3—5plo longioribus; paleis lanceolatis, calyce brevioribus; calycis laciniis ovatis, mucronatis.

In montosis Cretae (Sieb.): pr. Canea, Khalepa, Askyphos, ad radices mt. Ida (Raul.). — Loca a Raulin indicata ad speciem sequentem spectare videntur. — Jul. Aug. ♃.

3. **E. campestre** L. sp. p. 233; S. et S. pr. I. p. 174; Bois. fl. or. II. p. 824; Heldr. fl. cephal. p. 38; Spreitz. in z. b. G. 1890 p. 295; Form. in D. bot. Mon. 1891 p. 41, in Ver. Brünn 1895 p. 42, 1896 p. 94, 1897 p. 67; Haussk. symb. p. 99; Hal. Beitr. fl. Epir. p. 24, Beitr. fl. Thessal. p. 13; Bald. riv. coll. bot. Alb. 1895 p. 36. — Icon: Fl. dan. t. 554. — Exsicc.: Sint. et Bornm. it. turc. n. 1287; Bald. it. alb. epir. III. n. 146; Sint. it. thessal. n. 1288.

Glauco-virens; caule divaricatim et dichotome corymboso; foliis coriaceis, inferioribus fere trisectis, segmentis decurrentibus spinoso-dentatis, pinnatifidis vel dissectis, superioribus minoribus, minus dissectis, auriculato-amplexicaulibus; involucri phyllis 6—7, lanceolatis, vix canaliculatis, carinatis, rigidis, basi 2—4 spinulosis, capitulo duplo longioribus; paleis subulatis, calyce longioribus; calycis laciniis oblongis, longe mucronatis.

β. **virens** Link in Linnaea IX. p. 570; Ch. et B. fl. pelop. p 17; Marg. et R. fl. Zante p. 49; Bald. viagg. Creta p. 52; pro sp.; Weiss in z. b. G. 1869 p. 50; Heldr. fl. Aeg. p. 301. — *E. viride* Fraas fl. class. p. 138; Clem. sert. p. 43. — Flavovirens, involucri phyllis antrorsum canaliculatis. — Exsicc.: Heldr. herb. norm. n. 451; Rev. pl. cret. n. 245; Bald. it cret. n. 156.

In aridis, campis, incultis regionis inferioris in subalpinis usque adscendens, per totam Graeciam, *β.* typo ut videtur vulgatior. — Maio, Aug. ♃.

β. Receptaculi paleae tantum exteriores tricuspidatae.

4. **E. multifidum** S. et S. pr. I. p. 175, Fl. gr. III. p. 54, t. 259; Hal. in z. b. G. 1888 p. 757, Beitr. fl. Epir. p. 24, Beitr fl. Thessal. p. 13, Beitr. fl. Achaia p. 22; Haussk. symb. p. 99. — *E. amethystinum β. tenuifolium* Bois. fl. or. II. p. 826; Heldr. in Sitzungsb. acad. Wiss. Berlin 1883 p. 4, chlor. Parn. p. 18; Form. in D. bot. Mon. 1891 p. 41, in Ver. Brünn 1896 p. 94, 1897 p. 67; Bald. riv. coll. bot. Alb. 1895 p. 36. — *E. amethystinum* ? Friedr. Reise p. 274; Form. in D. bot. Monat. 1891 p. 41; non L. sp. p. 233. — Exsicc.: Orph. fl. gr. n. 490; Heldr. herb. norm. n. 41; Sint. it. thessal. n. 1122 et 1289.

Pallide virens, superne saepe cyaneum; caule erecto, apice corymboso; foliis coriaceis, bipinnatisectis, spinoso-dentatis, laciniis anguste lineari-lanceolatis elongatis, secus rhachidem anguste alatam spinulosam decurrentibus, inferioribus petiolatis, superioribus petiolo dilatato vaginanti subsessilibus; involucri phyllis 6—8, lineari-lanceolatis, basi spinulosis, capitulo 2—4 plo longioribus; paleis lanceolatis, calyce sublongioribus; calycis laciniis ovato-oblongis, mucronatis. — *E. amethystino* L., colore intensius amethystino, foliorum vagina magis dilatata, rhachide

late alato, laciniis latioribus brevioribusque et invollucelli phyllis brevioribus diverso, valde affinis; specimina nonnulla e Thessalia ob foliorum lacinias sublatiores nexum quidem cum eo praebere videntur, sed tamen specie Sibthorpiana propius accedunt.

β. **transiens.** Foliorum laciniae breviora sublatiora. — Exsicc.: Sint. et Bornm. it. turc. n. 1246 et 1247; Sint. it. thessal. n. 1424.

In regione inferiori et abietina montium altiorum gregarie crescens. Frequens in Pindo epirotico et thessalo, mt. Olympo, Ossa, Pelion, Othrys, Oeta; dein in mt. Kiona (Hal.), mt. Parnassus, mt. Parnes Atticae, mt. Dirphys Euboeae (Heldr.); Achaia: mt. Kyllene, Clokos (Orph.), Chelmos pr. Sudena (Hal.); Laconia: mt. Malevo pr. Kastanitza (Orph.), mt. Taygetos (Heldr.); insula Poros (Friedr.). — *β.* mt. Olympus pr. Litochori, mt. Pelion pr. Portaria (Sint.). — Jun. Sept. ♃.

γ. Receptaculi paleae omnes tricuspidatae.

× Folia caulina palmatisecta vel pinnatipartita, laciniis anguste lanceolatis; involucri phylla lineari-subulata.

5. **E. tricuspidatum** L. am. acad. III. p. 405; S. et S. pr. I. p. 174; Ch. et B. exp. p. 82, Fl. pelop. p. 17; Bois. fl. or. II. p. 827; Bornm. in ö. b. Z. 1894 p. 175. — Icon: Laroch. eryng. t. 9. —

Pallide virens, saepe amethystinum, radice incrassata, saepius turbinata; caule gracili, erecto, superne parce ramoso; foliis inferioribus herbaceis, longiuscule petiolatis, ovato-orbiculatis, basi cordatis, indivisis vel 2—3 lobis, acute crenatis, caulinis coriaceis, e vagina brevi amplectente palmato 5—7 sectis, laciniis linearibus vel lineari-lanceolatis, spinuloso-serratis; involucri phyllis 5—6, basin versus spinuliferis, capitulo 3—4 plo longioribus; paleis calyce subduplo longioribus; calycis laciniis ovato-lanceolatis, acutis, mucronatis, tubo papillis adpressis acutis obtecti longioribus.

In aridis regionis inferioris et montanae rarissime. Thessalia: ad monasterium Hagios Dionysios in mt. Olympo (Bornm.); in Peloponneso (Sibth.), sine loci specialis indicatione. — Jul. Aug. ♃. N. v.

6. **E. creticum** Lam. dict. IV. p. 754; Sieb. avis p. 3; Marg. et R. fl. Zante p. 49; Weiss in z. b. G. 1896 p. 50; Raul. cret. p. 759; Bois. fl. or. II. p. 827; Heldr. fl. cephal. p. 30, Sitzungsb. acad. Wiss. Berlin 1883 p. 8; Spreitz. in z. b. G. 1887 p. 661; Hal. in z. b. G. 1888 p. 757 et 763, Beitr. fl. Epir. 24, Beitr. Aetol. p. 6, Beitr. fl. Thessal. p. 13; Haussk. symb. p. 99; Form. in Ver. Brünn 1895 p. 42, 1896 p. 94, 1897 p. 67. — *E. cyaneum* S. et S. pr. I. p. 175, Fl. gr. III. p. 53 t. 258; Ch. et B. exp. p. 82, Fl. pelop. p. 17; Link in Linnaea IX. p. 570. — *E. dichotomum* DC. pr. IV. p. 90; Raul. cret. p. 759; Nym. consp. p. 317; quoad pl. creticam, non Desf. — Exsicc.: Heldr. herb. norm. n. 341; Rev. pl. cret. n. 47, in Baen. herb. europ. n. 4874; Sint. et Bornm. it. turc. n. 1245.

Amethystinum; radice fusiformi; caule erecto, a medio divaricatim ramosissimo; foliis inferioribus herbaceis, longiuscule petiolatis, cordato-ovatis, indivisis vel trilobis, dentato-spinulosis; caulinis coriaceis, sessilibus, pinnatipartitis, basi auriculatis, laciniis anguste lanceolatis acerosis; involucri phyllis 5, basin versus spinuliferis, capitulo 3—4plo longioribus; paleis calyce duplo longioribus; calycis laciniis ovatis, obtusis, mucronulatis, tubo papillis acutis obtecti aquilongis.

In campis, aridis regionis calidae per totam Graeciam, frequentissime in planiti thessala, ubi areas magnas obtegit et cyaneam tingit, nec non in insulis Jonicis, in Creta et in Cycladibus. — Maio, Aug. ♃.

× Folia spinoso-lobata, lobis latis; involucri phylla late rhomboidea.

7. **E. maritimum** L. sp. p. 233; S. et S. pr. I. p. 174; Sieb. avis p. 3, rem. p. 3; Marg. et R. fl. Zante p. 49; Ch. et B. fl. pelop. p. 17; Friedr. Reise p. 275; Weiss in z. b. G. 1869 p. 50; Raul. cret. p. 759; Bois. fl. or. II. p. 829; Heldr. fl. cephal. p. 39, chlor. Thera p. 13; Haussk. symb. p. 99. — Icon: Fl. dan. t. 875. — Exsicc.: Sint. et Bornm. it. turc. n. 1244; Heldr. herb. norm. n. 1432.

Glaucum; radice longe fusiformi; caule crassiusculo, erecto, divaricatim ramoso; foliis coriaceis, inferioribus petiolatis, cordato-reniformibus, spinoso-dentatis vel palmati-lobatis, caulinis superioribus amplexicaulibus, spinoso-lobatis; involucri phyllis spinoso-lobatis, capitulo sublongioribus; paleis calyce vix longioribus; calycis laciniis lanceolatis acuminatis, mucronatis, tubo aculeolis patulis obtecti subaequilongis.

In arenosis maritimis. Thessalia: ad Plaka pr. Litochori (Sint.), pr. Zagora ad radices mt. Pelion (Aphentulis); Attica: ad Phalerum, Pikrodaphni (Heldr.), Sunium, Laurion (Haussk.); insula Poros (Friedr.), Keos, Thera (Heldr.); Peloponnesus: in planitie Helos, pr. Corone (Chaub.); Creta: pr. Canea, Kissamos (Raul.); Zante (Marg.); Cephalonia: pr. Skala, Steno, Aphrata, Lixuri (Heldr.). — Jul. Aug. ♃.

3. Astrantia L. gen. n. 327.

1. **A. elatior** Friv. in Flora 1836 p. 434; Hal. Beitr. fl. Epir. p. 24. — *A. elatior v. tridentata* Griseb. spic. I. p. 339, non Stev.; cf. Murb. Beitr. Fl. Südbosn. p. 116. — Exsicc.: Hal. it. gr. II. a. 1893.

Caule elato, simplici vel superne parce ramoso; foliis palmatipartitis, laciniis oblongo-ellipticis, inciso-biserratis, inferioribus longe petiolatis, caeteris subsessilibus sessilibusve; involucri phyllis elliptico-lanceolatis, versus apicem pauciserratis, umbellam paullum superantibus; calycis dentibus lanceolato-subulatis, longe mucronatis, corollam duplo superantibus. — Differt ab affini *A. majori* L. calycis dentibus longioribas, longe mucronatis, pungentibus et involucri phyllis basi parum attenuatis, apicem versus fere semper serratis.

Inter *Pterides* regionis abietinae mt. Strungula supra pagum Melisurgi in Epiro rarissime (Hal.). — Jul. Aug. ♃.

4. Sanicula L. gen. n. 326.

1. **S. europaea** L. sp. p. 235; Bois. fl. or. II. p. 832; Heldr. chlor. Parn. p. 18; Haussk. symb. p. 99; Form. in Ver. Brünn 1897 p. 67. — Icon: Fl. dan. t. 283. — Exsicc.: Heldr. fl. thessal. a. 1883.

In silvis umbrosis montanis, rare. Thessalia: in Pindo dolopico supra pagum Pezula (Haussk.), mt. Mitrica in mt. Chassia (Form.), mt. Olympus, mt. Pelion pr. Zagora (Heldr.); Euboea: mt. Dirphys (Auch.); mt. Parnassus (Guicc.). — Maio, Jun. ♃.

3. Tribus. LAGOECIEAE Lange in Willk. et L. fl. hisp. III. p. 3.

5. Lagoecia L. gen. n. 285.

3. **L. cuminoides** L. sp. p. 203; S. et S. pr. I. p. 162, Fl. gr. III. p. 37, t. 243; Sieb. avis rem. p. 3; Urv. enum. p. 26; Ch. et B. exp. p. 78, Fl. pelop. p. 16; Marg. et R. fl. Zante p. 52; Friedr. Reise p. 275 et 286; Fraas fl. class. p. 145; Ung. Reise p. 130; Weiss in z. b. G. 1869 p. 50; Raul. cret. p. 767, cum f. *minima*, caule 5—6 cm alto, umbellis paucis 4—6radiatis; Bois. fl. or. II. p. 833; Heldr. fl. cephal. p. 39, Fl. Aegina p. 301; Spreitz. in z. b. G. 1887 p. 661; Haussk. symb. p. 99; Hal. Beitr. Fl. Aetol. p. 6, Beitr. Fl. Achaia p. 22; Bald. viagg. Creta p. 53, riv. coll. bot. Alb. 1896 p. 57, — Exsicc.: Orph. fl. gr. n. 272; Heldr. herb. norm. n. 467; Rev. pl. cret. n. 55; Chaboiss. in Baen. herb. europ. n. 5521.

Caule erecto, tenui, ramoso vel simplici; foliis ambitu linearibus, pinnatisectis, segmentis minutis, ovatis, in lacinias aristatas fissis vel partitis; umbellis globosis, involucri phyllis in lacinias lanceolatas longe aristatas pinnatipartitis; invollucelli phyllis 4, pectinatim sectis; flore intra involucellum pedicellato; calycis laciniis pectinatim sectis; petalis viridulis, scabris, calyce brevioribus, longe setaceo-bicornibus.

In vinetis, collibus siccis, locis glareosis regionis calidae. Epirus: mt. Cuka distr. Janina (Bald.); Thessalia (Haussk.); Acarnania: pr. Kravassaras (Hal.); Attica: pr. Athenas (Orph.), ad Phalerum, mt. Lycabettus, Corydalus, Hymettus, pr. Laurion, insula Aegina (Heldr.); Euboea: pr. Kurbatzi (Wild); Corinthus (Heldr.); Argolis: pr. Nauplia (Sart.), insula Poros (Feiedr.); Achaia: pr. Patras (Chaub.); Laconia: pr. Selitza (Zahn), Sparta, Scardamyle, Zarnate, Messene (Chaub.); Cythera: mt. Hagios Georgios (Spreitz.); Creta: pr. Topolia (Bald.), Kissamos (Rev.), Canea (Weiss), Akroteri, Malaxa, Lutro, Istovai, Palaeokastro, Zakro, mt. Ida (Raul.); Cycladum insula: Keos (Heldr.), Cythnos (Tunt.), Syra, Tenos (Weiss), Kimolos, Melos (Urv.); Zante: mt. Scopo (Marg.); Cephalonia: pr. Poros, Steno, Piscardo, Lixuri, Argostoli (Heldr.). — Apr. Jun. ⊙.

4. Tribus **THAPSIEAE** Koch. umb. p. 73.

6. **Elaeoselinum** Koch in DC. pr. IV. p. 215.

1. **E. Asclepium** L. sp. p. 261; S. et S. pr. I. p. 201, Fl. gr. III. p. 79, t. 286; Ch. et B. fl. pelop. p. 19; (*Thapsia*); Bert. fl. it. III. p. 383; Bois. fl. or. II. p. 1068; Haussk. symb. p. 87. — Exsicc.: Orph. fl. gr. n. 902; Heldr. herb. norm. n. 718.

Caule tereti, elato, 60—100 cm alto, subnudo, glabro; foliis radicalibus expansis, petiolatis, ambitu ovatis, petiolis nervisque subtus hirtulis, palmatim 5 sectis, partitionibus bipinnatisectis, segmentis decussatis, in lacinulas breves divergentes lineari-setaceas multipartitis, foliis caulinis in vaginam reductis; umbellis longiuscule 10—15 radiatis; involucro involucellisque subnullis; fructu mediocri, alis seminis diametro aequilatis; stylis deflexis, stylopodio sublongioribus.

In olivetis, rupestribus regionis inferioris et montanae. Argolis: in olivetis mt. Daritza adversus insulam Poros, nec non in pinetis insulae Poros pr. coenobium Panagiae, ad Hieron Epidauri (Heldr.), in peninsula Methana (Haussk.), mt. Artemision pr. Karya (Kalondzis); Laconia: mt. Malevo pr. Hagios Joannes (Orph.); Messenia: mt. Ithome (Heldr.); Elis (Sibth.); Corcyra (Mazz.): pr. Benizze (Bickn.). — Jun. Jul. ♃.

Obs. *E. foetidum* L. sp. p. 261 (*Thapsia*) in S. et S. pr. I. p. 201 in insula Zante probabiliter ex confusione indicatur.

7. **Thapsia** L. gen. n. 361.

1. **T. garganica** L. mant. p. 57; S. et S. pr. I. p. 201, Fl. gr. III. p. 80 t. 287; Sieb. avis p. 3, rem. p. 3; Urv. enum. p. 32; Ch. et B. fl. pelop. p. 19; Marg. et R. fl. Zante p. 51; Fraas fl. class. p. 145; Raul. cret. p. 765; Bois. fl. or. II. p. 1067; Heldr. fl. cephalon. p. 40, Haussk. symb. p. 87. — *T. garganica v. decussata* Weiss in z. b. G. 1869 p. 49, non *T. decussata* Lag. quae species hispanica et foliorum laciniis multo latioribus, fructibus fere duplo majoribus, alarum auriculis emarginaturae superioris mucronatis a nostra specifice differt. — Exsicc.: Orph. fl. gr. n. 889; Rev. pl. cret. n. 195; Bald. it. cret. alt. n. 259.

Caule tereti, elato, 60—130 cm alto, glabro; foliis supra nitidis, subtus glaucis, nervis petiolisque plus minus pilosis vel glabris, inferioribus amplis, petiolatis, bipinnatisectis, laciniis longe linearibus decurrentibus, integris vel trifidis, ad costam primariam decussatis, foliis superioribus ad vaginam reductis; umbellis longe 6—15 radiatis; involucro involucellisque subnullis; fructu magno, 2 cm longo, 15 mm lato, alis transverse striatis, seminis diametro latioribus, auriculis emarginaturae superioris obtusis.

In collibus apricis, arvis. Attica: frequens circa Athenas (Orph.); Euboea (Fraas), insulae Petali (Holzm.); Argolis: pr. Nauplia (Haussk.);

Cycladum insula: Cythnos (Tunt.), Keos (Heldr.), Syra (Weiss), Melos, Kimolos (Urv.); Creta: ad Akroteri (Rev.), Omalo Lassiti distr. Mirabello, ad Matea distr. Pedhiada (Bald.); Cythera: pr. Hagios Nicolaos (Spreitz.); Zante (Marg.); Cephalonia: in oropedio Omala (Heldr.). — Maio, Jun. ♃.

8. Laserpitium L. gen. n. 344.

1. **L. garganicum** Ten. fl. nap. I. p. 122 (*Ligusticum*); Bert. fl. ital. III. p. 399; Bois. fl. or. II. p. 1064; Heldr. chlor. Parn. p. 19; Hal. in ö. b. Z. 1895 p. 259. — *L. siler* S. et S. pr. I. p. 191; Fraas fl. class. p. 145; non L. — Icon: Fl. nap. t. 24. — Exsicc.: Orph. herb. n. 3721; Sint. et Bornm. it. turc. n. 1253.

Glabrum, glaucum; caule tereti, ramoso 50—100 cm alto; foliis inferioribus petiolatis, subternatim bipinnatisectis, segmentis magnis coriaceis oblongis obtusis vel obtusiusculis, terminali interdum tripartito, decurrenti, foliis superioribus diminutis vagina brevi dilatata suffultis; umbellis longe multiradiatis; involucri et involucelli phyllis oblongis vel oblongo-lanceolatis, late membranaceis; fructu ovato-oblongo, alis mericarpio latioribus. — Affine *L. siler* L. differt a nostro foliis magis divisis, segmentis minoribus angustioribus lanceolatis, involucri et involucelli phyllis lanceolatis vel linearibus et alis mericarpiorum subangustioribus.

α. **laeve.** Umbellae radii laeves. — Exsicc.: Orph. herb. n. 3721; Sint. et Bornm. it. turc. n. 1253.

β. **scabrum.** Umbellae radii intus scabro-puberuli. — Exsicc.: Heldr. herb. n. 1871, it. gr. septentr. a. 1879.

In regione abietina media et superiori. Var. *α.* in mt. Olympo ad Hagios Dionysios (Orph.); *β.* Aetolia: mt. Korax (Heldr.); mt. Kiona (Reiser), mt. Parnassus (Orph.); Euboea: mt. Dirphys (Sibth.); Achaia: mt. Kyllene pr. Phlamburitza et Trikala (Heldr.). — Jul. Aug. ♃.

2. **L. pseudomeum** Orph. Heldr. et Sart. in Bois. diagn. ser. 2. II. p. 95, Fl. or. II. p. 1064; Hal. in z. b. G. 1888 p. 756, in ö. b. Z. 1895 p. 260; Heldr. chlor. Parn. p. 19. — Exsicc.: Orph. fl. gr. n. 358; Heldr. herb. norm. n. 55.

Glabrum, viride; caule teretiusculo simplici vel supra basin semel bisve dichotomo, 10—25 cm alto; foliis radicalibus petiolatis, ambitu oblongo-lanceolatis, bipinnatisectis, segmentis rotundatis decussatis, in lacinias breves lineari-setaceas confertas multisectis, foliis caulinis paucis diminutis vagina angusta suffultis; umbellis breviuscule 7—9 radiatis, radiis intus scabriusculis; involucri et involucelli phyllis lanceolatis, late albo-membranaceis; fructu oblongo, alis mericarpio latioribus. — Folia eis *Scandicis australis* similia.

In rupestribus regionis alpinae, rare. Epirus: in cacumine mt. Peristeri (Hal.); Doris: mt. Kiona (Hal.); mt. Parnassus (Heldr.); Achaia: mt. Kyllene supra Livadi, mt. Chelmos ad Stygem (Orph.). — Jul. Aug. ♃.

5. Tribus. CAUCALINEAE Koch. umb. p. 79.

9. Artedia L. gen. n. 322.

1. **A. squamata** L. sp. p. 242; S. et S. pr. I. p. 183, Fl. gr. III. p. 62, t. 268; Ch. et B. exp. p. 18, Fl. pelop. p. 18, Bois. fl. or. II. p. 1070. —

Glabra; caule tenui, tereti, erecto, parce ramoso; foliis inferioribus bipinnatisectis, segmentis decussatis in lacinias setaceas decompositis, caulinis vagina angusta suffultis; umbellis breviter multiradiatis; involucri et involucelli phyllis in laciniis lineari-setaceas multifidis; petalis albis, marginalibus binis umbellularum exteriorum maximis. — Flores illis *Orlayae grandiflorae.*

In Peloponneso (Sibth.), sed nuper a nemini lecta. — Apr. Jun. ☉. N. v.

10. Orlaya Hoffm. gen. umb. I. p. 58.

a. Petala exteriora late radiantia; aculei fructus hamati.

1. **O. grandiflora** L. sp. p. 240; S. et S. pr. I. p. 181; Pieri fl. corc. p. 37; Dallap. prosp. p. 37; (*Caucalis*); Hoffm. umb. p. 58; Raul. Cret. p. 765; Bois. fl. or. II. p. 1070, suppl. p. 272; Heldr. fl. cephal. p. 40; Form. in D. bot. Mon. 1891 p. 43, in Ver. Brünn 1895 p. 43, 1896 p. 96; Haussk. symb. p. 88; Hal. Beitr. fl. p. 23. — Icon: Jacq. fl. austr. t. 54.

Glabra vel parce pilosiuscula; caule erecto, sulcato, ramoso; foliis inferioribus petiolatis, ambitu oblongis, bipinnatisectis, segmentis breviter 3—5 fidis, superioribus in vagina striata sessilibus, summis lineari-lanceolatis, integris vel basi utrinque lacinia lineari-lanceolata auctis; umbellis oppositifoliis, longe pedunculatis, breviter 5—10 radiatis; involucri phyllis 5—10, lanceolatis, glabris, involucelli oblongis, omnibus margine late membranaceis; petalis albis, exterioribus umbellae valde radiantibus, caeteris decuplo majoribus; fructu ovato, jugis primariis dense setigeris, secundariis aequalibus, demum vix incrassatis, nitidis, vix verruculosis, aculeis viridibus basi vix dilatatis, 2—3 serialibus, mericarpii latitudine brevioribus instructis; stylis demum divaricatis.

β. **media.** Folia summa caeteris conformia, pinnati- vel bipinnatisecta; fructus ellipticus, jugis primariis minus setigeris, secundariis demum incrassatis, opacis, verruculosis, aculeis basi dilatato-confluentibus, 2 serialibus, mericarpii latitudine latioribus instructis. — Transitum praebet ad *O. daucorlayam* Murb. Beitr. fl. Südbosn. p. 119, quae petalis radiantibus subminoribus et aculeis jugorum secundariorum uniserialibus tantum a nostra discedit et varietatem exteram stirpis sistit. — Exsicc.: Sint. it. thessal. n. 328.

In dumosis regionis submontanae. Epirus: in colle Bilik pr. Janina (Form.), pr. Kalarrytes, Mazuki, Theodoriana (Hal.); Thessalia: pr. Malakasi, mt. Dokimi (Form.), pr. Klinovo ad monasterium Meteora et

Korona in Pindo dolopico (Haussk.); Acarnania: pr. Vonitza (Heldr.); Peloponnesus (Fauché); Creta: pr. Nerokuru, Candia (Raul.), si determinationi credendum; Cephalonia (Dallap.); Corcyra (Pieri); sed exsiccata nondum possidens, dijudicare nequeo, utrum loca indicata ad typum an ad varietatem pertineant; *β*. Thessalia: pr. **Kalabaka** (Sint.). — Jun. Jul. ⊙.

2. **O. platycarpos** L. sp. p. 241; Ch. et B. exp. p. 83, Fl. pelop. p. 18; (*Caucalis*); Koch. umb. p. 79; Friedr. Reise p. 284; Weiss in z. b. G. 1869 p. 49; Raul. cret. p. 765; Bois. fl. or. II. p. 1071; Heldr. fl. cephal. p. 40; Haussk. symb. p. 88. — Icon: Rchb. t. 156. — Exsicc.: Orph. herb. a. 1849.

Differt ab *O. grandiflora* foliis omnibus conformibus, umbellis 2—3 radiatis, involucri phyllis 2—3, ciliatis, umbellae petalis radiantibus caeteris 5plo majoribus, fructu oblongo, aculeis saepissime purpurascentibus, basi dilatata confluentibus, mericarpiorum latitudine latioribus, stylis brevioribus erectis.

In olivetis, vinetis, incultis, dumosis regionis inferioris et montanae. Thessalia: mt. Ghavellu in Pindo dolopico, pr. Pharsalum (Haussk.); Aetolia: pr. Karpenisi (Samar.), mt. Taphiassos ad sinum Patranum (Hal.); mt. Parnassus pr. Pania (Heldr.); Boeotia: mt. Helicon (Orph.): Euboea: ad Kumi (Vourlich); Attica: frequens in arvis pr. Athenas, Eleusis, Ampelokipos, insula Lero, mt. Pateras, Pentelicon (Heldr.), Hymettus (Orph.); Argolis: pr. Nauplia (Friedr.); Corinthus (Haussk.); Achaia: pr. Megaspilaeon, Kalavryta (Hal.); Arcadia: pr. Zulatika (Nied.); Messenia: pr, Phigalea, Messene, Gortys (Chaub.), Kalamata (Zahn.); Laconia: mt. Malevo (Orph.); Cycladum insula Keos (Heldr.), Syra, Tenos (Weiss); Creta: pr. Malaxa, Lutro (Raul.), Canea (Weiss); Zante (Mazz.); Cephalonia: pr. Rasata (Heldr.). — Apr. Jun. ⊙.

b. Petala exteriora vix radiantia; aculei fructus glochidiati.

3. **O. pumila** L. syst. nat. ed. 10 p. 955; S. et S. pr. I. p. 182 (*Caucalis*). — *Daucus muricatus β. maritimus* L. sp. ed. 2 p. 349. — *Caucalis maritima* Gou. hort. monsp. p. 135; Pieri fl. corc. p. 37; Sieb. avis p. 3; Urv. enum. p. 30; Friedr. Reise p. 284. — *O. maritima* Koch. umb. p. 79; Marg. et R. fl. Zante p. 51; Weiss in z. b. G. 1869 p. 49; Raul. cret. p. 765; Bois. fl. or. II. p. 1071; Spreitz. in z. b. G. 1887 p. 660; Haussk. symb. p. 88. — ***Pseudorlaya maritima*** Murb. contrib. fl. Afrique I. p. 86. — Icon: Rchb. t. 205. — Exsicc.: Heldr. herb. fl. hellen. a. 1879 et 1899.

Cinereo-hispida; caule a basi ramoso, ramis divaricatis, decumbentibus; foliis petiolatis, ambitu oblongis, bipinnatisectis, segmentis in lacinias breves ovatas partitis; umbellis lateralibus longe, terminali breviter pedunculatis, inaequaliter 2—5 radiatis; involucri phyllis 2—3, lanceolatis, involucelli lineari-lanceolatis; petalis pallide roseis; fructu elliptico, jugis primariis dense setigeris, secundariis subaequalibus, aculeis basi dilatatis, 2—3 serialibus, mericarpii latitudine aequilongis vel brevioribus instructis.

β. **breviaculeata** Bois. et Heldr. in Raul. cret. p. 765; Bois. fl. or. II. p. 1071. — Aculei fructus brevissimi. — Exsicc.: Heldr. et Hal. fl. aeg. a. 1889

In arenosis marimis. Attica: ad Phalerum, promontorium Colias (Heldr.), Laurion, Sunium; Corinthus (Haussk.); Argolis pr. Nauplia (Sart.); Elis: pr. Lintzi (Heldr.); Cycladum insula: Keos (Heldr.), Tenos (Weiss), Melos (Urv.), Cimolos (Sibth.); Creta: pr. Canea, Suda (Heldr.); Zante (Marg.); Leucas (Mazz.); Corcyra (Pieri): ad cap Bianco (Spreitz.); — β. insula Tenos (Leon.); Creta: ad Pilalimmata eparchiae Sitia (Heldr.). — Apr. Jun. ⊙.

11. Daucus L. gen. n. 333.

a. Fructus aculei basi connati.

α Juga secundaria late alata, aculeis basi valde dilatatis ad quartam partem usque connatis.

1. **D. muricatus** L. sp. p. 242 (*Artedia*); L. sp. ed. 2 p. 349 excl. β; Urv. enum. p. 31; Ch. et B. fl. pelop. p. 18; Bois. fl. or. II. p. 1073. — Icon: Rchb. t. 161. —

Hispidus; caule crassiusculo, erecto, 30—60 cm alto, ramoso; foliis ambitu oblongo-lanceolatis, tripinnatisectis, laciniis lineari-lanceolatis mucronatis; umbellae tandem contractae radiis valde inaequilongis, fructiferis incrassatis; involucri phyllis pinnatisectis, laciniis linearibus, umbella brevioribus, tandem reflexis, involucelli setaceis, integris vel trifidis; petalis albis, valde radiantibus; fructu magno, 6—8 mm longo, jugis secundariis in aculeos splendentes, diametro mericarpii aequilongos abeuntibus.

In agris, maritimis. Messenia: pr. Kalamata (Chaub.); Archipelagus (Urv.). — Jun. Jul. ⊙. N. v.

2. **D. Broteri** Ten. syll. p. 591; Weiss in z. b. G. 1869 p. 49; Bois. fl. or. II. p. 1073. — *D. Michelii* Caruel pr. fl. tosc. p. 292. —

Setuloso-hirta; caule tenui, a basi divaricatim ramoso, 15—30 cm alto; foliis ambitu oblongis, bipinnatisectis, laciniis oblongo-linearibus, mucronulatis, 2—3fidis vel integris; umbella tandem contracta, radiis brevissimis inaequilongis, fructiferis vix incrassatis; involucri phyllis trifidis, laciniis linearibus, umbella brevioribus, tandem patentibus, involucelli setaceis, integris vel trifurcis; petalis albis vel rarius rubellis, radiantibus; fructu 6 mm longo, jugis secundariis in aculeos diametro mericarpii longiores abeuntibus. — Caule tenui divaricato, indumento non hispido, laciniis foliorum parcioribus, umbellis multo minoribus breviter radiatis et fructu minore a praecedente differt.

In cultis regionis inferioris. Zante (Bois.); Cycladum insula Syra, Tenos (Weiss); Creta: pr. Canea (Weiss). — Jul. Aug. ⊙. N. v.

β. Juga secundaria angusta, aculeis basi dilatatis breviter connatis.

× Caulis crassiusculus; umbella fructifera convexo-hemisphaerica.

3. **D. gingidium** L. sp. p. 242; Spreitz. in z. b. G. 1887 p. 660. — *D. gummifer* Lam. dict. I. p. 634; Bois. fl. or. II. p. 1077. — Icon: Rchb. t. 163.

Caule crassiusculo, erecto, 15—40 cm alto, ramoso, inferne retrorsum hispido, superne scabro; foliis crassiusculis, ambitu triangulari-ovatis, bipinnatisectis, suprà lucidis, subtus petiolisque plus minus pilosis, segmentis cuneato-ovatis, basi pinnatifidis, apice obtuso et mucronato dentatis; umbellae radiis multis, crassiusculis, parum inaequilongis, involucri phyllis pinnatisectis vel trisectis, laciniis lanceolatis, patentibus vel recurvis, umbella brevioribus, involucelli oblongo-lanceolatis, pinnatis vel trisectis; petalis albis vel flavidis, parum radiantibus; fructu 3—4 mm longo, aculeis diametro mericarpii aequilongis.

In arenosis maritimis. Leucas: ad promontorium Zuana (Spreitz.); Creta (Sieb.). — Jul. Aug. ⊙. N. v.

×× Caulis gracilis; umbella fructifera contracta.

4. **D. guttatus** S. et S. pr. I. p. 174, Fl. gr. III. p. 63, t. 269; Sieb. avis p. 3, rem. p. 3; Friedr. Reise p. 283; Fraas fl. class. p. 140; Raul. cret. p. 765; Heldr. fl. Aegina p. 300. — *D. setulosus* Guss. in DC. pr. IV. p. 211; Marg. et R. fl. Zante p. 52; Raul. cret. p. 765; Bois. fl. or. II. p. 1075; Heldr. fl. cephal. p. 41; Haussk. symb. p. 88; Form. in Ver. Brünn 1896 p. 96, 1897 p. 69. — *D. speciosus* Ces. in biblioth. ital. LXXVII. p. 398, in Linnaea XI. p. 322, in Friedr. Reise p. 285. — *D. microsciadeus* Bois. diagn. X. p. 47 ex Fl. or. II. p. 1075. — *D. setulosus β. brachylaenus* Bois. fl. or. II. p. 1075. — *D. setulosus v. microsciadeus* Haussk. symb. p. 88. — Exsicc.: Heldr. herb. norm. n. 335; Orph. fl. gr. n. 890; Rev. pl. cret. n. 210, in Baen. herb. europ. n. 5672; Dörfl. fl. gr. n. 113.

Scaber, a collo saepe multicaulis; caulibus adscendentibus vel erectis, 10—35 cm altis, a basi ramosis; foliis inferioribus ambitu oblongis, bipinnatisectis, segmentis in lacinias minutas breves oblongas partitis, foliis superioribus minoribus, laciniis saepe longioribus linearibusque; umbella pauciradiata, radiis parum inaequilongis; involucri phyllis pinnatifidis, umbellam subsuperantibus, involucelli simplicibus vel trisectis, laciniis omnibus lineari-setaceis, setulosis; floribus albis vel centralibus umbellularum ut et umbellulae centralis omnibus atro-purpureis, petalis radiantibus; fructu 3 mm longo, aculeis diametro mericarpii longioribus.

In collibus, campis aridis regionis inferioris et montanae. Thessalia: pr. Pharsalus, Kalabaka, Meteora, Malakasi, Korona (Haussk.), Velestinos, Trikala, Vanaluka, Kataphygi, Kucuro, Asproklisia, Povelci, Patsios in Olympo (Form.); Euboea: pr. Kumi (Wurlisch); Attica: pr. Athenas ubique, Phaleron (Heldr.), Laurion, Sunium (Haussk.); Corinthus: pr. Lutraki, insula Aegina (Heldr.); Argolis: pr. Nauplia, peninsula Methana (Haussk.), insula Poros (Friedr.); Laconia: mt. Malevo pr. Hagios Joannes (Orph.), pr. Mistra (Heldr.); Cycladum insula Tenos (Sart.), Cythnos (Krinos), Keos (Heldr.), Naxos (Leon.); Sporadum insula

Scopelos (Philippides); Creta: ad Suda, Malaxa, Kissamos, Stylo (Raul.); Zante (Marg.); Cephalonia: pr. Pessada (Heldr.). — Maio, Jul. ☉.

5. **D. involucratus** S. et S. pr. I. p. 184, Fl. gr. III. p. 65 t. 271; Sieb. avis p. 3; Weiss in z. b. G. 1869 p. 49; Bois. fl. or. II. p. 1075; Haussk. symb. p. 88; Hal. in ö. b. Z. 1897 p. 93 et 283; Form. in Ver. Brünn 1897 p. 69; Heldr. chlor. Thera p. 13. — *Durieua graeca* Bois. in ann. sc. nat. 1844 p. 50; Raul. cret. p. 765. — Exsicc.: Heldr. herb. norm. n. 123.

Parce hispidus vel glabratus, a collo saepe pluricaulis; caulibus adscendentibus vel erectis, 5—25 cm altis, a basi ramosis simplicibusve; foliis ambitu oblongis, pinnati- vel bipinnatisectis, segmentis in lacinias parvas oblongo-lanceolatas partitis; umbella 3—4 radiata, radiis parum inaequilongis; involucri phyllis pinnatifidis, umbella longioribus, laciniis linearibus, involucelli simplicibus; floribus minimis, albis vel purpurascentibus, petalis non radiantibus; fructu 2 mm longo, aculeis diametro mericarpii triplo longioribus. — Omnium gracillimus; umbellis pauciradiatis, involucro foliaceo superatis, petalisque minimis non radiantibus a praecedente distinctus.

In lapidosis et sterilibus regionis inferioris et submontanae. Thessalia: pr. Kucuro, Asproklisia (Form.); Sporadum insula Scopelos (Leon.); Aetolia: pr. Krioneri ad sinum Patranum (Heldr.); Attica: pr. Eleusis, mt. Kerata, Parnes, Pentelicon, Hymettus, insula Lero (Heldr.), pr. Kamariza Laurii, pr. Kalamaki in isthmo Corinthiaco (Haussk.); Argolis: peninsula Methana (Heldr.); Messenia pr. Kalamata (Zahn); Cycladum insula Keos (Tunt.), Syra (Weiss), Thera (Letourn.); Creta: ad Acroteri, inter Askyphos et Anopolis, Istovai, inter Palaeokastro et Zakro (Raul.). — Apr. Maio. ☉.

b. Fructus aculei distincti.

6. **D. carota** L. sp. p. 242; Dallap. prosp. p. 37; Link in Linnaea IX. p. 571; Marg. et R. fl. Zante p. 51; Ch. et B. fl. pelop. p. 18; Fraas fl. class. p. 140; Weiss in z. b. G. 1869 p. 49; Bois. fl. or. II. p. 1076; Heldr. fl. cephal. p. 41; Spreitz. in z. b. G. 1887 p. 660; Form. in D. bot. Mon. 1891 p. 43, in Ver. Brünn 1895 p. 43; Hal. Beitr. fl. Epir. p. 23, in ö. b. Z. 1899 p. 24; Bald. cret. p. 53. — Icon: Rchb. t. 159. — Exsicc.: Sint. it. thessal. n. 1204.

Plus minus hispidulus; caule erecto 30—60 cm alto, ramoso; foliis ambitu oblongis, 2—3 pinnatisectis, segmentis oblongis, lanceolatis vel linearibus, inciso-dentatis; umbella multiradiata, tandem contracta, radiis inaequilongis; involucri phyllis pinnatisectis, umbella saepius brevioribus, involucelli linearibus, integris vel 2—3 fidis; petalis albis, externis radiantibus, floris centralis purpureis; fructu 2—3 mm longo, aculeis lanceolato-subulatis, diametro mericarpii subaequilongis vel longioribus. — Stirps polymorpha.

In agris, ad sepes, in collibus regionis inferioris et montanae passim per totam Graeciam; colitur etiam ad usum culinarem. — Apr. Sept. ♃.

7. **D. maximus** Desf. fl. atl. I. p. 241; Weiss in z b. G. 1869 p. 49; Bois. fl. or. II. p. 1076; Heldr. fl. cephal. p. 41, Fl. Aegina p. 300; Haussk. symb. p. 88. — Icon: Rchb. t. 162. — Exsicc. Heldr. herb. norm. n. 36; Rev. pl. cret. n. 209. —.

Differt a praecedente caule robustiore, 60—120 cm alto; foliis majoribus, segmentis latioribus, ovatis vel oblongis; umbella magna, involucelli phyllis magis inaequalibus; floribus radiantibus majoribus; fructu relative minore. — Characteribus firmis a praecedente vix distinctus.

Ad sepes, in agris, vinetis. Thessalia: mt. Pelion pr. Volo, pr. Pharsalus (Haussk.); Attica: pr. Athenas (Heldr.); insula Aegina (Heldr.); Argolis: pr. Nauplia (Sart.); Laconia: pr. Kastanitza ad mt. Malevo (Orph.); Cycladum insula Keos (Tuntas), Syra (Weiss); Cephalonia: pr. Same (Heldr.). — Jun. Sept. ⨀.

Obs. *D. pulcherrimus* Willd. enum. p. 301 (*Caucalis*); Koch. in DC. pr. IV. p. 210. In Raul. cret. p. 765 ex Tourn. cor. p. 23 in Creta indicatus, ibi vix crescit.

12. Turgenia Hoffm. umb. p. 59.

1. **T. latifolia** L. sp. p. 240 (*Tordylium*); Hoffm. umb. p. 59; Weiss in z. b. G. 1869 p. 50; Raul. cret. p. 765; Bois. fl. or. II. p. 1087; Haussk. symb. p. 88; Hal. Beitr. fl. Epir. p.23; Form. in Ver. Brünn 1895 p. 43; Bald. riv. coll. bot. Alb. 1895 p. 40, 1896 p. 60. — *Caucalis latifolia* L. syst. ed. 12 p. 205. — Icon: Rchb. t. 168. — Exsicc.: Dörfl. fl. gr. n. 401.

Inter segetes, in arvis regionis inferioris et montanae. Epirus: mt. Prosgoli, in valle Dipotami, pr. Han Balduna, Janina (Form.), Dodona (Bald.), Kalarrytes (Hal.); Thessalia: pr. Klinovo, Karditza, Pharsalus (Haussk.); Aivali (Heldr.); Phocis: mt. Parnassus pr. Rachova (Guicc.); Boeotia: pr. Mulki ad lacum Copais (Heldr.); Attica: pr. Eleusis, Phaleron, Heracleon, Kasa ad radices mt. Cithaeron (Heldr.); Euboea: mt. Dirphys (Pichl.); Corinthus (Heldr.); Argolis: pr. Nauplia (Orph.), Mykenae (Heldr.); Achaia: pr. Trikala ad mt. Kyllene (Heldr.), mt. Chelmos pr. Sudena (Hal.), mt. Omplo pr. Patras (Heldr.); Creta: pr. Canea (Weiss), Omalos (Raul.). — Maio, Jul. ⨀.

13. Caucalis Hoffm. umb. p. 14.

a. Aculei jugorum secundariorum unifarii.

1. **C. daucoides** L. sp. p. 241; S. et S. pr. I. p. 181; Ch. et B. exp. p. 84, Fl. pelop. p. 18; Bois. fl. or. II. p. 1084; Bald. riv. coll. bot. Alb. 1896 p. 60. — Icon: Rchb. t. 170. — Exsicc.: Heldr. it. gr. septentr. a. 1879.

Sparse setulosa; caule divaricato-ramoso; foliis ambitu ovatis, tripinnatisectis, segmentis in lacinias lineares pinnatifidis sectisve; umbellis longiuscule pedunculatis, 2—5 radiatis; involucelli phyllis lanceolatis;

petalis albis vel roseis; fructu elliptico-oblongo; jugis secundariis crassis, sulcatis, aculeis validis, laevibus, e basi latiore sulcata subulatis, apice hamatis, diametrum mericarpii aequantibus vel superantibus.

Inter segetes, in arvis. Epirus: pr. Janina (Bald.); Thessalia: pr. Persifli supra Velestinos et in regione abietina inter *Erva* in mt. Korax (Heldr.); Argolis (Sibth.); Achaia: in mt. Kyllene supra Trikala (Heldr.). — Apr. Jul. ⊙.

2. **C. tenella** Del. fl. aeg. p. 58, t. 21; Friedr. Reise p. 275; Bois. fl. or. II. p. 1084; Haussk. symb. p. 88; Heldr. fl. Aegina p. 300. — Exsicc.: Heldr. herb. norm. n. 425.

Sparse setulosa; caule erecto, simplici vel ramoso; foliis ambitu oblongis, bipinnatisectis, segmentis in lacinias lineari-setaceas sectis; umbellis longe pedunculatis, inaequaliter 5—9 radiatis; involucelli phyllis lanceolatis, petalis rubellis; fructu lineari, jugis secundariis tenuibus, non sulcatis, aculeis subulatis scabris, diametro mericarpii triplo longioribus. — Praecedenti omnibus partibus gracilior, mericarpia multo minora.

In collibus saxosis rara. Attica: ad radices mt. Hymettus (Sprun.), in colle Lycabetto et Philopappo, pr. Daphni, in insula Salamis et Aegina (Heldr.); Acrocorinthus, Nauplia (Haussk.), insula Poros (Friedr.). — Mart. Apr. ⊙.

b. Aculei jugorum secundariorum 2—3 farii.

3. **C. leptophylla** L. sp. p. 242; S. et S. pr. I. p. 182; Ch. et B. exp. p. 84, Fl. pelop. p. 18; Weiss in z. b. G. 1869 p. 50; Bois. fl. or. II. p. 1084; Haussk. symb. p. 88; Bald. riv. coll. bot. Alb. 1896 p. 60; Heldr. fl. Aegina p. 300. — *C. humilis* Jacq. hort. Vind. II. p. 92, t 195. — Exsicc.: Sint. it. thessal. n. 653.

Adpresse setulosa; caule erecto, ramoso, 10—40 cm alto; foliis ambitu oblongis, bipinnatisectis, segmentis in lacinias lineares breves sectis; umbellis breviter pedunculatis, inaequaliter 2—3 radiatis; involucelli phyllis lineari-lanceolatis; petalis albis vel rubellis; fructu lineari-oblongo, aculeis jugorum secundariorum flavescentibus, scabris, apice minutissime glochidiatis; stigmatibus in stylopodio conico sessilibus.

In herbidis, agris, ad vias regionis inferioris et montanae. Epirus: pr. Janina (Bald.); Boeotia: pr. Mulki ad lacum Copais (Heldr.); Euboea: pr. Kurbatzi (Wild); Attica: ubique pr. Athenas (Heldr.), mt. Kerata, Eleusis (Haussk.); insula Aegina (Heldr.); Argolis (Sibth.): pr. Nauplia, peninsula Methana (Haussk.); Laconia: pr. Anavryti in mt. Taygetos (Heldr.), pr. Kitries, Zarnate (Chaub.); Cycladum insula: Cythnos (Tunt.), Syra (Weiss), Keos (Heldr.); Creta: pr. Canea (Weiss). — Mart. Jul. ⊙.

4. **C. Torgesiana** Haussk. symb. p. 88.

Adpresse setulosa, a collo ramosa, caulibus crassiusculis, elatis, pluripedalibus; foliis inferioribus ambitu ovato-oblongis, bipinnatisectis, segmentis inferioribus ovato-oblongis, inciso-subdentatis, dentibus triangulari-lanceolatis, superioribus in lacinias lonceolatas incisas sectis, foliis superioribus pinnatisectis, laciniis 3—5 oblongis integris, terminali elon-

7. **D. maximus** Desf. fl. atl. I. p. 241; Weiss in z. b. G. 1869 p. 49; Bois. fl. or. II. p. 1076; Heldr. fl. cephal. p. 41, Fl. Aegina p. 300; Haussk. symb. p. 88. — Icon: Rchb. t. 162. — Exsicc. Heldr. herb. norm. n. 36; Rev. pl. cret. n. 209. —.

Differt a praecedente caule robustiore, 60—120 cm alto; foliis majoribus, segmentis latioribus, ovatis vel oblongis; umbella magna, involucelli phyllis magis inaequalibus; floribus radiantibus majoribus; fructu relative minore. — Characteribus firmis a praecedente vix distinctus.

Ad sepes, in agris, vinetis. Thessalia: mt. Pelion pr. Volo, pr. Pharsalus (Haussk.); Attica: pr. Athenas (Heldr.); insula Aegina (Heldr.); Argolis: pr. Nauplia (Sart.); Laconia: pr. Kastanitza ad mt. Malevo (Orph.); Cycladum insula Keos (Tuntas), Syra (Weiss); Cephalonia: pr. Same (Heldr.). — Jun. Sept. ⊙.

Obs. *D. pulcherrimus* Willd. enum. p. 301 (*Caucalis*); Koch. in DC. pr. IV. p. 210. In Raul. cret. p. 765 ex Tourn. cor. p. 23 in Creta indicatus, ibi vix crescit.

12. Turgenia Hoffm. umb. p. 59.

1. **T. latifolia** L. sp. p. 240 (*Tordylium*); Hoffm. umb. p. 59; Weiss in z. b. G. 1869 p. 50; Raul. cret. p. 765; Bois. fl. or. II. p. 1087; Haussk. symb. p. 88; Hal. Beitr. fl. Epir. p.23; Form. in Ver. Brünn 1895 p. 43; Bald. riv. coll. bot. Alb. 1895 p. 40, 1896 p. 60. — *Caucalis latifolia* L. syst. ed. 12 p. 205. — Icon: Rchb. t. 168. — Exsicc.: Dörfl. fl. gr. n. 401.

Inter segetes, in arvis regionis inferioris et montanae. Epirus: mt. Prosgoli, in valle Dipotami, pr. Han Balduna, Janina (Form.), Dodona (Bald.), Kalarrytes (Hal.); Thessalia: pr. Klinovo, Karditza, Pharsalus (Haussk.); Aivali (Heldr.); Phocis: mt. Parnassus pr. Rachova (Guicc.); Boeotia: pr. Mulki ad lacum Copais (Heldr.); Attica: pr. Eleusis, Phaleron, Heracleon, Kasa ad radices mt. Cithaeron (Heldr.); Euboea: mt. Dirphys (Pichl.); Corinthus (Heldr.); Argolis: pr. Nauplia (Orph.), Mykenae (Heldr.); Achaia: pr. Trikala ad mt. Kyllene (Heldr.), mt. Chelmos pr. Sudena (Hal.), mt. Omplo pr. Patras (Heldr.); Creta: pr. Canea (Weiss), Omalos (Raul.). — Maio, Jul. ⊙.

13. Caucalis Hoffm. umb. p. 14.

a. Aculei jugorum secundariorum unifarii.

1. **C. daucoides** L. sp. p. 241; S. et S. pr. I. p. 181; Ch. et B. exp. p. 84, Fl. pelop. p. 18; Bois. fl. or. II. p. 1084; Bald. riv. coll. bot. Alb. 1896 p. 60. — Icon: Rchb. t. 170. — Exsicc.: Heldr. it. gr. septentr. a. 1879.

Sparse setulosa; caule divaricato-ramoso; foliis ambitu ovatis, tripinnatisectis, segmentis in lacinias lineares pinnatifidis sectisve; umbellis longiuscule pedunculatis, 2—5 radiatis; involucelli phyllis lanceolatis;

petalis albis vel roseis; fructu elliptico-oblongo; jugis secundariis crassis, sulcatis, aculeis validis, laevibus, e basi latiore sulcata subulatis, apice hamatis, diametrum mericarpii aequantibus vel superantibus.

Inter segetes, in arvis. Epirus: pr. Janina (Bald.); Thessalia: pr. Persifli supra Velestinos et in regione abietina inter *Erva* in mt. Korax (Heldr.); Argolis (Sibth.); Achaia: in mt. Kyllene supra Trikala (Heldr.). — Apr. Jul. ⊙.

2. **C. tenella** Del. fl. aeg. p. 58, t. 21; Friedr. Reise p. 275; Bois. fl. or. II. p. 1084; Haussk. symb. p. 88; Heldr. fl. Aegina p. 300. — Exsicc.: Heldr. herb. norm. n. 425.

Sparse setulosa; caule erecto, simplici vel ramoso; foliis ambitu oblongis, bipinnatisectis, segmentis in lacinias lineari-setaceas sectis; umbellis longe pedunculatis, inaequaliter 5—9 radiatis; involucelli phyllis lanceolatis, petalis rubellis; fructu lineari, jugis secundariis tenuibus, non sulcatis, aculeis subulatis scabris, diametro mericarpii triplo longioribus. — Praecedenti omnibus partibus gracilior, mericarpia multo minora.

In collibus saxosis rara. Attica: ad radices mt. Hymettus (Sprun.), in colle Lycabetto et Philopappo, pr. Daphni, in insula Salamis et Aegina (Heldr.); Acrocorinthus, Nauplia (Haussk.), insula Poros (Friedr.). — Mart. Apr. ⊙.

b. Aculei jugorum secundariorum 2—3 farii.

3. **C. leptophylla** L. sp. p. 242; S. et S. pr. I. p. 182; Ch. et B. exp. p. 84, Fl. pelop. p. 18; Weiss in z. b. G. 1869 p. 50; Bois. fl. or. II. p. 1084; Haussk. symb. p. 88; Bald. riv. coll. bot. Alb. 1896 p. 60; Heldr. fl. Aegina p. 300. — *C. humilis* Jacq. hort. Vind. II. p. 92, t 195. — Exsicc.: Sint. it. thessal. n. 653.

Adpresse setulosa; caule erecto, ramoso, 10—40 cm alto; foliis ambitu oblongis, bipinnatisectis, segmentis in lacinias lineares breves sectis; umbellis breviter pedunculatis, inaequaliter 2—3 radiatis; involucelli phyllis lineari-lanceolatis; petalis albis vel rubellis; fructu lineari-oblongo, aculeis jugorum secundariorum flavescentibus, scabris, apice minutissime glochidiatis; stigmatibus in stylopodio conico sessilibus.

In herbidis, agris, ad vias regionis inferioris et montanae. Epirus: pr. Janina (Bald.); Boeotia: pr. Mulki ad lacum Copais (Heldr.); Euboea: pr. Kurbatzi (Wild); Attica: ubique pr. Athenas (Heldr.), mt. Kerata, Eleusis (Haussk.); insula Aegina (Heldr.); Argolis (Sibth.): pr. Nauplia, peninsula Methana (Haussk.); Laconia: pr. Anavryti in mt. Taygetos (Heldr.), pr. Kitries, Zarnate (Chaub.); Cycladum insula: Cythnos (Tunt.), Syra (Weiss), Keos (Heldr.); Creta: pr. Canea (Weiss). — Mart. Jul. ⊙.

4. **C. Torgesiana** Haussk. symb. p. 88.

Adpresse setulosa, a collo ramosa, caulibus crassiusculis, elatis, pluripedalibus; foliis inferioribus ambitu ovato-oblongis, bipinnatisectis, segmentis inferioribus ovato-oblongis, inciso-subdentatis, dentibus triangulari-lanceolatis, superioribus in lacinias lonceolatas incisas sectis, foliis superioribus pinnatisectis, laciniis 3—5 oblongis integris, terminali elon-

gata, parum dentata; umbellis longe pedunculatis, subinaequaliter 2–3 radiatis; involucelli phyllis linearibus; petalis ignotis; fructu oblongo-elliptico, aculeis jugorum secundariorum nigricantibus, dein pallidioribus, vix scabridulis apice minutissime subglochidiatis; styiis brevissimis, stylopodio conico aequilongis. -- Species ex auctore distinctissima a praecedente caulibus elatis crassioribus, inferne pennae columbinae vel ultra crassis, ramosissimis, umbellis longe (5—7 cm) pedunculatis, aculeis jugorum secundariorum sublongioribus, nigricantibus vel obscure viridibus, vix scabridulis distincta.

Argolis: pr. Vromolimni in peninsula Methana (Haussk.). — Maio ☉. N. v.

14. Torilis Spreng. umb. pr. p. 24.

a. Umbellae longe pedunculatae.

α. Involucrum 4—6 phyllum; fructus aculei non glochidiati.

1. **T. microcarpa** Bess. en. pl. Volhyn. p. 43; Form. in Ver. Brünn 1895 p. 43. --

Adpresse setulosa; caule rigido, ramis erecto-patulis; foliis inferioribus bipinnati-, superioribus pinnatisectis, segmentis lanceolato-linearibus incisis; umbellis 10—15 radiatis; involucri et involucelli phyllis lineari-subulatis, petalis albis, exterioribus valde radiantibus; fructu ovato, aculeis brevissimis incurvis; stylis stylopodio multoties longioribus. — Petalis relative magnis et valde radiantibus, fructu parvo 2 mm longo, aculeis brevissimis subadpressis obsito insignis.

Epirus: in valle Dipotami (Form.) — Jul. Aug. ☉. N. v.

2. **T. anthriscus** L. sp. p. 240 (*Tordylium*); Gmel. fl. bad. I p. 615; Form. in Ver. Brünn 1897 p. 69. — *Caucalis anthriscus* Crantz stirp. austr. III. p. 226; S. et S. pr. I. p. 182; Ch. et B. exp. p. 84, Fl. pelop. p. 18. — Icon: Fl. dan. t. 919.

Adpresse setulosa; caule rigido, ramis erecto-patulis; foliis inferioribus bipinnati-, superioribus pinnatisectis, segmentis oblongo-lanceolatis inciso-dentatis, terminali elongato; umbellis 5—12 radiatis; involucri et involucelli phyllis subulatis; petalis albis vel rubellis, vix radiantibus; fructu ovato, aculeis adscendentibus, incurvis, dimidiam fructus latitudinem subaequantibus; stylis stylopodio duplo longioribus.

In dumosis regionis montanae, rare. Thessalia: mt. Pelion pr. Zagora (Aphentulis), pr. Lechonia (Form.); Laconia: mt. Malevo pr. Kastanitza (Orph.); Messenia (Sibth.). — Jul. Aug. ☉. N. v.

β. Involucrum nullum vel monophyllum; fructus aculei glochidiati.

× Petala exteriora radiantia; fructus undique aculeatus.

3. **T. arvensis** Huds. fl. ang. p. 98 (*Caucalis*); Bess. en. pl. Volh. p. 12; Hal. Beitr. fl. epir. p. 23, in ö. b. Z. 1897 p. 93, 1899 p. 24. — *Scandix infesta* L. syst. nat. ed. 12, II. p. 732. — *Caucalis helvetica* Jacq. hort. vind. III. p. 12, t. 16. — *T. helvetica*

Gm. fl. bad. I. p. 617; Friedr. Reise p. 274; Form. in D. bot. Mon. 1891 p. 43. — *T. infesta* Hoffm. umb. p. 53; Bois. fl. or. II. p. 1082; Heldr. fl. cephal. p. 41. — *Chaerophyllum Friedrichsthalii* Ces. in bibl. ital. LXXVII. p. 398, in Linnaea XI. p. 321. — *T. Friedrichsthalii* Ces. in Friedr. Reise p. 281, sec. Bois. l. c. —

Adpresse setulosa; caule rigido, erecto, ramoso; foliis pinnatisectis vel inferioribus bipinnatisectis, segmentis ovatis vel lanceolatis, inciso-dentatis, terminali foliorum superiorum saepe elongato; involucelli phyllis subulatis; petalis albis vel rubellis, radiantibus; fructu ovali-elliptico, aculeis patentibus, rectis, dimidiam fructus latitudinem aequantibus. — Stirps valde variabilis; formae principales:

α. **typica.** — Umbella 3—8 radiata; styli stylopodio vix duplo longiores; fructus aculei saepe purpurascentes. Exsicc.: Hal. it. gr. II. a. 1893.

β. **purpurea** Ten. cors. bot. lez. IV. p. 209 pro sp. (*Caucalis*) — *Torilis purpurea* Guss. fl. sic. pr. I. p. 325. — Foliorum segmento terminali saepius non elongato, umbella 2—3 radiata, mericarpia minus dense sed longius aculeata; caetera ut in α. — An species propria. — Exsicc.: Sint. it. thessal. n. 482; Dörfl. fl. aeg. n. 117.

γ. **neglecta** Röm. et Schult. syst. veg. VI. p. 484; Bois. fl. or. II. p. 1083; pro sp.; Lange in Willk. et L. fl. hisp. III. p. 15. — Umbella 7—12 radiata; petala majora; styli stylopodio fere 6 plo longiores. — Exsicc.: Orph. fl. gr. n. 912.

In sepibus et dumosis regionis inferioris et montanae passim per totam Graeciam. — Jun. Aug. ☉.

×× Petala exteriora vix radiantia; mericarpium externum aculeatum, internum muricato-verrucosum.

4. **T. heterophylla** Guss. pr. fl. sic. I. p. 326; Raul. cret. p. 766; Bois. fl. or. II. p. 1082; Haussk. symb. p. 89. — *T. infesta v. heterophylla* Rchb. ic. germ. t. 167.

Adpresse setulosa; caule gracili, elato, ramis paucis, divaricatis; foliis inferioribus pinnati- vel bipinnatisectis, segmentis lanceolatis, incisis, superioribus trisectis, segmentis linearibus, integris vel remote serratis; umbellis 2—3 radiatis, ante anthesin nutantibus, umbellulis paucifloris; petalis rubellis; fructu ovato-elliptico; stylis stylopodio paulo longioribus.

In dumetis, herbidis regionis inferioris et montanae. Thessalia: pr. Karditza, ad monasterium Korona in Pindo (Haussk.); Boeotia: mt. Onion (Heldr.); Messenia: supra Pylos (Bois.); Creta: ad Almyros pr. Rethymo, Malaxa, Askyphos, ad radices mt. Lassiti et Aphendi Kavutsi (Raul.). — Jun. Jul. ☉. N. v.

b. Umbellae subsessiles, glomeratae.

5. **T. nodosa** L. sp. p. 240 (*Tordylium*); Gaertn. fruct. I. p. 82 t. 20; Marg. et R. fl. Zante p. 52; Ung. Reise p. 130; Weiss in z. b. G. 1869 p. 50; Raul. cret. p. 766; Bois. fl. or. II. p. 1083; Heldr. fl. cephal. p. 41, Fl. Aegina p. 300; Spreitz. in z. b. G. 1877

p. 718, 1887 p. 660; Haussk. symb. p. 89; Hal. Beitr. fl. Epir. p. 23 in ö. b. Z. 1899 p. 24. — *Caucalis nodosa* Scop. fl. carn. ed. 2 p. 192; S. et S. pr. I. p. 183; Ch. et B. exp. p. 84, Fl. pelop. p. 18; Friedr. Reise p. 285. — *Caucalis nodiflora* Lam. dict. I. p. 656. — Exsicc.: Baen. herb. europ. n. 9236 a.

Adpresse setulosa; caule saepius a collo ramoso; foliis bi- tripinnatisectis, segmentis lanceolatis, integris vel incisis; umbellis obsolete 2—3 radiatis; involucro nullo; involucelli phyllis lineari-subulatis; petalis minimis, rubellis, non radiantibus; fructu ovato, stylis brevissimis.

In campis, ruderatis regionis inferioris et montanae per totam Graeciam. — Apr. Aug. ⨀.

6. Tribus. CORIANDREAE Koch. umb. p. 82

15. Coriandrum L. gen n. 356.

1. **C. sativum** L. sp. p. 256; S. et S. pr. I. p. 196, Fl. gr. III p. 76, t. 283; Dallap. prosp. p. 39; Fraas fl. class. p. 149; Heldr. Nutzpfl. p. 41; Raul. cret. p. 769; Bois. fl. or. II. p. 920; Haussk. symb. p. 99. — Exsicc.: Heldr. fl. thessal. a. 1885.

Habitu sequentis, a qua fructu ovoideo-globoso (nec didymo) mericarpiis hemisphaericis statim diagnoscitur.

Inter segetes, in ruderatis passim, colitur etiam. **Thessalia**: pr. Pharsalum (Haussk.), Velestinos (Heldr.); **Boeotia** (Fraas): pr. Thebas (Heldr.); **Attica**: pr. Athenas, in Lycabetto (Heldr.); **Peloponnesus** (Sibth.): pr. Corinthum, pr. Eglicada supra Patras, pr. Kyparissia Messeniae (Heldr.); **Cephalonia** (Dallap.); **Creta**: pr. Canea (Raul.). — Jun. Jul. ⨀.

16. Bifora Hoffm. umb. p. 192.

1. **B. testiculata** L. sp. p. 256; Ch. et B. exp. p. 87, Fl. pelop. p. 19 (*Coriandrum*); Spreng. in Schult. syst. VI. p. 448; Friedr. Reise p. 285; Weiss in z. b. G. 1869 p. 50; Bois. fl. or. II. p. 921; Heldr. fl. cephal. p. 40, Fl. Aegina p. 301; Haussk. symb. p. 98 cum *β. condensata*, forma caule humili, ramis erectis, inflorescentia condensata, pedicellis brevioribus, fructu minore. — *B. flosculosa* M. a B. fl. taur. cauc. III. p. 234. — Icon: Rchb. t. 201. — Exsicc.: Heldr. pl. fl. hellen.[r] a. 1878 et 1887.

Habitu *B. radiantis*, ab ea differt: umbellae radiis paucioribus 2—3 nec 5—7, umbellulis 2—3 floris nec plurifloris, petalis haud radiantibus, fructu rugosissimo, nec parum ruguloso, superne ad commissuram acuminato et stylis stylopodio subaequilongis, nec 3—4 plo longioribus.

Inter segetes, in arvis. **Thessalia**: pr. Volo (Heldr.); **Attica**: pr. Eleusis, Geraka, Kolonos, Stephani, Heracleon, Phaleron, insula Salamis et Aegina (Heldr.); **Argolis**: pr. Nauplia (Sart.), insula Hydra (Heldr.); pr. Astros Cynuriae (Orph.); pr. Messene (Chaub.); **Cephalonia**: in oropedio Omala (Heldr.); Cycladum insula Syra (Weiss); **Creta**: pr. Canea (Weiss). — Apr. Maio. ⨀.

7. Tribus. **ECHINOPHOREAE** Benth. et Hook. gen. I. p. 865.

17. **Echinophora** L. gen. n. 329.

1. **E. spinosa** L. sp. p. 239; S. et S. pr. I. p. 179, Fl. gr. III. p. 58, t. 265; Ch. et B. exp. p. 82, Fl. pelop. p. 18; Bois. fl. or. II. p. 917. — Exsicc.: Orph. fl. gr. n. 471.

Minute hispidula, caule crasso, sulcato-striato, a basi divaricatim-ramoso; foliis crassis, rigidis, bipinnatisectis, segmentis subulatis, supra canaliculatis, subtus carinatis, apice pungentibus; umbellae radiis 5—8, crassis, brevibus, inaequalibus; involucri phyllis interdum pinnatifidis, involucelli integris, omnibus lanceolatis pungentibus, calycis masculi dentibus subulatis; petalis albis, radiantibus.

In arenosis maritimis. Aetolia: in insula Hagios Sostis pr. Mesolongion (Reinhold); Achaia: pr. Akrata, inter Xylocastron et Diminio (Orph.); Argos (Chaub.); insula Leucas (Mazz.). — Jul. Aug. ♃.

2. **E. tenuifolia** L. sp. p. 239; S. et S. pr. I. p. 179, Fl. gr. III. p. 59, t. 266; Sieb. avis p. 3, rem. p. 3; Ch. et B. exp. p. 83, Fl. pelop. p. 18; Friedr. Reise p. 285; Fraas fl. class. p. 139. — *E. Sibthorpiana* Guss. suppl. fl. sic. pr. p. 69, fl. sic. syn. I. p. 305; Bois. fl. or. II. p. 949; Heldr. in Sitzungsb. acad. Wiss. Berlin 1883 p. 9, Fl. Aegina p. 300; Form. in D. bot. Mon. 1891 p. 42, 1898 p. 81, in Ver. Brünn 1896 p. 96, 1897 p. 68; Haussk. symb. p. 94. — *E. trichophylla* Raul. cret. p. 767, non Sm. — Exsicc.: Orph. fl. gr. n. 885; Heldr. herb. europ. n. 447 et 1143, in Magn. fl. sel. n. 3786; Dörfl. fl. gr. n. 428.

Breviter pubescens; caule crasso sulcato-striato, a basi divaricatim-ramosissimo; foliis heteromorphis, radicalibus tripinnatisectis, segmentis cuneato-oblongis, in lacinias lineares albo-mucronatas fissis, caulinis inferioribus bipinnatisectis segmentis ovatis inciso-dentatis, caulinis superioribus in lacinias brevissimas 2—3 dentatas pinnatisectis vel indivisis; umbellis numerosissimis, breviter 3—5 radiatis; involucri et involucelli phyllis lanceolatis, demum induratis, pungentibus, calycis dentibus posticis oblongo-lanceolatis, caeteris minimis; petalis luteis, non radiantibus. — Planta graeca ab italica meo sensu non differt, neque indumento neque foliorum divisione vel forma segmentorum, neque alio modo.

In arvis, olivetis, locis sterilibus. Thessalia: pr. Volo (Heldr.), Koryza, Portaria, Lalomeion, Velestinos, Persufli, Pharsalus, Kalyvia, Larissa, Miluna, Lechonia (Form.); Attica: pr. Eleusis (Heider), in oliveto Athenarum ad Phalerum, Amarysia, Liosia, insula Aegina (Heldr.); Boeotia (Sprun.); Corinthia: pr. Asso (Heldr.); Argolis: pr. Nauplia (Sart.); Cycladum insula: Paros, Antiparos, Melos (Chaub.); Creta: pr. Pelekano, Candia (Raul.). — Jul. Oct. ♃.

8. Tribus. **PEUCEDANEAE** DC. pr. IV. p. 170.

18. **Angelica** L. gen. n. 347.

1. **A. silvestris** L. sp. p. 251; S. et S. pr. I. p. 193; Ch. et B. exp. p. 85, Fl. pelop. p. 18; Bois. fl. or. II. p. 978; Heldr. chlor.

Parn. p. 19; Bald. in nuovo giorn. bot. ital. 1894 p. 96. — Icon: Fl. dan. t. 1639.

Caule elato, striato, superne ramoso, ramis infra umbellam radiisque puberulis; foliis 2—3 pinnatisectis, segmentis petiolulatis, ovatis oblongisve, argute serrulatis, glabris; vaginis ventricoso-inflatis; umbellis multiradiatis, involucro nullo vel monophyllo, caduco; involucelli phyllis numerosis, lanceolato-subulatis, reflexis; petalis albis vel rubellis; mericarpiis ovato-orbiculatis, utrinque leviter emarginatis, jugis dorsalibus obtuse carinatis, lateralibus late alatis, alis semine latioribus. — Specimina e ditione non vidi, quamobrem dijudicare nequeo, utrum planta graeca revera ad speciem Linnéanam pertineat.

Ad rivulos, in locis humidis regionis montanae. Epirus: ad fluvium Luros pr. Prevesa (Bald.); Thessalia: mt. Pelion pr. Drakia et Zagora (Heldr.); mt. Parnassus pr. Rachova (Heldr.); Peloponnesus (Sibth.): pr. Koubeh, Messene (Chaub.). — Jul. Sept. ♃. N. v.

2. **A. elata** Vel. in böhm. Ges. Wiss. 1890 p. 44, Fl. bulg. p. 201; Form. in Ver. Brünn 1895 p. 43 f. *rubescens* Borb., floribus pulchre roseis. —

Differt a praecedente, a qua ex auctore certissime diversa, caule elatiore multiramoso, foliis magis decompositis, segmentis longius petiolulatis supra ad nervos scabrido-hispidis, alis fructus angustioribus, semini aequilatis.

Epirus: ad lacum Janina (Form.). — Aug. ♃. N. v.

19. Krubera Hoffm. umb. p. 103.

1. **K. peregrina** L. mant. p. 55 (*Tordylium*); Hoffm. umb. p. 104. — *K. leptophylla* Hoffm. umb. ed. 2 p. 104. t. 3; DC. pr. IV. p, 199. — *Capnophyllum peregrinum* Lange in Willk. et L. fl. hisp. III. p. 33. —

Glabra; caule erecto, angulato-sulcato, apice vel a basi ramoso, ramis rigidis, divaricatis; foliis ambitu oblongis, tripinnatisectis, laciniis brevibus, mucronatis; umbellis breviter pedunculatis, radiis 2—4, brevibus, crassis; phyllis involucri 2—3, involucelli 4—5, brevibus, triangulari-lanceolatis; petalis albis; fructu elliptico, acutiusculo, subsessili.

Inter segetes regionis calidae. Graecia (ex DC. l. c.). — Maio, Jun. ⊙ N. v.

20. Tordylium L. gen. n. 330.

1. Sectio. *Eutordylium* DC. p. IV. p. 197. — Vittae valleculares solitariae, commissurales 2.

1. **T. maximum** L. sp. p. 240; S. et S. pr. I. p. 181; Pieri corc. fl. p. 36; Ch. et B. exp. p. 83, Fl. pelop. p. 18; Raul. cret. p. 763; Bois. fl. or. II. p. 1031; Haussk. symb. p. 90; Form. in Ver. Brünn 1896 p. 96, 1897 p. 68. — Icon: Jacq. fl. austr. t. 142. — Exsicc.: Orph. fl. gr. n. 895; Sint. it. thessal. n. 611.

Scabrido-hirtum; caule elato, angulato-sulcato, stricte ramoso; foliis pinnatisectis, 3—4 jugis, segmentis sessilibus oblongis, grosse inciso-crenatis, foliorum superiorum lanceolatis, terminali elongato; umbellis breviter radiatis; involucro involucellisque polyphyllis, phyllis lineari-setaceis; petalis albis, radiantibus; fructu ovato, dorso setis basi bulbosis striguloso, margine pallidiori, inflato, transverse obsolete rugoso, vittis exterioribus sub margine non occultatis.

In campis, dumosis, ad sepes regionis inferioris et submontanae. Thessalia: pr. Kriovrisi in valle Penei (Sint.), pr. Sermenikon, ad monasterium Korona, pr. Karditza, Aivali, Orman Magula, Pharsalus (Haussk.), Trikala, Larissa (Form.), pr. Caterina ad radices mt. Olympus (Orph.), pr. Katasara in mt. Othrys (Form.); Eurytania: inter Laspi et Karpenisi (Samarit.); pr. Messene (Sibth.); Creta (Raul.); Corcyra (Pieri). — Jul. Aug. ⊙.

2. **T. officinale** L. sp. p. 239; S. et S. pr. I. p. 180; Fl. gr. III. p. 60, t. 267; Pieri corc. fl. p. 36; Ch. et B. exp. p. 83, Fl. pelop. p. 18; Friedr. Reise p. 275; Fraas fl. class. p. 139; Raul. cret. p. 764; Bois. fl. or. II. p. 1033; Spreitz. in z. b. G. 1877 p. 718; Heldr. fl. cephal. p. 40; Haussk. symb. p. 90; Form. in Ver. Brünn 1896 p. 96. — Exsicc.: Orph. fl. gr. n. 999; Rev. pl. cret. n. 254: Dörfl. fl. gr. n. 76.

Pubescens; caule adscendente, sulcato, a basi ramoso; foliis simplicibus, ovatis vel oblongis, aut pinnatisectis, 1—3 jugis, segmentis sessilibus ovatis, inciso-crenatis; umbellis breviter radiatis, involucro involucellisque polyphyllis, phyllis lineari-setaceis; petalis albis, exterioribus valde radiantibus; fructu ovato, dorso papilloso-scabro, margine albo valde incrassato, eleganter crenato, vittis exterioribus sub margine occultatis.

In saxosis herbidis regionis inferioris et montanae. Thessalia: pr. Klinovo, Kalabaka, Karditza, Aivali, Orman Magula (Haussk.), Trikala, Velestinos (Form.); Aetolia: mt. Chalkis ad sinum Patranum (Hal.); Boeotia: pr. Thebas (Orph.); Attica: pr. Munychia (Heldr.); Euboea: pr. Chalkis (Bois.); Corinthus: pr. Lutraki (Heldr.); Elis: ubique in regione litorali (Heldr.); Arcadia: pr. Klukines ad mt. Chelmos (Orph.), pr. Zulatica Gortyniae (Nieder); Argolis: pr. Nauplia (Orph.), insula Poros (Friedr.); Laconia: pr Anavryti in mt. Taygetos (Heldr.), pr. Selitza (Zahn), in Maina usque Carithena et Messene (Chaub.), pr. Kalamata (Zahn); Cyclades: insula Syra (Orph.), Paros (Leon.); Creta: pr. Kissamos (Rev.), Prosnero, Askyphos (Raul.); Cephalonia: pr. Spilaea, in oropedio Omala (Heldr.); Ithaca: mt. Skino (Spreitz.): Corcyra (Pieri). — Apr. Jun. ⊙.

Obs. *T. aegyptiacum* L. am. IV. p. 270; S. et S. pr. I. p. 180 (*Hasselquistia*); Lam. ill. t. 193. — Erronee in Graecia indicatur.

2. Sectio. *Condylocarpus* Hoffm. umb. p. 202. — Vittae valleculares 2—3, commissurales plurimae.

3. **T. apulum** L. sp. p. 239; S. et S. pr. I. p. 180; Urv. enum. p. 32; Ch. et B. exp. p. 83, Fl. pelop. p. 18; Marg. et R. fl. Zante

p. 51; Friedr. Reise p. 277; Ung. Reise p. 130; Weiss in z. b. G. 1869 p. 49; Bois. fl. or. II. p. 1034; Spreitz. in z. b. G. 1877 p. 718; Heldr. fl. cephal. p. 40, Fl. Aegina p. 300, chlor. Thera p. 13; Haussk. symb. p. 90. — *Condylocarpus apulus* Hoffm. umb. p. 203; Heldr. Nutzpfl. p. 40; Raul. cret. p. 764. — *T. humile* Desf. fl. atl. I. p. 235; Urv. enum. p. 32; Ch. et B. exp. p. 83, Fl. pelop. p. 18; f. pumila, a basi ramosa. — Icon: Jacq. hort. Vind. t. 53. — Exsicc.: Rev. pl. cret. n. 54; Sint. it. thessal. n. 165; Baen. herb. europ. n. 9353a.

Molliter pilosum, caule adscendente, sulcato, saepe a basi ramoso; foliis pinnatisectis, 3—4 jugis, segmentis sessilibus, ovatis, crenato-dentatis, terminali flabellato, saepe petiolulato; umbellis longiuscule radiatis; involucro involucellisque pluriphyllis, phyllis lanceolatis; petalis albis, exterioribus valde radiantibus; fructu ovato-orbiculato, dorso papilloso, margine albo valde incrassato, eleganter crenato, vittis tenuissimis.

β. **heterocarpum** Heldr. — Fructu in eadem planta maximo et minori. — Exsicc.; Heldr. fl. hellen. a. 1898.

In arvis ruderatis regionis inferioris. Thessalia: pr. Kalabaka (Sint.); Acarnania: pr. Astacos (Nied.); Aetolia: pr. Mesolongion, mt. Chalkis (Nied.); Attica: pr. Eleusis (Haussk.), Athenas, mt. Lycabettus, ad Phaleron, pr. Liopesi, insula Salamis, Lero, in scopulo Rhaphti, insula Aegina (Heldr.); Euboea: pr. Kurbatzi (Wild.), insulae Petali (Münter); Argolis: insula Poros (Friedr.); Messenia: pr. Pylos (Chaub.); Cycladum insula: Cythnos (Tunt.), Naxos (Oertzen), Melos (Urv.), Syra, Teno (Weiss.), Thera (Heldr.); Creta: pr. Canea (Raul.), Kissamos (Rev.); Zante (Marg.), Cephalonia, Ithaca (Ung.), Corcyra (Spreitz); — *β.* insula Keos (Heldr.), Cythnos (Tunt.). — Mart. Maio. ☉.

21. Johrenia DC. coll. mem. V. p. 54.

1. **J. distans** Griseb. spic. I. p. 374 (*Caroselinum*); Hal. Beitr. fl. Achaia p. 21. — *J. graeca* Bois. et Spr. in ann. sc. nat. 1844 p. 305, Fl. or. II. p. 1011. — *Seseli tortuosum* S. et S. pr. I. p. 200 sec. Bois. l. c., non L. — Exsicc.: Heldr. herb. norm. n. 356 et 1331; Dörfl. fl. gr. n. 193.

Glabra, glauca; caule tereti, striato, saepe a basi ramoso, foliis inferioribus 2—3 pinnatisectis, laciniis linearibus mucronatis, foliis superioribus plerisque in vaginas reductis; umbellis inaequaliter 3—5 radiatis; involucro nullo; involucelli phyllis, lineari-setaceis; petalis luteis, integris, non radiantibus; mericarpiis oblongis, margine albo fungoso-incrassato cinctis.

In rupestribus regionis montanae, rare. Attica: mt. Parnes (Heldr.), Hymettus (Sprun.); mt. Parnassus pr. Dokanistra (Leon.); Achaia: pr. Megaspilaeon (Hal.), mt. Kyllene pr. Trikala (Orph.). — Maio, Jul. ♃.

22. Malabaila Hoffm. umb. p. 125.

a. Involucrum nullum; styli in fructu persistentes indurati.

1. **M. aurea** S. et S. pr. I. p. 192, Fl. gr. III. p. 75, t. 282 (*Heracleum*); Bois. fl. or. II. p. 1053; Spreitz. in ö. b. Z. 1887 p. 660;

Heldr. in ö. b. Z. 1889 p. 241; Gelmi in bull. soc. bot. ital. 1889 p. 449; Haussk. symb. p. 89; Hal. Beitr. fl. Epir. p. 23; Beitr. fl. Aetol. p. 6, Beitr. fl. Achaia p. 21; Bald. riv. coll. bot. Alb. 1896 p. 60. — *Lophotaenia aurea* Grieseb. spic. I. p. 377; Fraas fl. class. p. 143. — *Pastinaca rectistylis* Ces. in Linnaea XI. p. 320, t. 7; Friedr. Reise p. 275, 278 et 285. — *P. pimpinellifolia* Ch. et B. exp. p. 89, Fl. pelop. p. 19, non M. a B. —

Glanduloso-pubescens; caule erecto, sulcato-striato, ramoso; foliis pinnatisectis, 3—4 jugis, segmentis ovatis, inciso-dentatis, integris vel 2—3 partitis, foliorum superiorum lanceolato-linearibus; umbellis 2—9 radiatis; involucelli phyllis paucis, lineari-setaceis, deciduis; petalis luteis, non radiantibus; fructu minutissime puberulo, stylis emarginaturam superantibus, marginis seminis diametro paulo angustioris vel eum aequantis parte interiori diaphana et exteriori pallidiori parum tumida aequilatis; vittis dorsalibus interioribus angustissimis, saepe brevissimis, exterioribus arcuatis totum semen ambientibus, commissurae puberulae binis subdivergentibus. — Stirps polymorpha; variat caule elato crasso usque bipedali vel humili 10—15 cm tantum alto, foliis amplis vel parvis, umbellae radiis paucis vel numerosis, fructu 8—14 mm longo, obovato, orbiculato vel fere obcordato, vittis dorsalibus interioribus brevissimis vel seminis longitudinem dimidiam excedentibus, aequalibus vel inaequalibus; sed hae variationes praesertim fructus valde inconstantes sunt et interdum immo in uno et eodem specimine, vel tamen in plantis ejusdem loci occurrunt, quare species plures ab auctoribus distinctas nil nisi formas *M. aureae* esse censeo; tales sunt:

α. **typica.** — Umbellae 3—9 radiatae; mericarpia obovata 10—14 mm longa, basi rotundata vel angustata, margine seminis diametro parum angustiore, vittis dorsalibus interioribus saepius brevissimis. — Exsicc.: Heldr. herb. norm. n. 256; Orph. fl. gr. n. 905; Bald. it. alb. epir. IV. n. 27; Sint. it. thessal. n. 326.

β. **Burnatiana** Heldr. in ö. b. Z. 1889 p. 242 pro sp. — *M. aurea v. Grimburgiana* Heldr. herb. norm. n. 1238. — Umbellae 3—7 radiatae; mericarpia orbiculata vel suborbiculata, 9—12 mm diametro, margine seminis diametro aequilato, vittis dorsalibus interioribus saepius inaequalibus, altera seminis longitudinem dimidiam excedente. — In longitudinem stylorum differentium videre nequeo. — Exsicc.: Spreitz. it. jon. a. 1878; Bicknell herb. a. 1891, specimina transitoria; Heldr. herb. norm. n. 1238.

γ. **biradiata** Haussk. symb. p. 89 pro sp. — Umbella breviter biradiata, mericarpia suborbiculata, 8—9 mm diamitro, margine seminis diametro aequilato, vittis dorsalibus interioribus seminis longitudinem dimidiam subaequantibus. — Exsiccata non vidi sed ex descriptione vix crederem hanc plantam a *M. aurea* specifice differre.

In collibus herbidis, locis rupestribus regionis inferioris et montanae; *α* et *β* promiscue provenire videntur. Epirus: ad Sadovica pr. Janina

(Bald.), pr. Kalarrytes (Hal.); Thessalia: pr. Klinovo in Pindo tymphaeo (Sint.), pr. Aivali, Pharsalus (Haussk.), mt. Pelion pr. Paxedes (Heldr.); Aetolia: pr. Mesolongion (Nied.), mt. Chalkis (Heldr.) et Taphiasso (Hal.) ad sinum Patranum, mt. Korax pr. Musinitza (Leon.); mt. Parnassus (Sibth.); Attica: mt. Kerata (Haussk.), Cithaeron, Parnes, Hymettus (Heldr.); Euboea: mt. Dirphys (Pichl.), isthmus Corinthiacus, Acrocorinthus (Haussk.); Achaia: pr. Psatopyrgos (Grimb.), Lopesi, Megaspilaeon (Hal.), mt. Kyllene (Fraas); Arcadia: pr. Zulatika Gortyniae (Nied.); Argolis: Mykenae (Haussk.) Nauplia, insula Poros (Friedr.); Messenia: mt. Ithome (Heldr.), pr. Arcadia, Navarin, Methone (Chaub.); Laconia: mt. Taygetos pr. Mistra (Heldr.) et Sedlitza (Zahn), mt. Malevo (Fraas); Corcyra: pr. Potamo (Bickn.), Argirades, Bragagniotica (Spreitz) Pelleca, Scripero (Gelmi), Palaeokastrizza (Burn.). — Apr. Jul. ♃.

b. Involucrum polyphyllum, styli post anthesin evanidi.

2. **M. involucrata** Bois. et Sprun. in ann. sc. nat. 1844 p. 336, Fl. or. II. p. 1054; Ung. Reise p. 130; Weiss in z. b. G. 1869 p. 49; Spreitz. in z. b. G. 1887 p. 660; Heldr. in ö. b. Z. 1889 p. 242; Haussk. symb. p. 90; Hal. Beitr. fl. Achaia p. 21. — Exsicc.: Orph. fl. gr. n. 8; Heldr. herb. norm. n. 1239; Dörfl. fl. aeg. n. 127.

Pubescenti-canescens; caule erecto, sulcato-striato, ramoso; foliis pinnatisectis 3—6 jugis, segmentis ovatis, obtuse inciso-dentatis, interdum tripartitis, foliorum superiorum diminutis; umbellis 8—20 radiatis; involucri et involucelli phyllis lanceolatis, reflexis; petalis luteis, non radiantibus; fructu 10—14 mm longo, glabro, nitido, obcordato, basi attenuato, marginis seminis diametro aequilati vel latioris parte interiori diaphana exteriori pallidiori subtumida angustiori; vittis dorsalibus elongatis, omnibus aequilongis, seminis longitudinem dimidiam superantibus, exterioribus paulo latioribus, commissurae glabrae binis arcuatis.

β. **parnassica** Heldr. in ö. b. Z. 1889 p. 242, chlor. Parn. p. 19 pro sp. — *M. Tempskyana* Freyn et Sint. in bull. herb. Bois. V. p. 622. — Pubescentia rariore et vix canescente, fructu minore basi minus attenuato. — Exsicc.: Heldr. herb. norm. n. 660; Sint. it. thessal. n. 164.

In dumosis regionis submontanae usque in regionem abietinam adscendens. Euboea: in Petalium insula Xeronisi (Holzm.); Attica: mt. Pentelicon, Parnes (Heldr.); Elis: mt. Olenos (Hal.); Laconia: mt. Malevo (Orph.); Cycladum insula Syra (Weiss), Tenos (Leon.); Leucas: pr. Amaxichi (Spreitz.); — *β*. mt. Parnassus pr. Rachova (Heldr.); Thessalia: pr. Kalabaka (Sint.). — Apr. Jun. ♃.

3. **M. Psaridiana** Heldr. in ö. b. Z. 1889 p. 243. —

Gracilis, pedalis; a praecedente differt foliorum segmentis acute inciso-dentatis et praesertim fructu parvo, 9 mm longo 8 mm lato, marginis seminis parte interiori vix diaphana exteriori tumidi aequilata. Semina tantum vidi.

In mt. Taygetos Laconiae (Psarides). — Jun. ♃.

23. Opopanax Koch umb. p. 96.

1. **O. hispidus** Friv. in Flora 1835 p. 333 (*Ferula*); Griseb. spic. I. p. 378; Spreitz. in z. b. G. 1887 p. 660; Hal. in ö. b. Z. 1892 p. 370, Beitr. fl. Aetol. p. 6, Beitr. fl. Achaia p. 21; Haussk. symb. p. 89; Form. in Ver. Brünn 1896 p. 96. — *Pastinaca opopanax* S. et S. pr. I. p. 202, Fl. gr. III, p. 81, t. 288; Sieb. avis rem. p. 3; Ch. et B. exp. p. 89, Fl. pelop. p. 19; Fenzl. in Flora 1843 p. 462. — *Laserpitium opopanax* Friedr. Reise p. 278. — *Ferula opopanax* Fraas. fl. class. p. 143, non Spreng. — *Opopanax chironium* Marg. et R. fl. Zante p. 51, non Koch. — *O. orientale* Bois. in ann. sc. nat. 1844 p. 330, Fl. or. II. p. 1059; Raul. cret. p. 703; Heldr. fl. cephalon. p. 40. — Exsicc.: Orph. fl. gr. n. 887; Sint. et Bornm. it. turc. n. 1241; Sint. it. thessal. n. 818 et 1007; Dörfl. fl. aeg. n. 173. —

Caule erecto, striato, glabro vel inferne hispido, superne verticillatim ramoso; foliis petiolisque hispidis, inferioribus bipinnatisectis, segmentis oblongis argute cartilagineo-serratis, superioribus ad vaginas breves reductis; involucro et involucellis submonophyllis deciduis; petalis luteis, non radiantibus; mericarpiis obovatis, glabris, margine intus latiuscule hyalino valleculis latiore cinctis; commissura 6—8 vittata.

In olivetis, vinetis, locis dumosis regionis inferioris et montanae. Frequens in Thessalia a Pindo usque ad Olympum; Aetolia: pr. Mesolongion; pr. Rachova in mt. Parnasso (Hal.); Boeotia (Sibth.); Attica: in oliveto Athenarum, in valle Cephissi, pr. Kephissia, mt. Pentelicon, ad Phalerum (Heldr.); Euboea: pr. Vlachata (Heldr.); Corinthus (Fraas); Achaia: pr. Sikyon, Xylocastron (Heldr.), Megaspilaeon (Hal.); pr. Lechaena Elidis (Heldr.); Arcadia: pr. Klukines ad mt. Chelmos; mt. Malevo Laconiae (Orph.); Argolis: pr. Nauplia (Friedr.); Cycladum insula Cythnos (Tunt.), Paros (Protodikos), Keos (Heldr.), Naxos (Leon.); Creta: ad Voriza, Candia (Raul.); Zante (Marg.); Cephalonia: mt. Atro (Heldr.); Corcyra: pr. Manducchio, Potamo (Spreitz.). — Maio, Jul. ♃.

Obs. *O. chironium* Koch umb. p. 96 (= *Pastinaca opopanax* L. sp. p. 262) a priori foliorum segmentis plerumque amplioribus et praesertim fructus margine valleculis angustiori et commissura 12—14 vittata diversum, indicatur in Haussk. symb. p. 89 in Thessalia, sed vix crederem, hanc speciem occidentalem in ditione nostra provenire. —

24. Pastinaca L. gen. n. 362.

1. **P. opaca** Bernh. in Horn. hort. hafn. II. p. 961; Bois. fl. or. II. p. 1060. — Huc probabiliter *P. sativa* S. et S. pr. I. p. 202; Ch. et B. exp. p. 89, Fl. pelop. p. 19; Bois. l. c. quoad pl. graec. — Exsicc.: Heldr. it. thessal. n. 96; Sint. it. thessal. n. 1103.

Caule angulato-striato; foliis pinnatisectis, opacis, utrinpue pubescentibus, segmentis ovatis, basi saepe subcordatis lateralibus basi lobatis ternatisque, terminali trilobo; umbella 5—6 radiata; involucris et involu-

cellis nullis; fructu ovato, glabro. -- *P. sativae* L., foliorum segmentis supra nitidis, subtus fere glabris, umbella 6—10radiata, parum diversae. maxime affinis.

In herbidis dumosis regionis montanae, rare. Thessalia: in oropedio Neuropolis pr. Sermenikon (Sint.), in valle Agya mt. Ossa (Heldr.); Boeotia: pr. Orchomenos (Sart.); Peloponnesus: mt. Chelmos (Orph.); Archipelagus (Sibth.). -- Jul. Sept. ⊙.

25. Heracleum L. gen. n. 345.

1. **H. Pollinianum** Bert. fl. it. III. p. 433; Haussk. symb. p. 90; Bald. riv. coll. bot. Alb. 1896 p. 59. — *H. palmatum β. petasites* Bois. et Heldr. diagn. ser. 2 II. p. 93, Fl. or. II. p. 1040. — Exsicc.: Sint. it. thessal. n. 1203; Bald. it. alb. epir. IV. n. 357.

Caule crasso, sulcato; foliis cordato-suborbiculatis, palmatilobatis, superne viridibus glabratis, subtus pubescentibus, lobis ovato-triangularibus acutis; umbellis multiradiatis; involucro nullo; involucelli phyllis longe subulatis, margine membranaceis; petalis radiantibus; fructu obovato-orbiculari, retuso, glabro. — Planta elata, folia inferiora diametro saepe pedalia, fructus 1 cm usque longus.

β. **oetoeum** Bois. fl. or. suppl. p. 269 pro var. *H. palmati*. — Folia subtus adpressissime cana. — Exsicc.: Heldr. it. gr. septentr. a. 1879.

In rupestribus regionis subalpinae, rare. Epirus: mt. Konitza (Bald.); Thessalia: pr. Malakasi, Sermenikon (Sint.), mt. Zygos, Karava, Ghavellu (Haussk.); Elis: mt. Olenos (Heldr.); Laconia: mt. Taygetos (Psarid.); — *β.* in faucibus Ruphia mt. Oeta Phthiotidis (Heldr.). — Jul. Aug. ⊙.

2. **H. spondylium** L. sp. p. 249; S. et S. pr. I. p. 192; Ch. et B. exp. p. 90, Fl. pelop. p. 19; Bois. fl. or. II. p. 1043; Form. in D. bot. Mon. 1890 p. 43; Haussk. symb. p. 90. —

Caule crasso, sulcato; foliis pubescentibus; pinnatisectis, 2—3jugis, segmentis ovatis, lobatis vel palmatipartitis; umbellis multiradiatis; involucro nullo; involucelli phyllis lineari-subulatis; petalis radiantibus; fructu ovato, retuso, glabro.

In silvaticis regionis montanae, rare. Thessalia: in valle Acheloi pr. Kotura (Haussk.), pr. Selicany et Spilia in mt. Ossa (Form.); Achaia: pr. Patras (Sibth.). — Jul. Aug. ⊙. N. v.

Obs. *Zozimia absinthifolia* Vent. choix t. 22; S. et S. fl. gr. III. p. 74 t. 281 (*Heracleum*); Hoffm. umb. p. 145. = *H. tomentosum* S. et S. pr. I. p. 192. — A Sibthorpio in Graecia sine loco speciali indicata, in ditione nostra non crescit. Cl. auctor plantam probabiliter in Cypro legit.

Obs. *Anethum graveolens* L. sp. p. 263; S. et S. pr. I. p. 205; Dallap. prosp. p. 41; Heldr. fl. cephal. p. 40, chlor. Thera p. 29. — Colitur ad usum culinarem et hinc inde subspontaneum.

26. Peucedanum L. gen. n. 339.

A. Valleculae univittatae.

1. Sectio. *Selinoides* DC. pr. IV. p. 180. — Mericarpia late marginata, margo membranaceus diaphanus; involucrum polyphyllum. Flores albi.

1. **P. aegopodioides** Bois. fl. or. II. p. 923; Haussk. symb. p. 98 (*Physospermum*); Vand. in Sitzungsb. böhm. Ges. Wiss. 1888 p. 449. — *Aegopodium involucratum* Orph. in sched. — *Peucedanum serbicum* Petr. addit. fl. Nyss. p. 89. — *P. rivulare* Petr. l. c. p. 90. — Exsicc.: Sint. it. thessal. 1119.

Glabrum; caule erecto, subangulato-striato, fistuloso, parce ramoso; foliis inferioribus longe petiolatis, ambitu triangularibus, ternatim bipinnatisectis, segmentis magnis 5—7 cm longis, 2—4 cm latis, petiolulatis, ovatis vel oblongis, basi truncatis vel cuneatis, acute serratis, foliis superioribus vagina dilatata suffultis, pinnatisectis, segmentis ovatis incisis; umbellae radiis numerosis, pedicellisque pruinosis; involucro 3—6 phyllo, rarius 1—2 phyllo, phyllis lineari-subulatis; involucello polyphyllo, phyllis lineari-setaceis, pedicellos aequantibus; mericarpiis ovato-orbiculatis vel late ellipticis, apice leviter basi manifeste cordato-emarginatis, margine albo semini sublatiore, jugis filiformibus prominulis. — Habitu *Aegopodio* simile, quapropter Orphanides, qui primus plantam supra Brusnik pr. Bitolia Macedoniae a. 1862 sine fructu collegit, eam nomine *Aegopodium involucratum* salutavit.

Ad rivulos regionis subalpinae, rarissime. Thessalia: mt. Ghavellu (Haussk.) et in oropedio Neuropolis pr. Sermenikon in Pindo (Sint.). — Jul. Aug. ♃.

2. **P. cnidioides** Bois. et Heldr. diagn. ser. 2, II. p. 90, Fl. or. II. p. 1026; Heldr. chlor. Parn. p. 19; Hal. in ö. b. Z. 1897 p. 284. — Exsicc.: Heldr. herb. norm. n. 730; Orph. fl. gr. n. 884.

Glabrum; caule erecto, sulcato, solido, parce ramoso; foliis inferioribus longe petiolatis, ambitu triangularibus, 2—3 pinnatisectis, segmentis mediocribus, petiolulatis, cuneato-ovatis, 3—4 partitis et in lacinias oblongo-lineares obtusas mucronulatas fissis, foliis superioribus decrescentibus; umbellae radiis numerosis, pedicellisque scabridulis; involucri et involucelli polyphylli phyllis lanceolatis, hisce pedicellos subaequantibus; mericarpiis oblongis apice obtusis, basi cordato-emarginatis, margine albo semini aequilato, jugis filiformibus prominulis. — *P. austriaco* (Jacq.) affine, quod differt foliorum segmentis elongatis linearibus et mericarpiis basi vix retusis.

In silvaticis subalpinis, rare. Thessalia: mt. Olympus supra Hagios Dionysios (Orph.), mt. Pelion pr. Zagora (Aphent.); mt. Parnassus pr. Rachova (Heldr.). — Jul. Aug. ♃.

2. Sectio. *Taeniopetalum* Vis. fl. dalm. III. p. 49 pro gen.; Nym. consp. p. 286. — Mericarpia latiuscule marginata, margo tumidiusculus; involucrum nullum vel subnullum. Flores ochroleuci.

3. **P. obtusifolium** S. et S. pr. I. p. 189, Fl. gr. III. p. 70, t. 277; Deg. in ö. b. Z. 1897 p. 52. — *Pastinaca obtusifolia* DC. pr. IV. p. 190. — *Malabaila obtusifolia* Bois. fl. or. II. p. 1054. — Exsicc.: Aznav. pl. turc. a. 1892 et 1896 (Turcia).

Glabrum; caule erecto vel adscendente, angulato-sulcato, solido, parce ramoso; foliis inferioribus petiolatis, ambitu oblongis, bipinnatisectis, segmentis oblongis, pinnatifidis partitisve, coriaceis, laciniis parvis obovatis vel oblongis, obtusis, mucronatis; umbellis 5—6 radiatis; involucro nullo vel 1—2 phyllo, phyllis ovato-lanceolatis brevibus; involucello polyphyllo, phyllis triangulari-subulatis, pedicellos aequantibus; mericarpiis ovalibus, basi apiceque truncatis, margine cartilagineo albo interdum rubello, seminis diametrum dimidium aequante, jugis tenuissimis.

In arenosis maritimis Boeotiae (Sibth.), a recentioribus non lectum. Aug. Sept. ♃. N. v.

3. Sectio. *Eupeucedanum* DC. pr. IV. p. 178. — Mericarpia anguste marginata; involucrum oligophyllum vel nullum. Flores in nostris lutei.

4. **P. officinale** L. sp. p. 245; S. et S. pr. I. p. 188; Dallap. prosp. p. 39; Ch. et B. exp. p. 86, Fl. pelop. p. 18; Fraas fl. class. p. 141; Bois. fl. or. II. p. 1017; Heldr. fl. cephal. p. 40. —

Glabrum; caule erecto, striato, superne divaricatim ramoso; foliis inferioribus amplis, ternatim decompositis, laciniis elongatis, anguste-linearibus, foliis superioribus minus decompositis, umbellis inaequaliter multiradiatis; involucri et involucelli phyllis subulatis, illius caducis; mericarpiis ellipticis vel ovatis, margine dimidio semini vix aequilato, jugis prominulis, vittis latiusculis.

In maritimis, pratis humidis. Argolis: pr. Argos (Chaub.); Laconia (Sibth.); Cephalonia (Dallap.). — A. recentioribus non lectum; species pro Graecia dubia. — Jul. Sept. ♃.

5. **P. vittijugum** Bois. fl. or. II. p. 1018, suppl. p. 267; Form. in D. bot. Mon. 1891 p. 43, in Ver. Brünn 1895 p. 43; Hausk. symb. p. 89; Hal. Beitr. fl. Epir. p. 23, Beitr. fl. Thessal. p. 12; Bald. riv. coll. bot. Alb. 1895 p. 40. — Exsicc.: Orph. fl. gr. n. 858; Heldr. herb. norm. n. 1031; Sint. it. thessal. n. 1004 et 1431.

Glabrum, glauco-pruinosum; caule erecto, substriato, stricte ramoso; foliis inferioribus ambitu oblongo-lanceolatis, bipinnatisectis, segmentis ovatis, in lacinias lineares breves pinnatipartilis, foliis superioribus pinnatipartitis, summis linearibus, indivisis; umbellis valde inaequaliter 10—20 radiatis; involucro nullo; involucelli phyllis 2—3, linearibus; mericarpiis oblongis, margine semine 5plo angustiore, jugis filiformibus, vittis tenuibus.

In dumosis, silvaticis regionis montanae. Epirus: ad Kotorci pr. Kalenta (Bald.) et mt. Prosgoli et Micikeli distr. Janina (Form.), pr. Kalentini supra Arta (Hal.); Thessalia: in Pindo pr. Kastania, Vendista, Velitsena (Form.), Malakasi, Kalabaka, in oropedio Neuropolis,

ad monasterium Korona (Hausk.), pr. Cuka in mt. Chassia (Form.); Eurytania: pr. Karpenisi (Samar.); Phthiotis: in silva Muntzuraki ad mt. Kukkos et pr. Hypata (Heldr.); Aetolia: mt. Korax (Tunt.); Attica: mt. Parnes, pr. Kukurthi et Katoi (Heldr.); Euboea: mt. Dirphys pr. Steni (Heldr.); Arcadia: mt. Chelmos pr. Klukines (Orph.); Laconia: mt. Malevo pr. Hagios Joannes et Kastanitza (Orph.), mt. Taygetos pr. Gola (Sart.), pr. Rintamo (Psarid.). — Jun. Aug. ♃.

B. Valleculae 2—3 vittatae.

4. Sectio. *Palimbioidea* Bois. fl. or. II. p. 1014. — Mericarpia anguste marginata; involucrum oligophyllum vel nullum. Flores in nostro albido-virentes.

6. **P. creticum** Sieb. avis p. 3, rem. p. 3; Spreng. neu. ent. II. p. 148; Bois. fl. or. II. p. 1021. — *Sison alpinum* Sieb. Reise p. 317, t. 7; Roem. et Schult. syst. VI. p. 414. — *S. acaule* Sieb. in Flora V. p. 639. — *S. Sieberianum* DC. pr. IV, p. 111. — *Ormosolenia cretica* Tausch in Flora 1834 p. 348; Raul. cret. p. 764. — Exsicc.: Heldr. pl. cret. n. 1630.

Glabrum, glaucum; rhizomate carnoso; caule pumilo, tortuoso, simplici vel bifido; foliis omnibus radicalibus, longe petiolatis, trisectis vel pinnatisectis, unijugis, segmentis cuneato-orbiculatis, obtuse inciso-dentatis, lateralibus sessilibus, terminali petiolulato; umbellis inaequaliter 3—5 radiatis; involucro involucellisque nullis; fructu (juniore) pedicello breviore.

Inter lapides regionis superioris mt. Cretae: mt. Cignestosoro (Sieb.), mt. Stravopodia et Korfi-Kastron in mt. Sphacioticis, mt. Lassiti (Raul.). — Jun. Jul. ♃.

Obs. *P. venetum* Spreng. umb. p. 73 (*Selinum*); Koch syn. p. 305; Bois. fl. or. II. p. 1024. Indicatur a Mazziari sec. Bois. l. c. in insulis Jonicis et in Thessalia, sed probabiliter erronee. — *Imperatoria osthrutium* L. sp. p. 259, a Pieri fl. corc. p. 38, in Corcyra, ubi certe non crescit.

27. Bonannia Guss. fl. sic. syn. I. p. 355.

1. **B. graeca** L. sp. p. 252; ? Sieb. avis p. 3 rem. p. 3; (*Sium*); Hal. Beitr. fl. Achaia p. 21. — *Ferula nudicaulis* Spreng. neue ent. II. p. 149; DC. pr. IV. p. 174; non Nutt. — *Laserpitium resinosum* Presl del. Prag. p. 137. — *Ligusticum resinosum* Guss. pr. I. p. 335. — *B. resinifera* Guss. fl. sic. syn. I. p. 355. — *B. resinosa* Strobl in ö. b. Z. 1884 p. 174. — Exsicc.: Heldr. et Hal. fl. aeg. a. 1889; Hal. it. gr. II. a. 1893.

Glabra, glaucescens; caule erecto, striato, superne parce ramoso; foliis radicalibus rosulatis, ambitu oblongis, pinnatisectis, segmentis pinnatifido-incisis dentatisve, laciniis lanceolatis, inciso-serratis, foliis caulinis ad vaginam subaphyllam reductis; umbellis 12—20 radiatis; involucri et involucelli phyllis lineari-lanceolatis, brevibus; petalis aureis; fructu ovali, 6 mm longo, glauco. — Propter fructus a dorso parum compressos transitum ad *Seselineas* praebet.

In dumosis saxosis regionis submontanae, rarissime. Achaia: p Lopesi ad meridiem urbis Patras (Hal.); Cycladum insula Jos (Heldr. Creta (Sieb.). — Jun. Jul. ♃.

28. Ferula L. gen. n. 343.

1. **F. communis** L. sp. p. 246; Friedr. Reise p. 273; Fraas fl. class. p. 142; Heldr. Nutzpfl. p. 40; Raul. cret. p. 763; Bois. fl. or. II. p. 991; Hal. Beitr. fl. Achaia p. 21. — *F. nodiflora* S. et S. fl. gr. III. p. 72. t. 279; Fraas fl. class. p. 142; non L. sp. p. 247, quae sec. Guss. fl. sic. syn. I. p. 353 a *F. communi* foliorum laciniis brevibus laete virentibus, fructu suborbiculato-elliptico utrinque rotundato differre dicitur; at contra ab auctoribus aliis pro eadem specie habetur, quae postea a Koch syn. p. 302 *Ferulago galbanifera* denominata fuit. — *Ferula ferulago* Ch. et B. exp. p. 90, Fl. pelop. p. 20, non L. — Exsicc.: Heldr. herb. norm. n. 131. —

Glabra; caule crasso, subtiliter striato, valde elato, 3—5 m alto, opposite et verticillatim ramoso; foliis amplis, utrinque intense viridibus, pinnatim supra-decompositis, laciniis elongatis anguste linearibus flaccidis, superiorum vagina ampla limbo diminuto; bracteis ad basin pedunculorum inflorescentiae oblongis, deciduis; umbella centrali subsessili, lateralibus longe pedunculatis, pedunculis bracteolis binis oppositis suffultis; umbellis multiradiatis; involucronullo; involucelli phyllis lanceolato-linearibus, caducis; petalis aureis; fructu elliptico, margine semine 4plo angustiore, jugis tenuibus prominentibus; valleculis 1—3 vittatis, vittis seminis longitudinem dimidiam aequantibus, commissura 2—6 vittata.

In praeruptis, collibus aridis regionis inferioris et montanae. — Attica: in colle Munychiae ad Piraeum, copiose in scopulo Rhaphi (Heldr.), ad Phalerum (Fraas); Argolis: isthmus Dara (Friedr.); Achaia: pr. Megaspilaeon (Hal.); Arcadia, Messenia (Chaub.); Laconia: mt. Parnon (Fraas); Cycladum insula Tenos (Fraas), Amorgos (Heldr.); Creta: pr. Hagia Triada, Asomatos (Raul.). — Jun. Jul. ♃.

2. **F. glauca** L. sp. p. 247; Friedr. Reise p. 268; Bois. fl. or. II. p. 991; Haussk. symb. p. 89; Boissieu in bull. soc. bot. Fr. 1896 p. 285. — Icon: Rchb. t. 103. — Exsicc.: Reis. fl. gr. a. 1898.

Differt a praecedente foliorum laciniis latioribus, obtusiusculis, subtus glaucis, elevato uninerviis, fructibus subminoribus glauco-pruinosis, valleculis 3 vittatis, vittis seminis longitudinem subaequantibus.

β. **candelabrum** Heldr. et Sart. in Bois. diagn. ser. 2, VI. p. 83 Heldr. Nutzpfl. p. 40. — Vittarum intervalla veluti juga spuria prominentia. — Exsicc.: Heldr. herb. fl. hellen. n. 86.

In praeruptis, collibus aridis regionis inferioris et montanae. Thessalia: ad monasterium Meteora (Haussk.), pr. Kalabaka (Boissieu); Zante (Reiser). — β. Attica: mt. Parnes ad Panagia Kliston, mt. Pentelicon, Pharmacusarum insula Megali Kyra (Heldr.); Boeotia: pr. Lebadea (Orph.); Laconia: in parva insula pr. Kardamyle (Zahn). — Apr. Maio. ♃.

Obs. *F. tingitana* L. sp. p. 247, foliis eis *Anthrisci* similibus, Orphanides in insula Chios lecta (Fl. gr. exs. n. 897), in Cycladibus quirenda.

29. Ferulago Koch umb. p. 97.

1. Sectio. *Euferulago* Bois. fl. or. II. p. 996. — Vittae subquales; petioli costae secundariae ad ipsam in costa primaria insertionem gmento multifido decussato instructae.

a. Foliorum laciniae lineares.

α. Caulis ad nodos non incrassatus.

1. **F. galbanifera** Koch syn. p. 302. — *Ferula ferulago* L. sp. 247; S. et S. pr. I. p. 191; Sieb. avis p. 3, rem. p. 3; Ch. et B. p. p. 90, Fl. pelop. p. 20. — *Ferula nodiflora* Jacq. austr. app.. 5, an L. — *Ferulago nodiflora* Koch umb. p. 97. —

Glabra; caule erecto, sulcato-striato, superne verticillatim ramoso; liis inferioribus petiolatis, ambitu ovato-rhombeis, pinnatim supradecomsitis, laciniis linearibus mucronatis, foliis superioribus minoribus, in gina subsessilibus; umbellis numerosis, multiradiatis; involucri et inlucelli phyllis lanceolatis, brevibus; petalis luteis; fructu elliptico vel ovato, 11—16 mm longo, margine late alato, seminis diametro latiori, gis elevatis.

In rupibus insulae Cretae (Sibth.), postea a nemini lecta, quare inatio mihi dubia videtur. — Jun. Jul. ♃. N. v.

2. **F. monticola** Bois. et Heldr. diagn. ser. 2, II. p. 91, Fl. or. p. 1002; Janka Term. füz. III. p. 1, sep.; Heldr. chlor. Parn. 19; Form. in D. bot. Mon. 1891 p. 43; Haussk. symb. p. 89; Hal. tr. fl. Achaia p. 21; Bald. riv. coll. bot. Alb. 1895 p. 40. — Exsicc.: ldr. herb. norm. n. 42; Orph. fl. gr. n. 356.

Glabra; caule erecto, angulato-striato, superne stricte ramoso; foliis erioribus petiolatis, ambitu oblongo-lanceolatis, pinnatim supradecomitis, laciniis linearibus, mucronatis, foliis superioribus minoribus, sessilis; umbellae radiis numerosis, involucri et involucelli phyllis oblongis, vibus; petalis luteis; fructu elliptico, 10 mm longo, margine corticoso, inis diametro aequilato, jugis corticosis elevatis obtusis. — A praelente foliis ambitu oblongo-lanceolatis, laciniis brevioribus longius cronatis, involucri phyllis latioribus, jugis corticoso-incrassatis, anguus marginatis, stylis stylopodioque minoribus differt. —

In dumosis, silvaticis regionis montanae et subalpinae. Epirus: Prevesa (Bald.); Thessalia: pr. Malakasi (Form.), mt. Karava, Ghallu, ad monasterium Korona (Haussk.); Eurytania: pr. Laspi (Samar.); etolia: mt. Arapocephalo (Heldr.); mt. Parnassus pr. Rachova et Pania ldr.); Achaia: pr. Lopesi, Manesi, Kalavryta (Hal.), mt. Chelmos . Klukines (Orph.). — Loca nonnulla forsitan ad sequentem spectant. n. Jul. ♃.

3. **F. silvatica** Bess. en. pl. Volh. p. 44 (*Ferula*); Rchb. ic. bot. IV. p. 53, f. 555. — *Ferula Barrelieri* Ten. fl. nap. III. p. 8. — *Ferulago silvatica* v. *Orphanidis* Bois. et Heldr. diagn. ser. 2. II. p. 91. — Exsicc.: Sint. et Bornm. it. turc. n. 1249.

Differt a praecedente fructu parvo, ovato, 6 — 7 mm longo, margine corticoso, seminis diametro 3—4plo angustiore.

In locis similibus, quibus praecedens. Thessalia: mt. Olympus pr. Hagios Dionysios (Sint.); Achaia: pr. Megaspilaeon (Heldr.). — Jun. Jul. ♃.

β. Caulis ad nodos gibboso-incrassatus.

4. **F. nodosa** L. sp. p. 246 (*Peucedanum*); Bois. diagn. X. p. 3?, Fl. or. II. p. 1001; Raul. cret. p. 763; Heldr. fl. cephal. p. 40; Hal. in z. b. G. 1888 p. 756, Beitr. fl. Epir. p. 23, Beitr. fl. Achaia p. 2?, in ö. b. Z. 1897 p. 93; Haussk. symb. p. 89; Bald. viagg. Creta p. 5?, riv. coll. bot. Alb. 1896 p. 59; Form. in Ver. Brünn 1897 p. 68. — *Peucedanum creticum* DC. pr. IV. p. 182, non Sieb. — *Hammatocaulis cretica* Tausch in Flora 1834 I. p. 347. — *Ferula geniculata* Ch. et B. exp. p. 90, t. 9, Fl. pelop. p. 20, t. 10; Fraas fl. class. p. 142; non Guss. fl. sic. pr. I. p. 366. — *Ferulago geniculata* Bois. in ann. sc. nat. 1844 p. 324; non Guss. fl. sic. syn. I. p. 354, quae differt fructu majori, oblongo-elliptico, 15—20 mm longo, jugis crassioribus. — Icon.: Ch. et B. l. c., quoad fructus, qui eas *F. geniculatae* Guss. repraesentant, male. — Exsicc.: Heldr. herb. norm. n. 643; Bald. it. cret n. 67; Baen. herb. europ. n. 9257; Dörfl. fl. gr. n. 199.

Glabra, glaucescens; caule erecto, striato, subaphyllo, superne divaricatim ramoso; foliis radicalibus petiolatis, ambitu triangularibus, pinnatim supradecompositis, laciniis linearibus mucronatis; umbellae radiis 8—12, involucri involucellique phyllis oblongis vel ovatis, minutis; petalis luteis; fructu ovato-elliptico, 8—10 mm longo, anguste marginato, jugis dorsalibus elevatis, obtusis. — Caule nodoso-inflato inter affines discrepat.

In dumosis, ad vineas, regionis inferioris et montanae. Epirus: pr. Radima, Janina (Bald.), Kalarrytes (Hal.); Thessalia: supra Portum pr. Korona in Pindo (Heldr.), pr. Kerasia Sina in mt. Chassia (Form.); Doris: pr. Segditza, Amphissa (Hal.); mt. Parnassus pr. Rachova (Leon.); Boeotia: mt. Helicon (Fraas); Attica: mt. Cithaeron, Parnes, Hymettus (Heldr.), Pentelicon (Sprun.); Acrocorinthus (Orph.); Arcadia: pr. Zatuna (Orph.); Achaia: mt. Kyllene pr. Tricala (Orph.), pr. Lopesi, Hagios Vlasios, Planideri, Megaspilaeon (Hal.); Messenia: pr. Methone, Corone, Zarnate (Chaub.); Laconia: mt. Malevo (Fraas); Argolis: in citreto pr. Poros (Reinhold); Sporadum insula: Jura (Leon.), Psathura (Reiser); Cyclades: Keos (Heldr.), Cythnos (Tunt.); Creta: inter Arhanes et Pediada (Raul.), pr. Lakus (Bald.); insula Cythaera (Spreitz); Cephalonia: pr. Kutumo, Pylaros, Asso (Heldr.); Corcyra: in jugo Hagios Theodoros (Baen.). — Maio, Jun. ♃.

β. Foliorum laciniae setaceae.

5. **F. Sartorii** Bois. fl. or. II, p. 999. — Exsicc.: Heldr. herb. rm. n. 931.

Glabra; caule erecto, striato, superne ramoso; foliis inferioribus tiolatis, ambitu oblongo-lanceolatis, pinnatim decompositis, laciniis gustissimis, mucronatis, foliis superioribus minoribus, sessilibus; umllae radiis numerosis; involucri et involucelli phyllis oblongis, his pedillos aequantibus; petalis luteis; fructu ovato-elliptico, 8—10 mm longo, argine corticoso, dimidio semini aequilato, jugis corticoso-elevatis.

Ad margines vinetorum in submontosis insulae Andros Cycladum, ter coenobium Panagia Panachrantos et pagum Brachno, loco unico icusque noto (Sart.). — Jun. Jul. ♃.

2. Sectio. *Anisotaenia* Bois. fl. or. II. p. 997. — Vittae dorsales bquatuor aliis majores; petioli costae secundariae basi segmento decusto non instructae.

6. **F. thyrsiflora** S. et S. pr. I. p. 191, Fl. gr. III. p. 73, t. 30; Sieb. avis p. 3, in Flora I. p. 272 (*Ferula*); Koch umb. p. 98; aul. cret. p. 763; Bois. fl. or. II. p. 1005. — Exsicc.: Reverch. pl. et. n. 53.

Glabra, glaucescens; caule erecto, angulato-sulcato, ramoso; foliis tiolatis, ambitu triangularibus, ternatim supradecompositis, laciniis angusteiearibus elongatis, foliis superioribus decrescentibus; umbellis numerosis, eviter multiradiatis; involucri et involucelli phyllis lineari-lanceolatis; talis luteis; fructu anguste elliptico, 8 mm longo, angustissime margiito, jugis parum elevatis. — Foliis ternatis laciniis longissimis, petiolis stae secundariae basi nudis insignis.

In rupestribus regionis submontanae et montanae. Creta (Sibth.): faucibus montium Sphacioticorum Nipros, Knossu (Raul.), pr. Malaxa leverch.). — Jun. Jul. ♃.

9. Tribus. SESELINEAE Koch umb. p. 102.

30. Kundmannia Scop. introd. hist. nat. p. 116.

1. **K. sicula** L. sp. p. 252: Urv. enum. p. 32; Ch. et B. fl. lop. p. 18; (*Sium*); DC. pr. IV. p. 143; Marg. et R. fl. Zante p. 51; Weiss in z. b. G. 1869 p. 49; Raul. cret. p. 762; Bois. fl. or. II. 976. — *Ligusticum balearicum* L. mant. alt. p. 218. — *Brignolia istinacaefolia* Bert. in Desv. journ. II. p. 76. — Icon: Rchb. t. 58. - Exsicc.: Rev. pl. cret. n. 49.

Caule erecto, solido, striato, parce ramoso, inferne breviter pubescente; liis, praeter primordialia simplicia, bipinnatisectis, petiolatis, segmentis ssilibus, ovatis vel oblongis, serratis, interdum irregulariter 2—3 fidis, tiolo rachique foliorum hirtulis, caeterum glabris; umbellis 10—20 diatis, involucri et involucelli phyllis lineari-setaceis; petalis luteis, non diantibus.

In locis aridis, collibus incultis, rare. **Zante** (Marg.); Cycladum insula Melos (Urv.); Creta: pr. Kissamos (Rev.), Canea, Khalepa (Raul.). — Maio, Jun. ♃.

31. Foeniculum Adans. fam. II. p. 101.

1. **F. capillaceum** Gilib. fl. Lith. IV. p. 40; Form in Ver. Brünn 1895 p. 43. — *Anethum foeniculum* L. sp. p. 263; S. et S. pr. I. p. 203; Dall. prosp. p. 41; Ch. et B. exp. p. 90, Fl. pelop. p. 20; Fraas fl. class. p. 148; Clem. sert. p. 44. — *F. officinale* All. fl. ped. II. p. 25; Heldr. Nutzpfl. p. 39, Fl. cephalon. p. 40, chlor. Thera p. 13; Bois. fl. or. II. p. 975; Form. in D. bot. Mon. 1891 p. 43, in Ver. Brünn 1896 p. 96; Bald. viagg. Creta p. 53. — *F. vulgare* Gaertn. fruct. I. p. 105; Marg. et R. fl. Zante p. 50. — Icon: Rchb. t. 89. —

Glabrum, glaucescens; caule erecto, solido, striato, ramoso; foliis inferioribus petiolatis, 2—4 pinnatisectis, laciniis linearibus vel capillaceis, superioribus in vagina elongata sessilibus; umbellis 5—20 radiatis; involucro involucellisque nullis; petalis luteis, non radiantibus.

α. **typicum.** — Foliorum laciniis elongatis, capillaceis; umbellis multiradiatis. — Forma e cultura orta. — Cf. Haussk. symb. p. 90. — Exsicc.: Form. pl. thessal. a. 1895.

β. **divaricatum** Griseb. spic. I. p. 358 pro sp. — *F. officinale* *v. divaricatum* Haussk. symb. p. 91; Form. in Ver. Brünn 1896 p. 96. — Foliorum laciniis abbreviatis, linearibus, rigidis, mucronulatis, divaricatis; umbellis multiradiatis. — Exsicc.: Bald. it. cret. n. 157.

γ. **piperitum** DC. pr. IV. p. 142; Friedr. Reise p. 264; Raul. cret. p. 762; Bois. fl. or. II. p. 975; Hal. in ö. b. Z. 1890 p. 37; Form. in D. bot. Mon. 1890 p. 43; pro sp.; Haussk. symb. p. 90; Form. in Ver. Brünn 1897 p. 68. — Foliorum laciniis abbreviatis, linearibus, rigidis, mucronulatis, divaricatis; umbellis 5—7 radiatis. — Exsicc.: Sint. et Bornm. it. turc. n. 1261 et 1841.

In cultis, campis aridis, ad sepes, in ruderatis regionis inferioris et montanae passim per totam Graeciam. — Jun. Aug. ♃.

32. Silaus Bess. in Roem. et Schult. syst. VI. p. 36.

1. **S. peucedanoides** M. a B. fl. taur. cauc. I. p. 211 (*Bunium*); Kern. in ö b. Z. 1870 p. 91. — *Sium peucedanoides* Spreng. umb. p. 41. — *Silaus carvifolius* C. A. Mey. Verz. pfl. Cauc. p. 125. — *Selinum Rochelii* Heuff. in Roch. bot. Reise p. 78. — *Silaus virescens* Griseb. spic. I. p. 362; Freyn. in bull. herb. Bois. V. p. 619; vix *Bunium virescens* DC. mem. soc. gen. IV. prodr. IV. p. 116, quod species occidentalis et fructus stylopodio conico latitudine altiore (an semper) differre dicitur. — *Foeniculum Rochelii* Janka in ö. b. Z. 1879 p. 311. — Exsicc.: Heldr. it. thessal. IV. a. 1885.

Glaber; caule erecto, angulato-striato, parce et stricte ramoso; foliis petiolatis, ambitu oblongis, bipinnatisectis, laciniis oblongo-linearibus, mucronatis, margine scabridulis; umbellis inaequaliter 5—14 radiatis; involucri et involucelli phyllis lineari-setaceis, his pedicellos aequantibus vel superantibus; petalis pallide luteis, non radiantibus; mericarpiorum valleculis 1—2 vittatis; stylopodio depresso conico, altitudine latiore.

In pratis humidiusculis regionis montanae et subalpinae. Thessalia: mt. Sina pr. Malakasi (Sint.), in oropedio Neuropolis (Heldr.) in Pindo. — Jun. Jul. ♃.

33. Crithmum L. gen. n. 340.

1. **C. maritimum** L. sp. p. 246; S. et S. pr. I. p. 189; Ch. et B. fl. pelop. p. 18; Marg et R. fl. Zante p. 51; Fraas fl. class. p. 141; Clem. sert. p. 44; Heldr. Nutzpfl. p. 40, Fl. cephal. p. 40, Fl. Aegina p. 300; Weiss in z. b. G. 1869, p. 49; Raul. cret. p. 762; Bois. fl. or. II. p. 977. — *Crithimum marinum* Dallap. prosp. p. 39. — Icon: Rchb. t. 59. — Exsicc.: Orph. fl. gr. n. 742 (Hagion Oros).

Glabrum, suffrutescens; caulibus adscendentibus, striatis, ramosis; foliis carnosis, in lacinias lineari-lanceolatas acutas pinnati- vel bipinnatisectis; umbellis multiradiatis; involucri et involucelli phyllis lanceolatis; petalis virescenti-albidis, exterioribus haud radiantibus.

In rupibus maritimis. Attica: ad Piraeum, Porto Raphti, insula Aegina (Heldr.); Cycladum insula Syra (Weiss), Tenos (Sart.), Melos (Armenis); Peloponnesus: ad sinum Laconicum a Marathonisi usque Scutari, a Gargaliano usque Arcadia Messeniae (Chaub); Elis: pr. Kunupeli (Heldr.); Zante (Marg.); Cephalonia: pr. Argostoli, Steno, Poros (Heldr.); Corcyra (Clem.); Creta: insula Grabusa, ad Mavromolo pr. Kissamos, pr. Canea (Raul.). — Aug. Sept. ♃.

34. Sclerochorton Bois. fl. or. II. p. 968.

1. **S. junceum** S. et S. pr. I. p. 200 (*Seseli*); Bois. fl. or. II. p. 969; Hal. in z. b. G. 1888 p. 756; Heldr. chlor. Parn. p. 19. — *Seseli stylare* Bois. et Heldr. diagn. VI. p. 60. — Exsicc.: Orph. fl. gr. n. 30; Heldr. herb. norm. n. 385.

Glabrum, glaucescens; caulibus numerosis, junceis, a basi ramosissimis, ramis intricatis; foliis radicalibus tripinnatisectis, laciniis linearibus, remotis, brevibus, foliis caulinis diminutis, pinnatisectis, summis linearibus integris; umbellis 2—3 radiatis, radiis elongatis; involucri involucellique phyllis 2—3, linearibus, brevibus; fructu maturo ignoto.

In rupestribus regionis alpinae, rare. Doris: mt. Kiona (Hal.); mt. Parnassus (Guicc.); Achaia: mt. Kyllene (Orph.); Laconia: mt. Taygetos (Heldr.). — Jul. Aug. ♃.

35. Cnidium Cuss. in mem. soc. med. Par. 1782 p. 280.

1. **C. silaifolium** Jacq. fl. austr. V. p. 52, t. 44 (*Laserpitium*); Simk. en. fl. Trans. p. 259. — *Ligusticum cicutaefolium* Vill. hist.

pl. Dauph. II. p. 612. — *Ligusticum apioides* Lam. dict. III. p. 577. — *C. apioides* Spreng. umb. p. 40; Bois. fl. or. II. p. 971; Heldr. fl. cephal. p. 40, chlor. Parn. p. 19; Hal. in z. b. G. 1888 p. 756. in ö. b. Z. 1890 p. 37; Haussk. symb. p. 91; Bald. riv. coll. bot. Alb. 1895 p. 40; Form. in Ver. Brünn 1897 p. 68. — *C. athoum* Griseb. spic. I. p. 363; Form. in D. bot. Monat. 1891 p. 43. — Exsicc.: Heldr. herb. norm. n. 30; Bald. it. alb. epir. III. n. 56; Dörfl. fl. gr. n. 186 et 236.

Glabrum, caule striato, stricte ramoso; foliis inferioribus ambitu oblongis, bipinnatisectis, segmentis in lacinias oblongo-lineares vel lanceolatas mucronatas pinnatipartitis, foliis superioribus ad vaginam paucilaciniatam vel nudam reductis; umbellis multiradiatis; involucri et involucelli phyllis lineari-setaceis; fructus ovati jugis alatis.

β. **orientale** Bois. in ann. sc. nat. 1844 p. 299 pro sp. — Foliorum laciniae latiores, oblongo-cuneatae, minus profundae dissectae. — Formis intermediis ad typum transit. — Exsicc.: Sint. it. or. a. 1889 n. 1842, it. thessal. n. 1206.

In rupestribus regionis subalpinae. Epirus: mt. Murga distr. Paramythia (Bald.); Thessalia: in oropedio Neuropolis, ad monasterium Korona (Haussk.), mt. Ghavellu, pr. Sermenikon in Pindo, mt. Pelion (Form.); Doris: mt. Kiona (Hal.); mt. Parnassus, mt. Dirphys Euboeae (Heldr.); Achaia: pr. Megaspilaeon, mt. Kyllene pr. Trikala et Phlamburitsa (Orph.); Laconia: mt. Malevo, Taygetos (Heldr.); Creta: pr. Drakona (Rev.); Cephalonia: mt. Rhudi (Heldr.); — *β.* in valle Prioni pr. Sermenikon (Sint.), pr. Korona (Form.), mt. Olympus supra Letochori (Sint.), mt. Oeta Phthiotidis (Heldr.). — Jul. Aug. ♃.

36. Athamanta L. gen. n. 338 p. p.

a. Foliorum laciniae lineares; vittae intrajugales nullae.

1. **A. densa** Bois. et Orph. diagn. ser. 2, V. p. 98, Fl. or. II. p. 970; Heldr. chlor. Parn. p. 19. — Exsicc.: Orph. herb. n. 2715.

Indumento denso brevissimo molliter velutina, grisea; caule crasso, humili, a basi ramoso, ramis abbreviatis erecto-patulis; foliis radicalibus caespitem densum formantibus, ambitu triangularibus, ternatim decompositis, laciniis linearibus brevibus, integris vel tripartitis; umbellis numerosis, 20—25 radiatis; involucri et involucelli phyllis oblongo-lanceolatis, albo-marginatis; fructus stylis longis rectis subdivergentibus. — Ab *A. cretensi* et affinibus indumento dense velutino, foliorum laciniis latioribus, umbellis breviter pedunculatis corymbum amplum formantibus, radiis numerosioribus egregie differt.

In rupibus praeruptis regionis superioris mt. Parnassus locis Chiarozasteno (Orph.), Kedrozasteno (Guicc.) et Mana (Heldr.) dictis, rarissime. — Jul. Aug. ♃.

Obs. *A. cretensis* L. sp. p. 245; Raul. cret. p. 762; in Creta non crescit. — Species dubiae: *A. annua* L. sp. p. 245; S. et S. pr.

I. p. 188; indicatur in Creta (Linné) et insula Melos (Sibth.). — *A. capillacea* Lam. dict. I. p. 325; Raul. cret. p. 762. — Creta.

b. Foliorum segmenta ovata, basi cordata vel cuneata; vittae intrajugales solitariae.

2. **A. macedonica** L. sp. p. 253 (*Bubon*); Spreng. in Schult. syst. VI. p. 491; Bois. fl. or. II. p. 970, suppl. p. 262; Form. in D. bot. Monat. 1891 p. 42, in Ver. Brünn 1895 p. 43, 1897 p. 68; Hausk. symb. p. 91, ubi historia speciei accurate perscripta; Hal. Beitr. fl. Thessal. p. 12, in ö. b. Z. 1897 p. 93; Bald. riv. coll. bot. Alb. 1896 p. 59. — *Libanotis macedonica* Bert. fl. ital. IV. p. 626. — *A. chiliosciadia* Bois. et Heldr. diagn. ser. 2, II. p. 86, Fl. or. II. p. 970; Hal. Beitr. fl. Epir. p. 23; Bald. riv. coll. bot. Alb. 1895 p. 40; 1896 p. 59. — Icon: Rchb. t. 93. — Exsicc.: Heldr. pl. gr. a 1848; Bald. it. alb. epir. III. n. 52, IV. n. 358; Sint. it. thessal. n. 1008.

Breviter crispule tomentella; caule erecto, striato, fere a basi crebre ramoso, thyrsoideo-paniculato, ramis ramulosis; foliis radicalibus longe petiolatis, ambitu triangularibus, 2—3pinnatisectis, segmentis petiolulatis vel sessilibus, grosse dentatis, indivisis et 2—3 lobis, foliis caulinis in segmenta pauca parva divisis vel indivisis; umbellis numerosissimis, breviter pedunculatis, breviter 5—18 radiatis; involucri et involucelli phyllis lineari-lanceolatis; fructu parvo, patule hispido, stylis longis deflexis.

β. **arachnoidea** Bois. et Orph. in atti congr. Firenze 1876 p. 214 solum nomen, Fl. or. suppl. p. 262 pro sp. — Indumentum densius et longius totius partis superioris, foliorum segmenta majora. — Exsicc.: Orph. herb. n. 570; Heldr. herb. norm. n. 1032. —

In rupestribus regionis montanae et subalpinae. Epirus: in colle Bilik (Form), pr. Kastrica et Han Viro pr. Janina, mt. Micikeli, nec non extra aream nostram ad fluvium Vajussa, in distr. Valona (Bald.), et pr. Kestoration (Chodzes), pr. Kalarrytes (Hal.); Thessalia: in valle Penei pr. Han Kukleus (Form.), Kokkino Lithari (Sint.), ad monasterium Meteora et Hagios Stephanos pr. Kalabaka (Haussk.); Aetolia: pr. Prusso ad mt. Arapocephalo (Samar.); Attica: mt. Parnes in rupe Ornito dicto et pr. Panagia Kliston (Heldr.); Euboea: mt Dirphys pr. Steni, mt. Xerovuni (Heldr.); Sporadum insula Jura (Leon.); Cycladum insula Melos (Fauché); Elis: mt. Olenos loco Katzeveli dicto (Heldr.); Leucas (Mazz.); Corcyra: ad Hagios Athanasios (Letourn.), Cap Phaskia (Bicknell); — *β.* pr. Aspra Spilaea in mt. Taygetos (Psarides). — Jul. Aug. ♃.

37. Seseli L. gen. n. 360.

1. Sectio. *Hippomarathroides* DC. pr. IV. p. 144. — Involucelli phylla basi concreta.

1. **S. crithmifolium** DC. pr. IV. p. 145 pro var. *S. gummiferi*; Bois. fl. or. II. p. 962; Heldr. in ö. b. Z. 1898 p. 184. — Icon.:

Tourn. voy. p. 88. — Exsicc.: Orph. herb. a. 1863; Heldr. pl. cyclad. a. 1881. —

Glaucum, breviter velutinum; caule crasso, striato, superne corymboso-paniculato, rarius subsimplici; foliis inferioribus ambitu ovatis, 2—3 pinnatisectis, laciniis lineari-cuneatis, 2—3fidis, foliis superioribus sursum diminutis; umbellae radiis 20—40, exterioribus longioribus; involucro oligophyllo vel nullo, umbellae centralis interdum polyphyllo; involucelli phyllis basi in discum concretis, linearibus, umbellulam compactam aequantibus; fructu oblongo, calycis dentibus eis 6plo brevioribus coronato. — *S. gummifero* Sm. maxime affine et ab eo indumento superne densiori et longiori et umbellae radiis numerosioribus vix specifice differt.

Ad rupes regionis inferioris, rarissime. Cycladum insulae: Pholegandros (Veneris), Amorgos supra coenobium Panagia (Heldr.), Nicuria (Tourn. voy. p. 78). — Jul. Aug. ♃.

2. **S. parnassicum** Bois. et Heldr. diagn. ser. 2, VI. p. 80, Fl. or. II. p. 963; Heldr. chlor. Parn. p. 19. — Exsicc.: Heldr. pl. gr. a 1856.

Caule erecto, striato, glabro, praeter umbellas laterales paucas simplici; foliis glabris, ambitu ovatis, in lacinias tenuiter lineari-subulatas 2—3 pinnatisectis, foliis superioribus paucis diminutis; umbellis 15—25 radiatis, radiis inaequalibus pedicellisque brevissimis pubescentibus; involucro oligophyllo; involucelli phyllis basi subconnatis, lanceolatis, umbellulam aequantibus; fructu ignoto. — *S. leucospermo* W. et K. affine, quod differt caule dichotomo, foliorum laciniis longioribus, radiis umbellarum brevioribus et involucelli phyllis e basi ovata acuminatis.

In rupibus regionis abietinae mt. Parnassus loco Gurna dicto pr. Rachova (Heldr.) et forsan in mt. Gionscala pr. Sermenikon in Pindo, ubi Sintenis specimina nondum florifera tantum legit et in it. thessal. n. 1205 distribuit. — Aug. Sept. ♃.

2. Sectio. *Euseseli* DC. pr. IV. p. 145. — Involucelli phylla libera.

3. **S. tortuosum** L. sp. p. 260; Ch. et B. fl. pelop. p. 19. — Icon: Rch. t. 65. — Exsicc.: N. v.

Glabrum, glaucum; caule crasso, striato, a basi ramosissimo, ramis divaricatis saepe intricatis; foliis inferioribus ambitu triangularibus, pinnatim vel ternatim in lacinias anguste lineares, rigidas, margine scabriusculus decompositis, superioribus sensim minoribus minusque divisis, summis in vaginam aphyllam reductis; umbellis inaequaliter 6—10 radiatis, radiis angulatis, rigidis, intus puberulis; involucro nullo vel oligophyllo; involucelli phyllis lanceolatis, acuminatis, albo-marginatis, ciliatis, umbellulam aequantibus; fructu ovato, puberulo, jugis crassis, obtuse carinatis.

β. **graecum** DC. pr. IV. p. 148. — *S. tortuosum β. brachylobum* Bois. fl. or. II. p. 964; Heldr. chlor. Parn. p. 19. — *S. puberulum* DC. pr. IV. p. 147, quod a Boiss. l. c. huc ducitur, ex de-

scriptione species alia esse videtur. — Foliorum laciniae duplo latiores, oblongae, apice sublatiores, obtusiusculae. — Exsicc.: Sint. et Bornm. it. turc. n. 1262 et 1845. —

In rupibus maritimis, collibus sterilibus. Messenia: pr. Kalamata (Chaub.), sed ex Bois. l. c. planta in Peloponneso indicata *Hippomarathri* sp. est; — β. Thessalia: pr. Litochori ad radices mt. Olympus (Sint.), pr. Rachova ad radices mt. Parnassus (Heldr.). — Jul. Sept. ♃.

4. **S. Tommasinii** Rchb. fil. ic. fl. germ. XXI. p. 34, t. 2045; Bois. fl. or. II. p. 965.

Glabrum, glaucescens; caule gracili, striato, a basi vel superne ramoso; foliis inferioribus ambitu oblongis, bipinnatisectis, laciniis anguste linearibus, acutis, margine scabriusculis, superioribus minus divisis, summis ad vaginam aphyllam reductis; umbellis inaequaliter 3—7 radiatis, radiis angulatis, intus scabridis; involucro nullo; involucelli phyllis lanceolatis, acuminatis, albo-marginatis, ciliatis, pedicellis subbrevioribus; fructu ovato, glabro, jugis crassis, obtuse carinatis. — A praecedente caule tenui, parce ramoso vel subsimplici, umbellis pauciradiatis, fructu glabro et toto habitu diversum.

In collibus aridis regionis inferioris. Insula Zante (Mazz.). — A recentioribus non lectum. — Aug. Sept. ♃. N. v.

Obs. Quid sit *S. annuum* Fraas fl. class. p. 146, nescio, certissime non species Linnéana, quae in Graecia non crescit. — Idem est quoque cum *S. pimpinelloides* S. et S. pr. I. p. 199, vix L. sp. p. 259, quod ex DC. pr. IV. p. 115 verosimiliter ad *Carum rigidulum* Koch pertinet.

38. Oenanthe L. gen. n. 352[1]).

1. Sectio. *Euoenanthe* Beitr. fl. Wien p. 421. — Radix fasciculata.

a. Umbellulae omnes pedunculatae.

α. Folia homomorpha vel subhomomorpha.

× Caulis basi stoloniferus; umbellulae fructiferae globosae; pedicelli fructiferi non incrassati; fructus turbinatus, basi attenuatus.

1. **O. fistulosa** L. sp. p. 354; Ch. et B. fl. pelop. p. 19; Bois. fl. or. II. p. 955; Haussk. symb. p. 94; Bald. riv. coll. bot. Alb. 1896 p. 59. — Icon: Fl. dan. t. 846. — Exsicc.: Bald. it. alb. epir. IV. n. 354.

Radicis fibris napiformibus oblongis vel filiformibus; caule fistuloso, saepius ramoso; foliis homomorphis, inferioribus 3—4 pinnatisectis, superioribus pinnatisectis, laciniis oblongo-linearibus linearibusve, integris vel trifidis; umbella primaria fertili, 2—3 radiata, radiis demum in-

[1]) Determinatio ob specierum limitationem incertam, nec non ob specimina exsiccata saepe incompleta interdum difficillima.

crassatis; umbellis lateralibus 3—7 radiatis, sterilibus; **involucro nullo** vel monophyllo; **involucellis polyphyllis**; floribus albis, late radiantibus; umbellulis fructiferis globosis, fructibus subsessilibus.

In fossis, pratis udis regionis inferioris et montanae. Epirus: pr. Lapsista dist. Janina (Bald.); Thessalia: in oropedio Neuropolis (Haussk.); Zante: pr. Keri (Reis.); Arcadia: in planitie Sinano pr. Megalopolis, et inter Menelaus et Sichia Laconiae (Chaub.). — Jun. Jul. ♃.

×× Caulis estolonosus; umbellulae fructiferae hemisphaericae; pedicelli fructiferi incrassati; fructus cylindricus vel obovatus basi saepe callo cinctus.

○ Foliorum radicalium laciniae setaceae; fructus cylindricus basi non callosus.

2. **O. tenuifolia** Bois. et Orph. diagn. ser. 2, VI. p. 79, Fl. or. II. p. 956; Haussk. symb. p. 93.

Radicis fibris filiformibus, versus apicem napuligeris; **caule a basi ramoso**, tenui, virgato; foliis subhomomorphis, radicalibus **ambitu oblongis**, bipinnatisectis, laciniis brevibus setaceis, caeteris **pinnatisectis**, laciniis longis angustissime linearibus, summis indivisis; **umbellis breviter** 5—6 radiatis, radiis demum subincrassatis; involucellis **breviter** polyphyllis; floribus albis, subradiantibus; umbellulis fructiferis compactis. — Radicis fibrae sec. auctores tenuissime filiformes, sec. **Haussk.** l. c. napuligeri. — Ab omnibus laciniis setaceis foliorum radicalium **distincta** (Bois. l. c.).

In nemorosis humidiusculis oropedii Neuropolis in Pindo dolopico (Haussk.). — Jun. Jul. ♃. N. v.

○○ Foliorum laciniae lanceolatae vel lineares; fructus basi annulo calloso cinctus.

. Fructus obovatus, apice subcontractus.

3. **O. marginata** Vis. fl. dalm. III. p. 38; Haussk. symb. p. 93.

Radicis fibris cylindricis; caule farcto, parce ramoso vel simplici: foliis homomorphis, subbipinnati- vel pinnatisectis, laciniis lineari-oblongis, summis foliorum inferiorum trifidis, caeteris integris; umbellis parvis, 5—7 radiatis; involucri 3—5 phylli involucellique polyphylli phyllis lanceolato-linearibus, acuminatis; floribus albis, vix radiantibus; **fructus jugis lateralibus mericarpii utriusque in marginem communem crassum suberosum concretis.** — Fructu obovato et jugis marginantibus crassis a proximis discedit. — Hanc atque speciem praecedentem, mihi e descriptione tantum notam ex cl. Hausskneeht symb. tantum enumero, qui ambas in Pindo crescere affirmat.

In pratis humidis oropedii Neuropolis in Pindo dolopico (Haussk.). — Jun. Jul. ♃. N. v.

. . Fructus cylindricus.

4. **O. silaifolia** M. a B. fl. taur. cauc. III. p. 232; Haussk. symb. p. 93. — Icon: Rchb. t. 52. — Exsicc.: Heldr. it. IV. thessal. a. 1885; Sint. it. thessal. n. 1432.

Radicis fibris elongato-clavatis; caule farcto, ramoso; foliis homomorphis, 2—3 pinnatisectis, laciniis breviter lanceolatis integris vel trifidis, superiorum paulo longioribus; umbellae radiis 4—6, demum vix incrassatis; involucro nullo; involucellis polyphyllis, phyllis lanceolatis brevibus; floribus albis, vix radiantibus.

In pratis uliginosis pr. Guvelzi (Sint.) et oropedii Neuropolis Pindi dolopici (Haussk.). — Jun. Jul. ♃.

5. **O. media** Griseb. spic. I. p. 352; Bois. fl. or. II. p. 958; Form. in D. bot. Monat. 1891 p. 42; Haussk. symb. p. 93; Bald. riv. coll. bot. Alb. 1896 p. 59; Hal. in ö. b. Z. 1897 p. 284. — ? *O. peucedanifolia* S. et S. pr. I. p. 196, vix Poll. — *O. silaifolia* Friedr. Reise p. 276. — Icon: Rchb. t. 56. — Exsicc.: Sint. it. thessal. n. 296; Bald. it. alb. epir. IV. n. 28.

Radicis fibris oblongis vel elongato-subcylindricis; caule fistuloso, ramoso; foliis subhomomorphis, 2—3 pinnatisectis, superioribus pinnatisectis, laciniis linearibus, superiorum paulo longioribus; umbellae radiis 5—8, demum incrassatis; involucro nullo vel oligophyllo; involucellis polyphyllis, phyllis lanceolatis brevibus; floribus albis, radiantibus. — A praecedente foliorum laciniis linearibus longioribus, umbellis 5—8 radiatis et praesertim petalis radiantibus differt.

In humidis regionis inferioris et montanae. Epirus: ad Perama pr. Janina (Bald.); Thessalia: in oropedio Neuropolis, pr. Orman Magula (Haussk.), Kalabaka (Sint.), Trikala, Karacair ad Larissa (Form.); Aetolia: pr. Mesolongion (Nied.); Attica: ad Phalerum (Sprun.); Euboea: pr. Kastaniotissa (Heldr.); Elis (Sibth.); Arcadia: pr. Glynitza (Orph.); Argolis: pr. Nauplia, Tirynthum (Haussk.), Argos (Reiser), Poros (Friedr.); insula Zante et Leucas (Mazz.). — Jun. Jul. ♃.

β. Folia heteromorpha, ima segmentis latioribus.

× Umbellae fructiferae radii tenues, non vel vix incrassati.

6. **O. pimpinelloides** L. sp. p. 255; S. et S. pr. I. p. 195; Ch. et B. exp. p. 87, Fl. pelop. p. 19; Ung. Reise p. 130; Raul. cret. p. 761; Bois. fl. or. II. p. 958; Heldr. chlor. Parn. p. 19; Haussk. symb. p. 93; Hal. Beitr. fl. Achaia p. 21, in z. b. G. 1899 p. 712; Form. in Ver. Brünn 1895 p. 43, 1896 p. 95. — Icon: Jacq. fl. austr. IV. t. 394. — Exsicc.: Sint. it. thessal. n. 481; Dörfl. fl. aeg. n. 167.

Radicis fibris filiformibus, versus apicem napuligeris; caule subfistuloso, ramoso; foliis radicalibus 2—3 pinnatisectis; segmentis uniformibus, vel ovatis crenatis vel inciso-pinnatifidis, intermediorum laciniis breviter linearibus, superioribus in lacinias lineares elongatas pinnatisectis vel indivisis; umbellis 6—8 radiatis; involucro nullo vel oligophyllo; involucelli phyllis lineari-lanceolatis; petalis albis, radiantibus; umbellulis fructiferis compactis, superne planis; fructu cylindrico, pedicello incrassato subaequilongo, basi annulo calloso cincto.

In pratis humentibus, nec non in dumosis siccis regionis inferioris et montanae. Thessalia: mt. Dokimi (Form.), pr. Wutades in Pindo

tymphaeo (Sint.), ad monasterium Korona, pr. Orman **Magula** (Haussk.); Acarnania: pr. Vonitza (Heldr.); **Aetolia**: pr. Mesolongion (Nied.); mt. Parnassus (Guicc.); **Euboea**: pr. Kastaniotissa (Heldr.); **Elis** (Sibth.): pr. Lintzi (Heldr.); **Achaia**: pr. Saradi (Hal.); **Arcadia**: pr. Leontari (Heldr.); Messenia: pr. Pylos, Messene (Chaub.), **Kalamata** (Zahn); Creta: pr. Nerokuru, Suda, Rumata, Potamies (Raul.); insula Naxos (Leon.); Corcyra (Ung.). — Maio, Jun. ♃.

7. **O. Jordani** Ten. fl. nap. III. p. 316; Haussk. symb. p. 93. —

Differt a praecedente radicis fibris non napuligeris, caule farcto, umbellulis fructiferis subglobosis, fructibus cylindricis vel obverse oblongis, basi ecallosis.

In humidis oropedii Neuropolis in Pindo dolopico (Haussk.). — Jun. ♃. N, v.

×× Umbellae fructiferae radii incrassati.

8. **O. angulosa** Griseb. spic. I. p. 354; Haussk. symb. p. 93. — Exsicc.: ? Orph. fl. gr. n. 909 (specimina valde incompleta).

Radicis fibris aliis filiformibus, aliis incrassatis; caule subfistuloso ramoso; foliis inferioribus 3 pinnatisectis, segmentis cuneato-ovatis, pinnatifidis partitisque, superioribus pinnatisectis laciniis linearibus elongatis; umbellae radiis 8—12, fructiferis incrassatis; involucro subnullo; involucelli phyllis lineari-lanceolatis; petalis albis, radiantibus; umbellulis fructiferis contractis, hemisphaericis; fructu cylindrico, 3 mm longo, pedicello incrassato aequilongo, basi annulo calloso cincto, jugis filiformibus. — Medium tenere videtur inter *O. pimpinelloidem* et *O. incrassantem*. — Ulterius observanda.

In humidis maritimis ad Phalerum Atticae et pr. Tirynthum et Naupliam Argolidis (Haussk); ? Creta: pr. Kissamos, Canea (Rev. sub *O. callosa*). — Maio, Jun. ♃.

9. **O. incrassans** Ch. et B. exp. p. 87, t. 8; Marg. et R. fl. Zante p. 50; Weiss in z. b. G. 1869 p. 49; Spreitz. in z. b. G. 1877 p. 718, 1887 p. 660; Heldr. fl. cephal. p. 40; Hal. Beitr. fl. Achaia p. 22, in ö. b. Z. 1897 p. 284. — *O. incrassata* Ch. et B. fl. pelop. p. 19, t. 9; Bois. fl. or. II. p. 956 suppl. p. 261; Haussk. symb. p. 93. — Exsicc.: Orph. herb. n. 369; Rev. pl. cret. n. 247 (f. *intermedia*); Baen. herb. europ. n. 9293; Bald. it. cret. alt. n 4.

Radicis fibris aliis filiformibus, aliis apicem versum napuligeris; caule subfistuloso, ramoso; foliis inferioribus 3 pinnatisectis, segmentis ovatis, inciso-lobatis, superioribus pinnatisectis laciniis longe et anguste linearibus, summis indivisis linearibus elongatis; umbellae radiis 4—10, fructiferis inflato-incrassatis; involucro subnullo; involucelli phyllis lineari-lanceolatis; petalis albis, valde radiantibus; umbellulis fructiferis compactis hemisphaericis; fructu cylindrico-prismatico, 5 mm longo, pedicello incrassato quadruplo longiore, basi annulo calloso cincto, jugis filiformibus, interdum vix conspicuis. — Differt a praecedente caule saepius crassiori, foliorum radicalium segmentis minus divisis, umbellae radiis

valde inflatis, fructu fere duplo majori. — Specimina cretensia a Reverchon lecta umbellarum radiis minus incrassatis *formam intermediam* praebere videntur.

In locis humidis regionis inferioris et montanae. Boeotia: pr. Lebadea (Orph.), mt. Pateras (Heldr.); Achaia: pr. Patras (Hal.); Elis: pr. Lintzi (Heldr.); Argolis: pr. Nauplia (Haussk.), Argos (Reis.); Messenia: in mt. Kupe pr. Pylos (Chaub.); Creta: pr. Kissamos (Rev.), Canea ad fl. Jardanus (Weiss), ad Hagios Georgios distr. Monofatri (Bald.); Zante: pr. Tsilivi (Marg.); Cephalonia: pr. Lixuri (Heldr.); Corcyra: pr. Kastrades, insula Vido (Baen.), pr. Benizze, Potamo, cap Bianco (Spreitz.). — Apr. Jun. ♃.

b. Umbellula centralis sessilis, marginalibus sterilibus radiiformibus involucrata.

10. **O. prolifera** L. sp. p. 254; Raul. cret. p. 761; Bois. fl. or. II. p. 859. — Icon: Prosp. Alp. exot. p. 104; Jacq. hort. vindob. III. t. 62.

Radicis fibris cylindrico-subclavatis; caule farcto, corymbose ramoso; foliis homomorphis, bipinnatisectis, segmentis cuneato-ovatis, crenato-dentatis; umbellis pedunculis incrassatis suffultis; involucro nullo; floribus albis valde radiantibus; umbellula centrali fructifera, hemisphaerica, densissima, superne convexa; fructu sessili prismatico, jugis crassis.

In humidis Cretae (ex Prosp. Alp.). — Maio ♃. N. v.

2. Sectio. *Phellandrium* Koch syn. p. 293 — Radix fusiformis, fibrosa.

11. **O. aquatica** L. sp. p. 255 (*Phellandrium*). — *O. phellandrium* Lam. fl. fr. III. p. 432; Form. in Ver. Brünn 1896 p. 95; Bald. riv. coll. bot. Alb. 1896 p. 59. — Icon: Rchb. t. 55. — Exsicc.: Bald. it. alb. epir. IV. n. 119.

Caule fistuloso, divaricatim ramosissimo; foliis 2—3 pinnatisectis, segmentis parvis, ovatis, pinnatifido-incisis, foliorum submersorum elongato-capillaceis; umbellis 7—10 radiatis; involucro nullo; involucellis polyphyllis; floribus albis, vix radiantibus; fructu oblongo.

In stagnis, rivulis, fossis, rare. Epirus: ad lacum Lapsista distr. Janina (Bald.), ad lacum Nezeros in mt. Olympo (Form.). — Jun. Jul. ♃.

10. Tribus. SMYRNIEAE Koch umb. p. 133. —

39. Conium L. gen. n. 336.

1. **C. maculatum** L. sp. p. 243; S. et S. pr. I. p. 187; Dallap. prosp. p. 38; Ch. et B. exp. p. 85, Fl. pelop. p. 18; Fraas fl. class. p. 141; Heldr. Nutzpfl. p. 40, Fl. cephal. p. 40; Raul. cret. p. 768; Bois. fl. or. II. p. 922; Form. in D. bot. Monat. 1891 p. 41; Haussk. symb. p. 98. — *Anosmia idaea* Bernh. in Linnaea VII. p. 608, sec.

Aschers. in bot. Zeit. 1880 p. 17. — Icon: Jacq. fl. austr. II. t. 15C. — Exsicc.: Heldr. herb. a. 1872.

Glabrum; caule elato, striato, ramoso, inferne purpureo-maculato; foliis 2—3 pinnatisectis, segmentis ovato-oblongis, acutis, pinnatifido-incisis, superioribus sessilibus diminutis; umbellis 12—20 radiatis, radiis erecto-patentibus; involucri phyllis 5—6, ovato-lanceolatis, reflexis; involucelli dimidiatis, 3—4 phyllis vel saepius in unum 3—4 fidum connatis; mericarpiorum jugis saepe undulato-crenatis.

In ruderatis, ad vias, in sepibus regionis inferioris et montanae passim. Thessalia: ad monasterium Korona in Pindo, pr. Volo (Haussk.), pr. Selicany et Spilaea in mt. Ossa (Form.); Phthiotis, Aetolia (Fraas); Boeotia: pr. Thebas (Orph.), Orchomenos (Fraas); Attica: pr. Chasia, Melissi (Heldr.), Athenas, Megara (Sibth.); Elis: in pago Lechaena (Heldr.): Laconia: pr. Sparta, Mistra (Chaub.); Creta: pr. Retymo, mt. Lassiti, pr. Istakria (Raul.); Zante (Mazz.); Cephalonia: pr. Kukumilata (Heldr.), — Jun. Jul. ⊙.

2. C. **divaricatum** Bois. et Orph. diagn. ser. 2, V. p. 103; Haussk. symb. p. 98; Hal. Beitr. fl. Achaia p. 22; Bald. riv. coll. bot. Alb. 1895 p. 39, 1896 p. 59. — *C. maculatum β. divaricatum* Bois. fl. or. II. p. 922; Heldr. chlor. Parn. p. 19. — Exsicc.: Orph. herb. p. 1091; Heldr. herb. norm. n. 629.

Differt a praecedente caule divaricatim ramoso, non purpureo-maculato; foliorum laciniis latioribus; umbellis 6—15 radiatis, radiis divaricatis; involucro nullo vel subnullo; involucelli phyllis brevioribus; petalis majoribus; mericarpiorum jugis obtusis.

Ad sepes, in rupestribus regionis inferioris et montanae. Epirus: pr. Suli, Muspina, Janina (Bald.); Thessalia: pr. Pharsalum (Haussk.); Phocis: mt. Parnassus pr. Rachova (Heldr.); Attica: in faucibus mt. Parnes pr. Panagia Kliston (Heldr.); Achaia: pr. Lopesi (Hal.); Arcadia: pr. Zatuna (Orph.); Acrocorinthus (Haussk.); Laconia: mt. Malevo pr. Hagios Joannes (Orph.), mt. Taygetos pr. Anavryti (Heldr.). — Jun. Jul. ⊙.

40. Scaligeria DC. coll. mem. V. p. 70.

1. S. **cretica** Urv. enum. p. 31; Marg. et R. fl. Zante p. 50 (*Bunium*); Vis. fl. dalm. III. p. 70; Weiss in z. b. G. 1869 p. 50; Raul. cret. p. 769; Bois. fl. or. II. p. 875, suppl. p. 255; Spreitz in z. b. G. 1877 p. 718; Heldr. fl. cephal. p. 39; Gelmi in bull. soc. bot. ital. 1889 p. 449; Hal. Beitr. fl. Achaia p. 22, in ö. b. Z. 1895 p. 337; Bald. riv. coll. bot. Alb. 1895 p. 37. — *Bunium bulbocastanum* Sieb. Reise I. p. 482, non L. — *S. microcarpa* DC. pr. IV. p. 249; Haussk. symb. p. 98. — *Bunium junceum* Marg. et R. fl. Zante p. 50, t. 4. — *S. Tournefortii* Bois. in ann. sc. nat. 1844 p. 70. — Exsicc.: Orph. fl. gr. n. 903; Heldr. herb. norm. n. 178; in Magnier fl. sel. n. 3017; Rev. pl. cret. n. 250; Sint. it. thessal. n. 517. —

Glabra, radice ovato-napiformi; caule tereti, ramoso; foliis heteromorphis, radicalibus subternatim 2—3 pinnatisectis, segmentis petiolulatis, rhombeo-ovatis rotundatisve, crenato-serratis saepe trilobis, foliorum caulinorum inferiorum laciniis paucis, lineari-lanceolatis, caeteris ad vaginam reductis; umbellae radiis 5—15, tenuibus; involucro nullo; involucelli phyllis 1—3, linearibus; fructu globoso-didymo, stylis stylopodio duplo longioribus.

In saxosis et dumosis regionis inferioris et montanae frequens. Epirus: mt. Zalongo (Bald.); Thessalia: pr. Kastreiki (Sint.); Aetolia: pr. Mesolongion (Nied.); Boeotia: pr. Lebadea (Orph.); Attica: mt. Kerata, Parnes, Pentelicon, Hymettus, pr. Oropos, Raphina, Turco Vuni, Laurion (Heldr.); Euboea: insula Tragonisi Petalium (Holzm.); Megara, Acrocorinthus (Orph.); Argolis: pr. Poros (Heldr.), peninsula Methana, mt. Palamidi pr. Nauplia (Haussk.); Achaia: pr. Patras (Hal.); Laconia: mt. Malevo (Orph.), Taygetos (Heldr.), pr. Selitza (Zahn); Sporadum insula Jura (Reis.); Cycladum insula Syra (Weiss), Pholegandros (Orph.); Creta: pr. Canea (Weiss), Malaxa, Amalos (Rev.) in mt. Sphacioticis, mt. Ida (Heldr.), in fauce Hagia Rumeli, pr. Anopolis, Tripodo in mt. Sphacioticis (Raul.); Zante: mt. Scopo (Marg.); Cephalonia: pr. Argostoli, Hagios Soter, Same (Heldr.); Ithaca: mt. Skino (Spreitz.); Corcyra: pr. Pelleca (Gelmi). — Maio, Jun. ⊙.

41. **Physospermum** Cusson in mem. soc. med. Paris 1782 p. 279.

1. **P. aquilegifolium** All. fl. ped. II. p. 34, t. 63 (*Danaa*); Koch umb. p. 134; Bois. fl. or. II. p. 923. — Exsicc.: Orph. fl. gr. n. 296.

Glabrum; caule tereti, striato, superne nudo, ramoso; foliis inferioribus ambitu late triangularibus, ternatim bipinnatisectis, segmentis cuneato-rhombeis, profunde inciso-dentatis, foliis superioribus ad vaginam reductis; umbellis 10—15 radiatis; involucro et involucello polyphyllo, phyllis lanceolatis; fructus nitidi jugis tenuissimis.

In regione abietina, rare. Attica: mt. Parnes ad Hagios Mercurios (Heldr.); Achaia: mt. Kyllene (Orph.). — Jun. Jul. ♃.

42. **Smyrnium** L. gen. n. 363.

a. Rami et folia superiora alterna.

1. **S. rotundifolium** Mill. gard. dict. n. 2; Marg. et R. fl. Zante p. 53; Ung. Reise p. 130; Raul. cret. p. 768; Bois. fl. or. II. p. 925; Heldr. fl. cephal. p. 40, Fl. Aegina p. 301; Spreitz in z. b. G. 1887 p. 661; Gelmi in bull. soc. bot. ital. 1889 p. 499; Hal. Beitr. fl. Achaia p. 22; Bald. in nuovo giorn. bot. ital. 1894 p. 95. — *S. Dodonaei* Spreng. umb. p. 24; Friedr. Reise p. 283. — *S. perfoliatum var. β.* Ch. et B. exp. p. 89, Fl. pelop. p. 19. — Icon: Rchb. t. 196. — Exsicc.: Orph. fl. gr. n. 352; Heldr. herb. norm. n. 795; Baen. herb. europ. n. 9346.

Glabrum; radice napiformi; caule striato-angulato, non alato, superne ramoso; foliis inferioribus petiolatis, biternatisectis, segmentis ovatis crenato-dentatis, foliis superioribus cordato-amplexicaulibus, orbicularis, integris, rarius crenulatis; umbellae radiis 7—12, inaequalibus; involucro involucellisque nullis; fructu subgloboso, jugis parum prominulis; stylis reflexis.

β. **ovatifolium.** — Folia superiora ovata vel ovato-oblonga, media saepe subcoarctata. — Exsicc.: Reverch. pl. cret. n. **249**, in Baen. herb. europ. n. 5239.

In olivetis, dumosis regionis inferioris et submontanae. Thessalia: pr. Velestinos (Heldr.); Acarnania: pr. Vonitza (Lakon); Aetolia: mt. Aropocephala (Heldr.); Attica: mt. Pateras, Parnes, Pentelicon, pr. Kephisia (Heldr.), Baffi (Orph.); Achaia: mt. Panachaicon, pr. Lopesi, Kalavryta, Megaspilaeon (Hal.); Arcadia: pr. Peristeri ad mt. Chelmos (Orph.), Leondari (Chaub.); Messenia: pr. Messene, Methone (Chaub.), Korone (Friedr.); insula Aegina: mt. Oros (Heldr.); Creta: pr. Rhodovani, Epanochorio, Perama, Damasta (Raul.); Zante (Marg.); Cephalonia (Schmidt); Corcyra: pr. Govino (Baen.), Hagios Deca (Spreitz.), Potamo (Bald.); — *β.* Creta: ad Amalos (Reverch.). — Apr. Jun. ⊙.

2. **S. perfoliatum** L. sp. p. 262; S. et S. pr. I. p. 202, Fl. gr. III. p. 82, t. 289; Sieb. avis p. 3, rem. p. 3; Fraas fl. class. p. 148; Raul. cret. p. 768; Bois. fl. or. II. p. 925; Spreitz. in z. b. G. 1877 p. 718; Form. in D. bot. Monat. 1891 p. 41, in Ver. Brünn 1895 p. 42, 1896 p. 94, 1897 p. 67; Haussk. symb. p. 98. — *S. Dioscoridis* Spreng. umb. p. 25. — Exsicc.: Sint. it. thessal. n. **327**; Dörfl. fl. gr. n. 321. —

Differt a praecedente, cui habitu persimile, caule angulato-sulcato, angulis alato, foliis ovatis vel oblongis, crenato-dentatis.

In locis similibus, quibus praecedens. Epirus: pr. Prevesa, Agiotoma, Nikopolis, Mitikas (Form.); Thessalia: pr. Vitomo in Pindo tymphaeo (Sint.), mt. Ghavellu pr. Sermenikon (Haussk.), pr. Kastania, Vendista, Velestinos, Trikala, Vlachava, Konisko, Lechonia, Limogardi, Metalion, Longici, pr. Spilia et Ambelakia in mt. Ossa (Form.); Aetolia: mt. Vardusia (Leon.); Attica: mt. Parnes, Pentelicon (Fraas); Euboea: pr. Kurbatzi (Wild.); Corcyra (Sibth.); Creta: pr. Gasturi, Benizze, Hagios Deca (Spreitz.), Kipuria, Potamos, Kontokali (Form.); sed loca nonnulla forsan plurima ad speciem praecedentem pertinent. — Maio, Jul. ⊙.

b. Rami et folia superiora opposita.

α. Folia caulina saltem superiora amplexicaulia indivisa.

3. **S. Orphanidis** Bois. fl. or. II. p. 925; Hal. Beitr. fl. Aetol. p. 6. — Exsicc.: Heldr. herb. norm. n. **1241**.

Glabrum; radice napiformi; caule angulato-sulcato, superne opposite ramoso; foliis radicalibus petiolo lato vaginaeformi suffultis, triternatisectis, segmentis cordato-ovatis, lobato-dentatis, foliis caulinis inferioribus ovato-subcordatis, grosse lobatis obtuseque dentatis, petiolo vaginaeformi

latissimo suffultis, superioribus oppositis, ovato-cordatis, amplexicaulibus, crenato-dentatis; umbellae radiis 15—20, subaequalibus; involucro involucellisque nullis; fructu subgloboso, jugis prominulis, stylis reflexis.

In dumosis lapidosis regionis inferioris et montanae, rare. Aetolia: ad radices mt. Chalkis pr. Krioneri ad sinum Patranum (Hal.); Attica: in regione abietina mt. Parnes pr. Hagia Triada et in faucibus Panagia Kliston (Heldr.); Peloponnesus: pr. Duliana Cynuriae (Tuntas). — Maio, Jun. ⊙.

4. **S. apiifolium** Willd. sp. I. p. 1468; Sieb. avis p. 3, rem. p. 3; Bois. fl. or. II. p. 927, suppl. p. 260; Aschers. in bot. Zeit. 1880 p. 17, in bull. soc. Linn Paris I. p. 225. — *Anosmia idaea* Raul. cret. p. 768; non Bernh., quae sec. Aschers. l. c. nil nisi *Conii maculati* forma. — ? *S. creticum* Mill. dict. n. 4. — Exsicc.: Sieber pl. cret.

Foliis radicalibus longe petiolatis, triternatisectis, segmentis minoribus oblongo-cuneatis, acute inciso-dentatis, caulinis inferioribus vagina brevi insidentibus, tripartitis, superioribus oblongo-cordatis, amplexicaulibus, acute inciso-dentatis, caeteris ut in praecedente.

In lapidosis montanis Cretae: mt. Lassiti (Sieb.), ad cacumen mt. Kophino distr. Messara, pr. Kritza distr. Mirabello (Raul.). — Apr. Maio. ⊙.

β. Folia caulina petiolata, inferiora subtriternatisecta, superiora trisecta.

5. **S. olusatrum** L. sp. p. 262; S. et S. pr. I. p. 203; Pieri corc. fl. p. 38; Dallap. prosp. p. 41; Sieb. in Isis 1823 p. 461; Chaub. et B. exp. p. 90, Fl. pelop. p. 19; Marg. et R. fl. Zante p. 53; Fraas fl. class. p. 148; Ung. Reise p. 130; Raul. cret. p. 768; Bois. fl. or. II. p. 927; Spreitz. in z. b. G. 1877 p. 718, 1887 p. 661; Heldr. fl. cephal. p. 40, Fl. Aegina p. 301; Gelmi in bull. soc. bot. ital. 1889 p. 499; Haussk. symb. p. 98; Hal. in ö. b. Z. 1897 p. 94. — Icon: Rchb. t. 194. — Exsicc.: Heldr. herb. dimorph. n. 31, herb. norm. n. 242; Sint. it. thessal. n. 297; Baen. herb. europ. n. 9345.

Glabrum; radice napiformi; caule sulcato-striato, superne opposite ramoso; foliis inferioribus longe petiolatis subtriternatisectis, segmentis ovatis, crenatis, saepe subtrilobis, caulinis vagina brevi ovata insidentibus trisectis; umbellae radiis 5—15, inaequalibus; involucro nullo; involucelli phyllis minimis vel obsoletis; fructu ovato-globoso, jugis prominentibus, argutis, stylis deflexis.

In ruderatis, locis glareosis, olivetis regionis inferioris et submontanae. Thessalia: ad Lechonia pr. Volo (Sint.); Sporadum insula Scopelos (Leon.); Acarnania: pr. Astakos (Nied.); Boeotia: pr. Lebadia (Orph.); Attica: in oliveto Athenarum, in colle Philopappo, Acropolis, pr. Perivolia et Conto in insula Aegina (Heldr.); Corinthus (Fraas); Peloponnesus (Sibth.): mt. Taygetos (Poniropulos); Cycladum insula: Keos (Heldr.), Tenos (Chaub.); Creta: pr. Canea, insula Dia, mt. Karadagh,

Lassiti (Raul.); Zante (Marg.); Cephalonia (Dallap.): pr. Pessada (Heldr.); Corcyra: pr. Kastrades (Baen.), Messaria, San Athanasio, Agro, San Deca (Spreitz.): — Apr. Maio. ⊙.

43. Lecokia DC. coll. mem. V. p. 67.

1. **L. cretica** Lam. dict. I. p. 259; Sieb. avis p. 3, in Flora I. p. 281; Fraas fl. class. p. 141; (*Cachrys*); DC. coll. mem. V. p. 67, t. 2; Raul. cret. p. 767; Bois. fl. or. II. p. 931. — *Scandix latifolia* S. et S. pr. I. p. 197, Fl. gr. III. p. 77, t. 284. — Exsicc.: Heldr. pl. cret. a. 1846; Bald. it. cret. alt. n. 320.

Glabra; caule striato-sulcato, superne subverticillatim ramoso; foliis inferioribus longe petiolatis, subternatim tripinnatisectis, segmentis oblongis, irregulariter dentatis, terminalibus interdum trifidis, foliis superioribus pinnatisectis, petiolo brevi vaginanti suffultis; umbellae radiis 6—10; involucro subnullo; involucelli phyllis subulatis; stylopodiis conicis, in stylos rectos attenuatis.

In dumetis regionis inferioris et montanae. Creta: ad ripas fl. Kladiso, pr. Platania (Raul.), in fauce Perivolia (Sieb.), mt. Psiloriti (Bald.), ad Males et Catharos in mt. Lassiti (Raul.). — Mart. Jun. ♃.

44. Hippomarathrum Link en. berol. I. p. 261.

1. **H. cristatum** DC. pr. IV. p. 238 (*Cachrys*); Bois. in ann. sc. nat. 1844 p. 75, Fl. or. II. p. 932, suppl. p. 260; Raul. cret. p. 267; Heldr. fl. cephal. p. 40. — *Cachrys sicula* S. et S. pr. I. p. 190, Fl. gr. III. p. 71, t. 278, non L. — *C. crispa* Sieb. avis rem. p. 3, non Pers. — Exsicc.: Heldr. pl. cret. n. 1573; Dörfl. fl. aegaea n. 46, herb. norm. n. 3928.

Glabrum; caule angulato-striato, opposite vel verticillatim ramoso; foliis radicalibus petiolatis, ambitu ovatis, in lacinias rigidas, sulcatas, anguste lineares, laeves, apice trifidas, mucronatas decompositis, caulinis subsessilibus diminutis; umbellis 10—12 radiatis; involucri et involucelli phyllis linearibus; fructus ovati vel ovato-oblongi, glabri vel ad valleculas papillis longis obsiti, jugis argutis cristato-dentatis; calycis dentibus triangularibus stylopodio longioribus.

In campis, collibus, cultis regionis inferioris, rare. Boeotia (Sibth.); Leucas: ad Hagios Petros (Mazz.); Cephalonia: ad Hagios Theodoros pr. Argostoli (Heldr.); Creta: pr. Kissamos (Heldr.). — Maio, Jun. ♃.

2. **H. pauciradiatum** Heldr. et Hal. fl. aegaea a. 1889 pro var. *H. cristati*.

Glabrum; caule angulato-striato, opposite vel verticillatim ramoso; foliis radicalibus crasse petiolatis, ambitu ovatis, in lacinias crassas breves, rigidissimas, sulcatas, scabras, apice brevissime trifidas, pungentes decompositis, caulinis sessilibus, valde diminutis; umbellis 4—6 radiatis;

involucri et involucelli phyllis lanceolatis, brevibus; fructus ovati, ad valleculas papillis longis dense obsiti, jugis argutis cristato-dentatis; calycis dentibus elongatis, lanceolatis, stylopodio multo longioribus. — Notis indicatis a praecedente specifice differre videtur.

In arvis insulae Jos Cycladum (Heldr.). — Maio, Jun ♃.

45. **Prangos** Lindl. in journ. sc. lond. 1825 n. 37 p. 7.

1. **P. ferulacea** L. sp. ed. 2 p. 358 (*Laserpitium*); Lindl. l. c. Haussk. symb. p. 98; Hal. Beitr. fl. Achaia p. 22; Bald. riv. coll. bot. Alb. 1895 p. 39. — Exsicc.: Heldr. it. Thessal. IV. a. 1885, pl. fl. hellen. a. 1887; Hal. it. gr. II. a. 1893; Bald. it. alb. epir. III. n. 53.

Caule angulato-striato, opposite vel verticillatim ramoso; foliis laevibus vel scabridulis, ambitu amplis late ovatis, in lacinias anguste lineares supradecompositis; umbellis 6—12 radiatis; involucri et involucelli phyllis lanceolatis; fructus ovati alis rectis, seminis diametro angustioribus.

In herbidis regionis abietinae, rare. Epirus: mt. Murga supra Suli distr. Paramythia (Bald.); Thessalia: mt. Baba inter Krania et Klinovo in Pindo tymphaeo (Haussk.); Elis: mt. Olenos supra Hagios Vlasios (Hal.); Achaia: mt. Kyllene pr. Phlamburitza (Heldr.). — Jun. Jul. ♃.

46. **Colladonia** DC. pr. IV. p. 240.

1. **C. colladonioides** Marg. et R. fl. Zante p. 52, t. 5 (*Heptaptera*). — *C. heptaptera* Bois. fl. or. II. p. 945; Spreitz. in z. b. G. 1877 p. 718; 1887 p. 661; Heldr. fl. cephal. p. 40; Haussk. symb. p. 98. — Exsicc.: Orph. fl. gr. n. 910; Heldr. pl. cephalon. n. 241.

Glabra vel pilis glochidiatis praesertim ad petiolos plus minus obsita; caule acute triquetro; foliis ambitu oblongo-lanceolatis, pinnatisectis, segmentis magnis, oblongis, indivisis vel trisectis; irregulariter crenatis, foliorum superiorum plus minus profunde trilobis, varie incisis; dentatisve, dentibus apice callosis, foliis summis ad vaginam reductis; umbellae radiis 10—12; involucri et involucelli phyllis lanceolatis; fructu obovato vel oblongo, mericarpio externo 4 alato, interno 3 alato, alis seminis diametro multo latioribus.

In collibus apricis regionis inferioris et montanae, rare. Argolis: ad ruinas castelli Mykenae (Haussk.); Laconia: mt. Malevo pr. Hagios Joannes (Orph.), in faucibus mt. Taygetos pr. Andruvista, Parori pr. Mistra, pr. Anavryti (Heldr.); Messenia: pr. Janitzanika, ad ripas fl. Nedon (Zahn.); frequens in insula Zante (Marg.); Cephalonia: pr. Lixuri, Kipuria, mt. Atro (Heldr.); Ithaca: mt. Skino (Spreitz.); Leucas: inter Theodori et Amaxichi, pr. monasterium Hagios Georgios (Spreitz.). — Apr. Jun. ♃.

11. Tribus. AMMINEAE Koch umb. p. 114.

1. Subtribus. *Scandicineae* Koch umb. p. 130.

47. Scandix L. gen. n. 357.

1. Sectio. *Pecten* Duby in DC. bot. gall. I. p. 240. — Fructus rostrum a dorso compressum.

1. **S. pecten Veneris** L. sp. p. 256; S. et S. pr. I. p. 197; Ch. et B. exp. p. 88, Fl. pelop. p. 19; Marg. et R. fl. Zante p. 52; Friedr. Reise p. 267 et 275; Fraas fl. class. p. 150; Clem. sert. p. 44; Weiss in z. b. G. 1869 p. 50; Raul. cret. p. 766; Bois. fl. or. II. p. 914; Spreitz. in z. b. G. 1877 p. 718; Form. in D. bot. Monat. 1891 p. 42; Forsyth in bull. herb. Bois. III. p. 87; Bald. riv. coll. bot. Alb. 1895 p. 38, 1896 p. 58; Heldr. fl. Aegina p. 300. — *S. pecten Veneris β. graeca* Haussk. symb. p. 94, quae a typo involucelli phyllis profundius divisis, fructu validiore, brevius pedicellato magis scabro et vallecullis bivittatis parum differt. — Icon: Jacq. fl. austr. t. 263. — Exsicc.: Heldr. herb. dimorph. n. 30; Sint. it. thessal. n. 14; Baen. herb. europ. n. 9333.

Pubescens vel glabrata; caule saepe a basi ramoso; foliis ambitu ovato-lanceolatis, in lacinias lineares 3—4 pinnatisectis; umbellae radiis 2, fructu duplo subtriplove brevioribus, demum incrassatis; involucro nullo; involucelli phyllis ovato-oblongis, ciliatis, saepius 2—3 fidis, pedicello incrassato parum longioribus; petalis albis parce subemarginatis vix radiantibus; fructus rostro a dorso valde compresso, margine scaberrimo, parte seminifero 3—4 plo longiore; stylis erectis, stylopodio 2—3 plo longioribus.

β. **brevirostris** Bois. fl. or. II. p. 915. — *S. pecten Veneris β. alpina* Raul. cret. p. 766, solum nomen. — Rostrum fructu 2 vel 2½ plo brevius, planta plerumque minor. — Exsicc.: N. v.

In avis, inter segetes, passim per totam Graeciam; — *β.* Creta: mt. Ida et Lassiti (Raul.). — Mart. Maio. ⊙.

2. **S. macrorrhyncha** C. A. Mey. ind. hort. Petrop. 1843 p. 88; Haussk. symb. p. 94. —

Differt a praecedente foliis ambitu oblongis, laciniis lineari-setaceis brevissimis, umbellae radiis 2—3, demum subincrassatis, involucelli phyllis integris, petalis emarginatis, fructus rostro convexo a dorso subcompresso et stylis stylopodium aequantibus vel vix longioribus. — In ditione var. *tymphaea* Haussk. symb. p. 94 hucusque reperta fuit, quae a typo glabritie totius plantae et involucelli phyllis non manifeste ciliatis differre dicitur.

In schistosis supra Malakasi in Pindo tymphaeo (Haussk.). — Jun. Jul. ⊙. N. v.

2. Sectio. *Wylia* Duby in DC. l. c. — Fructus rostrum a latere compressum.

3. **S. australis** L. sp. p. 257; S. et S. pr. I. p. 197, Fl. gr. III. p. 78, t. 285; Ch. et B. fl. pelop. p. 19; Friedr. Reise p. 281; Fraas fl. class. p. 150; Weiss in z. b. G. 1869 p. 50; Raul. cret. p. 766; Bois. fl. or. II. p. 917; Heldr. fl. cephalon. p. 39, Fl. Aegina p. 300; Hal. Beitr. fl. Achaia p. 22. — Exsicc.: Rev. pl. cret. n. 56; Heldr. herb. norm. n. 1240; Dörfl. fl. gr. n. 342.

Pubescens; caule saepe a basi ramoso; foliis ambitu ovato-lanceolatis vel ellipticis, in lacinias lineari-setaceas breves bipinnatisectis; umbella simplici vel 2—3 radiata, radiis fructu aequilongis vel parum brevioribus, demum vix incrassatis; involucro nullo; involucelli phyllis ovato-oblongis, ciliatis, integris, rarius bifidis, pedicello incrassato duplo longioribus; petalis albis, parvis, subretusis, parum radiantibus; fructus rostro a latere compressiusculo, margine scabro, parte seminifero duplo longiore; stylis erectis, stylopodio subduplo longioribus. — Praeter notas indicatas, statura gracili a praecedente discedit.

In herbidis, cultis regionis inferioris in alpinam usque adscendens. Aetolia: mt. Korax (Leon.); Boeotia (Bois.); Attica: pr. Athenas, mt. Lycabettus, pr. Eleusis, Daphni, mt. Hymettus, mt. Parnes, ad Phalerum, insula Salamis, Lero, Aegina (Heldr.); Megara, Argolis (Fraas); Achaia: mt. Chelmos pr. Sudena (Hal.), mt. Kyllene pr. Phlamburitza (Orph.); Arcadia: mt. Diaforti (Friedr.); Laconia: mt. Malevo pr. Hagios Joannes (Orph.); Messenia: pr. Corone (Chaub.); Cycladum insula Cythnos (Tuntas), Syra (Weiss); Creta: pr. Canea (Reverch.); Cephalonia (Schrader), Leucas (Mazz.). — Apr. Jun. ⨀.

4. **S. grandiflora** L. sp. p. 257; Ch. et B. exp. p. 82, Fl. pelop. p. 19; Friedr. Reise p. 281; Heldr. Nutzpfl. p. 40, Fl. Aegina p. 300; Bois. fl. or. II. p. 917; Hal. Beitr. fl. Achaia p. 22; Boissieu in bull. bot. France 1896 p. 285. — *S. falcata* Lond. act. soc. nat. Mosq. I. p. 57; ? Raul. cret. p. 766; non M. a B. fl. taur. cauc. I. p. 230, quae = *S. iberica* M. a B. l. c. I. p. 425, III. p. 236. — Icon: Rchb. germ. t. 2030. —

Pubescens; caule saepe a basi ramoso; foliis ambitu ovato-oblongis, in lacinias breves tenuissimas bipinnatisectis; umbella 3—5 radiata, radiis divaricatis patentibus, fructu saepissime longioribus, demum non incrassatis; involucro nullo; involucelli phyllis ovatis, ciliatis, subbidentatis, pedicello incrassato sublongioribus; petalis albis, exterioribus maximis, valde radiantibus, integris vel retusis; fructus rostro a latere compressiusculo, scabrido, parte seminifero 3—4 plo longiore; stylis erectis, stylopodio 2—3 plo longioribus. — Radiis numerosioribus et praesertim petalis exterioribus magnis valde radiantibus ab omnibus primo aspectu facile distinguenda.

α. **typica.** — Fructus omnes scabri, non hispidi. — Exsicc.: Dörfl. fl. gr. n. 917.

β. **erioclada** Heldr. pl. exs. a. 1844 n. 189. — *S. grandiflora v. intermedia* Hal. Beitr. fl. Achaia p. 22. — Fructus centralis um-

bellularum patule hispidus. — Exsicc.: Heldr. herb. norm. n. 362; Orph. fl. gr. n. 379. —

γ. **lasiactina** Bois. fl. or. II. p. 917; Hal. Beitr. fl. Achaia p. 22; Bald. riv. coll. bot. Alb. 1895 p. 38. — Fructus omnes patule hispidi. — Exsicc.: Hal. it. gr. II. a. 1883.

In arvis, saxosis, herbidis regionis inferioris in alpinam usque adscendens. Epirus: mt. Olycika supra Dodona (Bald.); Aetolia: mt. Korax (Leon); Boeotia: mt. Helicon (Orph.); Attica: mt. Pentelicon, Parnes, Corydalus, pr. Adames, Heracleon, in colle Ardetto, pr. Kamatero; insula Aegina: pr. Perivolia (Heldr.); Achaia: mt. Panachaicon, pr. Kalavryta (Hal.), mt. Kyllene pr. Zugra (Orph.); Corinthus (Bois.): Argolis (Sprun.); Arcadia: pr. Methydrion (Heldr.), mt. Diaforti pr. Andrizena (Friedr.); Messenia (Chaub.): mt. Ithome (Heldr,); Cycladum insula Keos (Boissieu); Creta (Raul.). — Apr. Jun. ⊙.

48. Anthriscus Hoffm. umb. p. 38.

a. Annuae, caulibus tenuibus.

α. Fructus linearis.

1. **A. cerefolium** L. sp. p. 257; Dallap. prosp. p. 40; (*Scandix*); Hoffm. umb. p. 41. — Icon: Fl. dan. t. 1640.

Caule erecto, ramoso, sub nodis tomentello; foliis bipinnatisectis, subtus ad nervos pilosis, segmentis ovatis, pinnatipartitis, obtuse lobatis; umbellis lateralibus, subsessilibus, oppositifoliis, 3—5 radiatis, radiis pilosis; involucro nullo; involucelli dimidiati phyllis 2—3, lanceolatis, ciliatis; petalis albis, radiantibus; fructu pedicello subincrassato longiore; rostro parte seminifero fructus duplo breviore.

α. **typica.** — Fructus glaber, nitidus. — Exsicc.: N. v.

β. **trichosperma** Schult. oestr. Fl. ed. 2, I. p. 504 (*Chaerophyllum* pro sp.; Endl. fl. poson. p. 336. — *Anthriscus trichosperma* Roem. et Schult. syst. VI. p. 525. — Fructus setuloso-muriculatus. — Exsicc.: Sint. it. thessal. n. 329.

Ad sepes, inter frutices regionis inferioris. Cephalonia (Dallap.), Zante (Mazz.); — β. pr. Kalabaka Thessaliae (Sint.). — Maio, Jun. ⊙.

β. Fructus ovatus vel ovato-oblongus.

2. **A. tenerrima** Bois. et Sprun. in ann. sc. nat. 1844 p. 60, Fl. or. II. p. 913; Haussk. symb. p. 94; Hal. in ö. b. Z. 1895 p. 260; Boissieu in bull. bot. Fr. 1896 p. 285. — *Scandix fumarioides* Ch. et B. exp. p. 88. Fl. pelop. p. 19, non W. et K. — *Anthriscus fumarioides* Friedr. Reise p. 286, non Spr. — *A. gracilis* Hampe in Flora 1842 I. p. 64, nomen solum. — Exsicc.: Heldr. herb. norm. n. 105; Orph. fl. gr. n. 911.

Caule erecto vel decumbente, flexuoso, ramoso, glabro; foliis parce setulosis, subternatim bipinnatisectis, segmentis ovato-rotundatis, obtuse 3—4 lobatis, foliorum superiorum laciniis paucis linearibus; umbellis sub-

oppositifoliis, tenuissime 3—4 radiatis, radiis glabris; involucro nullo; involucelli phyllis 5, ovatis, ciliatis; petalis albis, majusculis, non radiantibus; fructu ovato-oblongo, tuberculato-aculeato vel laevi, pedicello incrassato breviore; rostro parte seminifero fructus 4plo breviore. — A praecedente radiis glabris et fructu non lineari, a sequente foliorum segmentis non multifidis, petalis triplo majoribus et fructu magis elongato discedit.

In faucibus umbrosis, inter lapides regionis montanae. Acarnania: pr. Astakos (Nied.); Aetolia: mt. Arakynthos (Nied.), pr. Aetolikon (Reiser); Boeotia: pr. Larmes (Boissieu); Attica: mt. Lycabettus (Sart.), Hymettus, Parnes, Kerata, pr. Eleusis, insula Salamis (Heldr.); Acrocorinthus, mt. Malevo Cynuriae (Orph.); mt. Taygetos supra Mistra (Bois.); Messenia (Chaub.): mt. Ithome (Heldr.). — Apr. Maio. ⨀.

3. **A. scandix** Scop. fl. carn. ed. 2, I. p. 191 (*Caucalis*); Beck. fl. Hernst. p. 211. — *Scandix anthriscus* L. sp. p. 257; S. et S. pr. I. p. 198. — *Anthriscus vulgaris* Pers. syn. I. p. 320; Bois. fl. or. II. p. 912, suppl. p. 259; Haussk. symb. p. 94; Boissieu in bull. bot. Fr. 1896 p. 285. — Icon: Fl. dan. t. 863. — Exsicc.: Orph. fl. gr. n. 907.

Caule erecto, ramoso, glabro; foliis subtus ad nervos parce pilosis, tripinnatisectis, segmentis in lacinias minimas ovatas partitis; umbellis suboppositifoliis, tenuiter 3—6 radiatis, radiis glabris; involucro nullo; invollucelli phyllis 2—5, breviter lanceolatis, ciliatis; petalis albis, minutis, subradiantibus; fructu ovato, aculeis subulatis dense obsito, pedicello incrassato breviore; rostro parte seminifero fructus triplo breviore.

In neglectis, ruderatis regionis montanae. Thessalia: pr. monasterium Korona in Pindo dolopico (Haussk.), mt. Pelion pr. Kissos et Makrinitza (Heldr.), pr. Litochori in mt. Olympo (Boissieu); Laconia: mt. Malevo pr. Platanos (Orph.); Elis (Sibth.). —

b. Perennis, caule crasso fistuloso.

4. **A. nemorosa** M. a B. fl. taur. cauc. III. p. 237; Bois. fl. or. II. p. 911. — Huc spectat verosimiliter: *Chaerophyllum silvestre* S. et S. pr. I. p. 198; Ch. et B. exp. p. 88, Fl. pelop. p. 19; Friedr. Reise p. 281; non L. — Icon: Rchb. germ. t. 2026. — Exsicc.: Orph. fl. gr. n. 253.

Caule elato, ramoso, inferne saepe retrorsum hirto, superne glabro; foliis 3—4 pinnatisectis, supra glabriusculis, subtus ad nervos setuloso-hirtis, segmentis ovato-oblongis, in lacinias oblongo-lineares pinnatipartitis; umbellis pedunculatis, multiradiatis; involucro nullo vel monophyllo; involucelli phyllis 5, oblongis, ciliatis; petalis albis, radiantibus; fructu oblongo, tuberculis setula terminatis dense muriculato, pedicello non incrassato sublongiore; rostro brevissimo.

In regione abietina. Euboea: mt. Dirphys (Pichl.); Achaia: mt. Kyllene pr. Phlamburitza (Orph.), mt. Olenos (Heldr.); Arcadia: mt. Diaforti pr. Andrizena (Friedr.); Laconia: mt. Malevo pr. Hagios Joannes, Platanos (Orph.) et Kastanitza (Leon.). — Maio, Jun. ♃.

49. Chaerophyllum L. gen. n. 358.

a. Foliorum segmenta magna, indivisa, dentata.

1. **C. Heldreichii** Orph. in Bois. diagn. ser. 2, p. 104; Bois. fl. or. II. p. 909, suppl. p. 258. — Exsicc.: Orph. fl. gr. n. 118; Heldr. herb. norm. n. 932.

Caule elato, striato, ramoso, pilis adpressis sparsis obsito; foliis subternatim-bipinnatisectis, segmentis a basi truncata vel cuneata ovato-oblongis, grosse crenato-dentatis, subtus dense pubescentibus hypoleucis, foliis summis ad segmentum tripartitum reductis; umbellis multiradiatis, fructiferis amplis, radiis 5—10 cm longis; involucro nullo vel oligophyllo; involucelli phyllis lanceolatis, ciliatis; petalis albis, glabris; fructu longe lineari, 20—25 mm longo, pedicello incrassato suffulto; stylopodiis immarginatis, conico-elongatis, in stylos divergentes pungentes sensim abeuntibus. — Species insignis, a sequente foliis hypoleucis, umbellae fructiferae radiis longissimis, fructu fere duplo longiori, stylis pungentibus a stylopodio indistinctis optime differt.

In regione abietina, rarissime. Phthiotis: in faucibus Ruphia dictis mt. Oeta (Heldr.); Achaia: mt. Kyllene pr. Phlamburitza (Orph.), ad lacum Pheneon pr. Gura (Heldr.), mt. Chelmos pr. Stygem (Orph.). — Maio, Jul. ♃.

2. **C. aromaticum** L. sp. p. 259; Bois. fl. or. II. p. 908; Form. in D. bot. Monat. 1891 p. 42, in Ver. Brünn 1896 p. 95; Haussk. symb. p. 94. — Icon: Jacq. fl. austr. II. t. 150.

Caule elato, striato, ramoso, hispidulo, superne glabro; foliis subternatim-bipinnatisectis, segmentis a basi truncata vel cuneato-subcordata ovato-oblongis, acute serratis, subtus pubescentibus, foliis summis valde diminutis; umbellis multiradiatis, radiis fructiferis 3—5 cm longis; involucro nullo vel oligophyllo; involucelli phyllis lanceolatis, ciliatis; petalis albis, glabris; fructu breviter lineari, 10—15 mm longo, pedicello vix incrassato suffulto; stylopodiis submarginatis breviter conicis, stylis divaricatis coronatis.

β. **brevipilum** Murb. Beitr. fl. Südbosn. p. 117. — Caules et petioli pilis brevibus, mollibus, densis villoso-pubescentes. — Exsicc.: Heldr. it. IV. thessal. a. 1885.

In regione subalpina. Thessalia: pr. Chaliki, mt. Zygos, Karava, Ghavellu, pr. Sermeniko in Pindo (Haussk.); Aetolia: mt. Tymphrestus, in jugo Petra (Samarit.); Euboea: mt. Dirphys pr. Phleva (Heldr.); probabiliter loca omnia ad varietatem spectant. — Jun. Jul. ♃.

b. Foliorum segmenta in lacinulas pinnatifida vel partita.

α. Petala ciliata.

3. **C. hirsutum** L. sp. p. 258; S. et S. pr. I. p. 198; Ch. et B. exp. p. 89, Fl. pelop. p. 19; Bois. fl. or. II. p. 907. — Icon: Jacq. fl. austr. II. t. 148.

Plus minus hirsutum; caule erecto vel adscendente, fistuloso, striato, superne ramoso; foliis subternatim-bipinnatisectis, segmentis oblongis, inciso-lobatis pinnatifidisve, laciniis serratis; umbellis multiradiatis, involucro nullo, involucelli phyllis lanceolatis, acuminatis, ciliatis; petalis albis vel roseis, late emarginatis; fructu lineari; stylis rectis, apice arcuato-divergentibus, stylopodio conico longioribus.

Laconia (Sibth.). — Species pro Graecia dubia, a recentioribus non lecta. — Jul. Aug. ♃. N. v.

β. Petala glabra.

× Involucelli phylla ciliata; petala alba.

4. C. **aureum** L. sp. ed. 2 p. 370; Form. in D. bot. Monat. 1890 p. 42, in Ver. Brünn 1897 p. 68. — Icon: Jacq. fl. austr. I. t. 64.

Perenne, plus minus hirtum; caule erecto, solido, striato, ramoso, foliis 2—3 pinnatisectis, segmentis ovato-lanceolatis, acuminatis, basi pinnatifidis, laciniis pinnatifidis vel partitis, apice indivisis acute serratis; umbellis multiradiatis, involucro nullo vel monophyllo; involucelli phyllis lanceolatis, acuminatis, petalis profunde emarginatis; fructu lineari-oblongo; stylis divaricatis vel reflexis, stylopodio conico 4 plo longioribus.

β. **maculatum** Willd. en. hort. berol. suppl. p. 15 pro sp.; Bois. fl. or. II. p. 906; Heldr. chlor. Parn. p. 19. — *C. hybridum* Ten. fl. nap. I. prodr. p. 67. — Glabrescens, caulis saepe maculatus, foliorum segmenta latiora minus acuminata. — Exsicc.: Heldr. herb. norm. n. 231; Sint. it. thessal. n. 649.

In regione abietina. Thessalia: mt. Turnara pr. Chaliki (Sint.), mt. Itamos in mt. Agrapha, pr. Selicany et Spilia in mt. Ossa (Form.), mt. Olympus pr. Mavrolonghos, mt. Oeta (Heldr.); mt. Parnassus pr. Gurna (Heldr.); loca omnia probabiliter ad varietatem spectant. — Jun, Jul. ♃.

5. C. **temulum** L. sp. p. 258; Bois. fl. or. II. p. 903; Haussk. symb. p. 94. — Icon: Jacq. fl. austr. I. t. 65. — Exsicc.: Orph. herb. n. 2914.

Bienne, hirtum; caule erecto, solido, striato, ramoso, ad nodos incrassato; foliis bipinnatisectis, segmentis ovatis vel ovato-oblongis, pinnatilobatis, lobis obtusis crenatis; umbellis 3—10 radiatis; involucro nullo vel 1—2 phyllo; involucelli phyllis lanceolatis, acutis; petalis profunde emarginatis; fructu lineari-oblongo; stylis erecto-patulis, stylopodio conico subaequilongis.

In dumosis montanis. Thessalia: pr. Sermeniko, Pezula, in oropedio Neuropolis in Pindo (Haussk.); Aetolia: pr. Janakovrysi (Samar.), Vostinitza ad mt. Korax (Tuntas); Laconia: pr. Hagios Petros (Sart.), Kastanitza et Platanos in mt. Malevo (Orph.). — Jun. Jul. ⊙.

×× Involucelli phylla glabra; petala lutea, glabra.

6. C. **creticum** Bois. et Heldr. diagn. X. p. 51, Fl. or. II. p. 902; Raul. cret. p. 767. — Exsicc.: Reverch. pl. cret. 248.

Caule erecto, solido, striato, ramoso, inferne hispido; foliis 2—3 pinnatisectis, hirtis, segmentis in lacinias lineari-oblongas partitis; umbellis multiradiatis, involucri polyphylli phyllis oblongo-lanceolatis, saepe pinnatifidis; involucelli phyllis oblongo-lanceolatis, pedicello longioribus; petalis emarginatis; fructu longe lineari; stylis deflexis, stylopodio depresso-conico marginato sublongioribus. — Species inflorescentia tota flavescente insignis.

In fruticetis planitiei Omalo in mt. Sphacioticis Cretae (Heldr.). — Jun. Jul. ⊙.

50. Physocaulus Tausch in bot. Zeit 1834 I. p. 342.

1. **P. nodosus** L. sp. p. 257; Ch. et B. exp. p. 88, Fl. pelop. p. 19; (*Scandix*); Tausch l. c.; Bois. fl. or. II. p. 909; Hal. in ö. b. Z. 1895 p. 260; Bald. riv. coll. bot. Alb. 1896 p. 58. — Icon: Jacq. hort. vind. III. t. 25. — Exsicc.: Orph. fl. gr. n. 904; Bald. it. alb. epir. IV. n. 30. —

Caule erecto, fistuloso, sub nodis inflato, inferne strigoso, superne glabro, ramoso: foliis hirtis, ternatim-bipinnatisectis, segmentis ovato-oblongis, pinnatifido-incisis dentatisque; umbellis 2—3 radiatis; involucro nullo; involucelli phyllis linearibus, hirsutis; petalis minutis, albis, extus parce setulosis; fructu lineari-oblongo, tuberculato-setoso.

In rupestribus umbrosis regionis montanae. Epirus: mt. Mickeli ad Muspina distr. Janina (Bald.); Aetolia: pr. Aetolikon (Reiser); Argolis (Bois.); Laconia: mt. Malevo pr. Kastanitza (Orph.), mt. Taygetos ad Parori (Sart.), Aspra Spilaea (Zahn); Messene (Chaub.); Leucas (Mattz. — Maio, Jul. ⊙.

2. Subtribus. *Bulbocastaneae* Nym. consp. p. 302.

51. Freyera Rchb.

Handb. nat. Pflanzensyst. p. 291 (1837). (*Biasolettia* Koch. diss. ined. ante 1837; Syn. I. p. 318 (1837), non Presl. quae = *Hernandia* Plum., nec. Bert. quae = *Physocaulus* Tausch).

a. Involucelli phylla glabra; mericarpiorum juga laevia.

α. Caulis inferne dense puberulus; umbella 6—14 radiata, radiis 4—5 cm longis.

1. **F. balcanica** Vel. in ö. b. Z. 1891 p. 399 (*Biasolettia*). — *F. macrocarpa* Hal. Beitr. fl. Achaia p. 22, non Bois. et Sprun. — Exsicc.: Hal. it. gr. II. a. 1893.

Radice globosa vel ovata; caule erecto, 20—45 cm alto, simplici vel superne in ramos 2—3 diviso; foliis bipinnatisectis, glabris, laciniis tenuissime linearibus, mucronatis, vaginis glabris; involucro nullo; involucelli phyllis lanceolatis, acuminatis; petalis albis; pedicellis strictis laevibus, fructiferis non incrassatis; fructu lineari, 3—4 mm longo, nitido aequilongis; stylopodiis conico-elongatis, in stylos aequilongos

divaricatos abeuntibus. — *F. cynapioidi* (Guss.) affinis, quae caule inferne pilis longis obsito, vaginis ciliatis, foliorum laciniis latioribus oblongis et fructu majori discedit.

In collibus arenosis herbidis pr. Patras Achaiae (Hal.). — Maio, Jun. ♃.

β. Caulis glaber; umbella 3—9 radiata, radiis saepius brevioribus.

× Pedicelli apice parce brevissimeque setulosi.

2. F. **congesta** Bois. et Heldr. diagn. ser. 2, VI. p. 88, Fl. or. II. p. 896, suppl. p. 257. — *Biasolettia congesta* Nym. suppl. syll. fl. europ. p. 28. — Exsicc.: Heldr. it. gr. septentr. n. 1879.

Radice globosa; caule erecto, 15—30 cm alto, superne parce ramoso; foliis glabris, radicalibus bipinnatisectis, segmentis in lacinias oblongo-lineares mucronatas partitis, foliis superioribus pinnatisectis, laciniis longioribus, anguste linearibus; vaginis ciliatulis; umbellis breviter et stricte 5—7 radiatis, radiis fructiferis 20—25 mm longis; involucro nullo; involucelli phyllis lanceolatis, acuminatis; petalis albis; pedicellis strictis, fructiferis non incrassatis, fructu oblongo-lineari, 4 mm longo, aequilongis; stylopodiis conico-elongatis, in stylos aequilongos divergentes abeuntibus:

In pascuis regionis subalpinae et alpinae. Aetolia: ad cacumina jugi Petra mt. Tymphrestus (Samarit.); Phthiotis: mt. Oëta (Heldr.). — Jun. Jul. ♃.

×× Pedicelli apice non setulosi.

○ Foliorum (etiam superiorum) laciniae latiusculae, 10—15 mm longae 3—4 mm latae, obtusissimae.

3. F. **divaricata** Bois. et Orph. diagn. ser. 2, II. p. 102, Fl. or. II. p. 897. — *Biasolettia divaricata* Nym. suppl. syll. fl. europ. p. 28. — Exsicc.: Orph. herb. a. 1852.

Glabra; radice globosâ, caule 20—30 cm alto, a basi divaricatim ramoso; foliis flaccidis, radicalibus bipinnatisectis, petiolis secundariis elongatis, segmentis paucis cuneatis, in 2—3 lacinias mucronatas partitis, foliorum superiorum vix angustioribus; umbellis longe et divaricatim 3—4 radiatis, radiis fructiferis 25—40 mm longis; involucro nullo, involucelli phyllis lanceolatis, acutis; petalis albis; pedicellis fructiferis stellatim patentibus, vix incrassatis, fructu anguste lineari, 5 mm longo sublongioribus; stylopodiis conico-elongatis, in stylos divergentes longos abeuntibus.

In regione alpina mt. Kyllene Achaiae (Orph.). — Jun. ♃.

○○ Foliorum laciniae parvae, angustae, acutae vel obtusiusculae.

. Pedicelli fructiferi incrassati; fructus lineari-prismaticus.

4. F. **macrocarpa** Bois. et Sprun. in ann. sc. nat. 1844 p. 62 (*Butinia*); Bois. et Sprun. diagn. ser. 2, II. p. 101, Fl. or. II. p. 896;

Heldr. fl. cephal. p. 39. — *Biasolettia macrocarpa* Nym. syll. p. 302: Haussk. symb. p. 95. — Exsicc.: Heldr. herb. norm. n. 20 et 1332.

Radice globosa; caule erecto, 15—30 cm alto, a medio divaricatim ramoso; foliis glabris, radicalibus bipinnatisectis, segmentis in lacinias breves elliptico-lineares acutas partitis, caulinis laciniis longioribus; vaginis ciliatulis; umbellis longe et patule 6—9 radiatis, radiis fructiferis 3—5 cm longis; involucro nullo; involucelli phyllis breviter lanceolatis, acuminatis; petalis albis; pedicellis fructiferis stellatim patentibus, fructu 4—5 mm longo subaequilongis; stylopodiis breviter conicis in stylos recurvos aequilongos abeuntibus.

In herbidis regionis montanae. Attica: mt. Hymettus, mt. Kerata pr. Eleusis, mt. Pentelicon, Parnes, Pateras*) (Heldr.); Cephalonia (Schmidt.) — Apr. Jun. ♃.

. . Pedicelli fructiferi non incrassati; fructus oblongo-linearis.

; Foliorum laciniae acutae; umbella 3—7 radiata

5. **F. pindicola** Haussk. symb. p. 95 (*Biasolettia*); Bald. iter. coll. bot. Alb. 1895 p. 38, 1896 p. 58. — Exsicc.: Bald. it. alb. epir. IV. n. 237.

Glabra vel glabriuscula; radice globosa; caule 10—20 cm alto, a basi fere divaricatim ramoso; foliis radicalibus ternatis, partitionibus pinnatisectis, segmentis in lacinias lanceolatas acutas sectis, caulinis minus dissectis vel ad vaginam trifoliatam reductis, laciniis linearibus; vaginis interdum ciliatis; umbellis breviter 5—7 radiatis, radiis fructiferis 2—3 cm longis; involucro nullo; involucelli phyllis lanceolatis, acuminatis; petalis albis; pedicellis fructiferis patenti-subincurvis, fructu 5—6 mm longo recto vel subincurvo brevioribus; stylopodiis breviter conicis, in stylos divergentes eis longiores abeuntibus. — A. *F. parnassica* foliorum laciniis acutis, fructu majori et stylis longioribus parum discedit. —

β. **alpina** Freyn et Sint. in bull. Bois. V. p. 613. — *F. cretica* Hal. Beitr. fl. Epir. p. 23. — Humilior, involucelli phyllis interdum parce setulosis, fructu subminore. — Transitum ad *F. creticam* et *F. parnassicam* praebet, a priori foliorum laciniis acutis, umbellis 5—7 radiatis, ab altero mericarpiis laevibus discedit. — Omnes tres species in posterum accuratius observandae. — Exsicc.: Sint. it. thessal. n. 651.

In saxosis subalpinis alpinisque. Epirus: mt. Olycika, Nimerčka, Peristeri (Bald.); Thessalia: mt. Ghavellu, ad Gion Scala supra Sarmeniko (Haussk.); — *β.* Epirus: mt. Peristeri (Sint.). — Jun. Jul. ♃.

6. **F. parnassica** Bois. et Heldr. diagn. ser. 2, II. p. 102, Fl. or. II. p. 895; Heldr. chlor. Parn. p. 18; Hal. Beitr. fl. Achaia p. 22. — *Biasolettia parnassica* Nym. suppl. syll. fl. europ. p. 27. — Ex-

*) Mons Pateras, ad confines Atticae et Boeotiae, in Bois. fl. or., nec non in hoc libro hucusque saepe mt. Onion erronee appellatur, cum mt. Onion veterum in Corinthia situs est.

sicc.: Heldr. herb. norm. n. 313; Orph. fl. gr. n. 378; Dörfl. fl. gr. n. 371.

Glabriuscula; radice globosa; caule 10—30 cm. alto, saepe a basi divaricatim ramoso; foliis radicalibus ternato-bipinnatisectis, segmentis in lacinias breves lineares mucronatas partitis, caulinis ad vaginam 1 vel trifoliatam reductis; vaginis glabris vel ciliatulis; umbellis 3—7 radiatis, radiis 25—40 mm. longis; involucro nullo; involucelli phyllis lanceolatis, acuminatis; petalis albis; pedicellis fructiferis patenti-subincurvis, fructu 5 mm. longo, subincurvo aequilongis; stylopodiis conico-elongatis, in stylos divergentes aequilongos abeuntibus.

In lapidosis regionis abietinae et superioris. Aetolia: mt. Vardusia (Leon.); Phocis: mt. Parnassus (Heldr.); Attica: mt. Cithaeron (Guicc.), mt. Parnes (Heldr.); Euboea: mt. Dirphys (Pichl.); Achaia: mt Panachaicon et Chelmos (Hal.), Kyllene (Heldr.). — Jun. Jul. ♃.

;; Foliorum laciniae obtusiusculae; umbella 3—4 radiata.

7. **F. cretica** Bois. et Heldr. diagn. X p. 50 (*Butinia*); Bois. et Heldr. diagn. ser. 2, II. p. 101, Fl. or. II. p. 897; Raul. cret. p. 766. — *Biasolettia cretica* Nym. consp. p. 303. — Exsicc.: Heldr. pl. cret. n. 1493; Bald. it. cret. alt. n. 167.

Radice globosa; caule pumilo, a basi divaricatim ramoso; inferne interdum vaginisque ciliato; foliis radicalibus ternatis, partitionibus pinnatisectis, segmentis in lacinias oblongas obtusiusculas mucronatas sectis, caulinis diminutis; umbellis breviter 3—4 radiatis, radiis 20—25 mm. longis; involucro nullo; involucelli phyllis oblongo-lanceolatis, acutis; petalis albis; pedicellis fructiferis erecto-patulis, fructu oblongo-lineari, 4 mm. longo aequilongis; stylopodiis conico-elongatis, in stylos divergentes eis multo longiores abeuntibus.

Inter lapides regionis alpinae. Creta: mt. Ida et Lassiti (Heldr.). Maio, Jul. ♃.

b. Involucelli phylla ciliata; mericarpiorum juga scabrido-aculeolata.

8. **F. pumila** S. et S. pr. I. p. 187, Fl. gr. III. p. 67, t. 274; Fraas fl. class. p. 140 (*Bunium*); Bois. fl. or. II. p. 897. — *Huetia pumila* Bois. diagn. ser. 2, II. p. 104; — *Geocaryum pumilum* Nym. syll. p. 166. — *Biasolettia pumila* Nym. consp. p. 302. — Exsicc.: Orph. fl. gr. n. 355.

Radice globosa; caule pumilo, a basi tortuoso divaricatim et parce ramoso; foliis radicalibus bipinnatisectis, segmentis ovatis, in lacinias oblongas acutas pinnatisectis, caulinorum laciniis valde abbreviatis; vaginis ciliatulis; umbellis 3—6 radiatis, fructiferis 20—25 mm. longis; involucro nullo; involucelli phyllis oblongis; petalis albis; pedicellis fructiferis subincrassatis, fructu oblongo-lineari, 5 mm. longo duplo brevioribus; stylopodiis elongato-conicis, in stylos breves rectos abeuntibus. — Fructus in speciminibus nonnullis a me visis non vel vix muricu-

latus, sed involucelli phylla semper ciliata et pedicelli fructus semper abbreviati.

In lapidosis regionis superioris mt. Parnassus (Sibth.), ubi ipse plantam sub cacumine Liakura unacum *Poa trichophylla* copiose inveni. — Jul. Aug. ♃.

52. Bunium L. gen. n. 335.

a. Involucrum oligophyllum vel subnullum, phyllis indivisis.

1. **B. ferulaceum** S. et S. pr. I. p. 186; Haussk. symb. p. 95. — *B. ferulaefolium* Desf. coroll. p. 55, t. 43; Sieb. avis p. 3 rem. p. 3; Ch. et B. exp. p. 85, Fl. pelop. p. 18. — *Carum divaricatum* Koch syn. p. 286. — *Carum ferulaefolium* Bois. diagn. ser. 1. X p. 22; Raul. cret. p. 760; Heldr. fl. cephal. p. 39. — *Bulbocastanum ferulaceum* Nym. consp. p. 303; Hal. Beitr. fl. Achaia p. 22; Heldr. fl. Aegina p. 300. — Exsicc.: Heldr. herb. norm. n. 110; Reverch. pl. cret. n. 51.

Glabrum; radice globosa; caule subangulato, 20—50 cm. alto, saepe a basi divaricatim ramoso; foliis radicalibus in lacinias lineares, elongatas, acutas ternato-tripinnatisectis, caulinis minus divisis, summis ad vaginam 3—1 foliolatam reductis; involucri et involucelli phyllis paucis, lanceolatis; umbellis 6—14 radiatis; petalis albis; pedicellis fructiferis stellatim patentibus, incrassatis, fructu prismatico-cylindrico subaequilatis aequilongisque; mericarpiorum jugis crassiusculis, valleculis univittatis; stylis deflexis, stylopodio depressissimo cupulari sublongioribus.

In arvis, lapidosis regionis submontanae et montanae. Attica: mt. Pateras, Parnes, pr. Kephissia, Chelidoni, Laurion, pr. Raphina, insula Aegina (Heldr.); Corinthus, Nauplia (Haussk.); insula Hydra (Heldr.); Achaia: pr. Trikala ad mt. Kyllene, mt. Chelmos (Orph.), mt. Omplo pr. Patras (Heldr.), mt. Olenos (Hal.); Arcadia: pr. Carithena (Prinopulos); Laconia: mt. Taygetos, pr. Kalamata (Zahn); Messenia (Chaub.); Creta: pr. Kissamos (Rev.), Canea, Akroteri, Perama, Guves (Raul.); Cephalonia: pr. Argostoli, Piscardo, in oropedio Omala (Heldr.). — Apr. Jun. ♃.

2. **B. tenerum** Haussk. symb. p. 95.

Glabrum, pumilum; radice subglobosa; caule tereti, tenerrimo, vix spithameo, superne ramoso; foliis radicalibus in lacinias oblongo-lineares, mucronulatas ternato-tripinnatisectis, caulinis inferioribus laciniis 3 linearibus munitis, summis ad vaginam reductis; involucri et involucelli phyllis paucis, lanceolatis; umbellis 5—6 radiatis; petalis albis; pedicellis fructiferis stellatim patentibus, non incrassatis, fructu ovoideo-oblongo longioribus; mericarpiorum jugis crassiusculis, valleculis?; stylis horizontaliter patentibus, stylopodio depresso longioribus. — Mihi e descriptione tantum nota, a praecedente caule tenerrimo pumilo, umbellis pauciradiatis, pedicellis fructiferis non incrassatis, fructu ovoideo-oblongo longioribus et stylis stylopodio longioribus differre videtur. — Ex auctore

B. montano Koch affine, quod caule crassiore, habitu magis compacto, umbellis contractis, radiis crassioribus, involucri et involucelli phyllis latioribus, pedicellis fructiferis crassis confertis brevioribus differre dicitur.

In saxosis herbidis Pindi tymphaei, in jugo Zygos, ad Oxya et supra Chaliki (Haussk.). — Jun. Jul. ♃. N. v.

b. Involucri polyphylli phylla trifida, lobis indivisis vel trifidis, laciniis linearibus.

3. ? **B. daucoides** Bois. in ann. sc. nat. 1844 p. 139. Fl. or. II. p. 883 (*Carum*). — *Bulbocastanum daucoides* Nym. consp. p. 304. — Exsicc.: Orph. herb. n. 384 et Charrel fl. empire ottom. a. 1889, ambo e mt. Korthiati Macedoniae; Form. pl. thessal. a. 1896.

Glabrum; radice tuberoso-incrassata; caule tereti, folioso, a medio vel superne ramoso; foliis parvis, ambitu ovatis, in lacinias lineares, breves, obtusas, decurrentes, divaricatim 2—3 pinnatisectis; umbellis multiradiatis; involucelli phyllis linearibus; petalis albis; pedicellis fructiferis erecto-patulis, subincrassatis, fructu ovato 2—3plo longioribus; mericarpiorum jugis crassis, valleculis univittatis; stylis deflexis, stylopodio depresso-conico duplo longioribus. — Species egregia, folia eis *Anthemidis* similia. — An re vera *Bunii* vel *Cari* species, ulterius observandum.

In herbidis montanis, rarissime. Thessalia: inter Tsungeri et Malakasi in Pindo (Haussk.), pr. Kerasia Sina in mt. Chassia (Form.). Species hucusque e mt. Korthiati tantum nota fuit. — Jul. Aug. ♃.

53. Conopodium Koch in nov. act. nat. cur. XII. p. 118.

1. **C. capillifolium** Guss. fl. sic. prodr. I. p. 351 (*Myrrhis*); Bois. voy. bot. Exp. II. p. 736; Haussk. symb. p. 95. — *Bunium capillifolium* Bert. fl. ital. III. p. 219. — *Geocaryum capillifolium* Coss. not. p. 112. — *Bulbocastanum capillifolium* Tod. in Torn. fl. sic. p. 261. —

Glabrum; radice globosa; caule tereti, fistuloso, superne ramoso; foliis inferioribus in lacinias setaceo-lineares 2—3 pinnatisectis, superioribus ad vaginam trifoliolatam laciniis valde elongatis reductis; umbellis 10—20 radiatis; involucro nullo; involucelli phyllis lineari-subulatis, pedicello subaequilongis; petalis albis; pedicellis capillaribus, erectis, fructu oblongo-lineari aequilongis; stylis erectis vel leviter arcuatis, stylopodio conico subduplo longioribus.

In nemorosis quercinis Pindi dolopici supra monasterium Korona, in oropedio Neuropolis, ad regionem subalpinam adscendens in mt. Ghavellu et Karava (Haussk.). — Jun. Jul. ♃. N. v.

Obs. *C. graecum* Freyn et Sint. in bull. herb. Bois. V. p. 612 et Sint. exsicc. it. thessal. n. 648. Fructibus juvenilibus tantum notum, habitu praecedenti affine, sed ab eo laciniis foliorum inferiorum latioribus brevioribusque, umbellis pauci (5—12) radiatis, involucelli phyllis

longioribus umbellula subbrevioribus et fructibus brevius pedicellatis discedens, species dubia est et ob fructus attenuatos forsan ad *Freyeram* in quo genere *F. congestae* simillimum, pertinet. Quaeritur habeatne valleculas vittatas vel evittatas. — In subalpinis mt. Plaka pr. Chaliki Thessaliae.

3. Subtribus. *Euammineae* Lange in **Willk.** et **L.** pr. fl. hisp. III. p. 88.

54. **Apinella** Neck. elem. bot. I. p. 191.

1. Sectio. *Trinia* Hoffm. umb. p. 92 pro gen. — Jugae obtusae, valleculae laeves.

1. **A. glauca** L. sp. p. 264 (*Pimpinella*); Caruel in Parl. fl. ital. VII. p. 503. — *Trinia glauca* Rchb. fl. germ. exc. p. 473. — *T. vulgaris* DC. pr. IV. p. 103, p. p.; Haussk. symb. p. 97.

Glabra; glaucescens; caule erecto, angulato-sulcato, a basi ramoso; foliis inferioribus in lacinias lineares abbreviatas 2—3 pinnatisectis; superioribus in vagina late membranacea insidentibus, summis ad vaginam reductis; involucro et involucellis nullis vel monophyllis, caducis; umbellis numerosis, 4—8 radiatis; petalis flavescentibus, extus rubellis; fructus ovati jugis crassiusculis.

In regione alpina. Thessalia: mt. Zygos et Karava in Pindo (Haussk.). — Jun. Jul. ⊙. N. v.

2. Sectio. *Rumia* Hoffm. umb. p. 171 pro gen. — Jugae vel tantum valleculae tuberculatae vel undulato-plicatae.

2. **A. frigida** Bois. et Heldr. diagn. ser. 2, VI. p. 77, Fl. or. II. p. 853; Haussk. symb. p. 97; (*Rumia*). — *Trinia frigida* Sprun. in Bois. diagn. l. c. — Huc refert, quatenus ex speciminibus nondum fructiferis dijudicare licet, de habitu: *Trinia pumila* Hal. Beitr. fl. Epir. p. 24 et Bald. riv. coll. bot. Alb. 1895 p. 37, 1896 p. 57. — Exsicc.: Heldr. fl. thessal. a. 1883; nec non ? Hal. it. gr. II. a. 1893, Bald. it. alb. epir. IV. n. 78 et Sint. it. thessal. n. 654.

Glabra, glauca; caule erecto, angulato-sulcato, a basi divaricatim ramoso; foliis radicalibus humi expansis, in lacinias breves, margine scabridulas tripinnatisectis; caulinis valde diminutis, vagina late membranacea insidentibus; involucro et involucellis nullis; umbellis 4—5 radiatis; petalis albidis, viridi-vittatis; fructus ovato-oblongi jugis elevatis obtusis laevibus, valleculis subundulato-rugulosis.

In pascuis regionis mediae et superioris. Epirus: mt. Olycika, Micikeli (Bald.), Tsumerka, Peristeri (Hal.), mt. Plaka pr. Chaliki (Sint.); Thessalia: mt. Karava in Pindo dolopico (Haussk.), mt. Pelion loco dicto Klima (Heldr.); Aetolia: in cacumine Petra mt. Tymphrestus (Sprun.); Arcadia: mt. Chelmos (Orph.); Cynuria: mt. Malevo (Topali). Jun. Aug. ♃.

3. **A. Guicciardii** Bois. et Heldr. diagn. sér. 2, VI. p. 77, Fl. or. II. p. 854; Haussk. symb. p. 97 (*Rumia*). — *Trinia Guicciardii* Drude Umb. in Engl. nat. Pflanzenf. p. 183. — Huc forsan: *Pimpinella dioica* Ch. et B. exp. p. 339, Fl. pelop. p. 20. — Exsicc.: Heldr. pl. fl. hellen. a 1880.

Differt a praecedente fructibus subgloboso-didymis, undique undulato-tuberculatis.

In pascuis regionis mediae et superioris. Thessalia: mt. Karava in Pindo dolopico (Haussk.), mt. Ossa (Heldr.); Doris: mt. Kiona (Reiser); mt. Parnassus (Guicc.); Attica: mt. Cithaeron (Heldr.); Laconia: mt. Malevo (Orph.), mt. Taygetos (Pichl.); Messenia: mt. Ithome (Chaub.). Jun. Aug. ♃.

55. Aegopodium L. gen. n. 368.

1. **A. podagraria** L. sp. p. 265; S. et S. pr. I. p. 205; Ch. et B. exp. p. 91, Fl. pelop. p. 20; Bois. fl. or. II. p. 889. — Icon: Fl. dan. t. 670.

Glabrum; caule erecto, sulcato, ramoso; foliis biternatim sectis, segmentis ovato-oblongis, acuminatis, serratis; umbellis multiradiatis; involucro et involucellis nullis; fructu oblongo, jugis filiformibus.

In sepibus et umbrosis Laconiae (Sibth.). — A recentioribus non lectum. — Maio, Jun. ♃. N. v.

56. Cicuta L. gen. n. 354.

1. **C. virosa** L. sp. p. 366. — *C. orientalis* Deg. et Bald. in Term. Közl. pótf. 1896 p. 38. — *C. virosa v. orientalis* Deg. et Bald. riv. coll. bot. Alb. 1895 p. 39, 1896 p. 58 „a typo fructu ad commissuram constricto, facie commissurali constrictiore" differe dicitur, quae notae autem in planta Europae mediae plus minus conspicue adsunt. — Exsicc.: Bald. it. alb. IV. a. 1896.

Glabra; rhizomate crasso, septato; caule elato, fistuloso, ramoso; foliis 2—3 pinnatisectis, segmentis 2—3 partitis, laciniis lineari-lanceolatis, mucronato-serratis; umbellis multiradiatis; involucro nullo vel 1—2 phyllo; involucellis polyphyllis, phyllis setaceis; petalis albis; fructu parvo, tumido, jugis pallidis, vittis fuscis.

Epirus: in aquis lacus Janina (Bald.). — Jul. Aug. ♃.

57. Apium L. gen. n. 367.

1. **A. graveolens** L. sp. p. 264; S. et S. pr. I. p. 205; Dallap. prosp. p. 42; Ch. et B. exp. p. 90, Fl. pelop. p. 20; Marg. et R. fl. Zante p. 85; Fraas fl. class. p. 147; Weiss in z. b. G. 1869 p. 50; Raul. cret. p. 759; Bois. fl. or. II. p. 856; Heldr. fl. cephal. p. 39; Form. in D. bot. Monat. 1891 p. 42, in Ver. Brünn 1897 p. 68;

Haussk. symb. p. 97; Bald. in nuovo giorn. bot. **1894** p. 95. — Icon: Fl. dan. t. 790. — Exsicc.: Sint. et Bornm. it. turc. n. 1240.

Glabrum; radice fusiformi; caule erecto, sulcato, ramosissimo; foliis inferioribus pinnatisectis, segmentis cuneatis, inciso-lobatis, dentatis, superioribus trisectis; umbellis 5—10radiatis; involucro et involucello nullo; petalis albis; fructu parvo, fusco, jugis pallidis.

In fossis, paludosis, ad litora maris. Epirus: ad ripas fl. Luros pr. Prevesa (Bald.); Thessalia: pr. Litochori ad radices mt. Olympi (Sint.), pr. Portaria, Lechonia (Form.); Attica: in valle Cephissi (Heldr.), ad Phalerum (Haussk.); Argolis: pr. Tirynthum (Heider), Astros (Fraas); Laconia: ad radices mt. Taygetos, ad fl. Eurotas; insula Sapienza (Chaub.); Cycladum insula: Keos, Paros, Jos (Heldr.), Syra, Tenos (Weiss); Creta: pr. Nerokuru, Suda, Kalyves (Raul.); Zante (Marg.); Cephalonia (Dallop.); colitur etiam ad usum culinarem. — Jun. Aug. ♃.

58. **Berula** Mert. et Koch Deutschl. Fl. II. p. 433.

1. **B. angustifolia** L. sp. ed. 2 p. 1672; S. et S. pr. I. p. 194; Ch. et B. fl. pelop. p. 18; Friedr. Reise p. 285; Bald. in nuovo. giorn. bot. 1894 p. 96; Haussk. symb. p. 96; (*Sium*); Mert. et Koch. l. c.; Bois. fl. or. II. p. 889; Heldr. fl. cephal. p. 39; Form. in Ver. Brünn 1895 p. 43; Bald. riv. coll. bot. Alb. 1896 p. 57. — Icon: Jacq. fl. austr. I. t. 67. — Exsicc.: Sint. et Bornm. it turc. n. 1242; Sint. it. thessal. n. 1261; Bald. it. alb. epir. IV. n. 238.

Glabra; rhizomate stolonifero; caule erecto vel adscendente, fistuloso, ramoso; foliis pinnatisectis, segmentis oblongis, inciso-serratis; umbellis breviter pedunculatis, oppositifoliis, 8—12 radiatis; involucri polyphylli phyllis magnis lanceolatis, integris vel incisis, involucelli minoribus, ceterum similibus; petalis albis; fructu ovato, jugis filiformibus. — *Helosciadio nodifloro* habitu simile, sed ab eo involucro polyphyllo, phyllis magnis statim distinguenda.

In paludosis, fossis, rivulis. Epirus: in lacu Janina (Form.), ad fl. Luros, pr. Prevesa (Bald.); Thessalia: in valle Milo pr. Kalabaka ad Stolos pr. Litochori (Sint.), pr. Volo (Haussk.); Attica: ad Phalerum (Heldr.); Argolis: pr. Argos (Sart.), in fonte Erasini ad radices mt. Chaon (Heldr.), pr. Tirynthum (Orph.), Nauplia (Friedr.); Elis (Sibth.); Cephalonia: pr. Argostoli (Heldr.). — Jul. Sept. ♃.

Obs. *Sium latifolium* L. sp. p. 251, in Fraas fl. class. p. 144 pr. Lebadia et Athenas erronee indicatur.

59. **Helosciadium** Koch umb. p. 125.

1. **H. nodiflorum** L. sp. p. 251; S. et S. pr. I. p. 194; Ch. et B. exp. p. 86, Fl. pelop. p. 18; Friedr. Reise p. 275; (*Sium*); Koch umb. p. 126; Marg. et R. fl. Zante p. 49; Weiss in z. b. G. 1869 p. 50; Raul. cret. p. 760; Bois. fl. or. II. p. 856; Haussk. symb.

p. 97; Form. in Ver. Brünn 1897 p. 68. — Icon: Engl. bot. t. 639. — Exsicc.: Hal. it. gr. II. a. 1893.

Glabrum; caule fistuloso, e basi radicante adscendente ramoso; foliis pinnatisectis, segmentis ovato-lanceolatis, serratis; umbellis sessilibus vel breviter pedunculatis, oppositifoliis, 4—12 radiatis; involucro nullo vel 1—2 phyllo; involucelli phyllis lanceolatis; petalis albis; fructu ovato, jugis prominentibus.

In rivulis, stagnis, paludibus. Thessalia: ad Itamos in mt. Agrapha (Form.), pr. Palaeokastron, Karditza, Volo (Haussk.); Aetolia: pr. Krioneri ad sinum Patranum (Heldr.); Attica: pr. Tatoi, ad fl. Jlyssum, pr. Phaleron (Heldr.); insula Poros (Friedr.), Cythnos (Tunt.); Messenia: pr. Messene, mt. Kube (Chaub.); Achaia: pr. Patras (Hal.); Zante: mt. Scopo (Marg.); Leucas (Mazz.); Creta: ad fl. Jardanus pr. Canea (Weiss), pr. Nerokuru, Hagia Erini (Raul.). — Apr. Jul. ♃.

60. Carum L. gen. n. 365.

a. Floris albi.

α. Caulis crassus, fere a basi longe et subcorymbose ramosissimus; umbellae multiradiatae.

1. **C. multiflorum** S. et. S. pr. I. p. 188, Fl. gr. III. p. 69 t. 276; Ch. et B. fl. pelop. p. 19; (*Athamanta*); Bois. fl. or. II. p. 882; Heldr. fl. cephal. p. 39; Hal. in z. b. G. 1888 p. 757, Beitr. fl. Aetol. p. 6, Beitr. fl. Achaia p. 22; Haussk. symb. p. 96; Bald. riv. coll. bot. Alb. 1895 p. 37, 1896 p. 29, in bull. herb. Bois. 1896 p. 204; Form. in Ver. Brünn 1897 p. 68. — *Ligusticum graecum* DC. pr. IV. p. 159. — *Ligusticum saxifragum* Bois. et Sprun. in ann. sc. nat. 1844 p. 300. — *Oenanthe virgata* Ch. et B. fl. pelop. p. 19, non Poir., ex Bois. fl. or. II. p. 883. — Exsicc.: Heldr. herb. norm. n. 655; Orph. fl. gr. n. 906; Bald. it. alb. epir. III. n. 147, IV. n. 29; Sint. it. thessal. n. 658; Dörfl. fl. gr. n. 243, fl. aegaea n. 12.

Glabrum; foliis radicalibus ambitu triangularibus, subternatim tripinnatisectis, segmentis ovatis, in 3—5 lacinias ovato-oblongas integras vel 2—3 dentatas fissis sectisve, foliis caulinis diminutis; involucri et involucelli phyllis numerosis, oblongo-lanceolatis; fructu oblongo, jugis albis obtusis valde prominentibus; stylis stylopodio conico duplo longioribus. — Habitu *Athamantae macedonicae* simile.

In rupium fissuris regionis submontanae in alpinam usque adscendens. Epirus: pr. Perama distr. Janina, mt. Micikeli, Peristeri, Strungulo (Bald.); Thessalia: mt. Ghavellu (Form.), pr. Chaliki, Meteora (Haussk.); Acarnania: pr. Astakos (Nied.); Aetolia: mt. Chalkis ad sinum Patranum (Hal.); Doris: mt. Kiona pr. Segditza (Hal.); mt. Parnassus (Heldr.); Euboea: mt. Dirphys (Heldr.); Attica: mt. Parnes, Hymettus (Heldr.), Pentelicon (Haussk.); Elis: mt. Olenos (Heldr.); Arcadia: pr. Zatuna (Orph.); Achaia: pr. Megaspilaeon (Hal.); Argolis: pr. Nauplia (Orph.); Messenia (Chaub.): pr. Pylos (Heldr.); Cycladum

insula: Nikuria (Tourn.), Amorgos (Leon.); **Cephalonia**: mt. Aenos, pr. Kastro (Heldr.); Leucas: mt. Hagios Elias (Bald.); **Corcyra**: Cap Phaskia (Bicknell). — Maio, Jul. ♃.

β. Caulis tenuis, parce simplex vel ramosus; umbellae 3—7 radiatae.

2. **C. meoides** Griseb. spic. I. p. 362 (*Silaus*); Hal. Beitr. fl. Epir. p. 24; Bald. riv. coll. bot. Alb. 1895 p. 37; Form. in Ver. Brünn 1896 p. 95, 1897 p. 68. — *Athamanta verticillata* S. et S. pr. I p. 188, Fl. gr. III. p. 68, t. 275, non *Carum verticillatum* Koch umb. p. 122 = *Sison verticillatum* L. sp. p. 253. — *C. graecum* Boiss. et Heldr. diagn. VI. p. 58, Fl. or. II. p. 881, suppl. p. 256; Hal. in z. b. G. 1888 p. 757, in ö. b. Z. 1897 p. 284; Haussk. symb. p. 97. — Exsicc.: Heldr. herb. norm. n. 25 et 1430; Orph. fl. gr. n. 493; Bald. it. alb. epir. III. n. 148; Dörfl. fl. gr. n. 302.

Glabrum; caulibus erectis, subnudis, parce ramosis; foliis radicalibus ambitu lanceolatis, pinnatisectis, segmentis 8—10 jugis, decussatis, brevibus, in lacinias lineares, acutas, confertas, decurrentes, integras vel 2—3 fidas sectis, foliis caulinis ad vaginam, lacinulis paucis interdum nullis munitis, reductis; involucri phyllis 2—4, linearibus, involucelli 5, oblongo-lanceolatis acuminatis; umbellae radiis demum strictis; pedicellis fructu oblongo subaequilongis; mericarpiorum jugis crassiusculis albidis; stylis stylopodio mamillaeformi duplo longioribus.

In pascuis regionis alpinae. **Epirus**: mt. Tsumerka (Bald.), Peristeri (Hal.); **Thessalia**: mt. Zygos (Haussk.), Karava, Ghavellu (Form.); mt. Oeta (Sprun.), mt. Olympus (Heldr.); **Aetolia**: mt. Tymphrestus (Samar.), Chelidoni (Heldr.), Korax (Tunt.); **Doris**: mt. Kiona (Hal.); mt. Parnassus (Sibth.); **Euboea**: mt. Dirphys (Heldr.); **Peloponnesus**: mt. Olenos (Heldr.), Kyllene, Malevo (Orph.), Taygetos (Heldr.). — Jun. Aug. ♃.

3. **C. Heldreichii** Boiss. diagn. ser. 2, II. p. 78, Fl. or. II. p. 882. suppl. p. 256; Hal. in z. B. G. 1888 p. 757; Heldr. chlor. Parn. p. 18. — Exsicc.: Heldr. herb. n. 2696; Orph. fl. gr. n. 357.

Glabrum; caulibus adscendentibus, subnudis, simplicibus vel subsimplicibus; foliis radicalibus ambitu oblongo-lanceolatis, pinnatisectis, segmentis 4—5 jugis, brevibus, in lacinias elliptico-lineares, acutas sectis, foliis caulinis 1—2, minutis; involucri et involucelli phyllis 3—5, a basi latiori setaceo-caudatis; umbellae radiis patentibus; pedicellis fructu oblongo brevioribus; mericarpiorum jugis elevatis albidis; stylis stylopodio mamillaeformi subbrevioribus. — A praecedente caulibus saepius humilioribus, adscendentibus, foliis paucijugis, umbellis non contractis et stylis brevioribus diversum.

In rupestribus regionis alpinae, rare. **Aetolia**: mt. Tymphrestus (Heldr.); **Doris**: mt. Kiona (Hal.); mt. Parnassus (Heldr.) — Jul. Aug. ♃.

Obs. *C. Grimburgii* ad int. — In cacumine mt. Aenos Cephaloniae plantam florentem et fructibus nondum maturis, habitu *C. Held-*

reichii simillimam, sed involucris et involucellis nullis, legit am. Grimburg. Ulterius observandum, anne revera speciem propriam sistet.

b) Flores ochroleuci.

4. **C. rupestre** Bois. et Heldr. diagn. ser. 2, II. p. 79; Fl. or. II. p. 882; Haussk. symb. p. 97; Hal. Beitr. fl. Epir. p. 24, Beitr. fl. Thessal. p. 13; Bald. riv. coll. bot. Alb. 1895 p. 37; Form. in Ver. Brünn 1896 p. 95. — Exsicc.: Orph. fl. gr. n. 36; Heldr. herb. gr. norm. n. 933; Bald. it. alb. epir. III. n. 149; Sint. it. thessal. n. 656.

Glabrum; caulibus adscendentibus, subnudis, parce ramosis; foliis radicalibus ambitu oblongo-lanceolatis, pinnatisectis, segmentis 4—5 jugis, in lacinias lineares, plus minus elongatas, mucronatas sectis, foliis caulinis 1—2, diminutis; involucri et involucelli phyllis 3—6, lineari-lanceolatis; umbellae radiis erecto-patulis; pedicellis fructu oblongo subbrevioribus; mericarpiorum jugis filiformibus; stylis stylopodio mamillaeformi subbrevioribus. — Habitus specierum praecedentium, ab eis petalis flavidis distinctissimum.

In rupestribus regionis subalpinae et alpinae. Epirus: mt. Tsumerka (Bald.), Peristeri (Hal.); Thessalia: mt. Sina pr. Malakasi (Sint.), mt. Zygos, Ghavellu, Karava (Haussk.), mt. Tringia (Hartl.) in Pindo, pr. Mavrolonghos in mt. Olympo (Heldr.); Achaia: mt. Kyllene (Heldr.). — Jul. Aug. ♃.

61. Prionitis Adans. fam. II. p. 499.

1. **P. falcaria** L. sp. p. 252; S. et S. pr. I. p. 194; Ch. et B. fl. pelop. p. 18; (*Sium*); Dum. fl. belg. p. 77. — *Falcaria vulgaris* Bernh. syst. verz. pfl. Erf. p. 176. — *F. Rivini* Host. fl. austr. I. p. 381; Bois. fl. or. II. p. 892; Form. in D. bot. Monat. 1891 p. 42. — Icon: Jacq. fl. austr. III. t. 257. — Exsicc.: Heldr. pl. hellen. a. 1852.

Glabra; caule erecto, patule ramosissimo; foliis radicalibus simplicibus ternatisque, caulinis pinnatisectis vel biternatisectis, laciniis lineari-lanceolatis, cartilagineo-serratis; umbellis 12—15 radiatis; involucro et involucellis polyphyllis, phyllis setaceis; petalis albis; fructu oblongo, jugis filiformibus.

In campis, ad viarum margines, rarissime. Thessalia: pr. Larissa (Form.); in oropedio Livadi mt. Parnassus (Heldr.); Messenia (Sibth.). — Jul. Aug. ⊙.

62. Ptychotis Koch umb. p. 124.

1. **P. ammi** L. sp. p. 252 (*Sison*). — *Seseli ammoides* L. sp. ed. 2 p. 373; S. et S. pr. I. p. 199. — *S. verticillatum* Desf. fl. atl. I. p. 260; Ch. et B. fl. pelop. p. 19. — *P. ammoides* Koch umb p. 124; Clem. sert. p. 43; Bois fl. or. II. p. 890, suppl. p. 257; Heldr. fl. cephal. p. 39; Form. in D. bot. Monat. 1891 p. 42; Haussk.

symb. p. 96; Hal. Beitr. fl. Epir. p. 24. — *P. verticillata* Duby bot. gall. I. p. 235; Link in Linnaea IX. p. 571; Fraas. fl. class. p. 146. — ? *C. coptica* Raul. cret. p. 760, non DC. — Icon: Rchb. t. 17. — Exsicc.: Sint. it. thessal. n. 1259.

Glabra; caule tenui, patule ramosissimo; foliis bipinnatisectis, laciniis capillaribus, radicalium abbreviatis subverticillatis; involucro nullo, involucelli phyllis setaceis aristatis; umbella 6—15 radiata; petalis albis; fructu minuto ovato.

In campis, collibus aridis regionis inferioris et montanae. Epirus: pr. Arta (Hal.); Thessalia: pr. Kalabaka (Sint.), Sarkos, Pharsalus, Volo (Heldr.), Kapurna, Portaria (Form.); Boeotia: pr. Lebadea (Sprun.), mt. Parnassus (Fraas); Locris: pr. Vitrinitza (Tuntas); Euboea: pr. Kastaniotissa (Heldr.); Peloponnesus (Link): mt. Malevo (Fraas); Cephalonia: pr. Koroni, Spilaea pr. Argostoli (Heldr.); Corcyra: pr. Gasturi (Form.), mt. Pantocrator (Clem.); ? Creta (Raul.). — Majo, Jul. ⊙.

63. Ammi L. gen. n. 334.

1. **A. majus** L. sp. p. 243; S. et S. pr. I. p. 185, Fl. gr. III. p. 66 t. 273; Ch. et B. exp. p. 85, Fl. pelop. p. 18; Marg. et R. fl. Zante p. 50; Friedr. Reise p. 278 et 285; Fraas fl. class. p. 140; Raul. cret. p. 760; Bois. fl. or. II. p. 891; Heldr. fl. cephal. p. 39, in Sitzungsb. acad. Berlin 1883 p. 9, Fl. Aegina p. 300; Form. in D. bot Monat. 1891 p. 42, in Ver. Brünn 1895 p. 43; Haussk. symb. p. 96; Bald. riv. coll. bot. Alb. 1896 p. 58. — Exsicc.: Sint. et Bornm. t. turc. n. 1255.

Glabrum; caule erecto, ramoso; foliis pinnati- vel bipinnatisectis, radicalium segmentis elliptico-obovatis, serratis, caulinorum lanceolatis, argute-serratis; umbellis multiradiatis, radiis tenuibus patentibus; involucri phyllis 3—5 partitis, involucelli subulato-cuspidatis integris; petalis albis; fructu parvulo, oblongo, jugis tenuibus, prominulis.

β. **glaucifolium** L. sp. p. 243; S. et S. pr. I. p. 185; Ch. et B. exp. p. 85, Fl. pelop. p. 18; Marg. et R. fl. Zante p. 50; Friedr. Reise p. 275; Raul. cret. p. 760; pr. sp.; Bois voy. p. 238; Haussk. symb. p. 96; Form. in Ver. Brünn 1896 p. 95, 1897 p. 68. — Foliorum caulinorum segmentis linearibus, integris. — Exsicc.: Orph. fl. gr. n. 900.

In cultis, olivetis, ad vias, in campis passim per totam Graeciam, var. *β.* ut videtur typo frequentior. — Maio, Sept. ⊙.

2. **A. visnaga** L. sp. p. 242 (*Daucus*); Lam. fl. fr. III. p. 462; Friedr. Reise p. 275 et 285; Fraas fl. class. p. 140; Heldr. Nutzpfl. p. 39, Sitzungsb. acad. Berlin 1883 p. 8; Bois. fl. or. II. p. 892; Form in D. bot. Monat. 1891 p. 42, in Ver. Brünn 1896 p. 95, 1897 p. 68; Haussk. symb. p. 96; Hal. Beitr. fl. Thessal. p. 12. — Icon: Jacq. hort. vind. III. t. 26. — Exsicc.: Orph. fl. gr. n. 901; Sint. it. thessal. n. 1287.

Glabrum; caule crassiusculo, erecto, ramoso; foliis in lacinias anguste lineares, integras tripinnatisectis; umbellis dense multiradiatis, radiis e receptaculo dilatato discoideo ortis, tandem valde contractis induratis; involucri phyllis tripartitis, saepe bipinnatisectis, involucelli subulato-cuspidatis integris; petalis albis; fructu parvulo, ovato, jugis crassiusculis.

In cultis, campis regionis inferioris. Copiosissime in planitie thessala, ubi saepe magnas areas dense obtegit; Aetolia: pr. Mesolongion (Nied.); Boeotia: in planitie thebana (Heldr.); Attica: pr. Eleusis (Hal.), Kolonos, Myli in valle Cephissi (Heldr.); Elis: ubique in regione litorali (Heldr.); Argolis: pr. Nauplia (Orph.), Argos (Heider), insula Poros (Friedr.). — Jun. Sept. ⊙.

64. Sison L. gen. n. 349.

1. **S. amomum** L. sp. p. 252; Heldr. in Sitzungsb. acad. Berlin 1883 p. 4 et 9; Bois. fl. or. suppl. p. 257. — Icon: Jacq. hort vind. III. t. 17. — Exsicc.: Held. it thessal. n. 55.

Glabrum; caule erecto, ramoso; foliis pinnatisectis, segmentis 5—9, oblongis, inciso-lobatis, dentatisve, superiorum linearibus; umbellis 3—5 radiatis; involucri et involucelli phyllis paucis, linearibus; fructu nitido, stylis brevissimis.

In dumetis, scaturiginosis regionis montanae, rarissime. Thessalia: mt. Ossa ad coenobium Hagios Demetrios, mt. Pelion ad coenobium Hagios Joannes Prodromos pr. Portaria (Heldr.). — Jun. Sept. ⊙.

65. Pimpinella L. gen. n. 366.

1. Sectio. *Tragoselinum* Tourn. inst. p. 309. — Fructus glabri.

1. **P. laconica.** — Exsicc.: Heldr. pl. fl. hellen. a. 1899.

Glabra; caule gracili, erecto, striato, ramoso, 20—30 cm. alto; foliis radicalibus, ambitu lanceolatis, pinnatisectis, 5—7 jugis, segmentis ovatis, acute dentatis, lobatis vel pinnatifidis; caulinis inferioribus valde diminutis, ceteris ad vaginam reductis; umbellis 6—10 radiatis, radiis subaequilongis gracilibus; involucri phyllis 0—4, lineari-lanceolatis, involucelli 5—8, lanceolatis, albo-marginatis; petalis albis, dorso lutescentibus; fructu ovato, laevi, stylopodiis mamillaribus stylisque longis deflexis superato. — *P. alpinae* Host. fl. austr. I. p. 399 foliorum radicalium segmentis varie partitis, involucellis nullis, petalis albis et stylopodiis depressis diversae, habitu affinis.

In dumosis regionis inferioris mt. Taygetos pr. Megali-Anastasova in districtu Alagonia (Zahn). — Maio, Jun. ♃.

2. Sectio. *Tragium* Spreng. umb. pr. p. 26. — Fructus pubescentes vel villosi.

a. Perennes, rhizomate lignescente multicipiti.

2. **P. tragium** Vill. dauph. II. p. 606; Ch. et B. fl. pelop. p. 20; Friedr. Reise p. 285; Bois. fl. or. II. p. 871; Hal. in z. b. G. 1888 p. 757; Beitr. fl. Epir. p. 24, Beitr. fl. thessal. p. 12; Form. in D. bot. Monat. 1891 p. 42, in Ver. Brünn 1896 p. 95, 1897 p. 68; Haussk. symb. p. 96; Bald. riv. coll. bot. Alb. 1895 p. 37. 1896 p. 57. — *P. saxifraga* Fraas fl. class. p. 149, non L. — Icon: Rchb. t. 26.

Glabra vel puberula; caulibus erectis, ramosis, 10—40 cm altis; foliis radicalibus rosulatis, ambitu lanceolatis, pinnatisectis, 2—4 jugis, segmentis ovatis, basi subcuneatis vel subcordatis, inciso-dentatis, foliis caulinis sessilibus, diminutis vel ad vaginam reductis; umbellis 5—10 radiatis, radiis tenuibus, glabris vel glabriusculis; involucro et involucellis nullis; petalis albis, dorso puberulis; fructu ovato vel ovato-oblongo, stylopodiis depressis stylisque longis flexuosis coronato. — Stirpe statura, foliorum segmentium magnitudine et indumento valde variabilis.

α. **typica.** — Minute puberula, foliis caulinis ad vaginam 2—3 lacinias minutas gerentem vel nudam reductis. — Exsicc.: Heldr. herb. norm. n. 1338.

β. **depressa** Sieb. avis rem. p. 3; DC. pr. IV. p. 120; Raul. cret. p. 761; pro sp.; Bois. fl. or. II. p. 871; Spreitz. in z. b. G. 1890 p. 295; Bald. viagg. Creta p. 52. — Pumila, foliorum radicalium segmentis pinnatifidis, laciniis lanceolatis, ceteris ut in *α.* — Exsicc.: Bald. it. cret. n. 122.

γ. **olenea** Bois. et Heldr. mss. — Minute puberula, caulibus elatioribus, foliis caulinis in lacinias oblongas pinnatisectis. — Exsicc.: Heldr. herb. a. 1896; Sint. it. thessal. n. 1121.

δ. **polyclada** Bois. et Heldr. diagn. ser. 2, II. p. 75, p. p., pro sp.; Bois. Fl. or. II. p. 872; Heldr. chlor. Parn. p. 18; Haussk. symb. p. 96. — — *P. polyclada v. hispida* Celak. in böhm. Ges. Wiss. 1887 p. 539. — Caulibus elatis petiolisque patule hispidis, foliis caulinis in lacinias oblongo-lineares linearesve pinnatisectis. — Foliorum radicalium segmenta saepe magna. — Exsicc.: Sint. et Bornm. it. turc. 1248.

ε. **parnassica** Bois. et Heldr. mss. pro sp. — Tota, praeter fructus, glaberrima, ceteris ut in *δ.* — Huc forma: *pauciradiata* Bois. diagn. ser. 2, II. p. 75, segmentis foliorum minoribus, umbellis 3—5 radiatis. — Exsicc.: Orph. fl. gr. n. 354 et 997.

ζ. **Sartorii** Heldr. in Bois. diagn. ser. 2, II. p. 75, chlor. Parn. p. 18, pro sp. — Tota, praeter fructus glaberrima; foliorium radicalium segmentis parvis, foliis caulinis ad vaginam in 2—3 lacinias minutas gerentem vel nudam reductis. — Exsicc.: Orph. fl. gr. n. 998.

In siccis et silvaticis regionis abietinae et superioris. Epirus: pr. Suli ad fontem Flamburas distr. Paramythia, ad Cepelovon distr. Za-

gorion (Bald.), mt. Tsumerka pr. Vulgarelion, pr. Chaliki (Hal.); Thessalia: pr. Lepeniza, Chaliki, Ochsa Despot, Said Pascha, Mandra Hodsa (Form.), mt. Zygos, Karava, Ghavellu (Haussk.); Aetolia: pr. Karpenisi (Samar.), mt Korax (Heldr.); Boeotia (Fraas); Attica: mt. Pentelicon (Heldr.); Euboea: mt. Dirphys (Heldr.); Argolis: pr. Nauplia (Chaub.); Achaia: mt. Kyllene (Orph.); Laconia: mt. Malevo (Orph.), Taygetos (Heldr.); pr. Messene (Chaub.); Cephalonia (Schimp.); sed loca nonnulla probabiliter ad unam vel alteram var. pertinent; — β. Creta: ad Stravopodia, mt. Hagion Pneuma, Theodori, Volokia (Raul.), mt. Mavrus Lakus (Spreitz.) in mt. Sphacioticis; — γ. Thessalia: mt. Gionscala pr. Sermeniko (Sint.); mt. Olenos Peloponnesi (Heldr.); — δ. Thessalia: mt. Zygos in Pindo tymphaeo (Haussk.), mt. Olympus, Oeta (Heldr.); Doris: mt. Kiona (Hal.); — ε. mt. Olympus (Orph.), mt. Parnassus (Heldr.). — ζ. mt. Parnassus (Orph.). — Jul. Aug. ♃.

3. **P. Pretenderis** Orph. fl. gr. n. 1120. — *P. tragium v. maritima* Bois. fl. or. II. p. 872. — *P. tragium v. Pretenderis* Heldr. chlor. Thera p. 13.

Dense tomentosa, cinerascens; caulibus adscendentibus, crassiusculis, 10—20 cm. altis, parce ramosis; foliis radicalibus ambitu lanceolatis, pinnatisectis, 2—4 jugis, segmentis crassiusculis, ovatis oblongisve, obtuse dentatis, basi cuneatis, caulinis inferioribus trifidis trisectisve, laciniis lanceolatis integris vel apice incisis, superioribus ad vaginam reductis; umbellis 8—10 radiatis, radiis crassiusculis, tomentosis; involucro et involucello nullo vel oligophyllo; petalis albis, dorso tomentellis; fructu oblongo, dense patule tomentoso, stylopodiis depressis stylisque longis coronato. — Species meo sensu distincta, ab omnibus formis praecedentis indumento, caulibus crassiusculis adscendentibus, ad apicem usque radiisque dense tomentosis, foliis crassiusculis, umbellis et umbellulis saepe involucratis egregie discedens.

In rupibus maritimis insulae Pholegandros (Orph.) et Thera (Heldr.) Cycladum. — Maio. ♃.

b. Annuae vel biennes, radice simplici fusiformi.

α. Umbella multiradiata; fructus patule longeque hispidus.

4. **P. peregrina** L. sp. p. 264; Marg. et R. fl. Zante p. 50; Ch. et B. fl. pelop. p. 20; Friedr. Reise p. 273, var. *glabra*; Raul. cret. p. 761; Weiss. in z. b. G. 1869 p. 49, f. *glabrata*; Bois. fl. or. II. p. 867; Hal. in z. b. G. 1888 p. 757; Beitr. fl. Epir. p. 24, Beitr. fl. thessal. p. 12; Form. in D. bot. Monat. 1891 p. 42, in Ver. Brünn 1895 p. 43, 1896 p. 95; Haussk. symb. p. 96; Heldr. fl. Aegina p. 300. — *P. hispida* Lois. not. p. 48; Urv. enum. p. 34. *P. dissecta* Sieb. avis p. 3, rem. p. 3, non Retz. — Icon: Jacq. hort. vind. t. 131. — Exsicc.: Orph. fl. gr. n. 896; Rev. pl. cret. n. 246; Sint. it. thessal. n. 1262; Bald. it. cret. alt. n. 123.

Puberula, rarius glabrata; caule erecto, 30—100 cm alto, ramoso; foliis infimis pinnatisectis, 3—4 jugis, segmentis cuneato- vel cordato-

ovatis, dentato-lobatis, terminali trilobo, superioribus in lacinias lanceolato-lineares dissectis; involucro involucellisque nullis; petalis albis, extus puberulis; fructu ovato, stylopodiis conico-elongatis et stylis arcuato-erectis coronato.

In collibus siccis, sepibus, vinetis, locis dumosis regionis inferioris et montanae. Epirus: pr. Kalentini supra Arta (Hal.), mt. Mickeli Prosgoli (Form.); Thessalia: pr. Kastania, Vendista, Malakasi, Borovikon, Han Kukleus et Kuraneos, pr. Velestinos (Form.), Kalabaka (Sint.), Trikala, Karditza, Pharsalus (Haussk.); Aetolia: pr. Karpenisi (Samar.); Doris: pr. Amphissa (Hal.); Attica: in valle Bucca pr. Oropos, mt. Parnes, insula Aegina (Heldr.); Corinthia: pr. Acrocorinthum (Orph.), Xylokastron (Heldr.); Argolis: pr. Nauplia (Haussk.), insula Poros (Friedr.); Laconia: pr. Sparta (Sart.), mt. Malevo pr. Hagios Joannes (Orph.); Cycladum insula Syra (Urv.), Jos (Heldr.); Creta: pr. Kissamos (Rev.), Canea (Weiss), Khalepa, Stilo (Raul.), mt. Hagios Georgios distr. Monofatri (Bald.); Zante (Marg.) — Jun. Jul. ⊙.

β. Umbella 5—10 radiata; fructus breviter adpresse puberulus.

5. **P. anisum** L. sp. p. 264; S. et. S. pr. I. p. 204; Dallap. prosp. p. 41; Fraas. fl. class. p. 149; Heldr. Nutzphl. p. 39; Raul. cret. p. 761; Bois. fl. or. II. p. 866. — Icon: Rchb. t. 24. —

Puberula; caule erecto, 15—30 cm. alto, ramoso; foliis infimis cordato-rotundis, incisis, intermediis trisectis segmentis cuneatis, superioribus in lacinias lineares trifidas sectis vel indivisis; involucro involucellisque nullis vel monophyllis; petalis albis, extus puberulis; fructu ovato-pyriformi, apice attenuato, stylopodiis conicis et stylis longis divergentibus coronato.

Colitur et hinc inde subspontanea. Boeotia: pr. Thebas (Fraas), Lebadia, Rachova (Heldr.); Peloponnesus: pr. Patras, Kyparissia (Heldr.), Tripolitza (Fraas); Cephalonia (Dall.); Creta (Raul.). — Jun. Aug. ⊙. N. v.

6. **P. cretica** Poir. suppl. I. p. 684; Ung. Reise p. 130; Weiss in z. b. G. 1869 p. 49; Raul. cret. p. 761; Bois fl. or. II. p. 866; Hal. in ö. b. Z. 1895 p. 260. — *P. tenuis* Sieb. avis p. 3, rem. p. 3. — *Tragium creticum* Link in Linn. IX. p. 570. — Exsicc.: Orph. fl. gr. n. 353; Heldr. herb. norm. n. 270.

Puberula vel glabrescens; caule erecto, 15—30 cm. alto, ramoso; foliis inferioribus indivisis trisectisque, segmentis rotundatis dentatis, superioribus in lacinias paucas oblongas lobatas vel lineares integras sectis; involucro involucellisque nullis; petalis albis, glabris; fructu ovato, apice attenuato, stylopodiis conicis et stylis longis divergentibus coronato.

In collibus siccis, herbidis regionis inferioris et submontanae. Attica: in colle Lycabetto, pr. Eleusis, Skaramanga, Phaleron, Piraeus (Heldr.), mt. Hymettus (Orph.), pr. Rheitro (Ung.), insula Salamis (Reiser); Argolis: pr. Nauplia (Link); Cycladum insula Syra (Bois.),

Amorgos (Orph.); Creta: pr. Canea (Weiss), Akroteri, Malaxa, Askyphos, Anopolis (Raul.). — Maio. ⨀.

66. Reutera Bois. voy. exp. p. 242.

1. **R. rigidula** Bois. et Orph. diagn. ser. 2, II. p. 77, Fl. or. II. p. 863. -- Exsicc.: Heldr. fl. hellen. n. 62; Orph. fl. gr. n. 300.

Caule erecto, pilis deflexis molliter hirtulo, superne glabro, ramosissimo, ample paniculato; foliis inferioribus bipinnatisectis, hispidulis, segmentis parvis ovatis, in lacinias breves oblongas acutas vel obtusiusculas partitis sectisve, foliis superioribus ad vaginas breves reductis; umbellis parvis, breviter 5 radiatis; involucris involucellisque nullis; petalis aureis, dorso velutinis; fructu ovato, velutino, stylopodio depresso coronato; stylis stylopodio longioribus.

In vinetis, olivetis, pratis regionis inferioris et montanae. Attica: ad Mesoitis (Leutwein); Corinthia: pr. Trikaliotika (Heldr.); Achaia: ad lacum Stymphaliae (Heldr.); Arcadia: mt. Chelmos ad Klukines (Orph.); Messenia: pr. Kyparissia (Despreaux), inter Nisi et Petalidi (Zahn); Laconia: pr. Kastanitza ad mt. Malevo (Orph.). — Aug. Oct. ♃.

67. Ridolfia Moris enum. sem. hort. taur. 1841 p. 53.

1. **R. segetum** L. mant. alt. p. 219; Ch. et B. exp. p. 91, Fl. pelop. p. 20; Marg. et R. fl. Zante p. 51; Fraas fl. class. p. 148. (*Anethum*); Mor. l. c.; Bois. fl. or. II. p. 858; Form. in Ver. Brünn 1897 p. 68. — Icon: Mor. fl. sard. t. 75. — Exsicc.: Heldr. pl. fl. hellen. a. 1883, 1890 et 1899.

Glabra, glaucescens; caule erecto, ramoso; foliis in lacinias filiformisetaceas decompositis, summis saepe ad vaginam reductis; umbellis multiradiatis; involucro involucellisque nullis; petalis aureis, glabris; pedicellis fructiferis contractis, exterioribus fructu 2—3plo longioribus. — Habitu *Anetho graveolenti* similis, sed fructibus a latere compressis, ad commissuram laeviter constrictis distincta.

In cultis, inter segetes. Phthiotis: pr. Lamia (Form.); Euboea: pr. Kastaniotissa (Heldr.), Kurbatzi (Wild.); Attica: pr. Oropos (Heldr.); Boeotia (Fraas); Argolis: pr. Argos (Chaub.); Laconia (Chaub); Elis pr. Lechaena (Heldr.); Zante (Marg.); Cycladum insula: Tenos, Naxos (Chaub.). — Maio, Jul. ⨀.

68. Petroselinum Hoffm. umb. I. p. 78.

1. **P. sativum** Hoffm. l. c.; Heldr. Nutzpfl. p. 39, Fl. cephal. p. 39; Bois. fl. or. II. p. 857; Haussk. symb. p. 97. — *Apium petroselinum* L. sp. p. 264; S. et S. pr. I. p. 204; Dallap. prosp. p. 42; Marg. et R. fl. Zante p. 85. — Icon: Rchb. t. 91. — Exsicc.: Heldr. pl. fl. hellen. a. 1890.

Glabrum; caule erecto, ramoso; foliis inferioribus 2—3 pinnatisectis, segmentis cuneato-obovatis, inciso-dentatis vel trifidis, foliis superioribus trisectis segmentis lanceolatis; umbellis multiradiatis; involucro nullo vel 1—2 phyllo, involucello 6—8 phyllo, phyllis lineari-setaceis.

In rupinis regionis inferioris. Thessalia: pr. Kalabaka (Haussk.); Euboea: pr. Kastaniotissa (Heldr.), subspontaneum; saepe cultum. — Jun. Jul. ⊙.

69. Bupleurum L. gen. n. 328.

Dispositio specierum:

a. Fruticosa, foliis sempervirentibus.

1. B. **fruticosum** L.

b. Perennia, herbacea.

2. B. **parnassicum** Hal. 3. B. **Sibthorpianum** S. et S.

c. Annua.

α. Caulis perfoliatus; involucrum nullum.

4. B. **rotundifolium** L. 5. B. **protractum** Hoffm. et Link.

β. Caulis non perfoliatus; umbella involucrata.

× Involucelli phylla saltem margine membranacea, glumacea, flores superantia; fructus laevis.

○ Umbella pluriradiata; involucelli phylla trinervia.

. Involucelli phylla diaphana, venulis destituta, margine laevia.

6. B. **glumaceum** S. et S.

.. Involucelli phylla venulosa.

;; Caulis gracilis; folia 1—3 nervia; petala ovata, ad marginem superiorem obtuse denticulata.

, Involucelli phylla margine scabridula.

7. B. **apiculatum** Friv.

,, Involucelli phylla margine laevia vel apice tantum scabridula.

8. B. **flavicans** Bois. et Heldr. 9. B. **semidiaphanum** Bois.

;; Caulis rigidulus; folia 5 nervia: petala superne subconcava

10. B. **Fontanesii** Guss.

○○ Umbellulae solitariae, longe pedunculatae; involucelli phylla quinquenervia.

11. B. **capillare** Bois. et Heldr.

×× Involucelli phylla herbacea, flores non occultantia.

○ Fructus laevis.

. Petala laevia; umbellae pluriradiatae.

; Involucelli phylla lanceolata, trinervia.

12. B. **junceum** L. 13. B. **commutatum** Bois. et Bal.

;; Involucelli phylla lanceolato-subulata, uninervia.

14. B. **australe** Jord. 15. B. **trichopodum** Bois. et Sprun.

.. Petala papilloso-scabrida; umbellulae solitariae.

16. B. **asperuloides** Heldr.

○○ Fructus muricato-granulatus: petala laevia.

17. B. **semicompositum** L. 18. B. **Marschallianum** C. A. Mey.

a. Fruticosa.

1. **B. fruticosum** L. sp. p. 238; S. et S. pr. I. p. 179, Fl. gr. III. p. 58, t. 263; Friedr. Reise p. 274; Fraas fl. class. p. 138; Bois. fl. or. II. p. 851; Haussk. symb. p. 97; Hal. in z. b. G. 1899 p. 712. — Exsicc.: Orph. fl. gr. n. 237; Heldr. herb. norm. n. 1144.

Frutex, caule erecto, ramoso; foliis coriaceis, persistentibus, sessilibus, lanceolato- vel obovato-ellipticis, uninerviis, reticulato-venosis; umbellis 6—20 radiatis; involucri et involucelli phyllis reflexis, caducis; fructu oblongo, jugis acutis, valleculis univittatis.

In fruticetis regionis inferioris et submontanae. In Thessaliae maritimis (Sibth.); Attica: ad radices mt. Parnes et Pentelicon (Fraas), in valle Bucca pr. Oropos, pr. Panagia Plussia, Paphi (Heldr.), pr. Adames (Orph.); Argolis: pr. Poros (Friedr.); Laconia: mt. Malevo pr. Platanos (Orph.), ad radices mt. Taygetos pr. Kalamata (Zahn). — Jun. Aug. ♃.

b. Perennia, herbacea.

2. **B. parnassicum.** — *B. baldense* Bois. fl. or. II. p. 848 p. p.; Heldr. chlor. Parn. p. 18; non Host. syn. p. 141, quod ex auctore ipso in Fl. austr. I. p. 347 ad *B. ranunculoides* L. pertinet. — Exsicc.: Dörfl. fl. gr. n. 234; Orph. fl. gr. n. 360.

Rhizomate multicipite; caulibus erectis, ramosis; foliis inferioribus elongatis, oblongo- vel lineari-lanceolatis, 12 mm. usque latis, 5—7 nerviis, inter nervos venosis, mucronulatis, in petiolum longum attenuatis, superioribus sessilibus lanceolato-linearibus, basi attenuatis; umbellis inaequaliter 6—8 radiatis; involucri phyllis 2—3, inaequalibus, lanceolatis, involucelli 4—5, lanceolatis, acutis, umbellulam subaequantibus; petalis luteis; fructu (juniore) oblongo. — *B. falcato* L. (quod quoque folia 5—7 nervia habet), foliis ellipticis vel oblongis brevioribus, caulibus magis ramosis, involucelli phyllis cuspidatis diverso, maxime affine. — A sequente foliis 5—7 nerviis multo latioribus et umbellis 6—8 radiatis differt. Specimina ab Orphanides lecta habent folia angustiora, tamen ad hanc stirpem spectare videntur.

In rupestribus mt. Parnassus pr. Dokanistra (Leonis) et Criarosasteno (Orph.). — Jul. Aug. ♃.

3. **B. Sibthorpianum** S. et S. pr. I. p. 179, Fl. gr. III. p. 58, t. 264; Ch. et B. exp. p. 82, Fl. pelop. p. 17. — *B. baldense* Bois. fl. or. II. p. 848 p. p. — *B. exaltatum* Hal. Beitr. fl. Epir. p. 24, vix M. a B. — Exsicc.: Heldr. herb. norm. n. 1431.

Rhizomate multicipite; caulibus erectis, ramosis; foliis anguste linearibus, 1—3 mm. latis, 3—5 nerviis, inter nervos vix venosis, mucronulatis, inferioribus elongatis; umbellis inaequaliter 3—5 radiatis; involucri phyllis 2—3, lanceolatis, inaequalibus, involucelli 4—5, lanceolatis, acutis, pedicellos aequantibus; petalis luteis; fructu oblongo, jugis alato-filiformibus, valleculis 3 vittatis. — A *B. gramineo* Vill. foliis superio-

ribus non ovato-lanceolatis, umbellis pauciradiatis, a. *B. exaltato* M. a. B. et *B. cernuo* Ten. ultima nota differre videtur.

In rupestribus regionis montanae et subalpinae. Epirus: mt. Peristeri pr. Kalarrytes (Hal.); Thessalia: mt. Olympus (Heldr.); Peloponnesus (Sibth.): mt. Kyllene, Olenos, Taygetos (Heldr.). — Jul. Aug. ♃.

c. Annua.

α. Caulis perfoliatus; involucrum nullum.

4. **B. rotundifolium** L. sp. p. 236. — Icon: Fl. dan. t. 2406.

Glaucovirens: caule erecto, superne ramoso; foliis viridibus, inferioribus oblongis basi angustatis, superioribus ovato-oblongis perfoliatis; umbellis 5—8 radiatis; involucelli phyllis 3—5, ovatis, cuspidatis, demum convergentibus; petalis luteis; fructu oblongi, laevi.

In cultis Athenarum rarissime (Heldr. in litt.). — Maio, Jun. ⊙. V. v.

5. **B. protractum** Hoffm. et Lk. fl. portug. II. p. 387; Fraas fl. class. p. 139; Weiss in z. b. G. 1869 p. 50; Bois. fl. or. II. p. 836; Heldr. fl. cephal. p. 39, Fl. Aegina p. 300; Haussk. symb. p. 97; Hal. in ö. b. Z. 1899 p. 25. — *B. rotundifolium* S. et S. pr. 1 p. 176, quoad pl. argolicam; Pieri fl. corc. p. 36; Ch. et B. exp. p. 82, Fl. pelop. p. 17; Urv. enum. p. 29; non L. — Icon: Rchb. t. 39. — Exsicc.: Orph. fl. gr. n. 899 (Chios); Dörfl. fl. aegaea n. 64.

Differt a praecedente foliis lutescenti-viridibus, longioribus; umbellis 2—3 radiatis; involucelli phyllis ad maturitatem fructus usque patulis, petalis intensius luteis; fructu majore, dense granulato-verrucoso.

In cultis et neglectis. Thessalia: pr. Pharsalus, Aivali (Haussk.); Phthiotis (Fraas); Aetolia: pr. Mesolongion (Nied.); Attica: pr. Athenas, Oropos, Chelidoni, Myli, mt. Oros in insula Aegina (Heldr.), Laurion (Haussk.); Argolis (Sibth.): pr. Mykenae (Sart.); Laconia: pr. Sparta, Zarnate usque Methone Messeniae (Chaub.); Strophades (Hal.); Cephalonia: ad Lasi pr. Argostoli (Heldr.); Leucas (Mazz.); Corcyra (Pieri); Cycladum insula Melos (Urv.), Paros (Leon.); Creta: pr. Canea (Weiss). — Apr. Jun. ⊙.

β. Caulis non perfoliatus; umbella involucrata.

× Involucelli phylla saltem margine membranacea, glumacea, flores superantia; fructus laevis.

○ Umbella pluriradiata; involucelli phylla trinervia.

. Involucelli phylla diaphana, venulis destituta, margine laevia.

6. **B. glumaceum** S. et S. pr. 1 p. 177; Sieb. avis p. 3, rel. p. 3; Ch. et B. exp. p. 82, Fl. pelop. p. 17; Link in Linnaea IX. p. 570; Marg. et R. fl. Zante p. 50; Clem. sert. p. 44; Weiss in z. b. G. 1869 p. 50; Raul. cret. 761; Bois. fl. or. II. p. 837, Haussk. symb. p. 97; Hal. in ö. b. Z. 1895 p. 260, 1897 p. 94; Heldr. fl. Aegina p. 300. — *B. gracile* Urv. enum. p. 30. — Icon: Rchb. t.

179. — Exsicc.: Orph. fl. gr. n. 238; Heldr. herb. norm n. 417 et 1145, herb. fl. hellen. n. 61; Reverch. pl. cret. n. 52.

Caule gracili, erecto, ramoso; foliis anguste lineari-lanceolatis vel linearibus, uninerviis; umbellis 3—6 radiatis, radiis valde inaequalibus, longioribus involucrum 2—4 plo superantibus; involucelli phyllis oblongo-lanceolatis, acutis, petalis breviter ovatis, margine superiori obtuse et obsolete 4 dentatis, lacinula divaricato-biloba.

In collibus graminosis, fruticetis regionis inferioris et submontanae. Attica: frequens circa Athenas, pr. Laurion, etiam in insula Salamis, Mikra Kyra Pharmacusarum, Aegina (Heldr.); Achaia: pr. Patras (Link); Messenia: pr. Methone, Nisi (Chaub.); Sporadum insula Jura (Reiser); Cycladum insula: Cythnos (Crinos), Syra, Tenos (Weiss), Naxos, Thera (Chaub.); Creta: pr. Canea (Weiss), Akroteri, Suda, Malaxa, inter Chersonesos et Malea, inter Palaeokastro et Zakro (Raul.); Zante (Sibth.); Cephalonia (Rostan); Corcyra (Clem.). — Maio, Jun. ⊙.

.. Involucelli phylla venulosa.

; Caulis gracilis; folia 1—3 nervia; petala ovata, ad marginem superiorem obtuse denticulata.

, Involucelli phylla margine scabridula.

7. **B. apiculatum** Friv. in Flora 1835 p. 335; Form. in D. bot. Monat. 1891 p. 42. — *B. glumaceum v. aristatum* Bois. diagn. ser. 2, II. p. 81. — *B. flavicans* Bald. riv. coll. bot. Alb. 1895 p. 36, non Bois. et Heldr. — Exsicc.: Bald. it. alb. epir. III. n. 50; Heldr. herb. norm. n. 1033 (Thessalonica). —

Caule erecto, ramoso; foliis anguste linearibus, setaceo-acuminatis, 1—3 nerviis; umbellis 5—10 radiatis, radiis valde inaequalibus, longioribus involucrum 2—3 plo superantibus; involucelli phyllis ellipticis, longe cuspidatis, secus nervum medium breviter nervulosis, demum diaphanis; petalis oblongis, margine superiori obtuse 4 dentatis. — Involucelli phyllis majoribus, in aristam longam abeuntibus, inter nervos primo subopacis, ad nervum medium venulosis, margine scabris a praecedente optime discedit.

In aridis, agris, ad vias regionis inferiori. — Epirus: mt. Zalongos et ad Camarina distr. Prevesa (Bald.); indicatur a Formanek in multis locis Thessaliae a Chaliki et Malakasi in Pindo, per planitiem thessalam usque ad Volo, sed probabiliter cum *B. flavicante* et *B. semidiaphano* confusum. — Maio, Jul. ⊙.

„ Involucelli phylla margine laevia vel apice tantum scabridula.

8. **B. flavicans** Bois. et Heldr. diagn. ser. 2, VI. p. 74, Fl. or. II. p. 838; Haussk. symb. p. 97; Bald. riv. coll. bot. Alb. 1892 p. 38, in nuovo giorn. bot. 1894 p. 95; Form. in Ver. Brünn 1896 p. 95, 1897 p. 67. — Exsicc.: Sint. it. thessal. n. 1118.

Caule erecto, ramoso; foliis linearibus vel lineari-lanceolatis, acutis, trinerviis; umbellis 3—5 radiatis, radiis inaequalibus, longioribus involucrum

duplo vel subtriplo superantibus; involucelli **phyllis** ovato-oblongis, longe cuspidatis, demum diaphanis, nervis omnibus utrinque venulosis, venulis exterioribus versus marginem laevem anastomosantibus; petalis subquadratis, margine superiori obtuse 4 dentatis. — A praecedente involucelli phyllis duplo latioribus ovato-oblongis, undique venulosis, margine laevibus differt.

In fruticetis, herbidis regionis inferioris et montanae. Epirus: ad promontorium Stylo et pr. Delvinon (Bald.); Thessalia: pr. Chaliki, Velitsena, mt. Ghavellu (Form.), pr. Kotura (Heldr.), Klinovo, Korona (Haussk.); Aetolia: mt. Tymphrestus (Nicolaides), pr. Charitza ad fluvium Karpenisi (Samar.); Corcyra: pr. Palaeokastrizza (Bald.). — Jun. Aug. ☉.

Obs. *B. flavicans v. Karglioides* Bald. in riv. coll. bot. Alb. 1895 p. 36, quod a typo „involucri (an recte involucelli) phyllis duplo angustioribus sesquilongioribus, setaceo-linearibus, nervaturis secundi ordinis anastomosantibus" differe dicitur, mihi planta ignota et potius ad *B. apiculatum* spectare videtur.

9. **B. semidiaphanum** Bois. diagn. ser. 2, VI. p. 73, Fl. or. II. p. 838, suppl. p. 251; Heldr. in Sitzungsb. acad. Wiss. Berl. 1883 p. 4, Fl. cephal. p. 39; Spreitz. in z. b. G. 1887 p. 661; Hal. in z. b. G. 1888 p. 757, Beitr. fl. Epir. p. 24, Beitr. fl. Aetol. p. 6, Beitr. fl. Thessal. p. 13; Form. in D. bot. Monat. 1891 p. 42, in Ver. Brünn 1895 p. 42, 1896 p. 95, 1897 p. 67; Haussk. symb. p. 97 cum forma *flexicaule*. — ? *B. odontites v. Kochianum* Friedr. Reise p. 274; non Ces. quod = *B. apiculatum* Friv.; cf. Wettst. Beitr. fl. Alb. p. 55. — Exsicc.: Orph. fl. gr. n. 236; Heldr. herb. norm. n. 416 et 934, it. thessal. n. 26; Sint. it. or. a. 1889 n. 1839; Sint. et Bornm. it. turc. 1259 et 1260; Dörfl. fl. gr. n. 206.

Caule erecto, ramoso; foliis anguste linearibus, acutis, subtrinerviis; umbellis 3 - 5 radiatis, radiis inaequalibus, longioribus involucrum superantibus; involucelli phyllis oblongis, cuspidatis, inter nervos subopacis, oblique venulosis, inter nervos et marginem apice scabridulam eveniis; petalis ovato-oblongis, superne obtuse eroso-denticulatis, dente superiore interdum longiore, lacinula obtusa vel retusa. — A *B. flavicante* involucelli phyllis oblongis minoribus, apicem versus scabridulis, inter nervos et marginem eveniis diagnoscitur; affine quoque *B. apiculato*, quod involucelli phyllis fere subduplo majoribus, lanceolatis, longe cuspidatis, margine fere tota scabridis discrepat.

In collibus aridis, herbidis, fruticetis regionis inferioris et montanae per totam Graeciam, etiam in insulis Jonicis: Corcyra, Cephalonia, Zante et in Euboea; deesse videtur in insulis maris Aegaei et in Creta. — Jun. Aug. ☉.

;; Caulis rigidulus; folia 5 nervia; petala superne subconcava.

10. **B. Fontanesii** Guss. ind. sem. hort. Bocc. a. 1825; Caruel in Parl. fl. ital. VIII. p. 417; Wettst. Beitr. fl. Alb. p. 57. —

B. odontites Bois. fl. or. II. p. 839; Heldr. fl. cephal. p. 39; non L. sp. p. 237, quod involucelli phylla opaca habet et = *B. odontites v. opacum* Ces. in Linnaea 1837 p. 315 = *B. opacum* Willk. et L. pr. fl. hisp. III. p. 71. — *B. odontites v. Linnaeanum* Ces. in Linnaea 1837 p. 116. — *B. Sprunerianum* Hampe in Flora 1841 p. 63, sec. Bois. l. c.; sed in diagnosi autoris involucelli phylla ovato-lanceolata, medio opaca, margine diaphana, avenia dicuntur, quibus notis a nostro gravissime discrepat. — Icon: Rchb. ic. bot. t. 177. — Exsicc.: Heldr. herb. norm. n. 1147 (Thessalonica); Sprun. pl. gr.

Caule erecto, ramoso; foliis lanceolatis, acuminatis; umbellis 3—7 radiatis, radiis inaequalibus, longioribus involucrum superantibus; involucelli phyllis lanceolatis, elongatis, cuspidatis, diaphanis, venulosis, nervis lateralibus margini scabridulo subcontiguis; petalis ovatis, lacinula divaricatim biloba. — Ab affini *B. odontites* L. et *B. aristato* Bartl. involucelli phyllis omnino diaphanis statim diagnoscitur.

In collibus aridis. Phthiotis: pr. Stylida (Sprun.); Boeotia: pr. Lebadea (Sprun.); Cephalonia: pr. Argostoli (Heldr.). — Maio, Jun. ⨀.

○○ Umbellulae solitariae, longipedunculatae; involucelli phylla quinquenervia.

11. **B. capillare** Bois. et Heldr. diagn. ser. 2, II. p. 82, Fl. or. II. p. 841; Heldr. chlor. Parn. p. 18. — Exsicc.: Heldr. herb. norm. n. 19; Orph. fl. gr. n. 359.

Caule gracili, erecto, ramosissimo; foliis linearibus, acutis, subquinquenerviis; involucelli, bracteis binis lanceolatis suffulti, phyllis ellipticis, breviter mucronatis, diaphanis, eveniis, margine laevibus; petalis ovatis margine superiori rectiusculo, lacinula biloba. — Species insignis umbellulis solitariis bracteatis.

In vinetis, herbidis regionis montanae, rarissima. Phocis: ad radices mt. Parnassus pr. Rachova (Heldr.) et inter Rachova et Livadi pr. Scalia et Palucakia (Orph.). — Jul. Aug. ⨀.

×× Involucelli phylla herbacea, flores non occultantia.

○ Fructus laevis.

. Petala laevia.

; Involucelli phylla lanceolata, trinervia.

12. **B. junceum** L. sp. ed. 2 p. 343; Haussk. symb. p. 97; Bald. riv. coll. bot. Alb. 1895 p. 37; Form. in Ver. Brünn 1897 p. 68. — *B. quadridentatum* Hal. in ö. b. Z. 1892 p. 371, non Wettst. — Icon: W. et K. pl. rar. hung. t. 257. — Exsicc.: Sint. it. or. a. 1889 n. 1838 et 1844, it. thessal. n. 1003; Sint. et Bornm. it. turc. n. 1258.

Caule erecto, saepe elato, ramoso; foliis lineari-lanceolatis, acuminatis, 5—7 nerviis; umbellis 2—3 radiatis; involucro 2—3 phyllo; involucelli phyllis 3—5, lineari-lanceolatis, acutis, umbellula brevioribus; fructu majusculo, ovoideo, pedicello duplo longiore, jugis argutis.

In fruticetis regionis inferioris et montanae. Epirus: pr. Janina (Bald.); — Thessalia: mt. Zygos in Pindo tymphaeo (Haussk.), mt. Phlam-

buro in mt. Oxya (Form.), pr. Kalabaka, pr. Litochori, Katerina, Plaka et ad monasterium Hagios Dionysios in Olympo (Sint.). — Jul. Sept. ⊙.

13. **B. commutatum** Bois. et Bal. diagn. ser. 2, VI. p. 75; Haussk. symb. p. 97; Form. in Ver. Brünn 1897 p. 68. — Exsicc.: Orph. herb. n. 368 (mt. Corthiati).

Caule erecto, ramoso; foliis lineari-lanceolatis, acutis, 5—7 nerviis; umbellis inaequaliter 5—7 radiatis; involucro 5 phyllo; involucelli phyllis 5, anguste-lanceolatis acuminatis, umbellula sublongioribus; fructu oblongo, pedicello aequilongo, jugis filiformibus. — Praecedenti affine, ab eo umbellis pluriradiatis, involucro polyphyllo, involucellis longioribus angustioribus et fructu duplo minori obscure jugato differt.

In fruticetis regionis montanae. Thessalia: mt. Zygos, pr. Malakasi in Pindo tymphaeo (Haussk.), mt. Phlamburo in mt. Oxya, mt. Cuka et Mitrica in mt. Chassia (Form.). — Jul. Sept. ⊙. N. v.

;; Involucelli phylla lanceolato-subulata, uninervia.

14. **B. australe** Jord. pug. pl. nov. p. 72. — *B. Gerardi* Ch. et B. exp. p. 339, Fl. pelop. p. 18; Bois. fl. or. II. p. 845; Form. in D. bot. Monat. 1891 p. 42; non Jacq. fl. austr. III. p. 31, quod ad *B. junceum* L. pertinet. — Icon: Rchb. crit. t. 165. —

Caule erecto, ramoso; foliis lineari-lanceolatis, acuminatis, 3—5 nerviis; umbellis inaequaliter 5—7 radiatis, radiis elongatis, tenuibus; involucro 3—5 phyllo; involucelli phyllis 5, lanceolato-subulatis, umbellulam superantibus; fructu oblongo-prismatico, pedicello aequilongo, jugis filiformibus.

In fruticetis regionis inferioris et montanae, rarissime. Thessalia: pr. Selicany in mt. Ossa (Form.); Achaia: inter Patras et Vostizza (Chaub.). — Jul. Aug. ⊙. N. v.

15. **B. trichopodum** Bois. et Sprun. in ann. sc. nat. 1844 p. 145, Fl. or. II. p. 846; Weiss in z. b. G. 1869 p. 50; Haussk. symb. p. 97; Hal. in ö. b. Z. 1895 p. 337, 1897 p. 94, Beitr. fl. Achaia p. 22; Heldr. fl. Aegina p. 301, chl. Thera p. 13. — Exsicc.: Orph. fl. gr. n. 361; Heldr. herb. norm. n. 220 et 1034. —

Caule gracili, erecto, ramoso; foliis lineari-lanceolatis, acuminatis, 3—5 nerviis; umbellis subaequaliter 3, rarius 4—6 radiatis, radiis longis, capillaribus; involucro 1—2 phyllo; involucelli phyllis 4—5 subulato-setaceis, umbellulam superantibus; fructu oblongo-lineari, pedicello, aequilongo, jugis argutis. — A praecedente gracilitate, ramis et radiis tenuibus, involucro oligophyllo, phyllis involucelli setaceis differt.

β. **methanaeum** Haussk. symb. p. 97. — Caule elatiore; foliis longioribus, 3 nerviis; umbellis ad 6 radiatis, brevioribus; involucro interdum nullo, phyllis radiis subaequilongis (nec multo brevioribus); involucelli phyllis umbella saepe duplo longioribus; pedicello fructu dimidio breviore. — Exsicc.: N. v.

γ. **depauperatum** Bois. fl. or. II. p. 846. — *B. Gerardi* S. et S. fl. gr. III. p. 56, t. 262, non Jacq. — Pumilum; umbellae et umbellulae depauperatae; involucella flores subaequantia. — Exsicc.: Reis. pl. gr. a. 1894.

In saxosis, dumosis regionis montanae. Attica: mt. Lycabettus, Kerata, Parnes, Pentelicon, Pateras, pr. Oropos, Raphina, Laurion, insula Salamis, Lero Pharmacusarum, Aegina (Heldr.); Sporadum insula Scopelos, Jura et Peristeri (Leon.); pr. Kalamaki in isthmo Corinthiaco, Acrocorinthus, mt. Palamidi pr. Nauplia (Haussk.); Achaia: pr. Megaspilaeon, Sudena, in formis var. β. accedentibus (Hal.); Cycladum insula: Syra (Weiss), Thera (Heldr.). — β. pr. Vromolimni in peninsula Methana (Haussk.); — γ. insula Salamis (Reiser), Cythnos (Tuntas). — Apr. Jun. ⊙.

.. Petala papilloso-scabrida.

16. **B. asperuloides** Heldr. in Bois. diagn. ser. 2, VI. p. 76, chlor. Parn. p. 18; Bois. fl. or. II. p. 848. — Exsicc.: Heldr. herb. norm. n. 513.

Caule erecto, a basi ramosissimo, ramis virgatis; foliis linearibus, acutis, 7 nerviis; umbellulis solitariis, 2—5 floris, secus ramulos remote spicatis, lateralibus saepius sessilibus; involucelli phyllis subulatis, uninerviis, flores subsuperantibus; fructu prismatico, pedicello longiore. — Habitus *B. tenuissimi* L., sed ab eo fructu laevi distinctissimum.

In vinetis pr. Rachova ad radices mt. Parnassus (Heldr.). — Jul. Aug. ⊙.

OO Fructus muricato-granulatus; petala laevia.

17. **B. semicompositum** L. am. acad. III. p. 405; Urv. enum. p. 30; Ch. et B. fl. pelop. p. 18; Haussk. symb. p. 98. — *B. glaucum* Rob. et Cast. in DC. fl. fr. V. p. 515; Urv. enum. p. 30; Clem. sert. p. 44; Raul. cret. p. 761; Bois. fl. or. II. p. 842; Haussk. symb. p. 98; Heldr. in ö. b. Z. 1898 p. 184; Hal. in z. b. G. 1899 p. 712. Cf. Lange in Willk. et L. pr. fl. hisp. III. p. 70 — Icon: Fl. gr. t. 261. — Exsicc.: Orph. herb. n. 2866; Dörfl. fl. aegaea n. 247.

Glaucum; caule erecto, humili, a basi ramoso; foliis lineari-lanceolatis vel inferioribus spathulato-lanceolatis, acutis, 3—5 nerviis; umbellis inaequaliter 3—5 radiatis; involucri involucellique phyllis 5, trinerviis, margine scabriusculis, rarius sublaevibus, umbellulam superantibus; fructu pedicellato, didymo-subgloboso.

In locis aridis praesertim maritimis. Attica: in colle Lycabetto, ad Phalerum, Piraeum, pr. Laurion, Sunium, in Pharmacusarum scopelo Lero, Arpedoni (Heldr.), in Petalium insula Xeronisi (Holzm.); isthmus Corinthiacus: pr. Kalamaki (Clem.); Argolis: pr. Poros (Heldr.); Cycladum insula: Syra (Orph.), Cythnos (Tunt.), Naxos (Leon.), Melos, Cimolos (Urv.); Creta: pr. Spinalunga (Heldr.). — Apr. Jul. ⊙.

18. **B. Marschallianum** C. A. Mey. enum. p. 123; Bois. fl. or. II. p. 842; Hal. in ö. b. Z. 1890 p. 38, 1898 p. 184. — *B. gracile*

DC. pr. IV. p. 128; Haussk. symb. p. 98; **Hal.** in z. b. G. 1899 p. 712; non Urv. — *B. tenuissimum* Friedr. Reise p. 285, non L. — Exsicc.: Heldr. herb. norm. n. 418 et 1035; Orph. fl. gr. n. 1136; Sint. it. or. a. 1889 n. 1843; Dörfl. fl. aeg. n. 254.

Glaucescens; caule erecto, tenuiter virgato, ramosissimo; foliis lineari-lanceolatis, acutis, 3 nerviis; umbellis inaequaliter 3 rarius 4 radiatis; involucro 1—3 phyllo; involucelli phyllis 3—5, trinerviis, laevibus, umbellula brevioribus; fructu saepius subsessili, ovato-globoso. — Praecedenti gracilior, elatior, saepe bipedalis.

In locis aridis praesertim maritimis. Aetolia: pr. Mesolongion (Nied.); Thessalia: pr. Katernia (Sint.); Attica: ad Phalerum, pr. Eleusis (Heldr.), Laurion, Sunium (Haussk.); Argolis: pr. Nauplia (Sart.); Laconia: pr. Gythion (Pichl.); Cycladum insula: Paros, Naxos (Heldr.). — Jul. Sept. ⊙.

LV. Ordo. Araliaceae Juss. in dict. sc. nat. II. p. 348.

1. Hedera L. gen. n. 283.

1. **H. helix** L. sp. p. 202; S. et S. pr. I. 161; Pieri corc. fl. p. 34; Sieb. avis rem. p. 3, in Flora I. p. 273; Dallap. prosp. p. 29; Ch. et. B. exp. p. 77, fl. pelop. p. 16; Marg. et R. fl. Zante p. 53; Friedr. Reise p. 268; Fraas. fl. class. p. 150; Ung. Reise p. 130; Heldr. Nutzpfl. p. 41, Fl. cephal. p. 41, Sitzungsber. acad. Berlin 1883 p. 8, Fl. Aegina p. 301; Raul. cret. p. 769; Bois. fl. or. II. p. 1090; Hal. in ö. b. Z. 1888 p. 757. Beitr. fl. Epir. p. 24; Form. in D. bot. Mon. 1891 p. 43. in Ver. Brünn 1895 p. 42, 1896 p. 96, 1897 p. 69; Haussk. symb. p. 99. — Icon: Fl. dan. t. 1027. —

α. **typica**. — Baccis nigris. — Exsicc.: Sint. et Bornm. it. turc. n. 1265; Sint. it. thessal. n. 215b.

β. **poetica** L. sp. p. 202. — *H. chrysocarpa* Walsh trans. hort. soc. VI. p. 42. — *H. poetarum* Bert. proel. rei herb. p. 78, Fl. ital. II. p. 688; Clem. sert. p. 45; Heldr. Nutzpfl. p. 41; Bois. fl. or. II. p. 1091. — Baccis luteis. — Exsicc.: Heldr. herb. norm. 1243. in Baen. herb. europ. n. 3599; Orph. fl. gr. n. 985. —

Ad muros, rupes, arbores in regione submontana et montana, frequens per omnem Graeciam; non indicatur in insulis Cycladum et Sporadum, nec in insula Cythera, nec in Strophadibus; — β. ad coenobium Caesariani in mt. Hymettus Atticae (Clem.). — Oct. Nov. — ♄.

LVI. Ordo. Cornaceae DC. pr. IV. p. 271.

1. Cornus L. gen. n. 149.

1. **C. mas** L. sp. p. 117; S. et S. pr. I. p. 103, Fl. gr. II. p. 41. t. 149; Ch. et B. exp. p. 57, Fl. pelop. p. 11; Fraas fl. class. p. 151;

Heldr. Nutzpfl. p. 44, in Sitzungsb. acad. Berl. 1883 p. 5; Bois. fl. or. II. p. 1092; Chloros Waldverh. p. 31; Form. in D. bot. Mon. 1891 p. 43, in Ver. Brünn 1895 p. 42; 1896 p. 96, 1897 p. 69; Haussk. symb. p. 99; Hal. Beitr. fl. Epir. p. 25. — Exsicc.: Heldr. it. thessal. IV a. 1885.

Arborea vel fruticosa; foliis ovatis, acuminatis, parce hirtulis; floribus praecocibus, ante folia evolutis, in cymis umbellato-capitatis, involucratis dispositis; petalis luteis; drupa oblonga, coccinea, rarius flava.

In silvis montanis. Thessalia: frequens in Pindo epirotico et thessalo, in mt. Olympus et Ossa (Heldr.); Phthiotis: mt. Oeta, ad Thermopylas (Fraas); Aetolia: mt. Tymphrestus (Fraas); Arcadia (Sibth.); Laconia (Chaub.); colitur in Cycladum insulis Tenos et Naxos (Chaub.). — Mart. Apr. ♄.

2. **C. sanguinea** L. sp. p. 117; S. et S. pr. I. p. 104; Pieri corc. fl. p. 20; Ch. et B. Fl. pelop. p. 11; Mazz. in antol. ion. IV. p. 952; Fraas. fl. class. p. 152; Heldr. Nutzpfl. p. 44, Landerer in Flora XL. p. 388; Bois. fl. or. II. p. 1092; Chloros Waldverh. p. 31; Haussk. symb. p. 99. — Icon: Fl. dan. t. 481. — Exsicc: Sint. it. thessal. n. 413.

Fruticosa; foliis ovatis, acuminatis, subtus hirtis; floribus post folia evolutis, in cymis umbelliformibus, nudis dispositis; petalis albis; drupa globosa nigra.

In silvaticis montanis. Thessalia: in oropedio Neuropolis (Haussk.), pr. Guwelzi in Pindo (Sint.); Euboea: mt. Telethrion (Heldr.); Boeotia: pr. Lebadea (Heldr.); Achaia: pr. Patras, mt. Kyllene (Orph.); Elis (Sibth.); Corcyra: pr. Velonades (Mazz.). — Maio, Jun. ♄.

LVII. Ordo. Loranthaceae Don. pr. fl. nepal. p. 142.

1. Viscum L. gen. n. 1105.

1. **V. album** L. s. p. 1023; Ch. et B. exp. p. 278, Fl. pelop. p. 65; Fraas fl. class. p. 152; Clem. sert. p. 45; Heldr. Nutzpfl. p. 44; Raul. cret. p. 770; Bois. fl. or. IV. p. 1068; Hal. in ö. b. Z. 1890 p. 38; Form. in D. bot. Monat. 1890 p. 13, in Ver. Brünn 1896 p. 36; Haussk. symb. p. 99. — Icon: Fl. dan. t. 1657. — Exsicc.: Sint. it. or. a. 1889 n. 1932, it. thessal. n. 312; Zahn pl. gr. n. 139. —

Foliis oblongis, obtusis; floribus ad dichotomias superiores terminalibusque, 5—6, sessilibus, glomeratis; antheris et stigmatibus sessilibus; bacca globosa, alba. — Planto graeca saepius foliis latioribus gaudet.

Ad arbores, praesertim in *Abiete Apollinis* parasitans. Thessalia: pr. Chaliki, Krania, Klinovo (Haussk.), Velitsena (Form.) in Pindo, ad Hagios Dionysios in mt. Olympo (Sint.), mt. Ossa (Form.); Attica: mt. Parnes (Fraas); Laconia: mt. Taygetos (Chaub.); Creta: mt. Aphendi Kavutsi (Raul.). — Febr. Mart. ♃.

2. Arceuthobium M. a. B. fl. taur. cauc. III. p. 629.

A. oxycedri DC. fl. fr. IV. p. 274 (*Viscum*); M. a. B. l. c.; Bois. fl. or. IV. p. 1069; Heldr. chlor. Parn. n. 26; Haussk. symb. p. 99; Bald. riv. coll. bot. Alb. 1895 p. 68. — Exsicc.: Bald. it. alb. epir. III. n. 198.

Foliis ad squamas triangulares, in vaginulas connatas reductis; floribus masculis in ultimo articulo sessilibus, femineis 1—2 in axillis supremis terminalibusque brevissime pedicellatis; antheris et stigmatibus sessilibus; bacca ovoidea, viridi. — Facie *Salicorniae*.

In *Juniperis* parasitans. Epirus: pr. Syraku ad radices mt. Peristeri (Bald.); Thessalia: pr. Chaliki, Krania, Klinovo, Sermeniko in Pindo (Haussk.); mt. Oeta Phthiotidis, mt. Parnassus ad Hagios Nicolaos (Heldr.). — Aug. Sept. ♄.

3. Loranthus L. gen. n. 443.

1. **L. europaeus** Jacq. en. p. 55; S. et S. pr. I. p. 242; Ch. et B. exp. p. 106, Fl. pelop. p. 23; Fraas fl. class. p. 152; Heldr. Nutzpfl. p. 44; Bois. fl. or, IV. p. 1069; Chloros Waldverh. p. 33; Haussk. symb. p. 99; Bald. riv. coll. bot. Alb. 1895 p. 68; Form. in Ver. Brünn 1896 p. 36, 1897 p. 28. — Icon: Jacq. fl. austr. I. t. 30. — Exsicc.: Orph. fl. gr. n. 290; Bald. it. alb. epir. III. n. 188.

Foliis oblongo-spathulatis; floribus in racemos simplices, terminales dispositis; antheris filamento suffultis; stylo filiformi; bacca ovata, flavescenti.

In *Castanea* et *Quercubus* parasitans. Epirus: mt. Handja pr. coenobium Hagios Elias et pr. Luros distr. Philippiada (Bald.); Thessalia: mt. Baba pr. Krania, ad monasterium Korona (Haussk.), pr. Sermenikon in Pindo, mt. Othrys (Form.), in silva Muntzuraki ad mt. Kukkos Phthioditis (Heldr.); Euboea: mt. Dirphys (Sibth.); Peloponnesus: mt. Manglava, pr. Francovritzi ad fl. Alpheus, pr. Leondari (Chaub.), Messenia (Sibth.), mt. Malevo Laconiae (Orph.). — Maio, Jun. ♃.

LVIII. Ordo. Caprifoliaceae Juss. gen. p. 110.

1. Tribus. *Sambuceae* H. B. et Kunth nov. gen. am. III. p. 487. — Corolla regularis; ovarii loculi uniovulati; stylus brevissimus vel nullus.

1. Sambucus L. gen. n. 372.

1. **S. ebulus** L. sp. p. 269; S. et S. pr. I. p. 207; Pieri corc. fl. p. 39; Dallap. prosp. p. 43; Ch. et B. exp. p. 92, Fl. pelop. p. 20; Fraas fl. class. p. 156; Raul. cret. p. 770; Bois. fl. or. III. p. 2; Heldr. fl. cephal. p. 41; Form. in D. bot. Monat. 1890 p. 23, in Ver-

Brünn 1895 p. 31, 1896 p. 59, 1897 p. 43; Haussk. symb. p. 99; Hal. Beitr. fl. Epir. p. 25, Beitr. fl. Aetol. p. 6, Beitr. fl. Thessal. p. 13. — Icon: Fl. dan. t. 1156. — Exsicc.: Heldr. pl. fl. hellen. a. 1896.

Herbacea; medulla ramorum alba; foliis pinnatisectis; segmentis 3—4 jugis, oblongo-lanceolatis, serratis; stipulis foliaceis, ovatis, serratis; cymae planae ramis primariis ternatis; corolla albida, extus rubella; antheris atropurpureis; bacca nigra.

In dumosis a planitie in regionem montanam adscendens. Vulgaris in Epiro, Thessalia, Acarnania et Aetolia; indicatur porro: in Arcadia ad ruinas Pallantii (Chaub.), pr. Langada ad radices mt. Taygetos (Zahn); dein in Creta pr. Babali Han, Almyros, Enneachoria (Raul.); Cephalonia: pr. Same, Hagia Thecla (Heldr.), Livato (Dall.); Corcyra (Pieri). — Jun. Jul. ♃.

2. **S. nigra** L. sp. p. 269; S. et S. pr. I. p. 207; Pieri corc. fl. p. 40; Dallap. prosp. p. 43; Marg. et R. fl. Zante p. 53; Fraas fl. class. p. 157; Heldr. Nutzpfl. p. 29, Fl. cephal. p. 41; Bois. fl. or. III. p. 2; Form. in D. bot. Mon. 1890 p. 24, in Ver. Brünn 1895 p. 31, 1896 p. 59, 1897 p. 43; Haussk. symb. p. 99; Hal. Beitr. fl. Epir. p. 25. — Icon: fl. dan. t. 545. — Exsicc.: Heldr. herb. fl. hellen. a. 1878.

Fruticosa vel arborea; medulla ramorum alba; foliis pinnatisectis, segmentis 2—3 jugis, ovato-lanceolatis, serratis; stipulis obsoletis; cymae planae ramis primariis quinatis, corolla alba; antheris luteis; bacca nigra.

β. **laciniata** Mill. dict. n. 2; Dallap. prosp. p. 44; pro sp.; DC. pr. IV. p 322. — Foliorium segmentis laciniatis. — Exsicc.: N. v.

In nemorosis et sepibus, praesertim in pagis, hinc inde per totam Graeciam continentalem et in insulis Jonicis: Corcyra, Cephalonia et Zante, in insulis ceteris non indicatur; — β. in Cephalonia (Dall.). — Apr. Junio ♃.

3. **S. racemosa** L. sp. p. 270; S. et S. pr. I. p. 208; Ch. et B. exp. p. 92, Fl. pelop. p. 20; Bois. fl. or. III. p. 3. — Icon: Jacq. pl. rar. t. 59. —

Fruticosa, rarius arborescens; medulla ramorum fulva; foliis pinnatisectis, segmentis 2 jugis, ovato-lanceolatis, serratis; stipulis lineari-setaceis vel verruciformibus; inflorescentia e cymis ovatis, racemoso dis positis, composita; corolla luteola; antheris luteis; bacca coccinea.

In Arcadiae montibus (Sibth.), postea ut videtur a nemini lecta. — Apr. Maio ♃. N. v.

2. Viburnum L. gen. n. 370.

1. **V. lantana** L. sp. p. 268; S. et S. pr. I. p. 206; Ch. et B. exp. p. 91, Fl. pelop. p. 20; Bois. fl. or. III. p. 3; Heldr. chlor. Parn. p. 19. — Icon: Jacq. fl. austr. t. 341. — Exsicc. Orph. herb. a. 1854.

Fruticosum; foliis herbaceis, deciduis, ovatis, saepe cordatis, serratis, subtus pilis stellatis plus minus tomentosis; stipulis nullis; cyma plano-convexa, umbellaeformi; corolla alba; drupa ellipsoidea, nigra, mesocarpio succulento, endocarpio osseo.

In regione abietina, rarissime. Phocis: mt. Parnassus pr. Carcaris (Orph.); Peloponnesus (Sibth.): mt. Chelmos pr. Castraki (Orph.). — Maio, Jun. ♃.

2. **V. tinus** L. sp. p. 267; Pieri corc. fl. p. 39. — Icon: Rchb. fl. germ. t. 1570. — Exsicc.: Baen. herb. europ. n. 9369.

Fruticosum; foliis coriaceis, persistentibus, ovato-oblongis, integerrimis, supra nitidis, subtus ad axillas venarum barbatis; stipulis nullis; cyma plana, umbellaeformi; corolla alba, extus rubella; drupa subglobosa, atro-coerulea, mesocarpio tenui, vix succoso, endocarpio crustaceo.

In dumosis regionis inferioris et submontanae. Corcyra (Pieri): in faucibus pr. Pelleka (Baen.). — Mart. Apr. ♃.

2. Tribus. *Lonicereae* R. Br. char. et descr. 1818 p. 4. — Corolla irregularis; ovarii loculi pluriovulati; stylus elongatus, filiformis.

3. Lonicera L. gen. n. 233.

1. Sectio. *Caprifolium* DC. fl. fr. IV. p. 270. — Frutices scandentes; flores capitato-verticillati; corollae tubus elongatus; baccae solitariae, calyce coronatae.

a. Florum capitulum sessile.

1. **L. caprifolium** L. sp. p. 173; S. et S. pr. I. p. 147; Pieri fl. corc. p. 30; Ch. et B. exp. p. 73, Fl. pelop. p. 15; Mazz. in antol. ion. V. p. 208; Bois. fl. or. III. p. 4; Heldr. fl. cephal. p. 41; Form. in Ver. Brünn 1895 p. 31. — Icon: Jacq. fl. austr. t. 387.

Foliis deciduis, glabris, subtus glaucescentibus, obovatis vel ellipticis, inferioribus laeviter connatis, superioribus in unicum ellipticum vel orbiculare connato-perfoliatis; corolla pubescente, extus plus minusve purpurascente, tubo limbo longiore; stylo glabro; bacca rubra.

Ad sepes, in dumetis regionis inferioris et submontanae. Epirus: mt. Prosgoli (Bald.); Peloponnesus: pr. Carithena, ad fl. Eurotas (Chaub.), Argolis et in Archipelagi insulis (Sibth.); Cephalonia: ad Hagios Elias infra Spartia (Heldr.); Corcyra (Pieri): pr. Cunicades, Spartilla, Garunna (Mazz.). — Specimina non vidi et suspicor plura saltem loca indicata ad *L. implexam* vel *etruscam* spectare. — Maio, Jun. ♃. N. v.

2. **L. implexa** Ait. hort. Kew. I. p. 231; Friedr. Reise p. 264 et 275; Bois. fl. or. III. p. 5; Heldr. fl. cephal. p. 41; Spreitz. in z. b. G. 1887 p. 661; Haussk. symb. p. 99; Hal. in ö. b. Z. 1895 p. 337; Form in Ver. Brünn 1895 p. 31. — *L. balearica* DC. fl. fr. V. p. 499; Ung. Reise p. 126; forma foliis inferioribus subcordatis,

sed folia variant in uno eodemque individuo. — *L. implexa v. balearica* Marg. et R. fl. Zante p. 53. — Icon: Rchb. fl. germ. t. 1573, Exsicc.: Orph. fl. gr. n. 338.

Foliis persistentibus, glabris, coriaceis, subtus glaucis, ovatis vel obovato-ellipticis, inferioribus laeviter, superioribus late connatis, summis in unicum reniformi-suborbiculare connato-perfoliatis; corolla glabra vel puberula, luteola, tubo limbo longiore; stylo saepius hirto; bacca rubra. — Folia et flores eis praecedentis saepius minores.

In fruticetis, saxosis regionis inferioris et submontanae. Boeotia: pr. Kokosialesi (Ung.); Attica: mt. Parnes (Orph.), Pentelicon (Heldr.), Hymettus (Sprun.), pr. Laurion (Haussk.); Elis: pr. Lintzi (Heldr.); Achaia: ad sinum Corinthiacum (Friedr.); Argolis: mt. Chelone in peninsula Methana (Haussk.), insula Poros (Friedr.); Sporadum insula Psathura (Reis.); Zante et in adjacente insula Peluso (Marg.); Cephalonia: pr. Same (Heldr.); Leucas: ad promontorium Zuana (Spreitz.); Corcyra: pr. Melichia, Anaphades (Spreitz.), Gasturi (Form.). — Apr. Jun. ♃.

b. Florum capitula pedunculata.

3. **L. etrusca** Santi viagg. I. p. 113, t. 1; Fraas fl. class. p. 157; Raul. cret. p. 770; Bois. fl. or. III. p. 5; Heldr. fl. cephal. p. 41, Fl. Aegina p. 301; Hal. in ö. b. Z. 1890 p. 38, 1897 p. 94, Beitr. fl. Epir. p. 25; Form. in D. bot. Monat. 1890 p. 23, 1898 p. 78, in Ver. Brünn 1895 p. 31, 1896 p. 59, 1897 p. 43; Haussk. symb. p. 99; Bald. riv. coll. bot. alb. 1896 p. 60. —

Foliis deciduis, subtus glaucis, obovatis, inferioribus liberis, superioribus connato-perfoliatis; capitulis saepius ternis; corolla luteola, tubo limbum superante; stylo glabro; bacca rubra.

α. **typica.** — Folia subtus puberula; corolla glabra. — Exsicc.: Orph. fl. gr. n. 817; Sint. it. or. a. 1889 n. 1922; Bald. it. alb. epir. IV. n. 80.

β. **Roeseri** Heldr. in Bois. diagn. ser. 2, II. p. 107, chlor. Parn. p. 19; Bois. Fl. or. III. p. 5; Hal. Beitr. Fl. Achaia p. 23. — Folia et corolla glabra. — Exsicc.: Heldr. herb. norm. n. 58; Orph. fl. gr. n. 815 (Chios); Dörfl. fl. aegaea n. 34 et 41.

γ. **adenantha** Haussk. symb. p. 99. — Folia subtus glabra vel pilosa; corolla dense glandulifera. — Inflorescentiae ramis glabris a *L. etrusca β viscidula* Bois. differt. — Exsicc.: Heldr. pl. fl. hellen. a. 1900.

In rupestribus, dumosis regionis inferioris et montanae. Epirus: pr. Kusmera distr. Janina (Bald.), ad monasterium Hagios Paraskevi (Form.), pr. Kalentini (Hal.); Thessalia: ad monasterium Korona in Pindo (Haussk.), mt. Olympus pr. Hagios Dionysios (Sint.), pr. Tafilvris, Portaria in mt. Pelion, Limogardi pr. Lamia Phthiotidis (Form.); Attica: mt. Hymettus (Fraas), Pentelicon (Form.), insula Aegina (Heldr.); Argolis

(Fraas); Achaia: mt. Kyllene pr. Trikala (Heldr.); Laconia: mt. Malevo pr. Kastanitza (Orph.), mt. Taygetos (Psarid.); Creta: pr. Ipos, Theriso, Hagios Joannes Kaimenos, Malia (Raul.); Cephalonia: pr. Athera (Heldr.); — β mt. Parnassus pr. Rachova, mt. Pateras et Hymettus (Heldr.): Achaia: pr. Megaspilaeon (Hal.); Sporadum insula Jura (Leon.); Cycladum insula: Keos (Heldr.), Naxos, Amorgos (Leon.); — γ. Attica: mt. Pentelicon (Haussk.); Cycladum insula Kythnos (Heldr.). — Maio. Jul. ♄.

4. L. **periclymenum** L. sp. p. 173; S. et S. pr. I. p. 148; Pieri corc. fl. p. 31; Ch. et B. exp. p. 72, Fl. pelop. p. 15; Mazz. in antol. ion. V. p. 210; Fraas fl. class. p. 157; Bois. fl. or. III. p. 5. — Icon: Fl. dan. t. 908. —

Foliis deciduis, subtus puberulis, ovatis vel ovato-ellipticis, superioribus sessilibus non connatis; capitulo saepius solitario; corolla luteola, puberula, tubo limbum superante; stylo glabro; bacca rubra. — Foliis liberis ab omnibus affinibus distinctum.

In silvaticis, dumetis regionis inferioris et montanae. Aetolia (Fraas); Attica: mt. Hymettus (Sibth.); Argolis (Sibth.): pr. Epidaurus (Chaub.); Corcyra (Pieri): pr. Cunicades (Mazz.); a recentioribus ut videtur non lecta. — Maio, Jul. ♄. N. v.

2. Sectio. *Xylosteum* DC. fl. fr. IV. p. 271. — Frutices erecti: flores geminati, axillares; corollae tubus brevis; baccae concretae vel distinctae, calycis deciduo limbo non coronatae.

a. Pedunculi brevissimi, calyce breviores.

5. L. **nummularifolia** Jaub. et Sp. ill. or. I. p. 133, t. 70; Bois. fl. or. III. p. 7; Chloros Waldverh. p. 33; Heldr. chlor. Parn. p. 19. — *L. xylosteum* S. et S. pr. I. p. 148, Fl. gr. III. p. 18, t. 223, non L. — *L. arborea* Bois. voy. esp. p. 277, quoad plantam orientalem. — Exsicc.: Orph. fl. gr. n. 816; Reverch. pl. cret. n. 251.

Arborescens; ramis junioribus tomentellis; foliis breviter petiolatis, ovatis, obtusissimis vel retusis, praesertim subtus tomentoso-velutinis; bracteis lineari-subulatis, bracteolis ovatis; corolla carnea, hirta, tubo basi gibbo, labiis sub vel tertia parte breviore, baccis distinctis.

In rupestribus regionis mediae, rare. Phocis: mt. Parnassus (Sibth.); Laconia: mt. Malevo pr. Lurida (Orph.); Creta: mt. Volokia (Rev.). — Jun. Jul. ♄.

b. Pedunculi elongati, flore saltem subduplo longiores.

6. L. **hellenica** Orph. in Bois. diagn. ser. 2, II. p. 108, Fl. or. III. p. 8. — Exsicc.: Orph. pl. gr. n. 165. —

Fruticosa; ramis junioribus patule hirtis et glanduliferis; foliis breviter petiolatis, ovato-ellipticis, acuminatis, supra hirtulis, subtus velutinis; pedunculis glanduliferis; bracteis linearibus, ovario duplo longioribus, bracteolis minutis; corolla carnea, glabra, tubo basi gibbo, labiis duplo breviore; baccis distinctis, rubris. — Facies *L. alpigenae* L., a qua indumento et baccis distinctis, nec in unam concretis differt.

In regione media mt. Chelmos Peloponnesi supra Stygem (Orph.). — Maio, Jun. ♄.

7. **L. Formanekiana** Hal. ap. Form. in Ver. Brünn 1869 p. 59, in z. b. G. 1896 p. 473; Bald. riv. coll. bot. Alb. 1896 p. 60. —

Fruticosa; ramis junioribus glabris vel sparsim glanduliferis; foliis breviter petiolatis, ovato-ellipticis, acuminatis, glabris vel subtus parce hirtulis; pedunculis glabris vel sparsim glanduliferis; bracteis linearibus, ovario duplo longioribus, bracteolis minutis; corolla carnea, glabra, tubo basi gibbo, limbo duplo breviore; baccis distinctis, rubris. — Praecedenti proxima, ab ea ut videtur indumento tantum distincta.

α. **typica.** — Folia etiam subtus fere glabra, pedunculi glabri. — Exsicc.: Form. pl. exs. a. 1895 (Mircevica planina Macedoniae).

β. **adenophora.** — Folia subtus parce hirtula, pedunculi sparsim glanduliferi. — Ad *L. hellenicam* jam valde accedit, ab ea indumento foliorum sparso, ramis junioribus quidem glandulis stipitatis brevioribus sparsim obsitis, sed non patule hirtis parum differt. — Exsicc.: Bald. it. alb. epir. IV. n. 79. —

In rupestribus regionis mediae. Formam typicam e ditione non vidi; — *β*. Epirus: mt. Olycika distr. Janina (Bald.). — Maio, Jun. ♄.

Obs. Species dubia: *L. saxatilis* Mazz. in antol. ion. V. p. 210 — Corcyra: pr. Spartilla (Mazz.). —

LIX. Ordo. Rubiaceae Juss. gen. p. 196.

Dispositio tribuum generumque:

1. Tribus. *Putorieae* DC. pr. IV. p. 575. — Folia opposita, stipulis fulcrata; fructus baccatus, non bipartibilis; stigma bilamellatum.

1. Putoria L.

2. Tribus. *Stellatae* Ray syn. p. 223. — Folia verticillata; fructus bipartibilis; stigmata capitata.

a. Corolla rotata.

α. Mericarpia drupacea.

2. Rubia L.

β. Mericarpia sicca (achaenia).

× Pedunculus fructifer teres, rarissime dilatatus complanatus trifidus.

3. Galium L.

×× Pedunculus fructifer crustaceo-induratus, dorso tricristatus, apice 3—4 cornutus.

4. Valantia L.

b. Corolla infundibuliformis vel campanulata (tubo elongato).

α. Calycis margo obsoletus.

× Flores solitarii vel fasciculati, basi inordinatim bracteati.

5. Asperula L.

XX Flores solitarii vel bini, basi tribracteati, spicas imbricatas distichas vel tetrastichas formantes.

6. Crucianella L.

β. Calycis margo 6 dentatus, accrescens, persistens.

7. Sherardia L.

1. Putoria Pers. syn. I. p. 524.

1. **P. calabrica** L. fil. suppl. p. 120; Pieri fl. corc. p. 17; Sieb. avis p. 3, rem. p. 3; Ch. et B. exp. p. 52, Fl. pelop. p. 10; (*Asperula*); Pers. l. c.; Marg. et R. fl. Zante p. 53; Raul. cret. p. 770; Bois. fl. or. III. p. 12; Heldr. fl. cephal. p. 41; Spreitz. in z. b. G. 1887 p. 661; Gelmi in bull. soc. bot. ital. 1889 p. 499; Hal. in ö. b. Z. 1892 p. 371, 1897 p. 24, Beitr. fl. Epir. p. 25, Beitr. fl. Achaia p. 23, in z. b. G. 1899 p. 712; Bald. in nuovo giorn. bot. 1894 p. 96, viagg. Creta p. 53, in bull. herb. Bois. IV. p. 204; Form. in Ver. Brünn 1895 p. 31. — *Ernodea montana* S. et S. pr. I. p. 98, Fl. gr. II. p. 33, t. 143; Sieb. rem. p. 3; Mazz. in anthol. ion. III. p. 702. — *P. montana* Willk. et L. pr. fl. hisp. II. p. 300. — Exsicc.: Orph. fl. gr. n. 212; Heldr. herb. norm. n. 733 et 1334; Reverch. pl. cret. n. 57; Sint. et Bornm. it. turc. n. 1269 et 1270.

Frutex humilis; ramis prostratis vel adscendentibus; foliis oblongis vel oblongo-lanceolatis, in petiolum brevem attenuatis, margine subrevolutis, nitidis, subtus plus minusve papillosis; stipulis parvis, ovatis; florum fasciculis subcapitatis; corolla rosea, tubo gracili, lobis lineari-lanceolatis, patulo-revolutis multo longiore; bacca nigra. — Floribus pulcherrime roseis, eis *Daphnes cneorum* similibus, rupium decus eximum. — Planta peninsulae balcanicae ab italica non differt, at hispanica (*P. hispanica* Bois. et R. diagn. ser. 2, II. p. 108) corolla triente longiori subspeciem diversam exhibet.

In rupestribus regionis inferioris et montanae. Epirus: mt. Mikikeli, pr. Govrica, in valle Dipotami (Form.), pr. Kalentini, Melissurgi (Hal.); Thessalia: pr. Litochori (Sint.); Sporadum insula Jura (Leon.); Euboea (Heldr.); Attica: mt. Parnes, pr. Kalamaki in isthmo Corinthiaco (Heldr.); Elis: pr. Pyrgos, Olympia (Reis.); Arcadia: pr. Phigalea (Chaub.); Achaia: in faucibus Diakophto (Heldr.), pr. Dervenion (Hal.), mt. Kyllene pr. Trikala (Orph.); Laconia: mt. Malevo pr. Agriani (Heldr.), Kitriais, in distr. Zarnate (Chaub.); Creta: in peninsula Akroteri (Bald.), mt. Drakona (Rev.), pr. Rumata, Vlatos, Enneachoria (Raul.); Zante: mt. Scopo (Marg.); Cephalonia: pr. Pessada, Koroni, Skala, Omala, Charakas, Asso (Heldr.); Leucas: pr. Karya (Bald.), in capite Zuana (Spreitz.); Corcyra (Pieri): pr. Pelleca (Gelmi), mt. Hagios Deca (Bald.). — Maio, Jul. ♃.

2. Rubia L. gen. n. 127.

a. Antherae lineari-oblongae.

1. **R. tinctorum** L. sp. p. 109; S. et S. pr. I. p. 97, Fl. gr. II. p. 31, t. 141; Pieri fl. corc. p. 18; Sieb. avis rem. p. 3; Dallap. prosp. p. 17; Ch. et B. exp. p. 55, Fl. pelop. p. 10; Mazz. in antol. ion. IV. p. 944; Fraas fl. class. p. 158; Heldr. Nutzpfl. p. 29; Bois. fl. or. III. p. 17; Heldr. fl. cephal. p. 41; Form. in D. bot. Monat. 1890 p. 23, in Ver. Brünn 1895 p. 31, 1896 p. 59; Haussk. symb. p. 100. — Exsicc.: Heldr. pl. fl. hellen. a. 1879 et 1890. —

Caulibus herbaceis, scandentibus, scabris; foliis 4—6 nis, oblongis vel lanceolatis, acutis, uninerviis, nervis secundariis in utraque folii pagina prominulis, margine et subtus ad nervum aculeato-scabris; cymis longe pedunculatis, paniculam elongatam formantibus; corollae flavescentis lobis ovato-lanceolatis, apiculatis; stigmatibus clavatis; drupa matura nigra. — Antheris lineari-oblongis a sequentibus statim diagnoscitur.

Ad sepes, in dumosis regionis inferioris, saepe culta, vix spontanea. Epirus: pr. Govrica (Form.); Thessalia: ad monasterium Korona (Haussk.), pr. Makrichori, Pharsalus, Larissa (Form.); Euboea: pr. Kastaniotissa, Chalkis (Heldr.); Aetolia: pr. Vrachori (Heldr.); Boeotia (Fraas); Attica: pr. Athenas (Sibth.), ad Phalerum, Piraeum, insula Aegina (Heldr.), Salamis (Fraas); Argolis (Chaub.); Laconia: mt. Malevo pr. Hagios Petros (Orph.); Messenia: pr. Methone (Chaub.); Creta (Sieb.); Cyclades (Sibth.): insula Keos (Heldr.); Cephalonia (Dall.); Corcyra (Pieri); pr. Sigono (Mazz.). — Maio, Jun. ♃.

b. Antherae subrotundae.

2. **R. peregrina** L. sp. p. 109; S. et S. pr. I. p. 97; Mazz. in antol. ion. IV. p. 944; Marg. et R. fl. Zante p. 53; Friedr. Reise p. 264 et 273; Tausch in Flora XII. p. 645; Clem. sert. p. 48; Ung. Reise p. 125; Raul. cret. p. 772; Weiss in z. b. G. 1869 p. 48; Bois. fl. or. III. p. 17; Heldr. fl. cephalon. p. 41; Form. in D. bot. Monat. 1890 p. 23, in Ver. Brünn 1897 p. 43; Haussk. symb. p. 100. — *R. micans* Mazz. l. c. — Icon: Lam. ill. t. 60. — Exsicc.: Baen. pl. corcyr. n. 171.

Caulibus herbaceis, scandentibus, scabris; foliis 4—6 nis, coriaceis, oblongis vel lanceolatis, acutis, uninerviis, nervis secundariis in pagina inferiori obsoletis, margine et subtus ad nervum aculeato-scabris; cymis longe pedunculatis, paniculam elongatam formantibus; corollae flavescentis lobis oblongo-lanceolatis, aristatis; stigmatibus capitatis; drupa matura nigra.

Ad sepes, in dumetis regionis inferioris. Thessalia: ad monasterium Korona, pr. Velestinos, Kapurna, Kalyvia, Volo, Neraida, Stylida (Form.); Attica: ad Cephissum (Clem.), mt. Pentelicon (Haussk.); Elis (Sibth.); pr. Patras Achaiae, pr. Troezene Argolidis (Friedr.); Creta: pr. Canea,

Suda, inter Perama et Damasta, pr. Candia (Raul.); Zante (Marg.); Cephalonia: pr. Skala (Heldr.); Corcyra: pr. Epischepsi (Mazz.). — Maio, Jun. ♃.

Obs. Habeo *Rubiae* specimen unicum, a. cl. Reiser in insula Naxos lectum (*R. peregrina* Hal. in ö. b. Z. 1895 p. 337), quod formam intermediam quasi sistit inter *R. tinctoriam* et *R. peregrinam*; differt a priori antheris subrotundis, ab altero foliis non coriaceis, pagina inferiori nervis secundariis prominulis instructis, ab ambabus foliis latis obcordatis vel obovatis obtusissimis, apice apiculatis. — Ulterius observanda et si vero specifice esset distinguenda, nomen *R. Reiseri* eidem esset adscribenda.

3. **R. Olivieri** Rich. in mem. soc. nat. Par. V. p. 132; Boiss. fl. or. III. p. 17; Haussk. symb. p. 100; Hal. in ö. b. Z. 1897 p. 94, in z. b. G. 1899 p. 712; Heldr. fl. Aegina p. 301. — *R. lucida* S. et S. pr. I. p. 97, Fl. gr. II. p. 32, t. 192; Sieb. avis p. 3, rem. p. 3; Tausch in Flora XII. p. 645; Ch. et B. exp. p. 55, Fl. pelop. p. 10; Marg. et R. fl. Zante p. 54; Fraas fl. class. p. 159; Raul. cret. p. 772; non L. syst. ed. 12 p. 732, quae secundum auctores nonnullos varietas *R. peregrinae*, foliis ovatis, crassioribus, corollae lobis breviter mucronatis. — Exsicc.: Orph. fl. gr. n. 552 (Chios); Rev. pl. cret. n. 225.

Caulibus vetustis suffruticosis, decumbentibus, laeviusculis; ramis flexuosis, saepius minute pubescentibus; foliis 6 nis, coriaceis, ovatis vel obovatis, obtusis, mucronatis, uninerviis, nervis secundariis obsoletis, margine scabris, caeterum laevibus; cymis brevibus, axillaribus; corollae flavescentis lobis lanceolatis, attenuato-acuminatis; stigmatibus capitatis; drupa matura nigra. — Species caulibus suffruticosis, foliis parvis, inflorescentia foliosa, cymis brevibus floribus eis praecedentium maioribus, egregia.

In fruticetis, rupestribus regionis inferioris et submontanae. Attica: mt. Pentelicon pr. Geraka, Anavryti, ad Kephissiam, mt. Hymettus, in Pharmacusarum insula Lero, insula Aegina (Heldr.); Sporadum insula Jura (Leon.); Laconia: mt. Malevo pr. Kastanitza (Orph.), pr. Marathonisi (Gittard); Messenia: pr. Kalamata, Methone, Navarin (Chaub.); Zante (Sibth.); Creta pr. Canea, Akroteri, Malaxa (Raul.), Kissamos (Rev.). — Apr. Jun. ♃.

3. Galium L. gen. n. 125.

Dispositio specierum:

1. Sectio. *Eugalium* DC. — Perennia; flores hermaphroditi; pedunculi etiam fructiferi erecti, nunquam recurvi.

1. Subsectio. *Trichogalium* DC. — Folia trinervia; corolla alba; fructus saepius hispidi.

1. G. rotundifolium L. **2. G. boreale** L.

2. Subsectio. *Leiogalium* DC. — Folia uninervia; corolla alba, flava vel purpurea; fructus saepissime glabri.

a. **Caulis saepius rigidus, plus minus elatus, erectus vel adscendens; folia saepissime mucronata.**

α. Cymae plus minus longe pedunculatae, paniculam amplam vel elongatam, laxam vel confertam formantes.

× Panicula ampla, ramis inferioribus valde elongatis, in parte superiori floriferis; pedicelli capillares; fructus laevis.

3. G. **laconicum** Boiss. et Heldr. 4. G. **pseudoaristatum** Schur.

×× Panicula elongata, ampla vel angusta, ramis brevioribus, saepe jam a basi floriferis; pedicelli breves; fructus saepissime minute rugulosus.

○ Caules fruticosi; folia quaterna, mutica, laevia.

5. G. **fruticosum** Willd. 6. G. **suberosum** S. et S.

○○ Caules herbacei basi interdum suffrutescentes, folia 5—10 na.

. Folia glauca, crassa, brevia, lata, glaberrima, laevia; fructus laevis, glaber.

7. G. **Reiseri** Hal.

.. Folia viridia (rarissime glauca et tunc anguste linearia), saepius angusta, margine scabra.

; Corolla alba; fructus minute rugulosus.

, Folia ovato-oblonga, elliptica vel lanceolata, margine non vel parum revoluta, subtus opaca, nervo angusto parum prominulo.

8. G. **mollugo** L. 9. G. **erectum** Huds.

,, Folia anguste lineari-lanceolata, linearia vel setacea, saepius nitida, nervo subtus lato prominulo.

.— Caules 30—60 cm. alti, internodiis superioribus elongatis; panicula laxiflora.

10. G. **lucidum** All. 11. G. **cinereum** All.

:= Caules 15—20 cm. alti, internodiis etiam superioribus abbreviatis; panicula conferta.

12. G. **amorginum** Hal.

;; Corolla ochroleuca, flava vel purpurea.

, Panicula laxa, cymis plus minus longe pedunculatis; fructus minute rugulosus.

.— Folia saepius opaca, saltem inferiora obovata vel obovato-oblonga, 3—7 mm. lata, margine non vel vix revoluta.

13. G. **firmum** Tausch. 14. G. **Heldreichii** Hal.

:= Folia nitida, anguste-linearia vel lineari-setacea, ½—2 mm. lata, margine revoluta.

— Caules herbacei; cymae multiflorae, nudae vel subnudae, paniculam oblongam vel pyramidatam formantes.

15. G. **scabrifolium** Boiss. 16. G. **incurvum** S. et S.

= Caules basi suffrutescentes; cymae axillares, pauciflorae, foliosae, paniculam longam angustam strictam formantes.

17. G. **purpureum** L. 18. G. **apiculatum** S. et S.

,, Panicula angusta, elongata, densiflora, interrupta, cymis breviter pedunculatis; corolla lutea; fructus laevis.

19. G. **verum** L.

β. Cymae subsessiles, pseudoverticillos remotiusculos, in spicas angustas laxiusculas digestos formantes; folia laevia; corolla alba; fructus laevis.

20. G. thymiflorum Bois. et Heldr.

b. Caules humiles, tenues, dense caespitosi; folia saepissime mucronata.

α. Corolla purpurascens vel flava.

× Fructus hispidus; cyma pauciflora.

○ Basi suffruticosum; corolla purpurascens.

21. G. graecum L.

○○ Herbacea; corolla flava.

22. G. Degenii Bald. **23. G. ossaeum** Hal.

×× Fructus glaber; flores in axillis superioribus solitarii.

24. G. Boryanum Walp.

β. Corolla alba.

× Obscure-virens, siccitate nigrescens, hispidum vel glabriusculum; inflorescentia non corymbosa.

25. G. incanum S. et S. **26. G. cyllenium** Bois. et Heldr.

×× Laete-virens, glabrum; inflorescentia corymbosa.

27. G. anisophyllum Vill. **28. G. plebeium** Bois. et Heldr.

c. Caules elongati, flaccidi; folia mutica.

29. G. elongatum Presl. **30. G. constrictum** Chaub.

2. Sectio. *Aparine* DC. — Annua; flores hermaphroditi vel polygami; pedunculi fructiferi erecti vel recurvi, sed tunc folia non deflexa nec fructus occultantia; folia uninervia.

1. Subsectio. *Euaparine* DC. — Flores cymosi vel paniculati; mericarpia globosa.

a. Pedicelli fructiferi recurvati.

α. Glabrum; corolla albida; fructus majusculus, verrucosus vel tuberculatus.

31. G. saccharatum All. **32. G. tricorne** Witter.

β. Pubescens; corolla lutea; fructus minutus, uncinato-hispidus.

33. G. recurvum Req.

b. Pedicelli fructiferi recti.

α. Fructus majusculi, 2—5 mm. diametro.

× Caules flaccidi, crassiusculi, quadranguli, scandentes.

34. G. aparine L. **35. G. spurium** L.

×× Caules erecti, tenuiter filiformes, pumili, 5—15 cm. alti.

36. G. Monachinii Bois. et Heldr.

β. Fructus minutissimi, 1 mm. diametro.

× Folia lineari-setacea, floralia cymulas superantia.

37. G. setaceum Lam.

×× Folia lineari-lanceolata, floralia cymulis breviora.

○ Cymae saltem post anthesin laxae, divaricatae.

. Corollae lobi acuti.

38. G. divaricatum Lam.

.. Corollae lobi aristati.

39. G. zacynthium Marg. et R.

○○ Cymae etiam fructiferae densae, umbellulato-capitatae.

40. G. incrassatum Hal. **41. G. capitatum** Ch. et B.

2. Subsectio. *Aspera* Moench. — Pedunculi brevissimi, axillares; mericarpia oblonga.

42. G. murale L. **43. G. verticillatum** Dauth.

3. Sectio. *Cruciata* Koch. — Annua vel perennia; flores axillares polygami, terminalis ramificationum hermaphroditus fertilis, laterales masculi steriles; pedunculi fructiferi arcuatim recurvati, fructum sub foliis, nunc itidem deflexis, occultantes; corolla flava.

1. Subsectio. *Eucruciata* Bois. — Pedunculus fructifer teres, non dilatatus.

a. Annuum; caulis retrorsum aculeolatus; folia uninervia.

44. G. pedemontanum All.

b. Perennia; caulis laevis; folia trinervia.

α. Cymae ebracteatae.

45. G. glabrum L.

β. Cymae bracteatae.

46. G. coronatum S. et S. **47. G. cruciatum** L.

2. Subsectio. *Valantioidea* Bois. — Pedunculus fructifer dilatatus, complanatus, trifidus, recurvus, nuculas fovens.

48. G. apricum S. et S.

1. Sectio. *Eugalium* DC. pr. IV. p. 593 p. p. — Perennia; flores hermaphroditi; pedunculi etiam fructiferi erecti, nunquam recurvi.

1. Subsectio. *Trichogalium* DC. l. c. p. 593. — Folia trinervia; corolla alba; fructus saepius hispidi.

1. **G. rotundifolium** L. sp. p. 108; Mazz. in antol. ion. IV. p. 940; Raul. cret. p. 773; Bois. fl. or. III. p. 49; Haussk. symb. p. 100; Hal. Beitr. fl. Thessal. p. 13; Form. in Ver. Brünn 1896 p. 58, 1897 p. 42. — *Asperula rotundifolia* Ch. et B. exp. p. 52, Fl. pelop. p. 10. — Icon: Jacq. fl. austr. t. 94. — Exsicc.: Heldr. it. thessal. IV. a. 1885.

Caulibus gracilibus, erectiusculis, quadrangulis, laevibus, glabris vel parce pilosis; foliis quaternis, ovatis, obtusis, mucronatis, margine scabriusculis; panicula laxiflora, divaricata; pedicellis flore longioribus; corollae lobis ovatis, acutis; fructu dense glochidiato.

In silvis subalpinis. Thessalia: mt. Zygos (Heldr.), pr. Sermeniko, mt. Karava (Haussk.), mt. Oxya supra Chaliki (Hal.), Dokimi, Ghavellu, Kalivia in Agrapha, mt. Chassia (Form.), mt. Olympus, Oeta (Heldr.); Euboea: mt. Dirphys (Heldr.); Laconia: mt. Taygetos (Chaub.), in faucibus pr. Langada (Zahn); Creta: ad Enneachoria distr. Kissamos (Heldr.); Corcyra (Mazz.). — Jun. Jul. ♃.

2. **G. boreale** L. sp. p. 108; Pieri corc. fl. p. 16; Mazz. in antol. ion. IV. p. 942; Ung. Reise p. 125. — Icon: Fl. dan. 1024.

Caule erecto, rigido, quadrangulo, laevi, glabro vel parce pilosulo; foliis quaternis, lanceolatis, obtusis, muticis, margine scabris; panicula densiflora; pedicellis flore vix longioribus; corollae lobis ovato-lanceolatis, apiculatis; fructu breviter glochidiato, rarius glabro.

In montosis Euboeae (Ung.), nec. non sec. Pieri et Mazziari in Corcyra; a recentioribus non lecta. — Jun. Jul. ♃. N. v.

2. Subsectio. *Leiogalium* DC. pr. IV. p. 593, sensu ampl. — Folia uninervia; corolla alba, flava vel purpurea; fructus saepissime glabri.

a. Caulis saepius rigidus, plus minus elatus, erectus vel adscendens; folia saepissime mucronata.

α. Cymae plus minus longe pedunculatae, paniculam amplam vel elongatam, laxam vel confertam formantes.

× Panicula ampla, ramis inferioribus valde elongatis, in parte superiori floriferis; pedicelli capillares; fructus laevis.

3. **G. laconicum** Bois. et Heldr. diagn. VI. p. 66, Fl. or. III. p. 50; Haussk. symb. p. 100; Hal. Beitr. fl. Epir. p. 25. — Huc forsan *G. silvaticum* Pieri corc. fl. p. 16, non L.; *G. longifolium* Mazz. in antol. ion. III. p. 702, non (S. et S.). Griseb.; nec non *G. ibericum* Mazz. l. c., non Turra. — Exsicc.: Heldr. herb. n. 316; Orph. fl. gr. n. 185. —

Caule erecto, elato, quatuor lineis albidis percurso, dense puberulo, laevi; foliis 6—10nis, oblongo-lanceolatis, obtusiusculis, utrinque pubescentibus; margine scabris; pedicellis flore paulo longioribus; corollae lobis trangularibus, brevissime mucronatis, tubo longioribus; fructu laevi, glabro.

In silvis umbrosis regionis montanae. Epirus: pr. Kalentini supra Arta (Hal.); Thessalia: ad monasterium Korona (Haussk.); Euboea: mt. Dirphys (Heldr.); Peloponnesus: mt. Kyllene pr. Trikala, mt. Malevo pr. Kastanitza (Heldr.). ? Corcyra (Pieri): pr. Avliotes (Mazz.). — Jun. Aug. ♃.

4. **G. pseudoaristatum** Schur. en. Trans. p. 282. — *G. Heuffelii* Borb. in acad. Közl. XII p. 88; Form. in Ver. Brünn 1897 p. 43. — *G. aristatum v. scabrum* Griseb. spic. II. p. 157, non *G. scabrum* Aut. alior. — *G. papillosum* Heuff. en. pl. Banat. p. 88, non Lap. —

Caule erecto, elato, quadrangulo, glabro, inferne scabridulo; foliis 6—8nis, lineari-lanceolatis, acutis, glabris, margine scabris; pedicellis flore aequilongis; corollae lobis triangularibus, breviter mucronatis, tubo vix longioribus; fructu laevi, glabro. — A praecedente glabritie, foliis angustioribus acutis discedit. — Valde affine *G. aristato* L. sp. ed. 2 p. 152, foliis minus scabris, basin versus, nec medio latioribus, pedicellis flore 2—3plo longioribus, corollae lobis tubo longioribus diversa. — *G. longifolium* S. et S. pr. I. p. 87 (*Asperula*), Griseb. spic. II. p. 157 ab omnibus affinibus caule teretiusculo et corollae lobis omnino muticis iam longius distat.

In silvaticis mt. Mitrica in mt. Chassia Thessaliae (Form.). — Jun. Aug. ♃. N. v.

×× Panicula elongata, ampla vel angusta, ramis brevioribus, saepe jam a basi floriferis; pedicelli breves; fructus saepissime minute rugulosus.

○ Caules fruticosi; folia quaterna, mutica, laevia.

·5. **G. fruticosum** Willd. sp. I. p. 585; Sieb. avis p. 3, rem. p. 3; Weiss in z. b. G. 1869 p. 48; Raul. cret. p. 773; Bois. fl. or. III. p. 60; Spreitz. in z. b. G. 1890 p. 295; Bald. viagg. Creta p. 56. — *G. junceum* S. et. S. pr. I. p. 91, Fl. gr. II. p. 21, t. 127. — Exsicc.: Rev. pl. cret. n. 60, in Baen. herb. europ. n. 5047, in Magn. fl. sel. n. 856.

Glabrum; caulibus erectis, elatis, stricte ramosis, tetragonis, remote foliatis; foliis crassiusculis, obverse lanceolatis, obtusis; cymis brevissime pedunculatis, confertim multifloris, paniculam corymbosam formantibus; pedicellis divaricatis, flore vix longioribus; corollae ochroleucae lobis breviter et obtuse acuminatis; antheris pallidis; fructu minute ruguloso, glabro.

In rupestribus regionis inferioris Cretae: ad Hagia Erini, Kissamos, Theriso, Akroteri, Nerokuru, Arkudena, Almyros, Aradhena (Raul.), Nipros (Spreitz.). — Jun. ♃.

6. **G. suberosum** S. et. S. pr. I. p. 91, Fl. gr. II. p. 21, t. 128; Raul. cret. p. 773; Bois. fl. or. III. p. 60. — Exsicc.: Sint et Rigo it. cypr. n. 524 (Cyprus). —

Differt a praecedente caulibus vetustis fungoso-corticosis, cymis trivel abortu unifloris, crassiuscule pedunculatis, floribus sessilibus, bracteolis cucullatis, scariosis, purpurascentibus, herbaceo-apiculatis, minutis cinctis, corolla viridi-purpurascenti.

In regione subalpinae Cretae (Sibth.): Mavri et Theodori in mt. Sphacioticis (Raul.). — Jun. ♃. N. v.

○○ Caules herbacei, basi interdum suffrutescentes; folia 5—10 na.

. Folia glauca, crassa, brevia, lata, glaberrima, laevia; fructus laevis, glaber.

7. **G. Reiseri** Hal. in ö. b. Z. 1895 p. 338, t. 18. — Exsicc.: Heldr. herb. norm. n. 1335; Dörfl. herb. norm. n. 3932.

Caule erecto vel adscendente, obtuse angulato, glauco, glaberrimo, laevi; foliis 5—7 nis, ovatis vel ellipticis, obtusis, mucronatis, nervo crasso percursis, margine leviter revolutis, inferioribus deflexis; panicula elongata, interrupta, cymis densiusculis; pedicellis flore parum longioribus; corollae ochroleucae lobis oblongis, apiculatis, tubo longioribus; antheris nigris; stylo ad basin bipartito. — Species egregia, nulla cum alia comparanda, habitu *Asperulae Tournefortii*. — Caulis 15—35 cm altus, folia 10—15 mm. longa, 4—7 mm. lata.

In rupibus maritimis insulae Gyaros — Jura hodie — Sporadum (Reiser). — Maio, Jun. ♃.

. . Folia viridia (rarissime glauca et tunc anguste linearia), saepius angusta, margine scabra.

; Corolla alba; fructus minute rugulosus.
, Folia ovato-oblonga, elliptica vel lanceolata, margine non vel parum revoluta, subtus opaca, nervo angusto, parum prominulo.

8. **G. mollugo** L. sp. p. 107; Mazz. in antol. ion. IV. p. 940. — Virens; caulibus rigidis, elatis, 50—150 cm. altis, erectis vel decumbentibus, quadrangulis, laevibus; foliis 5—8nis, mucronatis; panicula ampla, pyramidata, floribunda; pedicellis flore saepius longioribus, divaricatis; corollae albidae lobis apiculatis; antheris pallidis, demum nigricantibus; fructu glabro. — Stirps polymorpha.

α. **typicum.** — *G. mollugo v. latifolium* Leers. herbor. p. 115. — *G. elatum v. latifolium* Haussk. symb. p. 100. — Icon: Svensk. bot. V. t. 357. — Caulis glaber; folia ovato-oblonga vel elliptica, 12 bis 25 mm. longa, 4—8 mm. lata, antice latiora, obtusa, glabra; panicula ampla, pyramidata, floribunda. — Exsicc.: N. v.

β. **pubescens** Schrad. spic. fl. Lips. p. 16. — *G. hirsutum* Kit. in Rchb. fl. exc. p. 210. — *G. elatum v. hirsutum* Haussk. symb. p. 100. — Caulis et folia plus minus dense molliter pubescentia, reliqua ut in α. — Exsicc.: Orph. fl. gr. n. 1063 (Macedonia).

γ. **angustifolium** Leers herbor. p. 115; Hal. Beitr. fl. Epir. p. 25. — *G. elatum v. angustifolium* Haussk. symb. p. 100. — Caulis glaber; folia oblongo-lanceolata vel lanceolata, 12—25 mm. longa, 2—5 mm. lata, antice saepius latiora, obtusa, glabra; panicula ampla, pyramidata, floribunda. — Exsicc.: Hal. it gr. II. a. 1893.

δ. **elatum** Thuill. fl. Paris ed. 2 p. 76, pro sp. — *G. elatum v. brevifolium* Haussk. symb. p. 100. — Caulis glaber; folia ovato-oblonga vel elliptica, 8—15 mm. longa, 4—6 mm. lata, antice latiora, obtusa; panicula ampla, pyramidata, floribunda. — Exsicc.: Heldr. it. gr. septentr. a. 1879.

ε **hirtifolium** H. Br. in ö. b. Z. 1892 p. 198. — Caulis et folia hispida, reliqua ut in δ. — Exsicc.: Heldr. pl. fl. hellen. a. 1885.

In dumosis, silvaticis regionis montanae ut videtur rarum. Corcyra: pr. Manducchio (Mazz.); Thessalia: mt. Pelion (Haussk.); — β. mt. Pelion (Haussk.); — γ. Epirus: pr. Vulgarelion (Hal.); Thessalia: ad monasterium Korona (Heldr.); Argolis: peninsula Methana (Haussk.); — δ. Thessalia: pr. Pharsalum, mt. Pelion (Haussk.), mt. Oeta (Heldr.); — ε. Argolis: mt. Chelona in peninsula Methana (Heldr.). — Maio, Aug. ♃.

9. **G. erectum** Huds. fl. angl. p. 56; Mazz. antol. IV. p. 942; Form. in D. bot. Mon. 1890 p. 23, in Ver. Brünn. 1895 p. 31, 1896 p. 59, 1897 p. 43; Bald. viagg. Creta p. 56. — *G. provinciale* Lam. dist. II. p. 581; Mazz. in antol. ion. IV. p. 942. — Icon: Rchb. ic. t. 1188, f. 2. — Exsicc.: Bald. it. cret. n. 70.

Virens; caulibus rigidiusculis vel flaccidis, 30—60 cm. altis, erectiusculis vel decumbentibus, quadrangulis, laevibus; foliis 5—8 nis, lanceolatis, 8—15 mm. longis, 2—4 mm. latis, antice saepius attenuatis, mucronatis, glabris; panicula angusta, oblonga, pauciflora; pedicellis flore longioribus, erecto-patulis; corollae albae lobis apiculatis; antheris pallidis, demum nigricantibus; fructu glabro. — Praecedenti gracilius, caulibus tenuioribus minus elatis, foliis brevioribus angustioribus, panicula angusta pauciflora, ramis brevibus erecto-patulis, pedicellis non divaricatis, corolla submajori alba (nec subflavescenti-albida) ab eo sat distinctum.

In dumosis, rupestribus regionis montanae et alpinae. Indicatur: Epirus: in valle Dipotami (Form.); Thessalia: mt. Zygos, Dokimi, Ghavellu in Pindo, pr. Kalabaka, mt. Mitrica in mt. Chassia, pr. Patsios in Olympo, pr. Selicany et Spilia in mt. Ossa (Form.); Creta: ad Mitato sub mt. Gigilos Volakia distr. Sphakia, mt. Hagion Pneuma in Asprovuna (Bald.); — Corcyra: pr. Castagna, Lavchi (Mazz.). — Maio, Jul. ♃.

,, Folia anguste lineari-lanceolata, linearia vel setacea, saepius nitida, nervo subtus lato prominulo.

. — Caules 30—60 cm. alti, internodiis superioribus elongatis; panicula laxiflora.

10. **G. lucidum** All. fl. ped. I. p. 5, t. 77, f. 2; Hausk. symb. p. 100; Bald. riv. coll. bot. Alb. 1896 p. 62. — *G. erectum* Bois. fl. or. III. p. 54, non Huds. —

Virens; caulibus erectis vel adscendentibus, quadrangulis, laevibus; foliis 5—8 nis, viridibus, lucidis, 1—2 mm. latis, obtusiusculis, mucronatis; panicula angusta, ramis erecto-patulis; pedicellis tenuibus, flore aequilongis, divaricatis; corollae albidae lobis apiculatis; antheris pallidis, demum nigricantibus; fructu glabro.

α. **typicum.** — Glabrum. — Exsicc.: Orph. fl. gr. n. 558; Sint. it. thessal. n. 951; ambo promiscue cum *β.* —

β. **scabridum** DC. pr. IV. p. 596 pro sp. — *G. lucidum v. vestitum* Haussk. symb. p. 100. — Caules et folia plus minus hirta. — Exsicc.: Bald. it. alb. epir. IV. n. 120; Dörfl. fl. gr. n. 882.

In rupestribus montanis. Epirus: mt. Maria sub Dobra distr. Ljaskovik (Bald.); Thessalia: in regione inferiori et media Pindi tymphaei et dolopici passim (Haussk.); Aetolia: mt. Korax pr. Musinitza (Leon.); Achaia: pr. Lopesi (Hal.), Psatopyrgos, mt. Kyllene (Heldr.); Laconia: mt. Malevo pr. Kastanitza (Orph.). — Jun. Jun. ♃.

11. **G. cinereum** All. fl. ped. I. p. 65, t. 77, f. 4; Bois. fl. or. III. p. 54. —

Canoviride, glaucum; caulibus erectis vel adscendentibus, quadrangulis, laevibus, glabris; foliis 5—8 nis, glauco-cinereis, 1—2 mm. latis, obtusiusculis, mucronatis, glabris; panicula angusta, ramis erecto-patulis;

pedicellis tenuibus, flore aequilongis, erecto-patulis; **corollae albidae lobis** apiculatis; antheris pallidis, demum **nigricantibus, fructu glabro.** — A praecedente glaucedine differt.

In insula Pholegandros Cycladum (Orph.). — **Jun. Jul.** ♃. N. v.

: = Caules 15—20 cm. **alti, internodiis etiam** superioribus **abbreviatis; panicula conferta.**

12. **G. amorginum.** — Exsicc.: Dörfl. fl. aeg. n. 7.

Obscure-virens; caulibus adscendentibus, **quadrangulis, laevibus, glabris**; foliis 5—8 nis, lucidis, 1—2 mm. latis, obtusiusculis, **mucronatis**; paniculae brevis, saepe corymbiformis ramis abbreviatis, **erectis; pedicellis** flore aequilongis, erecto-patulis, saepius angulatis **incrassatisve; corollae** lobis apiculatis; antheris nigricantibus; fructu glabro.

Differt a duobus praecedentibus, quibuscum **foliis latinerviis** convenit, habitu conferto, colore totius plantae siccae **nigrescente, caulibus** humilibus ad inflorescentiam usque dense foliatis, ideo **internodiis brevibus**, panicula brevi conferta, pedicellis crassiusculis **angulatis.** — **Corolla** quatenus e planta sicca dijudicare licet, albida. — **Species ut videtur** *G. litorali* Guss, caulibus elatis, internodiis elongatis, **panicula floribunda** et corolla extus pubescente (quam notam quidem specimina sicula a Lojacono a. 1885 lecta non demonstrant) diverso, **affinis.**

In maritimis insulae Amorgos Cycladum ad radices **mt. Profetae** Elias (Leon.). — Maio, Jun. ♃.

; ; Corolla ochroleuca, flava vel purpurea.

, Panicula laxa, cymis plus minus longe pedunculatis; fructus minute rugulosus.

. — Folia saepius opaca, saltem inferiora obovata vel obovato-oblonga, 3—7 mm. lata, margine non vel vix revoluta.

13. **G. firmum** Tausch in Flora 1831 p. 222; Vis. fl. dalm. suppl. p. 101. — *G. aureum* Vis. in orto bot. Padova 1842 p. 134, Fl. dalm. III. p. 6; Bois. fl. or. III. p. 61; Spreitz. in z. b. G. 1890 p. 295. — *G. rupestre* DC. pr. IV. p. 603. — *G. lucidum v. chrysococcus* C. Koch in Linnaea 1843 p. 32. —

Virens; caulibus elatis, erectis vel adscendentibus, quadrangulis, breviter velutino-puberulis glabrisve; foliis 6—8nis, glabris, obverse-ellipticis, obtusis, mucronatis, basi longe cuneatis, nervo subtus prominulo, inferioribus 15—25 mm. longis, 3—5 mm latis; panicula elongata, oblonga, floribunda, ramis erecto-patulis; pedicellis flore sublongioribus, demum divaricatis; corollae flavae lobis cuspidatis; antheris **nigris; fructu** aureo, glabro.

β. **euboeum.** — *G. firmum v. oblongifolium* Hal. in ö. b. Z. 1894 p. 94. — Caules pilis patulis dense obsitis; folia **utrinque** vel saltem subtus hispidula, reliqua ut in typo. — Exsicc.: Heldr. pl. fl. hellen. a. 1890.

γ. **citraceum** Bois. et Heldr. in Heldr. herb. norm. n. 720 pro sp. — *G. melanantherum v. latifolium* Bois. diagn. VI. p. 69. — *G. aureum β. oblongifolium* Bois. fl. or. III. p. 61, suppl. p. 282; Heldr. fl. cephal. p. 42, chlor. Parn. p. 20. — Humilius; folia abbreviata ovato-oblonga vel oblonga, panicula pauciflora contracta. — Exsicc.: Heldr. l. c.; Dörfl. fl. gr. n. 240.

In rupestribus regionis montanae usque in alpinam adscendens. Planta typica, a me e Graecia non visa, indicatur in mt. Olympus, mt. Parnassus (Heldr.), mt. Kyllene (Orph.); Creta: mt. Hagios Theodoros in mt. Sphacioticis (Spreitz.), mt. Lassiti (Heldr.); — β. Euboea: mt. Telethrion (Heldr.); Sporadum insula Scopelos (Leon.); — γ. mt. Oeta, Tymphrestus, Korax, Parnassus, Dirphys Euboeae, mt. Taygetos, mt. Aenos Cephaloniae, mt. Ida Cretae (Heldr.). — Jun. Aug. ♃.

14. **G. Heldreichii** Hal. in ö. b. Z. 1897 p. 94. — Exsicc.: Heldr. et Hal. fl. Sporad. a. 1896.

Virens; caulibus elatis adscendentibus vel decumbentibus, quadrangulis, foliisque hispidulis vel glabris; foliis 6—8 nis, obtusis, mucronatis, nervo subtus prominulo, inferioribus obovato-cuneatis, 7—15 mm. longis, 5—7 mm. latis, reflexis, caeteris oblongis vel oblongo-linearibus; panicula elongata, oblonga vel pyramidata, floribunda, ramis patentibus; pedicellis flore longioribus, demum divaricatis; corollae sordide purpurascentis lobis cuspidatis; antheris nigris; fructu nigricante, glabro. — Habitus *G. elati*; a praecedente foliis inferioribus latioribus brevioribusque et corolla purpurea egregie differt.

α. **typicum.** — Caulis et folia pilis albis patulis hispida. —

β. **glabratum.** — Caulis et folia glabra.

In Sporadum insula Scopelos (Leon.). — Apr. Maio. ♃.

: = Folia nitida, anguste-linearia vel lineari-setacea, $^1/_2$—2 mm. lata, margine revoluta.

— Caules herbacei; cymae multiflorae, nudae vel subnudae, paniculam oblongam vel pyramidatam formantes.

15. **G. scabrifolium** Bois. fl. or. III. p. 61; Bald. riv. coll. bot. Alb. 1895 p. 42; pro var. *G. aurei*; Haussk. symb. p. 101. — *G. floribundum* Ch. et B. exp. p. 52, Fl. pelop. p. 10, sec. Bois. l. c., non S. et S. — Exsicc.: Heldr. herb. norm. n. 1543.

Virens; caulibus elatis, adscendentibus vel decumbentibus, quadrangulis, glabris, laevibus vel scabridulis; foliis 5—8 nis, linearibus, acutiusculis, mucronatis, glabris; panicula elongata vel pyramidata floribunda, ramis erecto-patulis; pedicellis brevibus, flore sublongioribus, divaricatis; corollae sordide-flavescentis lobis cuspidatis; antheris nigricantibus; fructu nigricante, glabro. — *G. lucido* valde affine et ab eo praesertim florum colore distinctum.

β. **asparagifolium** Bois. et Heldr. diagn. ser. 2, VI. p. 91 pro sp.; Bois. fl. or. III. p. 62. — Folia lineari-setacea, brevissima, 4—6 mm. longa. — Exsicc.: N. v.

In rupestribus regionis montanae. Epirus: mt. Tsumerka, Peristeri (Bald., sed determinatio ex auctore ipso incerta); Thessalia: pr. Malakasi (Haussk.); Achaia: in faucibus Diakophto (Heldr.); Laconia: pr. Spithara, Selitza (Zahn), Vitulo, Chimova (Chaub.); — *β.* mt. Parnasso pr. Rachova (Samarit.). — Maio, Jul. ♃.

16. **G. incurvum** S. et S. pr. I. p. 92, Fl. gr. II. p. 24 t. 132; Sieb. avis p. 3; Ch. et B. fl. pelop. p. 10; Raul. cret. p. 774; Haussk. symb. p. 100. — *G. melanantherum* Bois. diagn. VI. p. 69 p. p.; ? Raul. cret. p. 773 *v. grandiflorum.* — *G. Spruneri* Jord. obs. p. 146. — *G. firmum γ incurvum* Bois. fl. or. III. p. 61. — Exsicc.: Heldr. herb. norm. n. 351; Orph. fl. gr. n. 362.

Virens; caulibus adscendentibus vel erectis, qnadrangulis, laevibus brevissime puberulis vel glabris; foliis 5—8 nis, breviter linearibus, acutiusculis, mucronatis, glabris, interdum incurvis; panicula elongata, laxa, ramis erecto-patulis, plurifloris; pedicellis elongatis, flore duplo longioribus, divaricatis; corollae sordide flavido-purpurascentis lobis breviter cuspidatis; antheris nigris; fructu nigro, glabro. — A praecedente caulibus humilioribus, foliis brevioribus, panicula minus floribunda, pedicellis longioribus, corolla submajori, saltem sicca sordide purpurascenti differt.

In rupestribus regionis montanae. Attica: mt. Cithaeron, Parnes, Pentelicon, Hymettus, mt. Dirphys Euboeae (Heldr.); Acrocorinthus (Haussk.); pr. Messene (Chaub.); Laconia: pr. Kalamata, Selitza (Zahn); Creta: ad Omalos, mt. Volokia (Raul.) in mt. Sphacioticis (Sibth.), mt. Lassiti (Heldr.). — Maio, Jun. ♃.

== Caules basi suffrutescentes; cymae axillares, pauciflorae, foliosae, paniculam longam angustam strictam formantes.

17. **G. purpureum** L. sp. p. 107; S. et S. pr. I. p. 93; Mazz. in antol. ion. IV. p. 942; Bois. fl. or. III. p. 63; Form. in D. bot. Monat. 1890 p. 23, in Ver. Brünn 1895 p. 31. — Exsicc.: Heldr. herb. n. 2459; Orph. fl. gr. n. 555; Sint. it or. a 1889 n. 1856.

Virens, caulibus adscendentibus, stricte ramulosis, quadrangulis, laevibus, brevissime puberulis; foliis 8—10 nis, angustissime linearibus, acutis, cuspidatis; pedicellis capillaribus, flore longioribus, ante anthesin cernuis; corollae purpureae lobis ovato-oblongis mucronatis; antheris pallidis; fructu glabro.

In pinetis, silvis montanis. Epirus: in valle Dipotami (Form.); Thessalia: pr. Velitsena, Koturi, Lepenica, Chaliki, mt. Dokimi in Pindo pr. Kalabaka, Kapurna, Volo (Form.), pr. Hagios Dionysios in mt. Olympo (Heldr.); mt. Parnassus (Sibth.); Corcyra (Mazz.); Creta: mt. Sphaciotici (Sibth.). — Jun. Aug. ♃.

18. **G. apiculatum** S. et S. pr. I. p. 91, Fl. gr. II. p. 22 t. 129; Bois. fl. or. III. p. 64, suppl. p. 282; Heldr. chlor. Parn. p. 20; Haussk. symb. p. 101; Bald. riv. coll. bot. Alb. 1896 p. 62. — Exsicc.: Heldr. herb. norm. n. 719; Sint. it. thessal. n. 1152. —

Differt a praecedente, cui maxime simile, pedicellis flore brevioribus, corolla flavescenti, lobis ovatis submuticis.

In praeruptis regionis abietinae. Epirus: mt. Konitza sub Papingon (Bald.); Thessalia: pr. Chaliki, mt. Zygos, Oxya (Haussk.), mt. Gionscala pr. Sermeniko (Sint.); Eurytania: mt. Tymphrestus (Samarit.), mt. Chelidoni supra Mikrochorio (Heldr.); Phocis: mt. Parnassus pr. Gurna (Guicciardi). Jun. Aug. ♃.

,, Panicula angusta, elongata, densiflora, interrupta, cymis breviter pedunculatis; corolla lutea; fructus laevis.

19. **G. verum** L. sp. p. 107; S. et S. pr. I. p. 92; Pieri corc. fl. p. 15; Ch. et B. exp. p. 53, Fl. pelop. p. 10; Mazz. in antol. ion. IV. p. 942; Fraas. fl. class. p. 158; Clem. sert. p. 48; Bois. fl. or. III. p. 62; Haussk. symb. p. 100; Hal. Beitr. fl. Epir. p. 25, Beitr, fl. Thessal. p. 13; Form. in Ver. Brünn 1895 p. 31, 1896 p. 58. 1897 p. 43. — Icon: Fl. dan. t. 1146. — Exsicc.: Orph. fl. gr. n. 1138; Sint. it. thessal. n. 1183.

Virens, siccatum nigrescens; caulibus erectis, rigidis, obsolete quadrangulis, laevibus, glabris vel puberulis; foliis 6—12nis, anguste linearibus, acutiusculis, mucronatis, supra glabris vel scabridis, subtus breviter pubescentibus; pedicellis demum divaricatis, flore paulo longioribus; corollae lobis breviter apiculatis; antheris flavidis; fructu glabro.

β. **ruthenicum** Willd. sp. I. p. 597 pro sp. — *G. verum v. lasiocarpum* Haussk. symb. p. 100. — Fructibus villoso-hispidis. — Exsicc.: N. v.

γ. **praecox** Lang in Hagenb. fl. brasil. suppl. p. 26. — *G. Wirtgeni* Schultz arch. II. p. 201; Form. in D. bot. Monat. 1890 p. 23. — Caulis inferne quadrangulus; panicula angusta, ramis brevioribus, inferioribus remotis, internodiis brevioribus. — Exsicc.: Heldr. herb. a. 1871, pl. fl. hellen. a. 1890.

In olivetis, herbidis regionis inferioris et montanae, frequens in Epiro, Thessalia, Aetolia, Attica, in Peloponneso et in Corcyra; non indicatur in caeteris insulis Jonicis, in insulis maris Aegaei et in Creta; — *β*. Thessalia: pr. Aivali, Orman Magula (Haussk.); — *γ*. mt. Zygos in Pindo (Form.); mt. Telethrion Euboeae et mt. Kyllene Achaiae (Heldr.). — Jun. Aug. ♃.

β. Cymae subsessiles, pseudoverticillos remotiusculos, in spicas angustas longiusculas digestos formantes; folia laevia; corolla alba; fructus laevis.

20. **G. thymifolium** Bois. et Heldr. diagn. VI. p. 67, Fl. or. III. p. 56; Heldr. chlor. Parn. p. 19; Hal. in z. b. G. 1888 p. 757;

Beitr. fl. Achaia p. 23. — Exsicc.: Heldr. herb. norm. n. 44, 1336 et 1433; Orph. fl. gr. n. 186; Dörfl. fl. gr. n. 239 et 415.

Caulibus numerosis, rigidis, adscendentibus, basi suffrutescentibus, 10—30 cm. altis, obtuse quadrangulis, minute puberulis; foliis parvis 2—4 mm. longis, elliptico-linearibus linearibusque, convolutis, longe mucronatis, glabris; pedicellis flore aequilongis, corollae lobis triangulari-lanceolatis, breviter mucronatis; antheris carneis; fructu glabro. — Habitus fere *G. veri* omnibus partibus diminuti.

In rupestribus regionis abietinae et superioris. Phthiotis: mt. Oeta; mt. Parnassus (Heldr.), Kiona (Hal.); Peloponnesus: mt. Chelmos (Hal.), Olenos, Kyllene, Malevo, Taygetos (Heldr.). — Jul. Aug. ♃.

b. Caules humiles, tenues, dense caespitosi; folia saepissime mucronata.

α. Corolla purpurascens vel flava.

× Fructus hispidus, cyma pauciflora.

○ Basi suffruticosum; corolla purpurascens.

21. **G. graecum** L. mant. p. 38; S. et S. pr. I. p. 95, Fl. gr. II. p. 27 t. 136; Sieb. avis. p. 3, rem. p. 3; Mazz. in ant. ion. IV. p. 942; Weiss in z. b. G. 1869 p. 48; Raul. cret. p. 773; Boiss. fl. or. III. p. 64; Spreitz. in z. b. G. 1890 p. 295; Bald. viagg. Creta p. 56. — Exsicc.: Heldr. pl. cret. n. 1530; Rev. pl. cret. n. 59, in Magn. fl. sel. n. 857; Bald. it. cret. n. 18, it. cret. alt. n. 25.

Patule hispidum; caulibus erectis vel adscendentibus, fragilibus, dense foliosis, 5—20 cm. altis, tereti-costatis; foliis senis, breviter linearibus, obtusiusculis, submuticis, margine subrevolutis, nervo crasso percursis; cymis axillaribus, densiusculis, breviter pedunculatis subsessilibusve, racemos angustos interruptos formantibus; pedicellis capillaribus, flore minuto parum longioribus; corollae glabrae vel extus parce puberulae lobis ellipticis, breviter mucronulatis; antheris nigricantibus; fructu longe patuleque albo-hispido.

In rupestribus regionis inferioris et submontanae. Creta: pr. Kissamos (Rev.), ad Akroteri, Canea, Gortyna (Heldr.), pr. Aradhena in mt. Sphacioticis, mt. Hagios Deka, Ida, pr. Mirabello, Candia (Raul.), f. *virescens* ad Spilia distr. Temenos (Bald.); indicatur quoque a Sibthorp in mt. Parnasso et a Mazziari pr. Gasturi Corcyrae, sed verosimiliter erronee. — Maio, Jul. ♃.

○○ Herbacea; corolla flava.

22. **G. Degenii** Bald. ap. Deg. in ö. b. Z. 1895 p. 131, in bull. herb. Boiss. IV. p. 632, riv. coll. bot. Alb. 1895 p. 42, 1896 p. 62. — Exsicc.: Bald. it. alb. alt. n. 81, it. alb. epir. III. n. 156, IV. n. 366.

Patule hispidum; caudiculis lignescentibus; caulibus adscendentibus, fragilibus, dense foliosis, 5—15 cm. altis, tereti-costatis; foliis senis, breviter lineari-lanceolatis, breviter mucronatis, margine revolutis, nervo crasso percursis; floribus axillaribus, solitariis et in cymas paucifloras brevissime pedunculatas dispositis; pedicellis crassiusculis, flore 2—4 plo longioribus;

corollae pallide flavae, extus puberulae lobis triangulari-ovatis, breviter-apiculatis; antheris pallidis; fructu breviter hispido. — Caulibus basi non fruticosis, indumento subbreviore, inflorescentia, pedicellis crassioribus et floribus majoribus flavis a praecedente egregie differt.

In rupium fissuris regionis alpinae. Epirus: in jugo Strungula mt. Tsumerka, mt. Peristeri, mt. Papignon et Gamila distr. Zagorion, mt. Nimercka distr. Premeti (Bald.). — Jul. Aug. ♃.

23. **G. ossaeum.** — *G. orientale v. alpinum* Heldr. herb. a. 1884, non Bois. —

Patule hispidum; caudiculis filiformibus, caulibus procumbentibus vel adscendentibus, dense foliosis, 2—5 cm. longis, quadrangulis; foliis 4—6 nis, minutis, breviter lineari-lanceolatis, longiuscule aristatis, margine revolutis, nervo crasso percursis; cymis axillaribus, paucifloris, breviter pedunculatis; pedicellis tenuibus, flore aequilongis vel brevioribus; corollae flavae, extus parce puberulae lobis triangularibus, breviter apiculatis; antheris flavis; fructu breviter hispido. — Praecedenti affine, ab eo caudiculis filiformibus, caulibus brevioribus, foliis minoribus longe aristatis, floribus intensius flavis brevius pedicellatis specifice differt.

In regione superiori mt. Ossa Thessaliae (Heldr.). — Jul. ♃.

×× Fructus glaber; flores in axillis superioribus solitarii.

24. **G. Boryanum** Walp. repert. II. p. 454; Bois. fl. or. III. p. 64. — *Sherardia pusilla* Ch. et B. p. 51, t. 13, Fl. pelop. p. 10 t. 16. — Exsicc.: Orph. fl. gr. n. 184; Heldr. herb. norm. n. 1337 et 1337 b.

Scabrido-hirtum, pulvinos latos saepe densissimos efformans; caudiculis lignescentibus; caulibus filiformibus, fragilibus, dense foliosis, 1—5 cm. longis, quadrangulis; foliis 4—5 nis, minutis, elliptico-oblongis, obtusiusculis, lucidis, margine subrevolutis, nervo crasso percursis; pedicellis tenuibus, flore aequilongis vel brevioribus; corollae lucidae, extus puberulae lobis ovatis, breviter apiculatis; antheris pallidis. — A praecedentibus praesertim floribus solitariis et fructu glabro distinctum.

In rupestribus regionis mediae et superioris Peloponnesi: pr. Carithena Arcadiae, pr. Zarax (Chaub.), mt. Malevo (Orph.), mt. Taygetos (Heldr.), mt. Selitza pr. Kalamata (Zahn). — Maio, Jul. ♃.

β. Corolla alba.

× Obscure-virens, siccitate nigrescens, hispidum vel glabriusculum; inflorescentia non corymbosa.

25. **G. incanum** S. et S. pr. I. p. 91, Fl. gr. II. p. 22 t. 130; Sieb. avis p. 3, in Flora XII. p. 646; Raul cret. p. 774; Hal. in z. b. G. 1888 p. 757. — *G. orientale β. alpinum* Bois. fl. or. III. p. 57; Heldr. chlor. Parn. p. 20. — *G. orientale v. incanum* Raul. cret. p. 774. — Exsicc.: Heldr. herb. n. 34, herb. norm. n. 1544; Orph. fl. gr. n. 506; Bald. it. alb. epir. III. n. 155.

Breviter hispidum, rarius glabrescens et tunc nitidulum; caulibus erectis, rigidulis, tetragonis, 5—10 cm. longis, inferne dense foliosis,

foliis senis, breviter linearibus vel lanceolatis, obtusiusculis, muticis vel breviter mucronatis, margine revolutis, nervo crasso percursis; cymis in axillis superioribus 3—5 floris, pedunculo folium superante suffultis, racemum abbreviatum vel elongatum thyrsoideum, pseudoverticillis remotiusculis constantem, formantibus; pedicellis florem subaequantibus; corollae lobis lanceolatis, obtusiusculis; antheris nigricantibus; fructu glabro, minutissime granulato.

In rupestribus regionis alpinae. Epirus: in jugo Kakardista mt. Tsumerka (Bald.); Aetolia: mt. Korax (Heldr.); Doris: mt. Kiona (Hal.); mt. Parnassus (Sibth.); Peloponnesus: mt. Kyllene (Pichl.), Chelmos, Taygetos (Heldr.); Creta: mt. Sphaciotici (Sieb.), mt. Lazaro in mt. Lassiti (Raul.). — Jun. Aug. ♃.

26. **G. cyllenium** Bois. et Heldr. diagn. ser. 2, II. p. 117, Fl. or. III. p. 55. — Exsicc.: Orph. fl. gr. n. 183.

Glabriusculum, nitidum; caulibus filiformibus, diffuso-adscendentibus, tetragonis, 3—5 cm. longis, dense foliosis; foliis senis, breviter et latiuscule lineari-lanceolatis, in mucronem longiusculum attenuatis, nervo subtus prominulo angusto percursis; cymis terminalibus, 1—3 floris, e caespite vix exsertis; pedicellis flore sublongioribus; corollae lobis oblongo-lanceolatis, obtusiusculis; antheris luteis; fructu glabro, laevi. — Caulibus humillimis, filiformibus, foliis longe mucronatis, inflorescentia subsimplici pauciflora a praecedenti specifice differt.

In fissuris rupium regionis alpinae mt. Kyllene Achaiae (Heldr.). — Jun. Aug. ♃.

×× Laete-virens, glabrum; inflorescentia corymbosa.

27. **G. anisophyllum** Vill. dauph. II. p. 317, t. 7. — *G. plebeium* Hal. Beitr. fl. Epir. p. 25, non Bois. et Heldr. — Exsicc.: Hal. it. gr. II. a. 1893.

Glabrum, nitidum; caulibus tenuibus, adscendentibus, tetragonis 5—15 cm. longis; foliis 6—8 nis, lanceolatis, longiuscule mucronatis, nervo subtus tenui percursis; panicula pauciflora, corymbosa; pedicellis erectis, flore parvo longioribus; corollae lobis triangularibus, breviter acuminatis; antheris pallidis; fructu laevi, glabro.

In rupestribus calcareis cacuminis mt. Peristeri. alt. 2290 m. (Hal.). — Jul. Aug. ♃.

28. **G. plebeium** Bois. et Heldr. diagn. ser. 2, II. p. 116. — *G. anisophyllum β. plebeium* Bois. fl. or. III. p. 55; Bald. riv. coll. bot. Alb. 1895 p. 42; Form. in Ver. Brünn 1896 p. 59. — *G. cyllenium* Hal. in z. b. G. 1888 p. 757, non Bois. et Heldr. — Exsicc.: Hal. it. gr. a. 1888.

Praecedenti affine, sed magis pusillum, caulibus filiformibus 3—10 cm. longis, foliis brevissimis 3—5 mm. longis, abruptiuscule mucronatis, panicula conferta, depauperata, ramis brevibus, corolla minori. — Species ut videtur perrara et ulterius observanda.

In rupestribus regionis alpinae. Epirus: mt. Tsumerka, Peristeri (Bald.), sed loca potius an *G. anisophyllum* spectare videntur; Thessalia: mt. Olympus (Heldr.); Doris: mt. Kiona (Hal.). — Jul. Aug. ♃.

c. Caules elongati, flaccidi; folia mutica.

29. **G. elongatum** Presl. fl. sic. I. p. 59; Raul. cret. p. 773; Bois. fl. or. III. p. 59; Form. in Ver. Brünn 1895 p. 31. — *G. palustre* Mazz. in antol. ion. IV. p. 942; Marg. et R. fl. Zante p. 54, non L., quod caulibus tenuioribus brevioribusque, foliis minoribus, floribus et fructibus fere duplo minoribus discedit. — *G. palustre v. majus* Ch. et B. exp. p. 52, Fl. pelop. p. 10. — *G. palustre v. elongatum* Bald. riv. coll. bot. Alb. 1896 p. 62. —

Glabrum; caulibus adscendentibus, 30—50 cm. longis, quadrangulis, ad angulos scabriusculis; foliis 4—6 nis, elliptico-linearibus linearibusve, obtusis, nervo parum prominulo et margine parum revoluto scabris; panicula ampla, ramis patulis; pedicellis demum angulo recto divergentibus, fructu longioribus; corollae albae lobis ovatis; fructu ruguloso, glabro.

In paludosis. Epirus: pr. Kastrica, Lapsista (Bald.); Corcyra: pr. Botumia, Chrysides (Mazz.); Zante (Marg.); Peloponnesus: pr. Scardamula, Chimova, in Maina, pr. Kalamata (Chaub.); Creta: pr. Platania (Raul.). — Jun. Aug. ♃. N. v.

30. **G. constrictum** Chaub. fl. Agen. p. 67, t. 2; Raul. cret. p. 773; Bois. fl. or. III. p. 59; Haussk. symb. p. 100; Hal. Beitr. fl. Aetol. p. 6. — *G. congestum* Jord. obs. p. 172. — *G. creticum* Bois. et Heldr. diagn. X. p. 66. — *G. constrictum v. creticum* Haussk. symb. p. 100. — *G. elongatum* Hal. Beitr. fl. Achaia p. 23, non Presl. — Huc forsan: *G. uliginosum* Mazz. in antol. ion. IV. p. 940 non L., et *G. Witheringii* Mazz. l. c., non Sm. — Exsicc.: Heldr. pl. cret. n. 1584; Orph. fl. gr. n. 557; Rev. pl. cret. p. 61, in Baen. herb. europ. n. 5046; Sint. it. thessal. n. 521; Dörfl. fl. aeg. n. 147.

Differt a praecedente caulibus gracilioribus; foliis linearibus, paniculae corymbosae ramis erecto-patulis, cymulas capituliformes ferentibus, pedicellis erectis fructu aequilongis vel brevioribus, corollae lobis acutiusculis, fructu minute granulato.

In paludosis. Thessalia: pr. Guvelzi (Sint.), in oropedio Neuropolis, pr. Karditza, Orman Magula, Aivali, Pharsalus (Haussk.); Aetolia: pr. Aetolikon (Heldr.), Krioneri (Hal.), mt. Tymphrestus (Samarit.); Attica: pr. Chelidonu (Heldr.); Euboea (Heldr.); pr. Corinthum (Sart.); Argolis: pr. Argos (Heldr.), Nauplia (Orph.); Achaia: pr. Kalavryta (Hal.); Cycladum insula Naxos (Leon.); Creta: ad Enneachoria, Canea (Raul.), Platania (Rev.); ? Corcyra: pr. Gallisio, ad lacum Corinia (Mazz.). — Jun. Aug. ♃.

2. Sectio. *Aparine* DC. pr. IV. p. 605 p. p. — Annua; flores hermaphroditi vel polygami; pedunculi fructiferi erecti vel recurvi, sed tunc folia non deflexa nec fructus occultantia; folia uninervia.

1. Subsectio. *Euaparine* DC. pr. IV p. 607. — Flores cymosi vel paniculati; mericarpia globosa.

a. Pedicelli fructiferi recurvati.

α. Glabrum; corolla albida; fructus majusculus, verrucosus vel tuberculatus.

31. **G. saccharatum** All. fl. ped. I. p. 9; Mazz. in antol. ion. IV. p. 940; Marg. et R. fl. Zante p. 54; Weiss in z. b. G. 1869 p. 46; Bois. fl. or. III. p. 67; Heldr. fl. cephal. p. 42, Fl. Aegina p. 301; Haussk. symb. p. 101. — *Valantia aparine* L. sp. p. 1051. — *G. verrucosum* S. et S. pr. I. p. 93, Fl. gr. II. p. 24, t. 133; Friedr. Reise p. 266. — Exsicc.: Heldr. et Hal. fl. aeg. a. 1889.

Caule crassiusculo, a basi ramoso, ramis diffusis vel adscendentibus, quadrangulis, retrorsum aculeolatis, foliis 4—7 nis, lineari-vel obovato-lanceolatis, mucronatis, margine sursum aculeolato-scabris; cymis axillaribus, trifloris, folio brevioribus; floribus polygamis, centrali fertili, lateralibus masculis; pedunculis fructiferis arcuatis, pedicellis recurvis triplo longioribus; pedicellis fructu dense verrucoso brevioribus.

In arvis, inter segetes regionis inferioris et submontanae. Attica: ad Ilyssum (Friedr.), pr. Athenas, in insula Aegina (Heldr.); Argolis: pr. Vromolimni (Haussk.); Laconia: pr. Xerocampos (Pichl.); Cycladum insula: Cythnos (Tunt.), Syra (Weiss), Melos (Leon.); Zante (Marg.); Cephalonia: mt. Aenos (Heldr.); Corcyra (Mazz.). — Febr. Jun. ⊙.

32. **G. tricorne** Wither. arrang. ed. 2 I. p. 153; S. et S. pr. I. p. 93; Marg. et R. fl. Zante p. 54; Bois. fl. or. III. p. 67; Heldr. fl. cephal. p. 42, Fl. Aegina p. 301; Haussk. symb. p. 101. — Icon: Rchb. t. 147. — Exsicc.: Hal. it. gr. II. a. 1893.

Caulibus crassiusculis, simplicibus vel ramosis, erectis, procumbentibus vel adscendentibus, quadrangulis, retrorsum aculeolatis; foliis 6—8 nis, lineari-lanceolatis, mucronatis, margine retrorsum aculeolato-scabris; cymis axillaribus, 3—6 floris, folio brevioribus; floribus hermaphroditis; pedunculis fructiferis rectis, pedicellis recurvis triplo longioribus; pedicellis fructu minute et dense tuberculato 2—3 plo longioribus.

In arvis, cultis, dumosis regionis inferioris et submontanae. Attica: mt. Hymettus (Haussk.), insula Aegina (Heldr.); Achaia: pr. Patras (Hal.); Zante (Marg.); Cephalonia: pr. Lixuri (Heldr.); et certe alibi. — Mart. Maio. ⊙.

β. Pubescens; corolla lutea; fructus minutus, uncinato-hispidus.

33. **G. recurvum** Req. in DC. pr. IV. p. 609; Bois. fl. or. III. p. 68; Heldr. chlor. Thera p. 13. — *G. micranthum* Urv. enum. p. 16, non Pursh. — Exsicc.: Sint. et Rigo it. cypr. n. 906 (Cyprus).

Caule tenui, a basi ramoso, ramis diffusis vel adscendentibus, tereti-quadrangulis, scabridulis; foliis 4—6 nis, obovato-oblongis, breviter mucronatis, margine sursum scabridis; cymis axillaribus, 1—3 floris, folio brevioribus; floribus hermaphroditis; pedunculis dense et patule hirsutis

fructiferis subarcuatis, pedicellis recurvatis aequilongis; pedicellis fructu hispido 2—3 plo longioribus.

Ad montem ignivomum insulae Novae Kameni pr. Thera Cycladum (Urv.). — Maio, Jun. ⊙ N. v.

b. Pedicelli fructiferi recti.

α. Fructus majusculi, 2—5 mm. diametro.

× Caules flaccidi, crassiusculi, quadranguli, scandentes.

34. **G. aparine** L. sp. p. 108; Pieri fl. corc. p. 16; Ch. et B. exp. p. 54, Fl. pelop. p. 10; Mazz. in antol. ion. IV. p. 940; Marg. et R. fl. Zante p. 54; Friedr. Reise p. 265; Fraas. fl. class. p. 158; Weiss in z. b. G. 1869 p. 48; Raul. cret. p. 773; Bois. fl. or. III. p. 68; Heldr. fl. cephal. p. 42; Haussk. symb. p. 101; Hal. in ö. b. Z. 1897 p. 95; Form. in Ver. Brünn 1897 p. 43. — Icon: Fl. dan. t. 495. — Exsicc.: Sint. it. thessal. n. 1443.

Caulibus simplicibus vel ramosis, retrorsum aculeolatis, glabris vel ad nodos subincrassatos hirsutis; foliis 6—8 nis, lineari-lanceolatis vel antice latioribus, mucronatis, margine et nervo retrorsum aculeolatis, supra hispidis; pedunculis axillaribus, paucifloris, folio longioribus, terminalibus saepe subpaniculatis; floribus hermaphroditis; corolla minuta, albida; fructu majusculo, 4—5 mm. diametro, pilis uncinatis basi tuberculatis obsito.

Ad sepes, in dumetis per totam Graeciam. — Maio, Sept. ⊙.

35. **G. spurium** L. sp. p. 106; Heldr. fl. Aegina p. 301. — Icon: Engl. bot. t. 1871.

Differt a praecedente caule teneriore, foliis anguste lanceolato-linearibus, corolla minore et fructu 2—3 plo minore, circa 2 mm. diametro, glabro vel hispido.

α. **typicum.** — Fructu laevi vel muricato, glabro. — Huc spectare videtur *G. spurium v. epiroticum* Bald. riv. coll. bot. Alb. 1896 p. 63, f. caule robustiore, foliis glabris, floribus hinc inde capituliformibus, fructu laevi vel muricato.

β. **Vaillantii** DC. fl. fr. IV. p. 263 pro sp.; Gr. et Godr. fl. fr. II. p. 44; Haussk. symb. p. 101. — *G. infestum* W. et K. pl. rar. Hung. III. p. 224, t. 202. — Fructu plus minus dense hispido.

γ. **tenerum** Gaud. fl. helv. I. p. 442 pro sp.; Gr. et Godr. l. c.; Bois. fl. or. III. p. 69; Haussk. symb. p. 101. — Caule tenerrimo, internodiis elongatis, foliis latioribus saltem inferioribus obovatis vel oblonge-spathulatis, pedunculis interdum ad florem solitarium reductis. —

In arvis, locis glareosis, ut videtur rarum vel forsan cum praecedente confusum. Indicatur: mt. Oros in insula Aegina (Heldr.); Epirus: pr. Janina (Bald.); — β. Thessalia: pr. Pharsalum (Haussk.); — γ. Attica: mt. Parnes (Heldr.), mt. Hymettus (Haussk.). — Jun. Jul. ⊙ Ni. v.

×× Caules erecti, tenuiter filiformes, pumili, 5—15 cm. alti.

36. **G. Monachinii** Bois. et Heldr. diagn. X p. 67, Fl. or. III. p. 70; Raul. cret. p. 772, t. 14; Haussk. symb. p. 101; Bald. viagg. Creta p. 57. — Exsicc.: Heldr. pl. cret. n. 1500, Herb. norm. n. 845.

Glabrum, collo saepius pluricaule; caulibus laevibus vel ad angulos parcissime aculeolatis; foliis minutis, senis, ovatis vel ovato-oblongis; mucronatis, margine antrorsum scabridis; pedunculis ex axillis superioribus terminalibusque, 2—3floris, folia axillaria 2—4 plo superantibus; floribus hermaphroditis; corolla minuta, albo-rosea; pedicellis capillaribus; fructu 2 mm. diametro, pilis subuncinatis hispido longioribus. — *G. spurio γ. tenero* affine, ab eo caulibus brevibus non flaccidis fere laevibus, foliis parvis margine antrorsum scabridis et inflorescentia terminali statim distinguitur.

In lapidosis regionis montanae et subalpinae. Attica: mt. Pentelicon, Hymettus, mt. Mavrovuni insulae Salamis (Heldr.); Creta: ad Hellinoseli (Bald.), inter Askyphos et Anopolis, mt. Volakia (Raul.) in mt. Sphacioticis, mt. Lazzaro in mt. Lassiti (Heldr.). — Apr. Maio ☉.

Obs. *G. brevifolium* S. et S. pr. I p. 95, Fl. gr. t. 136 = *G. caudatum* Bois. diagn. III. p. 48. — Exsicc.: Orph. fl. gr. n. 554 (Chios). — Habitu praecedenti affine, sed cymis multifloris et praesertim corolla magna alba diversissimum, in Cycladibus quaerendum.

β. Fructus minutissimi, 1 mm. diametro.

× Folia lineari-setacea, floralia cymulas superantia.

37. **G. setaceum** Lam. dict. II. p. 584; Tausch in Flora XVIII p. 354; Ch. et B. exp. p. 53. Fl. pelop. p. 10; Clem. sert. p. 47; Weiss in z. b. G. 1869 p. 48; Raul cret. p. 772; Bois. fl. or. III. p. 77; Haussk. symb. p. 101. f. *lasiocarpa*; Hal. Beitr. fl. Aetol. p. 6, in ö. b. Z. 1895 p. 338. 1897 p. 95; Heldr. fl. Aegina p. 301; Form. in D. bot. Monat. 1898 p. 78. f. *lasiocarpa*. — *G. capillare* Cav. ic. II. p. 73. t. 191; S. et S. pr. I. p. 94; Sieb. avis p. 3, r. n. p. 8; Friedr. Reise p. 274. — *G. Sibthorpii* R. et Sch. syst. III. p. 244; ? Ch. et B. exp. p. 53. Fl. pelop. p. 10; Raul. cret. p. 772. Exsicc.: Orph. fl. gr. n. 556; Rev. pl. cret. n. 64.

Caulibus filiformibus, erectis vel adscendentibus, a medio ramosis, inferne leviter scabriusculis; foliis 6—8 nis, margine ciliato scabridis vix mucronatis infimis oblongis reliquis setaceis; panicula effusa, laxiflora; pedicellis capillaribus flore fructuque pluries longioribus; corolla minuta rubella lobis ovatis [illegible]; fructu pilis albis longis hispido.

β. **Urvillei** Req. in DC. pr. IV. p. 607 pr. sp.; Hal. in ö. b. Z. 1895 p. 338. — G. [illegible] Urv. enum. p. 16. non S. et S. — G. setaceum f. [illegible] Haussk. symb. p. 101. — Fructus glabri. Exsicc.: Heldr. et Hal. fl. [illegible] a. 1896.

In [illegible] regionis inferioris et submontanae. Aetolia: mt. Chalkis et [illegible] ad sinum Patraicum (Hal.); Attica: mt. Kerata pr. [illegible] (Haussk.), [illegible] Hymettus, insula Salamis et Aegina (Heldr.), Sporadum insula: Scopelos. Jun. (Leon.:

Cyclades (Bois.); Argolis: pr. Nauplia (Orph.), peninsula Methana (Haussk.), insula Poros (Friedr.); Laconia: pr. Cumusta (Pichl.), Gortys, Zarnate, Vitulo, Scardamyle (Chaub.); Creta: pr. Canea (Weiss), Akroteri, Voriza ad radices mt. Ida, pr. Aludha, Istovai in capite Sidero (Raul.); — β. Sporadum insula Peristeri (Leonis); insula Hydra (Heldr.) et in peninsula Methana Argolidis (Haussk.). — Apr. Jun. ⊙.

×× Folia lineari-lanceolata, floralia cymulis breviora.

○ Cymae saltem post anthesin laxae, divaricatae.

. Corollae lobi acuti.

38. **G. divaricatum** Lam. dict. II. p. 580; Raul. cret. p. 772; Bois. fl. or. III. p. 72; Haussk. symb. p. 101. — Huc forsan: *G. tenuissimum* Ch. et. B. exp. p. 53, Fl. pelop. p. 10, vix M. a B. — Exsicc.: Heldr. herb. norm. n. 1338.

Glabrum; caule tenui, erecto, quadrangulo, a basi divaricatim ramoso, inferne scabrido; foliis 6—7 nis, breviter lineari-lanceolatis, mucronatis, margine scabris, tandem reflexis; panicula ampla, effusa, laxiflora, ramis filiformibus, pluries dichotomis; pedicellis capillaribus, pedunculo brevioribus, fructu parum vel 2—3 plo longioribus; corolla minuta, alba vel rubella, lobis ovatis acutis; fructu granulato, glabro. — Affine *G. anglico* Huds. et *G. tenuissimo* M. a. B., prius differt a nostro panicula angusta elongata, e ramis breviusculis composita, nec ampla effusa, pedunculis pedicellisque firmioribus, hisce fructu parum longioribus; posterius foliis longius mucronatis, pedicellis elongatis pedunculo aequilongis, fructu multoties longioribus.

β. **Mungierii** Bois. et Heldr. diagn. X. p. 68, pro sp. — Pedicelli subbreviores, corolla alba. — Transitum ad *G. anglicum* praebere videtur. — Exsicc.: Rev. pl. cret. a. 1883.

In siccis, asperis regionis inferioris et montanae. Corcyra (Baenitz); Thessalia: ad monasterium Korona in Pindo, pr. Kalabaka, Trikala, Sophates, Karditza, mt. Pelion pr. Volo (Haussk.); Argolis: pr. Vromolimni in peninsula Methana (Heldr.); Laconia: mt. Malevo (Leon.), in Zarnate, pr. Kardamyle, Chimova, in Maina (Chaub.); — β. Creta: ad Enneachoria (Heldr.), Canea (Rev.). — Maio, Jul ⊙.

. . Corollae lobi aristati.

39. **G. zacynthium** Marg. et R. fl. Zante p. 54, t. 6, f. 1; Hal. Beitr. fl. Aetol. p. 6, Beitr. fl. Achaia p. 23; Bald. riv. coll. bot. Alb. 1895 p. 43, 1896 p. 63. — *G. intricatum v. zacynthium* Heldr. fl. cephal. p. 42. — *G. anglicum* Hal. Beitr. fl. Epir. p. 25, non Huds. — Exsicc.: Hal. it. gr. II. a. 1893; Bald. it. alb. epir. III. n. 57, promiscue cum *β.*, it. alb. epir. IV. n. 33 et 121.

Virens; caulibus adscendentibus vel decumbentibus, quadrangulis, retrorsum scabris, glabris vel glabriusculis, aut subsimplicibus et humilibus, aut plus minus elatis, a basi ramosissimis et effusissime paniculato-corymbosis, multifloris; foliis 6—8 nis, margine parum revolutis, antrorsum scabridis, supra pilis sparsis hirtulis, inferioribus obovatis muticis, caeteris

lineari-lanceolatis mucronatis; pedicellis filiformibus, fructu 2—3plo longioribus; corolla flavido-rubella, glabra, lobis ovato-oblongis, in aristam eis plus dimidio breviorem abeuntibus; fructu laevi, glabro. — Specimina macriora *G. anglico* Huds. valde similia, sed distinguuntur pedicellis fructiferis longioribus, divaricatis, nec erecto-patulis, corollae majoris lobis aristatis, nec acutis et fructu laevi; fere eisdem notis differt *G. zacynthium* a praecedente.

β. **intricatum** Marg. et R. fl. Zante p. 54, t. 6, f. 2; Boiss. fl. or. III. p. 73; Spreitz. in z. b. G. 1877 p. 714, 1887 p. 661; Heldr. fl. cephal. p, 42; Gelmi in bull. soc. bot. ital. 1889 p. 450; Haussk. symb. p. 101; Hal. Beitr. fl. Aetol. p. 6; pro spec. — *G. trichophorum* Griseb. spic. II. p. 161. — Plus minus crebre patule-hirtum, saepe cinerascens; corolla extus hirta; fructus pilis patentibus crebris uncinatis undique tectum. — Specimina extrema indumento creberrimo a typo valde differunt, sed formae intermediae adsunt. — Exsicc.: Heldr. herb. norm. n. 846 et 846b; Sint. it. thessal. n. 1441.

Ad muros, in rupestribus, dumosis regionis inferioris et montanae. Epirus: mt. Maria distr. Ljaskovik, pr. Muspina et mt. Olycika distr. Janina (Bald.), pr. Kalarrytes ad radices mt. Peristeri (Hal.); mt. Chalkis ad sinum Patranum Aetoliae, mt. Panachaicon Achaiae (Hal.); Cephalonia: pr. Hagios Theodoros (Heldr.); Zante (Marg.); — *β.* saepe typo consociatum: Epirus: mt. Olycika (Bald.); Thessalia: pr. Malakasi, Klinovo, in oropedio Neuropolis, pr. Korona, Aivali (Haussk.), pr. Kalabaka, Palaeokastro, Pharsalus (Heldr.); Aetolia: mt. Chalkis et Taphiassos ad sinum Patranum (Hal.); Euboea et mt. Omplo pr. Patras Achaiae (Heldr.); Laconia: pr. Mistra, Androvista (Heldr.), Kalamata, Selitsa (Zahn); Zante: pr. Bochali (Marg.); Cephalonia: pr. Drapano, Hagios Theodoros, Pessada (Heldr.); Ithaca: pr. Vathy (Spreitz.); Leucas: cap Zuana, ad monasterium Hagios Georgios (Spreitz.); Corcyra: pr. Castrades (Gelmi), Monrepos (Bickn.), Palaeokastrizza (Spreitz.). — Maio, Jul. ⊙.

OO Cymae etiam fructiferae densae, umbellulato-capitatae.

40. **G. incrassatum.** — *G. capitatum* Bald. viagg. Creta p. 58. non Ch. et B. — Exsicc.: Bald. it. cret. n. 218.

Caulibus rigidulis, teretiusculis, laeviusculis, fere a basi divaricatim ramosis, inferne glabratis, superne patule hispidis; foliis senis, margine revoluto scabridis, infimis oblongis, obtusis, glabriusculis, caeteris linearibus, mucronatis, hispidis; cymis tenuiter et rigidule pedunculatis, confertifloris; bracteis 1—3, pedicellis brevioribus; pedicellis patulis, hispidis, fructu longioribus; corollae fuscescentis, extus hirtae lobis acutis; fructu minute et crebre patule-hispido. Sequenti affine, differt indumento patule hispido, pedicellis longioribus, demum incrassatis, patulis, ideo capitulis minus condensatis et fructu crebre hispido. — Planta tota siccitate cinerea.

In agris siccis ad Kunupidiana peninsulae Akroteri Cretae (Bald.); huc forsan spectat *G. capitatum v. hispidulum* Raul. cret. p. 772 (e peninsula Acroteri) et *G. capitatum* Weiss in z. b. G. 1869 p. 48 (e Canea). — Maïo, Jun. ⊙.

41. **G. capitatum** Ch. et B. exp. p. 54, t. 7, Fl. pelop. p. 10, t. 5; Bois. fl. or. III. p. 75; Haussk. symb. p. 101; Heldr. fl. Aegina p. 301. — Exsicc.: Orph. fl. gr. n. 182, promiscue cum β. — Glabrum, rarius parce hispidulum; caulibus rigidulis, quadrangulis, scabridis, fere a basi divaricatim ramosis; foliis 6—8 nis, margine subrevoluto scabridis, infimis oblongis obtusis, caeteris linearibus mucronatis; cymis tenuiter et rigidule pedunculatis, valde confertis; bracteis numerosis, flores subsuperantibus; pedicellis erectis, fructu subbrevioribus; corollae fuscescentis, pilosae, lobis acuminatis; fructu tuberculato, piloso. — Planta tota siccitate valde nigricans.

β. **atrichum.** — Fructibus corollisque glabris. — Exsicc.: Heldr. herb. norm. n. 350 et 1244.

In collibus siccis, arvis regionis inferioris, varietas ut videtur frequentior. Thessalia: pr. Aivali, Pharsalus, Phanari (Haussk.); Euboea (Sprun.); Attica: ad Phalerum, mt. Lycabettus, pr. Heraclea (Heldr.), Mandra (Pichl.), in colle Turcovuni, mt. Hymettus (Haussk.), insula Aegina (Heldr.); Argolis: pr. Nauplia (Orph.), in peninsula Methana (Haussk.); Arcadia: mt. Diaforti (Chaub.). — Maio, Jun. ⊙.

2. Subsectio. *Aspera* Moench meth. p. 641. — Pedunculi brevissimi, axillares; mericarpia oblonga.

42. **G. murale** L. sp. p. 103; S. et S. pr. I. p. 86, Fl. gr. II. p. 13, t. 115; Mazz. in antol. ion. III. p. 700; *(Sherardia)*; All. fl. ped. I. p. 8, t. 77; Mazz. l. c. IV. p. 942; Marg. et R. fl. Zante p. 54; Weiss in z. b. G. 1869 p. 48; Raul. cret. p. 772; Bois. fl. or. III. p. 78; Heldr. fl. cephal. p. 42, Fl. Aegina p. 300, Chlor. Thera p. 14; Spreitz. in z. b. G. 1887 p. 661; Gelmi in bull. bot. ital. 1889 p. 450; Haussk. symb. p. 101; Hal. in ö. b. Z. 1897 p. 95. — *G. minimum* R. et Schult. syst. III. p. 262; Sieb. avis p. 3. — Exsicc.: Rev. pl. cret. n. 63; Bald. it. cret. alt. n. 78.

Glabrum vel hispidulum; caulibus filiformibus, simplicibus vel a basi ramosis, saepe caespitosis; foliis 2—6 nis, minutis, obovatis vel obovato-lanceolatis, mucronulatis, margine scabridulis; pedunculis brevissimis, 1—3 floris, demum reflexis; corollae flavidae lobis muticis; fructu lineari-oblongo, apice praesertim pilis patulis albis vestito, mericarpiis cylindricis, demum incurvo-conniventibus.

In locis aridis, saxosis regionis inferioris et montanae. Attica: pr. Athenas (Sprun.), Eleusis, Laurion (Haussk.), insula Aegina (Heldr.); Corinthus, Acrocorinthus, peninsula Methana (Haussk.); Sporadum insula Scopelos (Leon.); Cycladum insula Cythnos (Tunt.), Syra, Tenos (Weiss), Melos (Leon.), Thera (Heldr.); Creta (Sibth.): pr. Canea, Khalepa (Raul.), mt. Psiloriti (Bald.); Zante (Marg.); Cephalonia: pr. Pessada,

in oropedio Omala (Heldr.); Corcyra: pr. urbem (Mazz.), Lacones (Spreitz.). — Apr. Jun. ⨀.

43. **G. verticillatum** Danth. in Lam. dict. II. p. 585; Bois. fl. or. III. p. 78; Haussk. symb. p. 101; Hal. Beitr. fl. Achaia p. 23, in ö. b. Z. 1895 p. 339, 1897 p. 95; Bald. riv. coll. bot. Alb. 1895 p. 43. — *Sherardia erecta* S. et S. pr. I. p. 86, Fl. gr. II. p. 14, t. 116; Mazz. in antol. ion. III. p. 700. — Exsicc.: Heldr. herb. norm. n. 245.

Hispidulum, scabriusculum; caulibus solitariis vel numerosis, rigidulis, erectis, simplicibus vel a basi parce ramosis; foliis 4—6 nis, lineari-oblongis, mucronulatis, margine revolutis, scabridis; pedunculis 2—5, unifloris, verticillatis, erectis, fructu aequilongis vel brevioribus; corollae flavidae vel rubellae lobis muticis; fructu ovato, breviter hispidulo, mericarpiis oblongis, demum incurvo-conniventibus.

In rupestribus regionis montanae et subalpinae. Epirus: pr. Agnanta in mt. Tsumerka (Bald.); Thessalia: mt. Zygos, pr. Malakasi (Haussk.), mt. Pelion (Leon.); Aetolia: mt. Korax (Heldr.); Attica: mt. Pateras, Parnes, Hymettus (Heldr.); Euboea: pr. Steni (Pichl.); Sporadum insula Scopelos (Leon.); Achaia: mt. Panachaicon, Chelmos (Hal.); Corcyra: pr. Garizza (Mazz.); Creta: mt. Lassiti (Heldr.); Cyclades (Sibth.). — Apr. Jun. ⨀.

3. Sectio. *Cruciata* Koch syn. p. 329. — Annua vel perennia; flores axillares, polygami, terminalis ramificationum hermaphroditus, fertilis, laterales masculi steriles; pedunculi fructiferi arcuatim recurvati, fructum sub foliis, nunc itidem deflexis, occultantes; corolla flava.

1. Subsectio. *Eucruciata* Bois. fl. or. III. p. 79. — Pedunculus fructifer teres, non dilatatus.

a. Annuum; caulis retrorsum aculeolatus; folia uninervia.

44. **G. pedemontanum** All. auct. fl. pedem. p. 2; Bois. fl. or. III. p. 80; Form. in D. bot. Monat. 1890 p. 23, in Ver. Brünn 1897 p. 43; Haussk. symb. p. 101. — *G. retrorsum* DC. pr. IV. p. 605. — *G. pedemontanum v. retrorsum* Hal. Beitr. fl. Epir. p. 25. — Icon: W. et K. pl. rar. hung. I. t. 33. — Exsicc.: Heldr. herb. n. 293.

Caulibus tenuibus, erectis, simplicibus, rarius ramulosis, quadrangulis, glabris vel patule hirsutis; foliis 4 nis, elliptico-oblongis, hirsutis; pedunculis 1—2 floris, ebracteatis, folio multo brevioribus; corollae lobis ovatis, acutis; fructu glabro, laevi.

In silvaticis regionis montanae et subalpinae. Epirus: mt. Tsumerka supra Vulgarelion (Hal.); Thessalia: mt. Baba pr. Kliuovo, pr. Chaliki, in oropedio Neuropolis (Haussk.), pr. Lepenica, mt. Ochsa Despot in Pindo, pr. Phlamburos et Mitriza in mt. Chassia (Form.); Attica: mt. Pentelicon, Pateras (Heldr.); Laconia: mt. Taygetos supra Anavryti (Heldr.). — Apr. Maio. ⨀.

b. Perennia; caulis laevis; folia trinervia.

α. Cymuae ebracteatae.

45. **G. glabrum** L. sp. ed. 2 p. 1491 (*Valantia*); Kern. in ö. b. Z. 1870 p. 332. — *G. vernum* Scop. fl. carn. ed. 2, I. p. 99, t. 2; Bald. riv. coll. bot. Alb. 1895 p. 44. —

Caulibus tenuibus, adscendentibus, simplicibus, rarius ramulosis, quadrangulis, glabris vel inferne puberulis; foliis 4nis, ellipticis vel oblongis, margine ciliatis, caeterum glabris; cymis plurifloris, glabris, folio brevioribus; corollae lobis lanceolatis, acuminatis; fructu glabro, laevi.

In saxosis ad Paleochori Syraku distr. Janina in Epiro (Bald.). — Apr. Juni. ♃. N. v.

β. Cymae bracteatae.

46. **G. coronatum** S. et S. pr. I. p. 90, Fl. gr. II. p. 19, t. 125. — Exsicc.: Heldr. reliqu. Orph. a. 1886; pl. fl. hellen. a. 1876.

Basi plus minus suffrutescens, glabrum vel ad basin et margines foliorum ciliatum; caulibus decumbentibus vel adscendentibus, simplicibus, rarius ramulosis, quadrangulis; foliis 4nis, inferioribus elliptico-obovatis uninerviis, caeteris majoribus obovato-rotundatis, trinerviis; cymis folio brevioribus; corollae lobis ovatis, acutis; fructu ruguloso glabro.

In rupestribus regionis alpinae mt. Dirphys Euboeae (Heldr.). — Maio, Jun. ♃.

47. **G. cruciatum** L. sp. p. 1052 (*Valantia*); Scop. fl. carn. ed. 2, I. p. 100; S. et S. pr. I. p. 90; Friedr. Reise p. 279; Ung. Reise p. 125; Bois. fl. or. III. p. 79, suppl. p. 283; Form. in D. bot. Mon. 1890 p. 23, in Ver. Brünn 1896 p. 58, 1897 p. 42; Haussk. symb. p. 101; Hal. Beitr. fl. Epir. p. 25. — Icon: Rchb. t. 134. — Exsicc.: Sint. it. thessal. n. 602; Dörfl. fl. gr. n. 356.

Herbaceum, totum patule albo-hirsutum; caulibus adscendentibus vel erectis, simplicibus, rarius ramulosis, quadrangulis; foliis 4nis, ovato-ellipticis oblongisve, trinerviis; cymis folio brevioribus; corollae lobis ovatis, breviter acuminatis; fructu laevi, glabro.

In dumosis, silvaticis regionis inferioris et praesertim montanae. Corcyra (Ung.): pr. urbem (Sagburg); Epirus: mt. Tsumerka pr. Vulgarelion (Hal.); Thessalia: ad monasterium Korona, pr. Karditza, mt. Karava (Haussk.), pr. Klinovo (Sint.), mt. Zygos, pr. Konisko, Vlachava, mt. Muchas et Itamos in mt. Agrapha, mt. Cuka in mt. Chassia, pr. Hepdominta Aderfia in mt. Oxya, pr. Patsios, Tafilvris, Nezeros et Rapsani in mt. Olympo, pr. Selicany et Spilia in mt. Ossa (Form.); Aetolia: mt. Arapokephala (Heldr.), mt. Korax (Leon.); Euboea: mt. Dirphys (Heldr.); Peloponnesus: mt. Kyllene (Orph.), in valle Alphei pr. Karithena (Friedr.), mt. Maenalus (Heldr.), mt. Malevo (Orph.), mt. Taygetos in distr. Alagonia (Zahn). — Apr. Jun. ♃.

2. Subsectio. *Valantioidea* Bois. fl. or. III. p. 81. — Pedunculus fructifer dilatatus, complanatus, trifidus, recurvus, nuculas fovens.

48. **G. apricum** S. et S. pr. I. p. 90, Fl. gr. II. p. 20, t. 126; Sieb. avis p. 3; Tausch in Flora XII. p. 647; Bois. fl. or. III. p. 81, suppl. p. 283; Heldr. chlor. Parn. p. 20; Haussk. symb. p. 101; Hal. in z. b. G. 1899 p. 712. -- *Valantia humifusa* Sieb. in Flora V, II. p. 639. — *V. aristata* Bois. et Heldr. diagn. VI. p. 65; Bald. viagg. Creta p. 59, riv. coll. bot. Alb. 1895 p. 44, 1896 p. 63. — *V. aprica* Bois. et Heldr. diagn. X. p. 72 (ubi autores ipsi dicunt: pro *V. aristata* l. c., pone *V. aprica*, nam ex icone et descriptione haec planta est ipsissimum *G. apricum* Fl. gr. t. 126); Raul. cret. p. 774 (*v. mutica*); Hal. Beitr. fl. Epir. p. 25, Beitr. fl. Achaia p. 23, in ö. b. Z. 1897 p. 284. — *G. platypodum* Borb. ap. Form. in Ver. Brünn 1896 p. 58. — Exsicc.: Heldr. pl. cret. n. 1490, herb. norm. n. 97 et 847; Orph. fl. gr. n. 95; Bald. it. cret. n. 68; Sint. it. thessal. n. 877. —

Caespitosum; caulibus filiformibus, procumbentibus, subsimplicibus, glabris vel superne pilis paucis obsitis; foliis 4 nis, glabris, obovatis, obtusis, apice interdum setula aristatis; verticillis demum remotis; pedunculis in verticillo quaternis, folio brevioribus ut et pedicelli tandem dilatatis, margine breviter aculeolatis; corollae hermaphroditicae 4 fidae, masculae 3 fidae, lobis triangulari-ovatis, muticis; mericarpio unico, glabro.

β. **aristatum** Bois. et Heldr. l. c. (pro sp. *Valantiae*); Bois. fl. or. III. p. 81. — Pedunculi et pedicelli pilis papillaribus longis pellucidis dense echinatis. — Intermediis ad typum transit. — Exsicc.: Heldr. herb. norm. n. 1545. —

In rupestribus regionis alpinae et abietinae. Epirus: mt. Olycika Micikeli (Bald.), Peristeri, Tsumerka (Hal.); Thessalia: mt. Zygos (Sint.), Karava (Heldr.); Aetolia: mt. Korax (Tuntas); Doris: mt. Kiona (Hal.); mt. Parnassus, mt. Dirphys Euboeae (Heldr.); Achaia: mt. Kyllene (Orph.), mt. Chelmos (Hal.), mt. Olenos (Heldr.); Creta: mt. Hagion Pneuma (Bald.), Volakia, Ida, Lassiti (Raul.); Archipelagus (Sibth.); — *β.* mt. Taygetos (Heldr.). — Maio, Aug. ♃.

Obs. Galia dubia: *G. aphyllum* et *G. tinctorium* Mazz. in ant. ion. IV. p. 940 et 942, ambo e Corcyra. — Ab eodem auctore indicantur in insula Corcyra: *G. arenarium* Lois., *G. maritimum* L. et *G. nitidum* (*nitidulum* ?) Thuill., probabiliter ex confusione.

4. Valantia L. gen. n. 1151.

1. **V. muralis** L. sp. p. 1051; S. et S. pr. I. p. 95, Fl. gr. II. p. 28 t. 137; Sieb. avis p. 3; Ch. et B. exp. p. 54, Fl. pelop. p. 10; Marg. et R. fl. Zante p. 54; Friedr. Reise p. 266; Clem. sert. p. 46; Ung. Reise p. 125; Weiss in z. b. G. 1869 p. 48; Raul. cret. p. 774; Bois. fl. or. III. p. 82; Spreitz. in z. b. G. 1877 p. 714, 1887 p. 661; Heldr. fl. cephal. p. 42; Gelmi in bull. soc. bot. ital. 1889 p. 450; Forsyth in bull. herb. Bois. III. p. 87; Hal. in ö. b. Z. 1897 p. 95. — Exsicc.: Heldr. in Baen. herb. europ. n. 4218.

Glabra vel apicem versum pubescens, a collo saepius ramosa, ramis adscendentibus vel diffusis; foliis 4 nis, obovatis, uninerviis; verticillis florum sessilibus, spicam elongatam interruptam formantibus; corolla luteo-viridula; fructu praeter cornua tria apicalia, ob deflexionem inferiora, cornu dorsali accessorio patulo conico apice fimbriato aucto, pyramidato; achenio reniformi vel semilunari, laevi, prope hilum setulis adpressis parce vestito.

Ad muros, in rupestribus regionis inferioris et submontanae. Attica: pr. Athenas, ad Piraeum, in Pharmacusarum insula Lero (Heldr.), mt. Hymettus (Sibth.); Argolis (Sibth.); Laconia: mt. Taygetos (Chaub.); Sporadum insula Scopelos (Leon.); Cycladum insula Syra (Weiss); Creta: pr. Kissamos (Rev.), ad Rhamni, mt. Arkudha pr. Alikampos (Raul.); Zante (Marg.); Cephalonia: pr. Argostoli, Pessada, Omala (Heldr.); Ithaca: pr. Vathy (Spreitz.); Leucas: pr. Amaxichi (Spreitz.); Corcyra: pr. Barbati (Spreitz.), insula Vido (Baen.). — Mart. Maio. ⨀.

2. V. **hispida** L. sp. ed. 2. p. 1490; S. et S. pr. I. p. 96, Fl. gr. II. p. 29, t. 138; Sieb. avis p. 3; Urv. enum. p. 17; Link in Linnaea IX. p. 579; Weiss in z. b. G. 1869 p. 48; Raul. cret. p. 774; Bois. fl. or. III. p. 82; Haussk. symb. p. 102; Hal. in ö. b. Z. 1897 p. 95; Heldr. fl. Aegina p. 302, Chlor Thera p. 14. — Exsicc.: Orph. fl. gr. n. 553; Heldr. herb. norm. n. 196 et 1245; Rev. pl. cret. n. 65; Dörfl. fl. aegaea n. 3 et 114.

Hispido-scabra; fructu deflexo-incurvo, apice tricorni, fimbriato, hispido vel glabro, cornu dorsali accessorio destituto; achenio hemisphaerico, sub lente tuberculato, hilum umbilicatum versus dense et adpresse setuloso; reliquis praecedentis.

In collibus aridis, saxosis, ad muros regionis inferioris et submontanae. Attica: pr. Athenas, insula Salamis (Heldr.), mt. Kerata (Haussk.); Corinthus (Haussk.); Argolis: pr. Nauplia (Link), in peninsula Methana pr. Vromolimni (Haussk.); insula Aegina, Thera (Heldr.), Syra, Tenos (Weiss), Melos (Urv.), Rhenea (Tunt.), Amorgos, Naxos, Scopelos (Leon.); Creta: pr. Kissamos (Rev.), Canea, Akroteri, Malaxa, Rhamni, Alikampos (Raul.). — Mart. Maio. ◯.

5. Asperula L. gen. n. 121.

Dispositio specierum:

1. Sectio. *Galioideae* DC. — Perennes; corolla brevis, campanulata flava vel alba; stigmata globosa.

a. Corolla flava.

A. chlorantha Bois. et Heldr.

b. Corolla alba.

2. **A. rivalis** S. et S. 3. **A. odorata** L.

2. Sectio. *Cynanchicae* DC. — Perennes; corolla tubuloso-infundibuliformis; corolla flava, lurida, rosea vel albida.

1. Subsectio. *Latifoliae* Bois. — Folia ovato-oblonga.
a. Herbaceae; corolla alba, glabra; stigmata globosa.
4. A. laevigata L. **5. A. involucrata** Berggr.
b. Fruticosa; corolla flavida, hirtula; stigmata oblongo-clavata.
6. A. Tournefortii Sieb.

2. Subsectio. *Angustifoliae*. — Folia angusta, linearia vel lanceolata.
a. Stigmata oblonga.
α. Basi suffruticosa; caules rigidi, 15—30 cm. alti, remote foliati; folia quaterna, internodio multo breviora; flores 1—5 fasciculati, carnei.
7. A. rigida S. et S.
β. Caespitosae, caudiculos tenues repentes edentes; caules 5—15 cm. alti, ad apicem usque dense foliosi; folia 6—8 na, internodio longiora: flores axillares, solitarii, flavescentes.
8. A. muscosa Bois. et Heldr. **9. A. Baenitzii** Heldr.
b. Stigmata globosa.
α. Folia in verticillis 6—8, dense hirsuta; fructus saepissime hirti.
× Caules elongati, superne remote foliati, folia superiora internodio multo breviora; corolla hirta.
10. A. incana S. et S. **11. A. taygetea** Bois. et Heldr.
×× Dense pulvinares; caules nani, ad apicem usque dense foliosi; folia internodio longiora; corolla glabra.
12. A. arcadiensis Sims.
β. Folia in verticillis 4, glabra vel hirsuta; fructus glabri.
× Pulvinares; caules nani, saepius ad apicem usque dense foliosi, 2—10 cm. alti; corolla rosea.
○ Rami floriferi subelongati, e caespite exserti, saepius verticillis 2—3 remotiusculis muniti; corollae lobi lanceolati, acuti.
13. A. nitida S. et S.
○○ Rami floriferi saepius brevissimi, e caespite non vel parum exserti, saepissime ad apicem usque dense foliosi; corollae lobi oblongi, obtusiusculi.
. Folia in aristam longam albidam attenuata.
14. A. Boissieri Heldr. **15. A. pulvinaris** Bois.
.. Folia obtusa, mutica vel brevissime mucronata.
16. A. idaea Hal.
×× Caules erecti vel adscendentes, 10—80 cm. alti, saepe caespitosi, superne remote foliati.
○ Florum fasciculi sessiles, spicas tenues interruptas formantes, folia inferiora plus minus conferta.
. Corolla lutea.
; Caules erecti vel adscendentes; folia stricta aristata.
17. A. lutea S. et S. **18. A. rigidula** Hal.
;; Caules prostrati; folia patula vel subrecurva, breviter mucronata.
19. A. suffruticosa Bois. et Heldr.
.. Corolla rosea.
20. A. Mungierii Bois. et Heldr. **21. A. oetoea** Heldr.
○○ Florum fasciculi pedunculati, corymboso-paniculati; folia omnia plus minus remota.
. Inflorescentia in ramis singulis ob ramulos abbreviatos et pedunculos breves angusta; corolla lurida.
22. A. flaccida Ten.

.. Inflorescentia ob ramulos et pedunculos elongatos latiuscula; corolla rosea.

23. A. longiflora W. et K. **24. A. thessala** Bois. et Heldr.

3. Sectio. *Sherardiana* DC. — Annuae; corolla tubuloso-infundibuliformis, coerulea; stigmata clavata.

25. A. arvensis L.

1. Sectio. *Galioideae* DC. pr. IV. p. 585. — Perennes; corolla brevis, campanulata, flava vel alba, stigmata globosa. —

a. Corolla flava.

1. **A. chlorantha** Bois. et Heldr. diagn. ser. 2, VI. p. 90, Fl. or. III. p. 46, suppl. p. 282; Hal. in z. b. G. 1888 p. 757, Beitr. fl. Epir. p. 25, in ö. b. Z. 1895 p. 384; Haussk. symb. p. 102, cum f. *condensata* (caulibus rigidioribus, cymulis approximatis ad 5 floris) et f. *longipedicellata* (caulibus tenerrimis, floribus superioribus solitariis, pedunculis elongatis); Bald. riv. coll. bot. Alb. 1895 p. 42, 1896 p. 62; Form. in Ver. Brünn 1897 p. 42. — Exsicc.: Bald. it. alb. epir. III. n. 153; Heldr. herb. norm. n. 1339; Sint. it. thessal. n. 1151.

Glabra, e rhizomate suffrutescenti multicaulis; caulibus adscendentibus, virgatis, dichotome ramosis, ad angulos scabridis; foliis 4 nis, breviter linearibus, margine scabridis, superioribus binis brevissimis; cymis ad axillas superiores terminalibusque, breviter pedunculatis, 5—1 floris; corolla glabra, lobis oblongis, tubo duplo longioribus; antheris nigricantibus; fructu laevi. — *A. scutellari* Vis., foliis elongatis et praesertim corollae tubo lobis subbreviore diversa, affinis.

In rupibus regionis montanae et subalpinae. Epirus: pr. Vonicko distr. Ljaskovik, mt. Xerovuni supra Kalentza distr. Janina (Bald.), pr. Kalarrytes ad radices mt. Peristeri (Hal.); Thessalia: mt. Ghavellu, pr. Chaliki, Kotura, Krania, Klinovo, Kalabaka (Haussk.); Aetolia: mt. Arapokephala (Samarit.), mt. Korax pr. Musinitza (Heldr.), mt. Vardusia pr. Vustinitza (Tuntas), mt. Kiona pr. Segditza (Hal.); Achaia: mt. Omplo pr. Patras (Heldr.); Corcyra: pr. Benizze (Grimburg). — Jun. Jul. ♃.

b. Corolla alba.

2. **A. rivalis** S. et S. pr. I. p. 87, Fl. gr. II. p. 15, t. 117; Raul. cret. p. 771; Hal. in ö. b. Z. 1895 p. 383; Form. in Ver. Brünn 1895 p. 31. — *A. aparine* M. a B. fl. taur. cauc. I. p. 102; Bois. fl. or. III. p. 43; Heldr. in Sitzungsb. acad. Wiss. Berlin 1883 p. 4; Form. in D. bot. Monat. 1890 p. 23; Hal. Beitr. fl. Aetol. p. 7. — Exsicc.: Heldr. it. thessal. n. 58; Orph. fl. gr. n. 1062 (Vodena).

Scaberrima; caulibus flaccidis, elongatis, subscandentibus, ramosis; foliis 8—6 nis, oblongo-lanceolatis lanceolatisve, retrorsum aculeolatis; cymis terminalibus et axillaribus, longiuscule pedunculatis; corolla glabra, lobis ovatis, tubo subaequilongis; antheris flavis; fructu glabro. — Habitus *Galii aparines*.

In paludosis, fossis, ad rivulos regionis inferioris et montanae. Epirus: ad monasterium Margarona et Hagios Spiridion, pr. Nikopolis (Form.); Thessalia: pr. Trikala, Velestinos, Volo (Form.), mt. Pelion pr. Portaria (Heldr.); Euboea: pr. Oreus (Heldr.); Aetolia: pr. Krioneri ad sinum Patranum (Hal.); pr. Lebadea Boeotiae, in valle Cephissi pr. Chelidoni Atticae, ad ripas Lernae pr. Milus Argolidis (Heldr.); Creta: pr. Platania (Sibth.). — Jun. Sept. ♃.

3. **A. odorata** L. sp. p. 103; Form. in D. bot. Monat. 1890 p. 23, in Ver. Brünn 1890 p. 58; Haussk. symb. p. 102; Hal. Beitr. fl. Thessal. p. 13, in ö. b. Z. 1895 p. 384. — Icon: Fl. dan. t. 562. — Exsicc.: Heldr. it. thessal. IV. a. 1885.

Glabra; caulibus erectis, simplicibus; foliis 6—8 nis, obovato-oblongis vel oblongo-lanceolatis, margine scabridis; corymbis terminalibus, laxifloris; corolla glabra, lobis oblongis, tubo aequilongis; antheris flavis; fructu pilis uncinatis dense hispido.

In silvis frondosis Thessaliae: mt. Oxya supra Chaliki (Hal.), pr. Ochsa Despot (Form.), pr. Pezula, Sermeniko, mt. Ghavellu, Karava (Haussk.) in Pindo. — Apr. Maio. ♃.

2. Sectio. *Cynanchicae* DC. pr. IV. p. 582. — Perennes; corolla tubuloso-infundibuliformis, flava, lurida, rosea vel albida.

1. Subsectio. *Latifoliae* Bois. fl. or. III. p. 26. — Folia ovato-oblonga.

a. Herbaceae; corolla alba, glabra; stigmata globosa.

4. **A. laevigata** L. mant. p. 38; Haussk. symb. p. 102; Hal. in ö. b. Z. 1895 p. 384; Form. in Ver. Brünn 1897 p. 42. — Icon: Rchb. t. 1178. — Exsicc.: Heldr. it. thessal. IV. a. 1885.

Glabra; caulibus decumbentibus vel adscendentibus, flaccidis, laevibus, ramosis; foliis 4 nis, obovato-ellipticis, margine scabridulis; floribus in ramis distantibus terminalibus, paniculam laxam formantibus; pedunculis capillaribus; florum fasciculis nudis, subtrifloris; pedicellis flore aequilongis vel brevioribus; corollae lobis ovatis, tubo subbrevioribus; antheris flavis; fructu glabro. — Habitus *Galii rotundifolii*, sed folia uninervia, corolla infundibuliformis et fructus glabri.

In nemorosis, locis umbrosis regionis montanae et subalpinae Thessaliae: in oropedio Neuropolis (Heldr.), mt. Ghavellu (Haussk.) in Pindo. — Maio, Jul. ♃.

5. **A. involucrata** Berggren ap. Wahlenb. in Isis 1828 p. 971; Bois. fl. or. III. p. 42; Hal. in ö. b. Z. 1895 p. 383. — Exsicc.: Degen it. turc. a. 1890 (Byzantium).

Glabra; caulibus adscendentibus, tenuibus, laevibus, simplicibus vel ramosis; foliis 4 nis, oblongo-spathulatis, laevibus; floribus terminalibus, capitato-fasciculatis; pedunculis capillaribus; florum fasciculis bracteis oblongo-ellipticis fultis, multifloris; pedicellis brevissimis; corollae lobis ovatis, tubo triplo brevioribus; fructu glabro. — Inflorescentia subcapi-

tata, bracteata, floribus subsessilibus et corollae tubo elongato a praecedenti statim diagnoscenda.

In silvaticis mt. Olympus Thessaliae (Auch.). — Maio, Jun. ♃. N. v.

b. Fruticosa; corolla flavida, hirtula; stigmata oblongo-clavata.

6. **A. Tournefortii** Sieb avis. p. 3, rem. p. 3, Reise II. p. 316, t. 6, in Flora V, I. p. 248; Tausch in Flora XII. p. 647; Raul. cret. p. 771; Bois. fl. or. III. p. 33; Hal. in ö. b. Z. 1895 p. 384. — Exsicc.: Sieb. pl. cret.; Bald. it. cret. alt. n. 26.

Praeter inflorescentiam puberulam glabra, glauca; trunco lignoso, tortuoso, ramis adscendentibus, ramulosis, fragilibus; foliis 5—8 nis, obovato-oblongis, crassiusculis, crebre pellucide-punctatis, margine revolutis, inferioribus deflexis; floribus fasciculatis, fasciculis subsessilibus, ad axillas foliorum superiorum pseudoverticillatis, spicas breves interruptas formantibus; bracteis oblongis, acutis; corollae lobis ovatis, tubo triplo brevioribus; fructu puberulo.

In rupestribus Cretae: mt. Dicta pr. Candia, in valle Mirabello, pr. Catalana, Itano, promontorium Maleca (Sieb.), mt. Karadagh, Lassiti (Raul.), insula Dhia (Bald.). — Maio, Jun. ♄.

2. Subsectio. *Angustifoliae.* — Folia angusta, linearia vel lanceolata.

a. Stigmata oblonga.

α. Basi suffruticosa; caules rigidi, 15—30 cm. alti, remote foliati; folia quaterna, internodio multo breviora; flores 1—5 fasciculati, carnei.

7. **A. rigida** S. et S. pr. I. p. 89, Fl. gr. II. p. 17 t. 121; Sieb. avis p. 3, rem. p. 3; Weiss in z. b. G. 1869 p. 48; Raul. cret. p. 771; Bois. fl. or. III. p. 32; Bald. viagg. Creta p. 53; Hal. in ö. b. Z. 1895 p. 384. — Exsicc.: Heldr. pl. cret. n. 1533; Rev. pl. cret. n. 58; Bald. it. cret. n. 14.

Glabra vel inferne minutissime puberula; caulibus adscendenti-diffusis; foliis brevissime linearibus, rigidis, margine revoluto scabriusculis, superioribus binis; florum fasciculis brevissime pedunculatis, sessilibusve, axillaribus et terminalibus; corolla glabra, lobis ovatis, tubo triplo brevioribus; fructu glabro.

In collibus saxosis Cretae: pr. Ampelusa (Heldr.), Phloria, Kissamos, Canea, Akroteri, Sphakia, Moronos in mt. Ida, Mirabello (Raul.); indicatur quoque pr. Naupliam Argolidis (Link in Linn. IX. p. 578) sed certe ex confusione. — Maio, Jun. ♃.

β. Caespitosae, caudiculos tenues repentes edentes; caules 5—15 cm. alti, ad apicem usque dense foliosi; folia 6—8 na, internodio longiora; flores axillares, solitarii, flavescentes.

8. **A. muscosa** Bois. et Heldr. diagn. ser. 2, II. p. 109, Fl. or. III. p. 32; Hal. in ö. b. Z. 1895 p. 384. — Exsicc.: Heldr. herb. n. 2458; Orph. fl. gr. n. 562.

Caulibus adscendentibus, breviter velutino-puberulis; foliis 6—8 nis, anguste linearibus, in mucronem attenuatis, margine scabridis; floribus in axillis superioribus subsessilibus, solitariis (rarius 2—3), folio brevioribus; corolla glabra, lobis oblongis, tubo 4 plo brevioribus; antheris flavis; fructu glabro. — Folia circa 1 cm. longa, corolla 5 mm. longa. — Stirps habitu distinctissima, nulli aliae speciei propius approximanda.

In pinetis umbrosis regionis mediae mt. Olympus Thessaliae (Heldr.). — Jun. Aug. ♃.

9. **A. Baenitzii** Heldr. herb. fl. Hellen. n. 75; Bois. fl. or. suppl. p. 280; Hal. in ö. b. Z. 1895 p. 384.

Caulibus procumbentibus, glabris vel minutissime puberulis; foliis 6 nis, dense imbricatis, elliptico-linearibus, breviter mucronatis, laevibus, floribus in axillis superioribus sessilibus, solitariis, folio brevioribus; corolla glabra, lobis oblongis, tubo vix brevioribus; antheris nigris; fructu glabro. — Folia 3—6 mm. longa, corolla 3—4 mm. longa. — Caulibus nanis, imbricatim foliosis, indumento sparso, foliis brevibus et corollae loborum cum tubo proportione, nec non habitu toto alieno a praecedente distinctissima. — Stigmata oblonga, nec globosa, ut vult Boissier.

In rupium fissuris regionis abietinae mt. Paternas Atticae (Bartholomatos). — Maio, Jun. ♃.

b. Stigmata globosa.

α. Folia in verticillis 6—8, dense hirsuta; fructus saepissime hirti.

× Caules elongi, superne remote foliati, folia superiora internodio multo breviora; corolla hirta.

10. **A. incana** S. et S. pr. I. p. 88, Fl. gr. II. p. 16, t. 119; Sieb. avis p. 3, rem. p. 3; Tausch in Flora XII. p. 647; Raul. cret. p. 771; Bois. fl. or. III. p. 38; Bald. viagg. Creta p. 55; Hal. in ö. b. Z 1895 p. 385. — *Crucianella pubescens* Willd. sp. I. p. 602. — Exsicc.: Rev. pl. cret. n. 204, in Magnier fl. sel. n. 858; Bald. it. cret. n. 15, it. cret. alt. n. 24 et 322.

Breviter velutina, canescens, basi suffruticosa; caulibus adscendentibus, 10—40 cm. altis; foliis 6 nis, linearibus, acutis, margine revolutis; florum fasciculis multifloris, infimis breviter pedunculatis, caeteris sessilibus, pseudoverticillos distantes terminales formantibus; bracteis ellipticis, obtusis, flore triplo brevioribus; corolla rosea, lobis oblongo-ellipticis, tubo 5 plo brevioribus, intus asperulis; antheris nigricantibus; fructu velutino.

In saxosis regionis inferioris et submontanae Cretae: mt. Hagios Ilias distr. Kissamos (Bald.), ad promontorium Maleka, pr. Malaxa, Males (Raul.), mt. Volokia, Lakus (Reverch.) in mt. Sphacioticis (Sibth.),

pr. Arcanes distr. Temenos, mt. Kophino distr. Monofatri (Bald.). — Maio, Jul. ♃.

11. **A. taygetea** Bois. et Heldr. diagn. X. p. 60, Fl. or. III. p. 38; Hal. in ö. b. Z. 1895 p. 385. — *A. incana* Ch. et B. exp. p. 51, Fl. pelop. p. 10, non S. et S. — Exsicc.: Heldr. pl. fl. hellen. n. 210.

Patule et molliter hirsuta, grisea, basi suffruticosa; caulibus adscendentibus, 15—40 cm. altis; foliis senis, linearibus, acutis, margine revolutis; florum fasciculis multifloris, inferioribus pedunculatis, caeteris sessilibus, pseudoverticillos saepe approximatos terminales formantibus; bracteis linearibus, acutis, flores subaequantibus; corolla in vivo lactea, undique dense velutina, lobis oblongis, tubo duplo brevioribus; antheris nigricantibus; fructu velutino. — Praecedenti affinis, ab ea indumento longe velutino, bracteis linearibus foliis similibus et corollae tubo brevi distincta.

In rupibus regionis montanae et subalpinae. Peloponnesus: mt. Taygetos pr. Androvista (Heldr.), pr. Kardamyle, ad promontorium Malea, pr. Methone, Korone, Vitulo, nec non pr. Damala Argolidis (Chaub.). — Maio, Jun. ♃.

×× Dense pulvinaris; caules nani, ad apicem usque dense foliosi, folia internodio longiora; corolla glabra.

12. **A. arcadiensis** Sims in Curt. bot. mag. t. 2146; Ch. et B. fl. pelop. p. 10; Bois. fl. or. III. p. 37; Hal. Beitr. fl. Achaia p. 23, in ö. b. Z. 1895 p. 385. — *A. mollis* Bois. diagn. III. p. 31, ser. 2, II. p. 109. — Exsicc.: Orph. fl. gr. n. 19; Dörfl. fl. gr. n. 417.

Patule et molliter hirsuta, grisea; caulibus herbaceis, adscendentibus; foliis 6—8nis, oblongo-linearibus, acutis, margine vix revolutis; floribus 4—8 terminalibus, fasciculatis, e caespite subexsertis; corolla rosea, foliis floralibus duplo longiore, lobis ovatis, tubo 4—5plo brevioribus; antheris nigricantibus; fructu glabro.

β. **setosa** Hal. in ö. b. Z. 1897 p. 284. — Fructus dense longeque albo-setosi. — Exsicc.: Leonis pl. gr. a. 1896.

In rupibus regionis montanae, in alpinam usque adscendens. Achaia: mt. Kyllene pr. Trikala, pr. Megaspilaeon (Heldr.), mt. Kastro pr. Kalavryta, mt. Chelmos supra Sudena (Hal.); — *β*. mt. Malevo (Leonis). — Maio, Jun. ♃.

β. Folia in verticillis 4, glabra vel hirsuta, fructus glabri.

× Pulvinares; caules nani, saepius ad apicem usque dense foliosi, 2—10 cm. alti; corolla rosea.

○ Rami floriferi subelongati, e caespite exserti, saepius verticillis 2—3 remotiusculis muniti; corollae lobi lanceolati acuti.

13. **A. nitida** S. et S. pr. I. p. 89, Fl. gr. II. p. 19, t. 124; Hal. in ö. b. Z. 1895 p. 340 et 385; Bald. riv. coll. bot. Alb. 1895

p. 42. — ? *A. suffruticosa* Haussk. symb. p. 102, vix Bois. et Heldr. — Exsicc.: Heldr. it. IV. thessal. a. 1885; Sint. it. thessal. n. 1266.

Glabra; caulibus herbaceis, adscendentibus; foliis linearibus; subincurvis, in aristam albidam attenuatis, nervo valido subtus instructis, floralibus lanceolatis aristatis; florum fasciculis sessilibus, paucifloris, pseudoverticillos 1—3 remotiusculos formantibus; corolla glabra, tubo lobis 2—3 plo longiore; antheris nigricantibus; fructu glabro. — Planta nostra cum classica ex Olympo bithynico (Pichler exs. a. 1873) optime convenit.

β. **hirtella** Bois. fl. or. III. p. 39. — Tota sparse hirtella. — Exsicc.: Bald. it. alb. epir. III. n. 152.

In rupestribus regionis superioris. Thessalia: mt. Kokkino Lithari pr. Sermeniko (Sint.), mt. Karava in mt. Agrapha (Heldr.) in Pindo; Aetolia: mt. Korax (Tuntas); — *β.* Epirus: in jugis Strungula, Kakardista et Bresani mt. Tsumerka (Bald.). — Jul. Aug. ♃.

○○ Rami floriferi saepius brevissimi, e caespite non vel parum exserti, saepissime ad apicem usque dense foliosi; corollae lobi oblongi, obtusiusculi.

. Folia in aristam longam albidam attenuata.

14. **A. Boissieri** Heldr. in Bois. fl. or. suppl. p. 281, chlor. Parn. p. 19; Hal. in z. b. G. 1888 p. 757 et 763, in ö. b. Z. 1895 p. 385. — *A. lutea v. pulvinaris* Bois fl. or. III. p. 34 p. p. — Exsicc.: Heldr. herb. n. 2705.

Dense pulvinaris, glabra; caudiculis caulibusque tenuissimis; foliis acicularibus, saepe subincurvis, nervo valido subtus instructis, floralibus caeteris conformibns; florum fasciculis sessilibus, terminalibus, 1—3 floris, rarissime pseudoverticillos 2 formantibus; corolla glabra, tubo lobis 3 plo longiore; antheris nigricantibus; fructu glabro. — Species a praecedente ut videtur bene distincta, occurrunt attamen specimina ramis floriferis subelongatis, floribus in 2 pseudoverticillos dispositis, quae ab illa habitu graciliori, foliis tenuioribus brevioribusque, floralibus conformibus, nec e basi latiori lanceolatis et corollae lobis obtusiusculis jam aegre diagnoscuntur.

β. **transiens** Hal. in ö. b. Z. 1895 p. 385. — Caulis et folia plus minus dense hirta; corolla glabra, rarius puberula. — Transitum ad sequentem praebet. — Exsicc.: Orph. fl. gr. n. 52; Heldr. herb. norm. n. 1342.

In saxosis regionis alpinae. Doris: mt. Kiona (Hal.); mt. Parnassus, Kyllene, Chelmos (Heldr.); — *β.* mt. Malevo Laconiae (Orph.). — Jun. Aug. ♃.

15. **A. pulvinaris** Bois. fl. or. III. p. 34 pro var. *A. luteae*; Heldr. in Bois. fl. or. suppl. p. 281, chlor. Parn. p. 19; Hal. in ö. b. Z. 1895 p. 385. — Exsicc.: Heldr. herb. fl. hellen. n. 74, herb. norm. n. 507 sub *A. suberosa*, herb. norm. n. 1341. —

Tota pube brevi recta dense cana, corolla tomentosa caetera ut in praecedente, quacum varietate *β.* confluere videtur.

β. **pulvinarioides** Hal. in ö. b. Z. 1895 p. 382 pro var. *A. luteae.* — Caules subelongati, verticillis 2—3 instructi; corolla glabra. — Exsicc.: Heldr. pl. fl. hellen a. 1878.

In regione abietina mt. Parnes et Pateras Atticae (Heldr.). — *β.* mt. Pateras (Heldr.). — Maio, Jul. ♃.

.. Folia obtusa, mutica vel brevissime mucronata.

16. **A. idaea.** — Exsicc.: Bald. it. cret. alt. n. 227.

Pulvinaris, scabridula; caudiculis caulibusque tenuissimis; foliis breviter linearibus, nervo valido subtus instructis, floralibus abbreviatis, lanceolatis; florum fasciculis sessilibus, terminalibus, 1—3 floris; corolla glabra vel puberula, tubo lobis triplo longiore; antheris nigricantibus; fructu glabro. — A praecedentibus indumento scabridulo et praesertim foliis obtusis, nec in aristam longam membranaceam attenuatis distincta.

In saxosis altissimis mt. Psiloriti Cretae (Bald.). — Jul. ♃.

×× Caules erecti vel adscendentes, 10—30 cm. alti, saepe caespitosi, superne remote foliati.

○ Florum fasciculi sessiles spicas tenues interruptas formantes; folia inferiora plus minus conferta.

. Corolla lutea.

; Caules erecti vel adscendentes, folia stricta aristata.

17. **A. lutea** S. et S. pr. I p. 88, Fl. gr. II. p. 17, t. 120; Raul. cret. p. 771; Bois. fl. or. III. p. 33; Hal. in ö. b. Z. 1895 p. 339; Heldr. chlor. Parn. p. 19. — Exsicc.: Heldr. fl. gr. exs. a. 1855, it. gr. septentr. a. 1879. —

Basi plus minus suffrutescens; caulibus tenuibus, adscendentibus, glabris vel inferne minutissime puberulis, simplicibus vel parce ramosis; foliis linearibus, attenuato-aristatis, glabris vel scabridulis, nervo valido subtus instructis, secus partem inferiorem caulium congestis, superioribus basi subconnatis; bracteis lanceolatis, acuminatis; corollae lobis oblongis, acutiusculis, tubo triplo brevioribus; antheris nigricantibus; fructu glabro.

? *β.* **abbreviata.** — Exsicc.: Reis. fl. gr. a. 1894. — Caules pumili, dense caespitosi, florum verticillis 1—3 tantum instructi, folia scabridula vel hirta. — Huc quoque spectare videtur *A. stricta v. alpina* Bald. viagg. Creta p. 55, secundum specimina in it. cret. n. 69 distributa, quamquam haecce folia mucronata et nec aristata habent. Ulterius observandae.

In regione montana, in alpinam usque adscendens. Phthiotis: mt. Oeta (Heldr.); Aetolia: mt. Tymphrestus (Samarit.); mt. Parnassus (Sibth.); mt. Kyllene, Chelmos (Heldr.); Creta (Raul.); — *β.* Cycladum insula Naxos (Reis.); Creta: mt. Gigilos et Hagion Pneuma in mt. Sphacioticis (Bald.). — Jun. Aug. ♃.

18. **A. rigidula** Hal. in ö. b. Z. 1895 p. 339 et 382 pro var. *A. luteae*. — *A. stricta α. tomentosa et glabrescens* Bois diagn. III. p. 33, non *A. stricta* Bois. fl. or. III. p. 35. — *A. lutea γ. rigida* Bois. fl. or. III. p. 34, non *A. rigida* S. et S. — *A. lutea* Hal. in z. b. G. 1888 p. 757, 1895 p. 359, Beitr. fl. Achaia p. 23; Haussk. symb. p. 102; non S. et S.

Basi suffruticosa; caudicibus lignosis, duris, ramosissimis; caulibus rigidis, strictis, ramosis, saltem inferne cinereo-tomentellis; foliis anguste-linearibus, abbreviatis, aristatis, cinereo-tomentellis, nervo valido subtus intructis, secus partem inferiorem caulium congestis, superioribus basi subconnatis, interdum glabris; bracteis lanceolatis, acuminatis; corollae lobis oblongis, acutiusculis, tubo triplo brevioribus; fructu glabro. — Differt a praecedente indumento, caulibus rigidis, inferne crassis lignosis, valde ramosis, foliis abbreviatis, corolla saepissime breviore.

α. **tomentella** Hal. in ö. b. Z. 1895 p. 341; Form. in D. bot. Monat. 1898 p. 78. — *A. stricta α. tomentosa* Bois. l. c., non *A. tomentosa* Ten. — Caulis, folia et corolla dense cinereo-tomentella. — Exsicc.: Orph. fl. gr. n. 53; Heldr. herb. norm. n. 1340, in Magn. fl. sel. n. 2752. —

β. **glabrescens** Bois. l. c. pro var. *A. strictae*; Hal. in ö. b. Z. 1895 p. 382. — Tota glabrescens, vel caulis inferne foliisque tomentella; corolla glabra vel puberula. — Intermediis ad typum transit. — Exsicc.: Heldr. fl. gr. exs. a. 1855, herb. fl. hellen. a. 1897.

γ. **pinifolia** Heldr. in sched., chlor. Parn. p. 19 pro sp. — *A. lutea v. pinifolia* Bois. fl. or. suppl. p. 280; Hal. in ö. b. Z. 1895 p. 341. — Glabra vel (*f. pilifera* Hal. in ö. b. Z. 1895 p. 341) tota hirta; caules pumili, simplices; folia adpressa, longe acerosa; verticilla florum pauca. — Exsicc.: Orph. fl. gr. n. 544.

In collibus aridis, campis, saxosis regionis inferioris et montanae. *α.* et *β.* frequens in Attica: pr. Athenas, mt. Lycabettus, Turcovuni, Parnes, Pentelicon, Hymettus (Heldr.), pr. Laurion (Haussk.), mt. Pateras (Pichl.); mt. Parnassus (Guicc.); mt. Kiona (Hal.); Argolis: peninsula Methana (Haussk.); Achaia: pr. Megaspilaeon (Hal.); Laconia: pr. Megali Anastasova (Zahn); Creta (Raul.); — *γ.* mt. Tymphrestus (Sprun.), Parnassus (Orph.). — Maio, Jul. ♃.

;; Caules prostrati; folia patula vel subrecurva, breviter mucronata.

19. **A. suffruticosa** Bois. et Heldr. diagn. ser. 2, II. p. 111, Fl. or. III. p. 36; Hal. in ö. b. Z. 1895 p. 386. — Exsicc.: Heldr. herb. norm. n. 759.

Basi suffrutescens, caudicibus lignosis prostratis, saepe elongatis; ramis adscendentibus, parte herbacea sub lente pruinosis; foliis glabris, remotiusculis, breviter linearibus, nervo valido subtus instructis; fasciculis paucifloris, pseudoverticillos 2—3 remotos formantibus; bracteis

ellipticis, acutis; corollae glabrae, fusco-lutescentis lobis oblongis, tubo triplo brevioribus; fructu glabro. — Planta tota exsiccata nigrescens.

Ad rupes regionis mediae et superioris mt. Dirphys et Xerovuni Euboeae (Heldr.). — Jul. Aug. ♃.

.. Corolla rosea.

20. **A. Mungierii** Bois. et Heldr. diagn. X. p. 61. — *A. lutea v. Mungierii* Bois. fl. or. III. p. 34; Hal. in ö. b. Z. 1895 p. 340. — ? *A. supina* Ch. et B. exp. p. 51, Fl. pelop. p. 10, non M. a. B. Exsicc.: Heldr. pl. gr. n. 341, herb. norm. n. 1434.

Basi suffruticosa, caudicibus lignosis, duris; caulibus gracilibus elongatis, erectis, glabris vel inferne brevissime puberulis, simplicibus vel parce ramosis; foliis anguste linearibus, brevissimis, 4—8 mm. longis, mucronatis, glabris, nervo valido subtus instructis, inferioribus dense imbricatis, caeteris sparsissimis; floribus in fasciculos 2—4 floros laxe dispositis; bracteis lanceolatis, ovarium vix superantibus; corollae glabrae, pallide roseae, tubo in limbum eo 4 plo breviorem vix ampliato, lobis oblongis acutiusculis; fructu glabro. — Species elegans, ab omnibus affinibus foliis abbreviatis acicularibus, caulibus elongatis gracilibus et floribus tenuissimis egregie distincta.

In regione abietina et alpina mt. Taygetos Laconiae (Heldr.). — Jun. Jul. ♃.

21. **A. oetoea** Heldr. it. gr. septentr. a. 1879. — *A. lutea v. oetoea* Bois. fl. or. suppl. p. 280; Hal. in ö. b. Z. 1895 p. 341.

Basi plus minus suffrutescens; caudiculis tenuibus, decumbentibus; caulibus gracilibus, adscendentibus, glabris vel inferne minutissime puberulis, simplicibus; foliis linearibus, 10—15 mm. longis, mucronatis, glabris, nervo valido subtus instructis, inferioribus confertis, caeteris remotis; floribus in fasciculos plurifloros laxe dispositis; bracteis lanceolatis, ovario longioribus; corollae glabrae, roseae, tubo in limbum eo 3 plo breviorem sensim ampliato, lobis oblongis acutiusculis; fructu glabro. — Habitu *A. luteae* similis, ab ea foliis vix aristatis et praesertim corollae colore differt.

In pascuis regionis superioris mt. Oeta Phthiotidis ad cacumen Mylolithi (Heldr.). Jul. ♃.

○○ Florum fasciculi pedunculati, corymboso-paniculati; folia omnia plus minus remota.

. Inflorescentia in ramis singulis ob ramulos abbreviatos et pedunculos breves angusta; corolla lurida.

22. **A. flaccida** Ten. app. IV. p. 8; Hal. in ö. b. Z. 1895 p. 386. — *A. longiflora β. ramosior* Bois. fl. or. III. p. 36. — *A. longiflora β. flaccida et ? γ. firmior* Heldr. fl. cephal. p. 42. — Icon: Ten. fl. nap. t. 110. — Exsicc.: Orph. fl. gr. n. 561 (Thessalonica); Heldr. herb. fl. hellen. a. 1878; Sint. et Bornm. it. turc. n. 1268b; Sint. it. thessal. n. 1080.

Basi suffrutescens; caulibus erectis, elatis, ad 80 cm. altis, glabris, ramosis, ramis elongatis; foliis linearibus, glabris, acutis vel breviter mucronatis, marginé subrevolutis, nervo latiusculo subtus instructis; floribus sessilibus, in fasciculos brevissime pedunculatos, multifloros, confertos dispositis; bracteis brevibus; corolla glabra, brevi, 5—7 mm. longa, lobis tubo 3 plo brevioribus; fructu glabro.

β. **puberula** Hal. et Sint. in ö. b. Z. 1890 p. 38 pro sp.; Hal. in ö. b. Z. 1895 p. 386. — Corolla et interdum caules minute puberuli. — Exsicc.: Orph. fl. gr. n. 561 mixta cum typo; Sint. et Bornm. it. turc. n. 1268 et 1858.

In vinetis montosis. Thessalia: mt. Hagios Elias pr. Tyrnavos, pr. Litochori ad radices mt. Olympus (Sint); Achaia: mt. Omplo pr. Patras (Heldr.); Cephalonia: mt. Phalaris, pr. Charakas usque ad Asso (Heldr.).

.. Inflorescentia ob ramulos et pedunculos elongatos latiuscula; corolla rosea.

23. **A. longiflora** W. et K. pl. rar. Hung. II. p. 162 t. 150; Ch. et B. exp. p. 51, Fl. pelop. p. 10; Bois. fl. or. III. p. 35; Heldr. chlor. Parn. p. 19; Haussk. symb. p. 102; Hal. in ö. b. Z. 1895 p. 386; Form. in Ver. Brünn 1895 p. 31, 1896 p. 58, cum var. *leiantha* Kern. ap. Murb. Fl. Südbosn. p. 114 (f. corollis glaberrimis), 1897 p. 42 (v. *leiantha*); Bald. riv. coll. bot. Alb. 1895 p. 41, 1896 p. 62. — *A. aristata* Form. in D. bot. Monat. p. 23, non L. fil., quae a nostra ramis magis divaricatis, foliis rigidis, corolla albida vel flavescenti-rosea, lobis callo albido mucronatis, nec aristatis differt. — ? *A. cynanchica* Pieri corc. fl. p. 17; Mazz. in antol. ion. III. p. 700, non L. — Exsicc.: Heldr. herb. n. 2094.

Basi plus minus suffrutescens; caulibus erectis, 20—40 cm. altis, glabris, ramosis, ramis breviusculis; foliis linearibus, glabris, acutis vel breviter mucronatis, margine subrevolutis, nervo latiusculo subtus instructis; floribus saepius sessilibus, in fasciculos longiuscule pedunculatos, multifloros, laxiusculos dispositis; bracteis brevibus; corolla glabra vel scabriuscula, 5—8 mm. longa, lobis tubo 3 plo brevioribus; fructu glabro.

β. **majoriflora** Borb. ap. Form. in Ver. Brünn 1892 p. 18. — *A. majoriflora* Borb. l. c. 1894 p. 22, 1896 p. 58. — *A. longiflora v. condensata* Heldr. in Bois. fl. or. suppl. p. 281; Hal. Beitr. fl. Epir. p. 25, Beitr. fl. thessal. p. 13, non *A. hirta v. condensata* Lange in Willk. et L. pr. fl. Hisp. II. p. 301. — *A. longiflora v. Heldreichii* Hal. in ö. b. Z. 1895 p. 386. — *A. alpina* Haussk. symb. p. 102, non M. a. B. — Caules saepius breviores, decumbentes vel adscendentes: flores in capitula congesti. — Exsicc.: Heldr. it. thessal. IV. a. 1885: Sint. it. thessal. n. 881 b.

γ. **vestita** Hal. in ö. b. Z. 1895 p. 387. — Uti *β.*, sed caules, folia et corollae breviter hirti. — Exsicc.: Hal. it. gr. II. a. 1893.

In saxosis regionis inferioris, in alpinam usque adscendens. Epirus: mt. Kuruna distr. Pogoni, mt. Smolika distr. Konitza, ad Cepelovon distr. Zagorion, pr. Syraku, mt. Peristeri (Bald.); Thessalia: pr. Chaliki, mt. Zygos (Haussk.), mt. Said Pascha, Dokimi, pr. Malakasi, Jerakani, mt. Cuka, pr. Trikala, Pharsalus, Volo, mt. Othrys (Form.), mt. Olympus (Heldr.); Aetolia: mt. Tymphrestus; mt. Parnassus (Heldr.); Achaia: mt. Olenos (Heldr.); Messenia: pr. Arcadia, Andrussa, Methone, Navarin (Chaub.); Corcyra: pr. Ascensione (Mazz.), Stratia, Kipuria, Hagios Joannes, Gasturi, Alipu, Kanali, Evropuli, Afra, Kontokali (Form.); sed loca plura probabiliter ad var. *β*, vel ad speciem praecedentem vel sequentem pertinent; — *β*. Epirus: mt. Tsumerka, Strungula, Peristeri (Hal.); Thessalia: mt. Tringia (Hartl.), pr. Koturi, Velitsena (Form.), mt. Zygos, Ghavellu, Karava (Heldr.), mt. Sina pr. Malakasi (Sint.); Aetolia: mt. Veluchi (Heldr.); — *γ*. mt. Peristeri (Hal.). — Jul. Aug. ♃.

24. **A. thessala** Bois. et Heldr. diagn. ser. 2, II. p. 111; Haussk. symb. p. 102. — *A. longiflora v. thessala* Hal. in ö. b. Z. 1895 p. 386. — Exsicc.: Heldr. herb. a. 1851; Orph. fl. gr. n. 560.

Differt ab *A. longiflora* fasciculis paucifloris laxis, floribus saepissime manifeste pedicellatis, majoribus, 9—12 mm. longis.

In saxosis regionis mediae et superioris mt. Olympus et Parnassus (Heldr.); indicatur etiam in mt. Zygos et pr. Malakasi in Pindo (Haussk.). — Jul. Aug. ♃.

3. Sectio. *Sherardiana* DC. pr. IV. p. 581. — Annuae; corolla tubuloso-infundibuliformis, coerulea.

25. **A. arvensis** L. pl. p. 103; S. et S. pr. I. p. 87; Pieri corc. fl. p. 17; Ch. et B. exp. p. 52, Fl. pelop. p. 10; Bois. fl. or. III. p. 30; Hal. Beitr. fl. Achaia p. 23, in ö. b. Z. 1895 p. 383, 1897 p. 287; Form. in D. bot. Mon. 1895 p. 78. — Icon: Rchb. t. 126. — Exsicc.: Orph. fl. gr. 559.

Caule erecto, ramoso, glabro, scabrido; foliis scabridis, obtusis, infimis 4 nis, oblongo-obovatis, caeteris lineari-lanceolatis, 6—8 nis; floribus in capitula terminalia congestis, involucratis; involucri phyllis linealibus, setoso-ciliatis, flores superantibus; corollae tubo limbum parum superante; fructu glabro.

In agris, inter segetes regionis inferioris et montanae. Attica: pr. Athenas, Ampelokipos (Heldr.); Argolis (Sibth.); Achaia: pr. Megaspilaeon (Hal.); Arcadia: pr. Tripolis (Leon.); Laconia: mt. Malevo pr. Hagios Joannes (Orph.), in distr. Alagonia et Maina (Zahn); Corcyra (Pieri). — Apr. Jun. ⊙.

Obs. *A. humifusa* M. a. B. fl. taur. cauc. III. p. 105, a Ch. et B. exp. p. 51 et Fl. pelop. p. 10 pr. Androvista et mt. Taygetos, certe ex confusione, indicatur.

6. Crucianella L. gen. n. 126.

a. Bracteae exteriores spicularum oppositarum inter se ad medium usque connatae.

1. **C. latifolia** L. sp. p. 109; S. et S. pr. I. p. 96, Fl. gr. II. p. 30 t. 139; Ch. et B. exp. p. 54, Fl. pelop. p. 10; Mazz. in antol. ion. IV. p. 944; Weiss in z. b. G. 1869 p. 48; Raul cret. p. 772; Bois. fl. or. III. p. 20; Heldr. fl. cephalon. p. 42, Fl. Aegina p. 302; Form. in D. bot. Mon. 1890 p. 23, in Ver. Brünn 1896 p. 57; Haussk. symb. p. 102; Bald. in nuovo giorn. bot. ital. 1894 p. 96, viagg. Creta p. 56, riv. coll. bot. Alb. 1896 p. 61. — *C. monspeliaca* L. sp. p. 109; Fraas fl. class. p. 158. — *C. angustifolia* Sieb. avis p. 3, rem. p. 3, sec. Raul. cret. p. 772, non L. — Exsicc.: Heldr. herb. norm. n. 1435.

Caule adscendente vel erecto, simplici vel ramoso, scabrido; foliis 4—6 nis, planis, scabridis, inferioribus obovatis oblongisve, caeteris lanceolatis vel summis linearibus; spicis anguste lineari-cylindricis, elongatis, longe pedunculatis; bracteis lanceolatis, acutis, obtuse carinatis, scariosis, margine ciliatis; corolla lutea, bracteis longiore, limbi minuti lobis in aristam aequilongam abeuntibus; mericarpiis oblongo-linearibus, albo-lineolatis.

In collibus siccis, saxosis regionis inferioris et montanae. Epirus: pr. Santa Quaranta, mt. Maria (Bald.); Thessalia: pr. Velestinos, Kapurna, Kalyvia, Volo (Form.); Aetolia: mt. Chalkis et Taphiassos ad sinum Patranum (Hal.); Attica: mt. Lycabettus, Turcovuni, Pentelicon (Heldr.), pr. Laurion (Haussk.), Pharmacusarum insula Mikra Kyra, insula Aegina (Heldr.); Argolis: pr. Vromolimni, Poros (Heldr.); Laconia (Sibth.): in distr. Alagonia (Zahn), distr. Maina a Chimova et Vitulo usque Messene (Chaub.); Cycladum insula Syra (Weiss); Creta (Sibth.): ad Akroteri, Malaxa (Raul.), Canea (Weiss), Plakures, Topolia (Bald.); Cephalonia: pr. Same (Heldr.); Corcyra: pr. Agraphi (Mazz.), mt. Hagios Deka (Bald.). — Apr. Jun. ⊙.

b. Bracteae exteriores spicularum oppositarum non connatae.

. Bracteae longissime setaceo-acuminatae; corolla majuscula, bracteis sesquilongior.

2. **C. graeca** Bois. diagn. III. p. 25, Fl. or. III. p. 21; Clem. sert. 46; Haussk. symb. p. 102; Form. in Ver. Brünn 1896 p. 57, 1897 p. 42; Heldr. fl. Aegina p. 302. — *C. monspeliaca* S. et S. pr. I. p. 96, Fl. gr. II. p. 31, t. 140; ? Ch. et B. exp. p. 54, Fl. pelop. p. 10; non L. — Exsicc.: Heldr. herb. norm. n. 117 et 1246.

Caule adscendente vel erecto, simplici vel ramoso, basi scabrido; foliis 4—6 nis, scabridis, margine revolutis, infimis ovatis vel ellipticis, caeteris linearibus; spicis oblongo-cylindricis, breviusculis, longe pedunculatis; bracteis lanceolatis, late carinatis, late scariosis, margine ciliatis; corolla luteola, limbi lobis ovatis in aristam aequilongam abeuntibus; mericarpiis oblongis, albo-lineolatis.

In arvis, campis, vineis regionis inferioris. Thessalia: ad monasterium Korona (Haussk.), pr. Pharsalum (Heldr.), Drepani, Ligaria, Stylida, Neraida (Form.); Attica: pr. Athenas, ad Phalerum (Sprun.), pr. Heraclea (Bois.), mt. Lycabettus, Turcovuni, Hymettus, insula Aegina (Heldr.); Archipelagus (Sibth.); Messenia: pr. Pylos (Chaub.). — Apr. Jun. ⨀.

. . Bracteae acutae vel acuminatae; corolla minuta, bracteis subaequilonga.

3. **C. angustifolia** L. sp. p. 108; Mazz. in antol. ion. IV. p. 944; Heldr. fl. cephal. p. 41; Haussk. symb. p. 102; Bald. riv. coll. bot. Alb. 1895 p. 41, 1896 p. 61. — Icon: Gaertn. fruct. t. 24. — Exsicc.: N. v.

Caule erecto vel adscendente, simplici vel ramoso, scabrido; foliis 4—6 nis, scabridis, margine revolutis, anguste linearibus vel infimis lanceolatis; spicis lineari-cylindricis, breviusculis, breviter pedunculatis; bracteis lanceolatis, acute carinatis, late scariosis, margine scabridulis; corolla luteola, limbi minuti lobis brevissime mucronatis; mericarpiis oblongis, albo-lineolatis.

β. **oxyloba** Janka in magy. tud. acad. Közl. XII. p. 62; Form. in Ver. Brünn 1897 p. 42 pro sp. — *C. monspeliaca v. oxyloba* Simk. in magy. tud. acad. Közl. XV. p. 557. — *C. graeca* Hal. in ö. b. Z. 1890 p. 39, non Bois. — Bracteae et corollae lobi aristato-acuminatae. — Subspecies ut videtur orientalis *C. angustifoliae*. — Exsicc.: Sint. it. or. a. 1889 n. 1857; Form. pl. thessal. a. 1896.

In campis herbidis regionis inferioris et submontanae. Epirus: pr. Dobra, Cepelovon, Papingon, mt. Strangula (Bald.); Thessalia: mt. Baba, ad monasterium Korona, pr. Kalabaka (Haussk.); Cephalonia: pr. Pessada, Lordata (Heldr.); Corcyra: pr. Sisermones (Mazz.); sed forsan loca omnia ad *β.* pertinent; — *β.* Thessalia: pr. Hepdominta Aderfia in mt. Oxya, pr. Vlachava, mt. Cuka, Hagios Elias, Kerasia Sina et Mitrica in mt. Chassia (Form.), pr. Hagios Dionysios in mt. Olympo (Sint.). — Maio, Jul. ⨀.

Obs. *C. maritima* L. sp. p. 109; Raul. cret. p. 772. — Indicatur a Linné in Creta, sed probabiliter erronee.

7. Sherardia L. gen. n. 120.

1. **S. arvensis** L. sp. p. 102; S. et S. pr. I. p. 86; Urv. enum. p. 15; Ch. et B. exp. p. 50, Fl. pelop. p. 10; Mazz. in antol. ion. III. p. 700; Marg. et R. fl. Zante p. 53; Friedr. Reise p. 269; Ung. Reise p. 125; Weiss in z. b. G. 1869 p. 48; Raul. cret. p. 770; Bois. fl. or. III. p. 19; Heldr. fl. cephal. p. 41, Fl. Aegina p. 302; Haussk. symb. p. 102, cum f. *obliterata* (calycis laciniae obliteratae, marginem subrepandum brevissimum formantes); Hal. Beitr. fl. Epir. p. 25; Form. in Ver. Brünn 1895 p. 31. — Icon: Fl. dan. t. 439. — Exsicc.: Sint. it. thessal. n. 520; Dörfl. fl. gr. n. 360.

In arvis, inter segetes regionis inferioris et montanae frequens. — Mart. Aug. ⊙ et ⊙.

LX. Ordo. Valerianaceae DC. fl. fr. IV. p. 237.

Dispositio generum:

a. Calycis limbus demum in pappum plumosum mutatus; fructus 1 locularis.
   α. Tubus corollae ecalcaratus; stamina 3.
   1. Valeriana L.
   β. Tubus corollae calcaratus; stamen 1.
   2. Centranthus Neck.
b. Calycis limbus membranaceus vel herbaceus; fructus 3 locularis, loculis binis sterilibus.
   α. Tubus corollae elongatus; stamina 3, quorum 2 connata.
   3. Fedia Moench.
   β. Tubus corollae brevis; stamina 3, libera.
   4. Valerianella Hall.

1. Valeriana L. gen. n. 44.

a. Folia ampla, saltem radicalia indivisa, cordata.

1. **V. asarifolia** Dufr. val. p. 44; Sieb. avis p. 2, rem. p. 2; Raul. cret. p. 776; Bois. fl. or. III. p. 90. — Huc forsan: *V. calthaefolia* Sieb. in Flora I. p. 272. — Icon: Prosp. Alp. exot. p. 132. — Exsicc.: Rev. pl. cret. n. 66.

Glabra; radice a collo napulifera, napulis 2—3 oblongis ovatisve; caule crasso, elato; foliis radicalibus longe petiolatis, cordato-reniformibus vel cordato-rotundatis, obtusissime repandis, caulinis infimis breviter petiolatis, lyrato-partitis, superioribus subsessilibus, in segmenta oblongo-linearia pinnatisectis; corymbo terminali, trichotomo, denso; corolla rosea; fructu dorso inter nervos adpresse hirsuto, ventre glabro.

In rupestribus regionis montanae Cretae: pr. Murnies, Malaxa, Prosnero, Askyphos, Anopolis, Rhodakino, Sella, Hagios Joannes Kaimenos, Aphendi Kavutsi (Raul.). — Mart. Maio. ♃.

2. **V. alliariaefolia** Vahl enum. II. p. 11; Bois. fl. or. III. p. 85. — Icon: Jaub. et Sp. ill. or. t. 9. — Exsicc.: Heldr. herb. norm. n. 798.

Glabra; rhizomate crasso, ramoso; caule crasso, elato, foliis radicalibus longe petiolatis, ovato-cordatis, acutis vel acuminatis, grosse repando-dentatis, caulinis conformibus, inferioribus breviter petiolatis, superioribus subsessilibus sessilibusve, cordato-triangularibus oblongisve; corymbo terminali, pluries 2—3 tomo, denso; corolla rosea; fructu glabro. —

In silvaticis, ad rivulos regionis subalpinae et alpinae. Euboea: in mt. Xerovuni (Heldr.). — Jun. Jul. ♃.

b. Folia lyrata vel pinnatisecta, rarius integra et tunc parva, in petiolum attenuata.

α. Radix fibrosa.

× Folia omnia pinnatisecta.

3. **V. officinalis** L. sp. p. 31; Pieri corc. fl. p. 7; Form. in D. bot. Monat. 1890 p. 23. — *V. angustifolia* Tausch hort. comit. Canal. ex Host fl. austr. I. p. 36; Form. in Ver. Brünn 1895 p. 31. — Icon: Rchb. f. 1433.

Glabra vel inferne puberula; radice brevi, saepe stolonifera; caule crasso, elato, simplici vel ramoso; foliorum segmentis 7—10 jugis, lineari-lanceolatis; corymbo amplo, paniculato, longe ramoso; corolla pallide rosea vel albida; fructu glabro vel puberulo.

Epirus: pr. Han Balduma et in valle Dipotami (Form.); Thessalia: pr. Han Kukleus et Borovikon in valle Penei (Form.); Corcyra (Pieri); sed dubito, num determinatio vera sit. — Maio, Jul. ♃. N. v.

×× Folia saltem inferiora indivisa.

4. **V. olenaea** Bois. et Heldr. diagn. ser. 2, II. p. 118, Fl. or. III. p. 87; Hal. Beitr. fl. Achaia p. 23. — Huc pertinet meo sensu secundum specimina originalia: *V. Crinii* Orph. in Bois. diagn. ser. 2, II. p. 119 = *V. montanae L. β. Crinii* Bois. fl. or. III. p. 86. — Exsicc.: Orph. fl. gr. n. 94.

Glabra, glaucescens; rhizomate crasso, multicipiti, ad collum vestigiis foliorum obsito, ramis horizontalibus, apice foliis rosulatis cauleque florigero erecto terminatis; foliis radicalibus indivisis, integris, ovatis vel ovato-oblongis, obtusis, in petiolum eis saepius multo longiorem abrupte attenuatis, caulinis breviter petiolatis, oblongis, acutiusculis, indivisis vel tripartitis, segmentis lateralibus oblongis, minutis, foliis summis sessilibus, lanceolatis; corymbo terminali, densiusculo; bracteis lanceolatis, ovarium aequantibus; corolla rosea; fructu glabro. — Affinis *V. globulariaefoliae* Ram. hispanicae, quae habitu graciliori et praesertim foliis caulinis superioribus pinnatisectis distinguitur.

In rupibus regionis alpinae Peloponnesi: mt. Olenos loco Kolopano dicto (Heldr.), mt. Chelmos et Kyllene (Orph.). — Jun. Aug. ♃.

5. **V. bertiscea** Panc. elench. pl. vasc. Crnag. p. 42. — *V. Heideri* Hal. in z. b. G. 1888 p. 757, t. 22. — Exsicc.: Hal. it. gr. a. 1888.

Glaucescens; rhizomate tenui, caudiculos repentes, apice foliis rosulatis vel caule florigero terminatos edente; caulibus adscendentibus, ad geniculas papillari-hirtis, caeterum glabris; foliis radicalibus indivisis integris, ellipticis, obtusis, in petiolum eis interdum longiorem subabrupte attenuatis, caulinis breviter petiolatis sessilibusve, oblongis vel oblongo-lanceolatis, lyrato-pinnatipartitis, rarius indivisis, segmentis utrinque 1—3 lateralibus minutis, oblongis vel anguste linearibus; corymbo terminali, densiusculo; bracteis linearibus, corollam aequantibus vel ea sublongioribus; corolla rosea; fructu glabro. — Praecedenti affinis, ab ea caudiculis tenuibus repentibus, caule ad foliorum insertionem papillari-hirtis, foliis caulinis lyrato-pinnati-partitis et bracteis longioribus specifice differt.

In rupestribus declivitatis orientalis cacuminis mt. Kiona Doridis rarissime (Hal.). — Jul. Aug. ♃.

β. Radix napulifera vel tuberosa.

6. **V. Dioscoridis** S. et S. pr. I. p. 21; Weiss in z. b. G. 1869 p. 47; Bois. fl. or. III. p. 90; Spreitz. in z. b. G. 1897 p. 714; Heldr. fl. cephal. p. 42; Haussk. symb. p. 104; Hal. Beitr. fl. Achaia p. 23; Boissieu in bull. soc. bot. Fr. 1896 p. 285. — *V. italica* Lam. ill. I p. 92; Ung. Reise p. 122. — *V. sisymbriifolia* Ch. et B. exp. p. 20. Fl. pelop. p. 2, non Vahl, sp. II. p. 17, quae radice fibrosa, bracteis et corollis longioribus discedit. — *V. tuberosa* Fraas fl. class. p. 217. non L. — Icon: Fl. gr. t. 33. — Exsicc.: Heldr. herb. norm. n. 197 et 1343; Orph. fl. gr. n. 17; Sint. it. thessal. n. 371.

Parce puberula; radice napulis aggregatis, elongatis constante; caule crasso, elato, erecto; foliis radicalibus petiolatis, omnibus lyratis vel infimis oblongo-ellipticis indivisis, caulinis in segmenta oblonga vel linearia, repanda vel dentata pinnatisectis, terminali saepius submajori; corymbo terminali, denso, interdum ramoso paniculato; bracteis oblongo-lanceolatis, fructu brevioribus; corolla rosea; fructu dorso inter nervos hirto.

In silvaticis, rupestribus, herbidis regionis montanae et subalpinae. Thessalia: pr. Kalabaka (Sint.), mt. Olympus (Boissieu), mt. Oeta (Fraas); Boeotia: ad lacum Hylike (Ung.); Attica: mt. Pateras, Parnes, Pentelicon (Heldr.), Hymettus (Orph.); Elis: mt. Olenos (Hal.); Messenia: insula Sapienza (Chaub.); Zante: mt. Scopo (Weiss); Cephalonia: mt. Aenos, pr. Vunatata (Heldr.). — Mart. Jun. ♃.

7. **V. tuberosa** L. sp. p. 33; S. et S. pr. I. p. 21; Raul. cret. p. 776; Bois. fl. or. III. p. 90; Gelmi in soc. bot. ital. 1889 p. 450; Heldr. chlor. Parn. p. 20; Bald. riv. coll. bot. Alb. 1895 p. 44. — *V. phu* Pieri corc. fl. p. 7; Mazz. in ant. ion. II. p. 452, non L. — Icon: Rchb. f. 1426. — Exsicc.: Orph. fl. gr. n. 252; Dörfl. fl. aeg. n. 327.

Glabra; radice simplici, tuberosa; caule erecto; foliis radicalibus petiolatis, pinnati-partitis vel oblongis indivisis, caulinis pinnati-partitisectisve, segmentis linearibus, terminali longiore; corymbo terminali, denso; bracteis lanceolatis, fructu brevioribus; corolla rosea; fructu inter nervos utrinque hirsuto. — Radice simplici, glabritie, foliorum segmentis angustioribus, fructu utrinque hirto et statura graciliore a praecedente discedit.

In saxosis, herbidis regionis montanae et subalpinae. Epirus: mt. Olycika (Bald.); Thessalia: mt. Plaka pr. Chaliki (Sint.); Aetolia: mt. Vardusia (Leon.); mt. Parnassus (Sibth.); Achaia: mt. Kyllene (Orph.); Creta (Sibth.); Corcyra: mt. Stavro (Pieri), mt. Deka (Mazz.). — Apr. Jun. ♃.

Obs. Quid sit *V. sterilis* Friedr. Reise p. 280 e Carithena Peloponnesi, nescio.

2. Centranthus Neck. elem. I. p. 122.

a. Perennes; folia indivisa; calcar ovario longius.

α. Folia lata, ovata, oblongo-lanceolata.

1. **C. ruber** L. sp. p. 31; S. et S. pr. I. p. 20; Pieri corc. fl.

p. 6; Mazz. in ant. ion. II. p. 250; (*Valeriana*); DC. fl. fr. IV. p. 239; Friedr. Reise p. 278; Bois. fl. or. III. p. 91; Bald. riv. coll. bot. Alb. 1896 p. 63. — *V. alba* Mazz. l. c., (*f. albiflora*). — Icon: Rchb. f. 1416. — Exsicc.: Heldr. herb. fl. hellen. a. 1897 (*f. intermedia*).

Glaber, glaucescens; rhizomate indurato; caulibus erectis vel adscendentibus, elatis; foliis ovatis vel ovato-lanceolatis, inferioribus in petiolum brevem attenuatis, superioribus sessilibus, e basi lata abrupte acuminatis; cymis multifloris, saepe paniculatim compositis; corolla purpurea, rarissime alba, calcare ovario subduplo longiore, tubo subduplo breviore.

β. **Sibthorpii** Heldr. et Sart. in Bois. diagn. ser. 2, II. p. 119, Fl. or. III. p. 91; Heldr. fl. cephal. p. 42; Haussk. symb. p. 104; Hal. Beitr. fl. Epir. p. 26, Beitr. fl. Aetol. p. 7, Beitr. fl. Achaia p. 23; pro sp.; Bald. riv. coll. bot. Alb. 1895 p. 44. — *Valeriana angustifolia* S. et S. pr. I. p. 20; Mazz. in antol. ion. II. p. 450; non All. — *V. rubra* Ch. et B. exp. p. 20. — *V. rubra v. angustifolia* Ch. et B. fl. pelop. p. 2. — *C. angustifolius* Ung. Reise p. 122, non DC. — Foliis inferioribus oblongis, in petiolum longe attenuatis, caeteris oblongo-lanceolatis, longe acuminatis, basi attenuata subsessilibus, calcare ovario 2—3 plo longiore, tubo tertia parte breviore. — Subspecies austro-orientalis *C. rubri*, quacum formis intermediis conjuncta est. — Exsicc.: Orph. fl. gr. n. 454; Heldr. herb. norm. n. 429, 935 et 1436, it. thessal. n. 66; Sint. it. thessal. n. 502.

In rupibus regionis inferioris et montanae. Corcyra: pr. Pirgi, pr. Fano (Mazz.); Epirus: mt. Micikeli (Bald.); Peloponnesus (Sibth.): pr. Nauplia (Friedr.), Selitza (Zahn). — *β.* passim ut videtur per totam Graeciam; indicatur: Epirus: mt. Micikeli (Bald.), pr. Kalarrytes ad radices mt. Peristeri (Hal.); Thessalia: pr. Kalabaka (Sint.), mt. Baba pr. Klinovo in Pindo, mt. Pelion (Heldr.); Aetolia: pr. Mesolongion (Nieder), mt. Chalkis et Taphiassos (Hal.); mt. Parnassus pr. Rachova (Heldr.); Boeotia: pr. Lebadea (Orph.); Attica: mt. Lycabettus, Parnes, Pentelicon, Hymettus, ad Phalerum; in insula Euboea (Heldr.); ad Acrocorinthum, pr. Nauplia (Bois.); Achaia: pr. Lopesi, Kalavryta, Megaspilaeon (Hal.), mt. Chelmos pr. Klukines (Orph.), mt. Kyllene pr. Trikala (Heldr.); Laconia: mt. Malevo pr. Kastanitza (Orph.), pr. Megali Anastasova (Zahn), Sparta, insula Sapienza (Chaub.); Cephalonia: pr. Drepano, Dilinata, Charakas, Asso, Palaeokastro, Thymia (Heldr.); Corcyra: pr. Porto Timone (Mazz.); deesse videtur in Archipelago et in Creta. — Apr. Oct. ♃.

β. Folia linearia vel anguste lineari-lanceolata.

2. **C. Sieberi** Heldr. in z. b. G. 1890 p. 295. — *Valeriana angustifolia* Sieb. Reise I. p. 472, non All. — *C. longiflorus* Raul. cret. p. 775, non Stev. — Exsicc.: Spreitz. it. cret. a. 1882.

Glaber; rhizomate indurato; caulibus erectis, pumilis, ad maximum spithameis, simplicibus, subnudis; foliis linearibus vel anguste lineari-

lanceolatis, obtusis; cyma terminali, multiflora, conferta; corolla rosea in ovario sessili, calcare tubum aequante vel parum longiore, ovario 3 plo longiore. — Sequenti valde affinis, ab eo caulibus nanis, parce foliatis, foliis abbreviatis, cyma multiflora conferta et corolla ad calcaris insertionem non stipitata diversus.

In summis cacuminibus mt. Sphacioticorum Cretae, inter lapides rare: ad cacumen Hagios Theodoros (Sieb.), Hagion Pneuma (Heldr.) et Mavrus Lakus (Spreitz.). — Jul. Sept. ♃.

3. C. **junceus** Bois. et Heldr. diagn. X. p. 73, Fl. or. III. p. 92; Heldr. chlor. Parn. p. 20; Haussk. symb. p. 104. — Exsicc.: Heldr. herb. norm. n. 230 et 1437; Orph. fl. gr. n. 453 et 814; Sint. it. or. a. 1889 n. 1902.

Glaber; rhizomate indurato; caulibus erectis, virgatis, divaricatim ramosis, remote foliatis, 30—60 cm. altis; foliis infimis lineari-spathulatis obtusis, caeteris anguste linearibus acutiusculis; cymis terminalibus, paucifloris, laxiusculis; corolla rosea, in ovario substipitata, calcare tubo subbreviore, ovario 3—4 plo longiore.

In rupibus regionis mediae et superioris. Thessalia: mt. Baba pr. Krania in Pindo (Haussk.), mt. Olympus pr. Mitzantes (Orph.) et Hagios Dionysios (Sint.); mt. Parnassus (Heldr.); Peloponnesus: mt. Chelmos (Orph.), mt. Taygetos (Heldr.). — Jun. Sept. ♃.

b. Annuus; folia caulina saltem pinnatifida vel incisa; calcar ovario brevius.

4. C. **calcitrapa** L. sp. p. 31; S. et S. pr. I. p. 20; Sieb. avis p. 2, rem. p. 2; Ch. et B. exp. p. 20, Fl. pelop. p. 2; (*Valeriana*); DC. fl. fr. V. p. 492; Friedr. Reise p. 284; Ung. Reise p. 122; Weiss in z. b. G. 1869 p. 47; Raul. cret. p. 775; Bois. fl. or. III. p. 93; Haussk. symb. p. 104; Boissieu in bull. soc. bot. Fr. 1896 p. 286; Heldr. fl. Aegina p. 302. — Icon: Fl. gr. t. 30. — Exsicc.: Heldr. et Hal. fl. aeg. a. 1889; Dörfl. pl. cret. n. 71.

Glaber; caule erecto, simplici vel ramoso; foliis inferioribus ovatis integris, dentatis vel lyrato-pinnatifidis, superioribus pinnatipartitis; cyma terminali, demum laxa; corolla carnea vel alba, supra basin breviter gibba, tubo limbum superante.

In campis, lapidosis regionis inferioris et submontanae. Boeotia: pr. Larmes (Boissieu); Attica: mt. Kerata, Parnes, Pentelicon, Hymettus, insula Aegina (Heldr.); Acrocorinthus (Haussk.); Argolis (Sibth.): pr. Nauplia (Sart.), Astros (Chaub.); Cycladum insula: Syra (Weiss), Melos (Leonis); Creta: pr. Canea (Weiss), mt. Hagion Pneuma et Theodori (Raul.), pr. Christos distr. Viano (Leon.); Cephalonia (Ung.). — Febr. Jul. ⊙.

3. **Fedia** Moench meth. p. 486.

1. F. **cornucopiae** L. sp. p. 31 (*Valeriana*); Gaertn. fruct. II. p. 37, t. 86; Raul. cret. p. 775; Bois. fl. or. III. p. 93. — Icon: Fl. gr. t. 32. —

Glabra vel parce papillosa; caule a basi ramoso vel simplici; foliis inferioribus petiolatis, obovatis, obtusis, integris, superioribus sessilibus, ovato-oblongis, basi praecipue dentatis; cymae defloratae pedunculis incrassatis, inflatis; corolla rosea, limbo tubo fere aequilongo; fructibus aliis ovatis compressis, apice coronula brevi superatis, aliis oblongo-cylindricis, dentibus 2—3 lanceolatis, plus minus elongatis.

In herbidis regionis inferioris, rare. Peloponnesus (Fauché); Creta: in peninsula Akroteri, pr. Candia (Raul.); indicatur a Mazziari in antol. ion. II. p. 452 pr. Garizza Corcyrae, sed probabiliter ex confusione cum aliqua specie Valerianellae. — Febr. Maio. ⊙. N. v.

4. Valerianella Hall. hist. stirp. helv. I. p. 94.

Dispositio specierum:

A. Rami fructiferi clavato-incrassati; fructus biformes, superiores (cymarum) ovati vel oblongi, sulcati, 3 loculares, pericarpio hic illic spongioso, inferiores (dichotomiarum) tenuiter cylindrico-prismatici, abortu uniloculares.

1. Sectio. *Cornigerae* Soy. Will. — Cymae densissime fastigiato-subcapitatae; calycis limbus breviter tricornis.

1. V. echinata (L.)

B. Rami fructiferi tenues, non vel vix incrassati; fructus uniformes.

I Fructus parvi, globosi, orbiculati vel ovati.

2. Sectio. *Locustae* DC. — Fructus ovati vel orbiculati, pericarpio ad loculum fertilem spongioso; loculi steriles fertili aequilati vel majores; calycis limbus fere obliteratus.

2. V. olitoria (L.). **3. V. costata** Stev.

3. Sectio. *Psilocoelae* DC. — Fructus ovati, pericarpio non spongioso; loculi steriles fertili multoties minores, sejuncti et basi convergentes; calycis limbus breviter tubulosus, oblique truncatus, integer vel denticulatus.

a. Calycis limbus obtusus vel apiculatus, integer vel rarissime 3 dentatus.

4. V. microcarpa Lois. **5. V. truncata** (Rchb.).

b. Calycis limbus inaequaliter subsexdentatus.

6. V. eriocarpa Desv.

4. Sectio. *Platycoelae* DC. — Fructus globosi vel ovato-oblongi, pericarpio non spongioso; loculi steriles fertili majores, rarius minores, sed nunquam filiformes; calycis limbus parvus, fructu saepissime angustior.

a. Calycis limbus ad denticulum e loculo postico ortum reductus.

7. V. carinata Lois. **8. V. turgida** (Stev.).

b. Calycis limbus parvus, obliquus, auriculaeformis.

9. V. rimosa Bast.

II. Fructus majusculi, breviter obconico-turbinati.

5. Sectio. *Coronatae* Bois. — Fructus loculi steriles approximati, fertili subaequilati vel latiores; calycis limbus coroniformis, fructu aequilatus vel eo latior.

a. Calycis limbus cyathiformis vel rotatus, in lobos 6 ad vel ultra medium partitus.

α. Calycis limbus cyathiformis, intus glaberrimus.

10. V. coronata (L.).

β. Calycis limbus rotatus, intus hirsutus.

11. V. discoidea (L.). **12. V. obtusiloba** Bois.

b. Calycis limbus vesicario globoso-inflatus, dentibus 6 minutis intrors inflexis.

13. V. vesicaria (L.).

6. Sectio. *Eriocephalae* Bois. — Fructus loculi steriles remotissimi, fertili multoties minores, filiformes; calycis limbus coroniformis, fructu latior et longior, radiatim in lacinias 12—23 ciliato-pectinatas partito.

14. V. hirsutissima Link.

1. Sectio. *Cornigerae* Soy. Will. in Gr. et Godr. fl. fr. II. p. 61. —

1. **V. echinata** L. sp. ed. 2 p. 47; S. et S. pr. I. p. 21; Ch. et B. fl. Pelop. p. 2 (*Valeriana*); DC. fl. fr. IV. p. 242; Friedr. Reise p. 267; Weiss in z. b. G. 1869 p. 47; Bois. fl. or. III. p. 102; Haussk. symb. p. 104; Hal. Beitr. fl. Achaia p. 23, in ö. b. Z. 1897 p. 95; Heldr. fl. Aegina p. 302. — *Fedia echinata* Vahl enum. II p. 19; Clem. sert. p. 48. — Icon: Krok valer. t. 4, f. 43. — Exsicc.: Heldr. fl. gr. exs. a. 1855; Heldr. et Hal. fl. Sporad. a. 1896.

Ramis ramulisque fructiferis valde incrassatis; fructibus glabris, cymarum tricostatis et trisulcatis; calycis dentibus rigidis, recurvis, inaequalibus, apice subulatis, postico minimo, lateralium altero longissimo, basi crassiore; loculo postico minimo sterili, lateralium inaequalium altero sub dente maximo sterili, altero fertili; bracteis adpressis.

β. **Soyeri** Buching. in Bois. diagn. X. p. 74, Fl. or. III. p. 102; Raul. cret. p. 774; Haussk. symb. p. 104; pr. sp. — Ramuli minus incrassati, fructus minores. — Formis intermediis ad typum transit. — Exsicc.: Orph. fl. gr. n. 813; Heldr. herb. norm. n. 1344; Holzm. in Baen. herb. europ. n. 4222; Sint. it. thessal. n. 363.

In cultis, lapidosis regionis inferioris et montanae. Attica: pr. Athenas (Sibth.), mt. Kerata, Pentelicon, Hymettus, insula Aegina (Heldr.); Acrocorinthus (Haussk.); Argolis (Bois.); Achaia: pr. Kalavryta (Hal.); Sporadum insula Scopelos (Leon.); Cycladum insula Syra (Weiss); — *β.* Thessalia: pr. Kalabaka (Sint.); Attica: mt. Parnes, Pentelicon, Hymettus, Kerata, ad Piraeum, insula Salamis (Heldr.); Acrocorinthus (Haussk.); Alagonia: mt. Taygetos (Zahn); Cycladum insula Cythnos (Tuntas); Creta: pr. Malaxa, Askyphos, Anopolis, mt. Psiloriti et Lassiti (Raul.). — Mart. Maio. ⊙.

2. Sectio. *Locustae* DC. pr. IV. p. 625.

2. **V. olitoria** L. sp. p. 33 pro var. *Valerianae locustae*; Poll. hist. pl. Palat. I. p. 30; Haussk. symb. p. 104. — *Valeriana locusta* L. fl. suec. ed. 2 p. 12; S. et S. pr. I. p. 22. — *Fedia locusta* Rchb. pl. crit. I. p. 48; Marg. in ant. ion. II. p. 452. — Icon: Krok valer. t. IV. f. 46. —

Fructu plerumque glabro, oblique orbiculari-ovato, a latere compresso, ad utramque faciem bistriato, antice et postice unistriato; loculi

fertilis postici pericarpio fungoso, anguste gibboso, in denticulum brevissimum terminalem abeunti; loculis sterilibus parietibus tenuibus instructis, septo pellucido distinctis, fertili majoribus.

In herbidis, cultis regionis inferioris et montanae. In arvis Graeciae (Sibth.); Thessalia: pr. monasterium Korona (Haussk.); Corcyra: pr. Ascensione (Mazz.). — Mart. Maio. ⊙. N. v.

3. **V. costata** Stev. in mem. mosq. V. p. 344 (*Fedia*); Stev. in bull. soc. nat. Mosq. 1856 p. 367; Bois. fl. or. III. p. 104. — Icon: Krok valer. t. 4, f. 42. — Exsicc.: Heldr. pl. fl. hellen. n. 2899.

Differt a praecedente statura quidquam minori, fructu subrotundo, mutico, profundius sulcato; loculi fertilis postici pericarpio late gibboso, mutico; loculis sterilibus parietibus incrassatis instructis, septo saepe crasso sejunctis, fertili subaequilatis.

Attica: in cacumine mt. Pentelicon (Heldr.). — Apr. Maio. ⊙.

3. Sectio. *Psilocoelae* DC. pr. IV. p. 626 p. p.

a. Calycis limbus obtusus vel apiculatus, integer vel rarissime 3 denticulatus.

4. **V. microcarpa** Lois. not. 151; Raul. cret. p. 775; Bois. fl. or. III. p. 104. — *V. lingulata* Presl. bot. Bemerk. p. 88; Raul. l. c. — *V. truncata* Hal. Beitr. fl. Achaia p. 23, non (Rchb.). — Icon: Krok valer. t. 1, f. 3. — Exsicc.: Hal. it. gr. II. a. 1893.

Fructu ovoideo, puberulo rarius glabro, postice obsolete, lateribus evidentius 1-costato, costis anticis areolam ovalem, costa obsoleta in 2 partes aequales divisam, cingentibus; calycis limbo valde oblique truncato, obtuso, raro apiculato, integro rarissime 3 denticulato, capsula plus duplo breviore; bracteis fructu multo longioribus; corolla pallide purpurea. — Fructus omnium hujus generis minimi.

In lapidosis, herbidis regionis inferioris et montanae. Attica: pr. Heracleon (Heldr.); Achaia: mt. Panachaicon (Hal.); Creta (Sieb.). — Mart. Maio. ⊙.

5. **V. truncata** Rchb. pl. crit. II. p. 7, t. 115, f. 225; Mazz. in ant. ion. II. p. 452; (*Fedia*); Betcke. valer. p. 22, f. 3; Ung. Reise p. 122; Weiss in z. b. G. 1869 p. 47; Raul. cret. p. 775; Bois. fl. or. III. p. 105; Spreitz in z. b. G. 1877 p. 714; Haussk. symb. p. 104; Heldr. fl. Aegina p. 302; Hal. in z. b. G. 1899 p. 712. — Icon: Krok valer. t. 1. f. 4. — Exsicc.: Heldr. herb. norm. n. 596 et 936; Sint. it. thessal. n. 364 et 593; Baen. herb. europ. n. 9368. —

Differt a praecedente fructu paulo majore, costis anticis areolam suborbicularem cingentibus; calycis limbo herbaceo, parce reticulato-venoso, integro, apice apiculato, rarius obtuso, capsula fere aequilongo; bracteis fructu brevioribus.

β. **muricata** Stev. in Roem. et Schult. I. p. 366 pr. sp. (*Fedia*); Bois. fl. or. III. p. 106. — *V. eriocarpa β. muricata* Krok. valer. p. 40, t. 1, f. 5 *β.* — Calycis limbus acutior, antice saepius utrinque denticulo auctus. — Exsicc.: N. v.

In herbidis regionis inferioris et superioris, proximis multo frequentior. Thessalia: pr. Guwelzi (Sint.); Euboea: pr. Loto (Ung.); Attica: pr. Athenas, Geraka, Heracleon, Cephissia, mt. Pentelicon, insula Aegina (Heldr.); Boeotia (Bois.); Argolis: pr. Nauplia (Haussk.); Laconia: in distr. Alagonia (Zahn); Cycladum insula Melos (Leon.); Creta: pr. Canea (Weiss); Corcyra: pr. urbem (Mazz.), Castrades (Baen.), Potamo (Spreitz.); — β. Cephalonia: in oropedio Omala et in regione superiori mt. Aenos (Heldr.); Zante (Bois.). — Apr. Jun. ⨀.

b. Calycis limbus inaequaliter subsexdentatus.

6. **V. eriocarpa** Desv. journ. bot. II. p. 314 t. 11, f. 2; Marg. et R. fl. Zante p. 55; Raul. cret. p. 774; Bois. fl. or. III. p. 106. — *Fedia eriocarpa* Mert. et Koch Deutsch. fl. I. p. 397; Ung. Reise p. 122. — *Valeriana incrassata* Ch. et B. exp. p. 338, Fl. pelop. p. 2. — Icon: Krok valer. t. 1, f. 5. —

Differt a praecedente fructu fere duplo majori, costis anticis areolam ovalem cingentibus, calycis limbo magis reticulato-venoso, inaequaliter subsexdentato; bracteis fructum fere aequantibus; ramulis subincrassatis.

In herbidis. Messenia: pr. Navarin (Chaub.); Creta: pr. Canea (Raul.); Zante (Marg.); Cephalonia: mt. Nero (Ung.). — Apr. Maio. ⨀. N. v.

4. Sectio. *Platycoelae* DC. pr. IV. p. 627 p. p.

a. Calycis limbus in denticulum e loculo postico ortum reductus.

7. **V. carinata** Lois. not. p. 149; Raul. cret. p. 774; Bois. fl. or. III. p. 106. — *Valeriana olitoria* β. Ch. et B. exp. p. 20, Fl. pelop. p. 2. — Icon: Krok. valer. t. 2, f. 20. —

Fructu glabro rarius puberulo, oblongo-tetragono, postice convexo, antice sulco profundo tota longitudine exarato, lateraliter utrinque sulco et carina prominenti instructo: loculis sterilibus fertili postico, apice in denticulum brevissimum abeunti, subaequilatis. — *V. olitoriae* omnino similis, sed fructu oblongo (nec orbiculari-ovato), cujus forma jam in ovario plantae floriferae diagnoscenda est, plane diversa.

In herbidis Peloponnesi et insularum (Chaub.); Creta: pr. Murnies, Canea (Raul.). — Mart. Maio. ⨀. N. v.

8. **V. turgida** Stev. in mem. mosq. V. p. 345 (*Fedia*); Betcke valer. p. 14; Bois. fl. or. III. p. 107; Spreitz. in z. b. G. 1877 p. 714; Heldr. fl. cephal. p. 48. — Icon: Krok. t. 3, f. 6. — Exsicc.: Heldr. herb. norm. n. 937; Sint. it. thessal. n. 144 b.

Fructu puberulo vel glabrato, inflato, orbiculari, postice convexo saepe rugulosa antice umbilico orbiculari, pariete membranaceo ad fundum clauso, excavato; loculis sterilibus fertili postico, apice in denticulum brevissimum abeunti, 2—3plo majoribus. — Facies *V. olitoriae* ab ea fructu convexo-concavo pariete membranaceo distinctissima.

In herbidis cultis regionis inferioris et montanae. Thessalia: pr. Kalabaka (Sint.), pr. Valestinos, mt. Pelion pr. Makrinitza (Heldr.);

Attica: in oliveto Athenarum, ad Cephissum, mt. Parnes, Pentelicon (Heldr.); Peloponnesus: distr. Alagonia (Zahn); Cephalonia: mt. Aenos (Heldr.); Corcyra: pr. Potamo (Spreitz.). — Apr. Jun. ⊙.

b. Calycis limbus parvus, obliquus auriculaeformis.

9. **V. rimosa** Bast. in Desv. journ. I. p. 20. — *Fedia dentata* Gaertn. in Fl. Wett. I. p. 53; Mazz. in ant. ion. II. p. 452; non Wallr. sched. crit. I. p. 23, quae = *V. Morisonii* DC. — *V. auricula* DC. fl. fr. V. p. 492; Urv. enum. p. 5. — *Fedia auricula* Roem. et Sch. syst. I. p. 363; Mazz. l. c. — Icon: Krok. valer. t. 2, f. 28. —

Fructu glabro rarius hispidulo, ovoideo-subgloboso, postice convexo, antice rima lineari longitudinali notato; loculis sterilibus fertili postico in auriculam subtubulosam, fructu multo angustiorem, subtridentatam abeunti, multo majoribus.

In arvis, segetibus. Indicatur in Corcyra: pr. Privoli, Casopitza, insula Vido (Mazz.) et in Cycladum insula Melos (Urv.); sed nescio utrum loca re vera ad *V. rimosam* pertineant. Civis dubia florae Graeciae. — Jun. Aug. ⊙. N. v.

5. Sectio. *Coronatae* Bois. fl. or. III. p. 96. —

a. Calycis limbus cyathiformis vel rotatus, in lobos 6 ad vel ultra medium partitus.

α. Calycis limbus cyathiformis, intus glaberrimus.

10. **V. coronata** L. sp. p. 34 pro var. *Valerianae locustae*; DC. fl. fr. IV. p. 241; Urv. enum. p. 5; Marg. et R. fl. Zante p. 55; Friedr. Reise p. 275; Bois. fl. or. III. p. 110; Haussk. symb. p. 104; Hal. Beitr. fl. Epir. p. 26, in ö. b. Z. 1897 p. 95; Bald. riv. coll. bot. Alb. 1895 p. 44, 1896 p. 64. — *Valeriana coronata* Willd. sp. I. p. 184. — *Fedia coronata* Vahl enum. II. p. 20; Mazz. in ant. ion. p. 452. — *Valeriana discoidea β*. Ch. et B. exp. p. 20, Fl. pelop. p. 2. — *V. hamata* Bast. in DC. fl. fr. V. p. 494. — Icon: Krok valer. t. 3, f. 32. — Exsicc.: Heldr. herb. norm. n. 692 et 1247; Sint. it. thessal. n. 362.

Fructu obconico-tetragono, villoso, postice convexo, antice sulco profundo oblongo-lineari excavato, loculis sterilibus fertili postico subangustioribus; calycis limbo membranaceo, eximie reticulato-venoso, fructu aequilongo et duplo latiore, ad medium in lobos triangulares, apice aristato-uncinatos partito.

In cultis, herbidis regionis inferioris et montanae. Epirus: mt. Micikeli (Bald.), pr. Kalarrytes (Hal.); Thessalia: pr. Kalabaka (Sint.); Attica: frequens pr. Athenas, in colle Kolonos, pr. Kephissia, mt. Pentelicon, Parnes (Heldr.); insula Poros (Friedr.), Skopelos Sporadum (Leon.), Melos Cycladum (Urv.); Achaia: mt. Panachaicon (Hal.); Messenia: pr. Pylos, Methone, Messene (Chaub.); Zante (Marg.); Corcyra: pr. Spartilla (Mazz.). — Mart. Jun. ⊙.

β. Calycis limbus rotatus, intus hirsutus. —

11. **V. discoidea** L. syst. nat. ed. 10 p. 860 pro var. *Valerianae locustae*; Lois. not. fl. fr. p. 148; Weiss in z. b. G. 1869 p. 47; Raul. cret. p. 775; Bois. fl. or. III. p. 111; Heldr. fl. cephal. p. 43, fl. Aegina p. 302; Gelmi in bull. soc. bot. et 1889 p. 450; Haussk. symb. p. 104; Hal. in ö. b. Z. 1895 p. 409, in z. b. G. 1899 p. 713. — *Valeriana discoidea* Willd. sp. I. p. 184; S. et S. pr. I. p. 22. — *Fedia discoidea* Vahl enum. II. p. 21. — *Fedia sicula* Guss. fl. sic. pr. I. p. 25. — *V. sicula* Link in Linn. IX. p. 579; sec. Krok valer. p. 83, sed. Guss. in fl. sic. syn. I. p. 28 ipse speciem suam ad *V. coronatam* ducit. — Icon: Krok. valer. t. 4, f. 37. — Exsicc.: Orph. fl. gr. n. 812; Heldr. herb. norm. n. 1248.

Fructu obconico-subtrigono, villoso, postice convexo, antice umbilico profundo ovato-orbiculari excavato, loculis sterilibus fertili subaequalibus; calycis limbo subrotato, membranaceo, eximie reticulato, fructu duplo longiore et latiore, infra medium in lobos ovato-triangulares, saepe inaequaliter bifidos aristato-uncinatos partito. — Praecedenti saepius humilior et jam a basi divaricatim ramosa.

In cultis, herbidis regionis inferioris et montanae. Attica: pr. Athenas, ad Ilyssum, pr. Stephani, Eleusis, mt. Kerata, pr. Cephissia, mt. Pateras, insula Aegina (Heldr.); Achaia: pr. Patras (Reis.); Argolis: pr. Nauplia (Berger); Laconia (Bois.): distr. Alagonia (Zahn); Cycladum insula: Cythnos (Tuntas), Syra (Orph.), Tenos (Weiss); Creta: pr. Acroteri, Canea (Raul.); Cephalonia: in oropedio Omala mt. Aenos, pr. Pessada (Heldr.); Corcyra: pr. Signes (Gelmi), in jugo Panteleimon (Baen.). — Mart. Jun. ⊙.

12. **V. obtusiloba** Bois. diagn. III. p. 59, Fl. or. III. p. 112; Raul. cret. p. 774; Hal. in z. b. G. 1899 p. 713. — Icon: Krok. valer. t. 4, f. 38. — Exsicc.: Heldr. pl. fl. hellen. a. 1896 et 1897.

Fructu obconico-trigono, villoso, postice carinato vel planiusculo, antice inferne rimoso superne profunde excavato, loculis sterilibus fertili subaequalibus vel latioribus; calycis limbo rotato, membranaceo, eximie reticulato, fructu sesquilongiore et multoties latiore, ad medium in lobos ovato-triangulares, apice 3—5 uncinulato-mucronatos partito. — Corona calycis multo majore, ad 1 cm. diametro lata, lobis apicem versus 3—5 mucronatis a praecedente distincta.

In herbidis regionis inferioris et montanae. Attica: rarissime in mt. Kerata pr. Eleusis (Heldr.); Laconia: distr. Alagonia et Maina (Zahn); Creta: pr. Lutro, mt. Aphendi Kavutsi (Raul.). — Apr. Maio. ⊙.

b. Calycis limbus vesicario globoso-inflatus, dentibus 6 minutis introrsum inflexis.

13. **V. vesicaria** L. sp. p. 33 pro var. *Valerianae locustae*; Moench. meth. p. 493; Raul. cret. p. 775; Bois. fl. or. III. p. 112; Haussk. symb. p. 104; Heldr. fl. Aegina p. 302. — *Valeriana vesicaria* Willd. sp. I. p. 183; S. et S. pr. I. p. 22, Fl. gr. I. p. 25, t. 34;

Sieb. avis p. 2. — *Fedia vesicaria* Vahl. enum. II. p. 20. — Icon: **Krok.** valer. t. 4, f. 39. — Exsicc.: Heldr. pl. fl. hellen. a. 1878.

Fructu breviter obconico, villoso, postice plano, antice ad basin limbi foveola orbiculari obsito, loculis sterilibus fertili aequilatis vel latioribus; calycis limbo puberulo, tenuiter reticulato, fructu longiore et latiore. — Calycis limbo vesicario ab omnibus distinctissima.

In collibus, cultis derelictis. Boeotia (Sprun.); Attica: pr. Athenas, mt. Kerata, in Pharmacusarum insula Lero, insula Aegina (Heldr.); Argolis (Sprun.): pr. Nauplia (Haussk.); Creta (Sibth.): pr. Lutro, Anopolis, Istovai, in capite Sidero (Raul.). — Mart. Apr. ⊙.

6. Sectio. *Eriocephalae* Bois. fl. or. III. p. 96.

14. **V. hirsutissima** Link in Linnaea IX. p. 580; Bois. fl. or. III. p. 113; Haussk. symb. p. 104; Heldr. fl. Aegina p. 302. — *Fedia ciliata* Woods in trans. Linn. soc. 1836 p. 427. — *V. eriocephala* Hampe in Flora 1842 p. 64. — Icon: Krok. valer. t. 1, f. 1. — Exsicc.: Heldr. herb. norm. n. 298 et 1147.

Fructu obconico-ovato, villoso, postice applanato, antice profunde sulcato, loculis sterilibus filiformibus, fertili transverse dilatato multoties minoribus: calycis limbo utrinque hirsuto, campanulato, capsula longiore et latiore, fere ad basin in lacinias longas subulatas partito. — Limbo calycino pappo haud dissimili distinctissima.

In arvis regionis inferioris. Attica: pr. Athenas, Phalerum, Heracleon, mt. Pentelicon, Hymettus, insula Aegina (Heldr.), pr. Laurion Corinthum (Haussk.); Argolis (Sprun.). — Apr. Maio. ⊙.

Obs. Species dubia: *V. radiata* L. sp. p. 34 pro var. *Valerianae locustae*, e Creta. — *Fedia dichotoma* Mazz. in ant. ion. II. p. 452 certe ad unam vel alteram speciem enumeratam ut synonymum pertinet.

LXI. Ordo. Dipsaceae DC. fl. fr. IV. p. 221.

Dispositio generum:

1. Tribus *Morineae* DC. — Corolla ringens, bilabiata, tubo elongato; stamina didynama vel binatim concreta; stigma terminale, rectum; flores ad axillas foliorum dense aggregati, verticillastra more Labiatarum formantes.

1. Morina L.

2. Tribus. *Scabioseae* DC. — Corolla 4—5 fida, non ringens, tubo brevi; stamina 4—5, libera, subaequalia; stigma subobliquum; flores capitati.

a. Involucri phylla paleaeque receptaculi rigidae, subulato-acuminatae vel paleaceae.

α. Involucellum coronula crenulata fere obsoleta vel denticulis minimis superatum; calycis limbus cupuliformis, 4 dentatus vel subnullus; paleae phyllis involucri breviores.

2. Dipsacus L.

β. Involucellum apice 4-pluridentatum vel coronula brevi multidentata terminatum vel nudum; calycis limbus cupuli-vel pelviformis, multidenticulatus; paleae phyllis involucri aequilongae vel longiores.

3. Cephalaria Schrad.

b. Involucri phylla foliacea.

α. Receptaculum pilosum; involucelli tubus breviter anceps, 4 foveolatus, limbo denticulis constante; calycis limbus cupuliformis, breviter setosus vel 8—10 aristatus; corolla 4—5 fida.

4. Knautia Coult.

β. Receptaculum pilosum vel paleaceum; involucelli tubus teres, toto longitudine 8 sulcatus vel 8 striatus; denticulis minimis vel corona brevissima superatus; calycis limbus breviter stipitatus, in aristas 12—24 (rarius pauciores) valde plumosas abiens; corolla 5 fida.

5. Pterocephalus Vaill.

γ. Receptaculum paleaceum.

× Involucelli tubus parte inferiori costatus, superiori 8 foveolatus, corona scarioso-hyalina campanulata; calycis limbus patelliformis, stipitatus, in aristas 10 plumosas abiens; corolla 5 fida.

6. Callistemma Bois.

×× Calycis limbus in aristas 5 abiens vel integer.

○ Involucelli tubus teres, 8 foveolatum vel sulcatum, corona scarioso-hyalina, campanulata vel rotata; calycis limbus patelliformis, stipitatus vel subsessilis, in aristas 5 abiens; corolla 5 fida.

7. Scabiosa L.

○○ Involucellum subtetragonum, 8 sulcatum, corona parva, herbacea, 5 loba; calycis limbus breviter patelliformis, in aristas 5 breves abiens vel integer.

8. Succisa Neck.

1. Tribus. *Morineae* DC. pr. IV. p. 644.

1. Morina L. gen. n. 41.

1. **M. persica** L. sp. p. 28; S. et S. pr. I, p. 18, Fl. gr. I. p. 20, t. 28; Ch. et B. exp. p. 19, Fl. pelop. p. 2; Bois. fl. or. III. p. 114; Hal. in z. b. G. 1888 p. 758, Beitr. fl. Achaia p. 23, in Ö. b. Z. 1897 p. 284; Heldr. chlor. Parn. p. 20; Haussk. symb. p. 104; Bald. riv. coll. bot. Alb. 1895 p. 45; Form. in Ver. Brünn 1896 p. 57. — *M. graeca* Jaub. et Sp. ill. or. V. p. 32. — Exsicc.: Orph. fl. gr. n. 101; Dörfl. fl. gr. n. 189 et 410.

Caule erecto, 40—80 cm. alto, simplici, fere a medio in thyrsum verticillis constantem abeunti, superne tomentelli-villoso, glanduloso, inferne saepius glabrescenti; foliis coriaceis, ambitu lanceolatis, sinuato-pinnatifidis partitisve, lobis dentatis, longe et rigide flavo-spinosis, infimis in petiolum attenuatis, caeteris sessilibus 3—4 tim verticillatis, floralibus ovato-lanceolatis basi concretis; involucello tubuloso-campanulato, hirsuto, apice inaequaliter spinoso; calycis limbo foliaceo, 3 bilabiato, reticulato, glabro, labiis oblongis, saepe retusis; corolla rosea, pubescenti, tubo calyce pluries longiore, limbo bilabiato, labio superiore bifido, inferiore trifido; staminibus binis superioribus liberis, declinatis, lateralibus ad rudimenta reductis. — Stirps singularis pulcherrima, montium Graeciae decus.

In saxosis regionis montanae et subalpinae. Epirus: pr. Syraku ad radices mt. Peristeri (Bald.); Thessalia: mt. Baba inter Krania et Klinovo in Pindo (Haussk.), mt. Ossa, Oeta (Heldr.); Aetolia: mt. Tymphrestus (Sprun.), Korax (Tunt.); mt. Kiona (Hal.), Parnassus (Sibth.); Achaia: mt. Panachaicon, mt. Kastro pr. Kalavryta, mt. Chelmos pr. Sudena (Hal.), mt. Kyllene (Sibth.); mt. Taygetos (Chaub.). — Jun. Aug. ♃.

2. Tribus. *Scabioseae* DC. pr. IV. p. 645.

2. Dipsacus L. gen. n. 114.

1. **D. fullonum** L. sp. p. 97, excl. β.; Thore chlor. p. 36; non Mill. dict. n. 2, nec alior. (qui *D. sativus* L. sp. ed. II. p. 1677 pro var. *D. fullonum*; Gm. fl. bad. I. p. 314 nominandum est.). — *D. silvestris* Huds. fl. angl. p. 49; S. et S. pr. I. p. 79; Ch. et B. exp. p. 50, Fl. pelop. p. 10; Mazz. in antol. ion. III. p. 696; Marg. et R. fl. Zante p. 55; Fraas fl. class. p. 218; Bois. fl. or. III. p. 115; Heldr. fl. cephal. p. 43; Form. in D. bot. Monat. 1890 p. 22; Bald. riv. coll. bot. Alb. 1896 p. 64. — *D. vulgaris* Gm. fl. bad. I. p. 312. — Icon: Schk. Handb. I. t. 21. — Exsicc.: Sint. et Bornm. it. turc. n. 1279.

Caule erecto, elato, aculeato, superne ramoso; foliis lanceolato-ellipticis, inaequaliter serrato-dentatis, glabris, nervo dorsali aculeatis, radicalibus breviter petiolatis, caulinis connatis; capitulo ovato-oblongo; involucri phyllis lineari-subulatis, arcuato-adscendentibus, aculeatis; paleis aristato-cuspidatis, rectis, flores superantibus; calycis limbo ciliato, quadridentato; corolla lilacina.

In campis, ad vias regionis inferioris. Epirus: pr. Janina (Bald.); Thessalia: pr. Chaliki, Trikala (Form.), pr. Litochori ad radices mt. Olympus (Sint.); Attica: pr. Phalerum (Fraas); Argolis (Chaub.): pr. Nauplia (Orph.), Astros (Fraas); Zante (Marg.); Cephalonia: pr. Kephalovrysi (Heldr.); Corcyra: pr. Garizza (Mazz.). — Jul. Aug. ⊙.

2. **D. laciniatus** L. sp. p. 97; Ch. et B. exp. p. 50, Fl. pelop. p. 9; Mazz. in antol. ion. III. p. 696; Bois. fl. or. III. p. 116; Form. in D. bot. Monat. 1890 p. 22, in Ver. Brünn 1895 p. 29, 1897 p. 41; Haussk. symb. p. 105. — Icon: Jacq. fl. austr. t. 403. — Exsicc.: Sint. et Bornm. it. turc. n. 1280. —

Differt a praecedente aculeis saepius paucioribus et minoribus, foliis ciliatis, caulinis pinnatifidis, limbo calycis quadrilobo, corolla albida.

In iisdem cum priori locis. Epirus: pr. Prevesa, Luros, Ranca, Panegia, Safikbi, Janina, Chartmut, Han Levka, Govrica (Form.); Thessalia: pr. Trikala, Karditza, Orman Magula (Haussk.), Stefanosaioi, Vlazda, Neochorion, Megalivris (Form.), Litochori (Sint.); Messenia (Chaub.); Corcyra: pr. urbem, Alipu, Kanali, Potamos (Form.), in valle Ropa (Mazz.). — Jul. Aug. ⊙.

3. Cephalaria Schrad. cat. sem. hort. a. 1814.

a. Perennes; involucelli dentes inaequales (4 longiores, 4 brevissimi); corolla flava.

1. **C. ambrosioides** S. et S. pr. I. p. 80, Fl. gr. II. p. 5, t. 103; Fraas fl. class. p. 218; (*Scabiosa*); Bois. et Sprun. diagn. I. p. 108, Fl. or. III. p. 122; Heldr. fl. cephal. p. 43, chlor. Parn. p. 20; Hal. in z. b. G. 1888 p. 758; Haussk. symb. p. 105. — *C. graeca* Hal. in ö. b. Z. 1890 p. 39; Form. in Ver. Brünn 1896 p. 56, saltem quoad pl. graecam; non Roem. et Sch. syst. III. p. 43, quae capitulis minoribus, involucelli phyllis exterioribus suborbiculatis obtusissimis, interioribus oblongis, paleis obtusiusculis discedit. — Huc forsan: *C. centauroides* Sieb. avis p. 2 (*Scabiosa*), in Flora V. 2, p. 639 (ubi planta pro *Scabiosa cretacea* declaratur); Raul. cret. p. 776. — Exsicc.: Heldr. herb. norm. n. 324; Sint. it. turc. a. 1889 p. 1892, it. thessal. n. 1135. —

Caule elato, glabro, crasso, superne ramoso; foliis plus minus pubescenti-tomentellis, inferioribus pinnatisectis, segmentis 3—7 jugis, ovatis vel elliptico-oblongis, grosse et obtusiuscule inciso-dentatis, basi cuneata secus rachin interdum appendiculatam decurrentibus, superioribus in lacinias lanceolatas elongatas acute dentatas sectis; capitulis magnis, longe pedunculatis; involucri phyllis triangulari-lanceolatis, tomentellis; paleis lanceolatis, acuminatis.

In rupestribus, fruticetis regionis montanae et subalpinae. Thessalia: in oropedio Neuropolis pr. Sermenikon in Pindo, pr. Hagios Dionysios (Sint.), pr. Rapsani et Patsios in mt. Olympo, pr. Spilia in mt. Ossa (Form.); pr. Amphissa (Hal.), mt. Parnassus (Sibth.); Attica: mt. Hymettus (Fraas); Euboea: mt. Dirphys (Sart.); Acrocorinthus (Bois.); Achaia: mt. Kyllene, pr. Megaspilaeon (Heldr.); Laconia: in faucibus Langada mt. Taygetos (Zahn); ? Creta (Sieb.). — Jul. Sept. ♃.

2. **C. setulifera** Bois. et Heldr. fl. or. III. p. 174. — Exsicc.: Heldr. pl. fl. hellen. n. 3531.

Caule mediocri, gracili, simplici vel parce ramoso, foliisque setulis basi tuberculatis plus minus obsito; foliis infimis oblongis, grosse dentatis, caeteris lyratis, segmentis 1—2 jugis, terminali multo majori, oblongo, acuto, paucidentato, foliorum superiorum laciniis anguste linearibus, lateralibus parvis, terminali elongata; capitulis mediocribus, longe pedunculatis; involucri phyllis tomentellis, exterioribus ovatis, obtusissimis, interioribus ovatis, obtusiusculis; paleis oblongis, acutiusculis. — Affinis *C. graecae* Roem. et Schult., in Graecia ipsa nondum lectae, indumento non tuberculato-setuloso et foliis omnibus pinnatisectis, diversae.

In rupibus regionis superioris mt. Dirphys Euboeae, supra fontem Liri (Heldr.). — Jul. Sept. ♃.

Obs. *C. leucantha* L. sp. p. 98; S. et S. pr. I. p. 81; (*Scabiosa*); Schrad. l. c. — In Graecia probabiliter erronee indicatur.

b. Annua; involucelli dentes subaequales; corolla coerulescens.

3. C. **transsilvanica** L. sp. p. 98; S. et S. pr. I. p. 80; Pieri corc. fl. p. 14; Fraas fl. class. p. 217 (*Scabiosa*); Schrad. l. c.; Bois. fl. or. III. p. 118; Hal. in ö. b. Z. 1888 p. 763; Heldr. chlor. Parn. p. 20; Form. in D. bot. Monat. 1890 p. 22, in Ver. Brünn 1895 p. 30, 1896 p. 56, 1897 p. 41; Haussk. symb. p. 105. — Icon: Jacq. hort. vind. II. t. 111. — Exsicc.: Orph. fl. gr. n. 310; Heldr. herb. norm. n. 325; Sint. it. a. 1889 n. 1893; Sint. et Bornm. it. turc. n. 1278; Dörfl. fl. gr. n. 224.

Inferne scabrida, superne glabrescens; caule elato, virgato, superne patule ramoso; foliis inferioribus lyratis, segmentis oblongis serratis, terminali maxima, superioribus in lacinias lineari-lanceolatas, pinnatipartitis; capitulis mediocribus, longe pedunculatis; involucri phyllis paleisque ovatis, cuspidatis, ciliatis.

In vineis, olivetis, collibus regionis inferioris et montanae. Epirus: a Prevesa usque Janina passim (Form.); Thessalia: frequens in planitie tota; Aetolia (Wied.); mt. Parnassus pr. Rachova (Heldr.); Attica: in oliveto Athenarum (Orph.), ad Phalerum (Heldr.); Corcyra (Pieri). — Jul. Sept. ⊙.

4. Knautia Coult. dips. p. 40.

1. Sectio. *Trichera* DC. pr. IV. p. 651 sensu ampl. — Involucrum patens, 10-polyphyllum; capitula 10-multiflora; corollae radiantes.

a. Perennes; involucrum 12—16 phyllum; involucelli tubus truncatus, obsolete 4 dentatus; calycis limbus substellatus, fere a basi in 8—10 aristas suberectas divisus.

α. Folia elongato-lanceolata, integerrima.

1. K. **magnifica** Bois. et Orph. fl. or. III. p. 129, suppl. p. 285. — Exsicc.: Orph. fl. gr. n. 1057 (Macedonia); Heldr. it. gr. septentr. a. 1879.

Caule erecto, simplici vel parce ramoso, inferne denso hispido, superne pilis patulis plerisque glanduliferis hirto; foliis molliter tomentellis, inferioribus in petiolum attenuatis, superioribus basi connata sessilibus; involucri phyllis ovato-lanceolatis, capitulo magno subduplo brevioribus; floribus roseis; involucello hirsuto, apice minutissime denticulato; calycis limbo in aristas setaceas hirsutas involucello 4 plo breviores diviso. — Affinis *K. longifoliae* (W. et K.) caule inferne glabro, foliis subglabris, involucri phyllis longioribus, distinctae.

In pascuis subalpinis mt. Oeta Phthiotidis l. d. Livadies (Heldr.). — Jul. Aug. ♃.

b. Folia elliptica vel ovata, crenata, lyrata vel pinnatipartita.

α. Corolla rosea vel lilacina.

2. K. **pannonica** Jacq. enum. p. 22 (*Scabiosa*); Wettst. Beitr. fl. Alban. p. 62. — *K. nympharum* Bois. et Heldr. diagn. ser. 2, II. p. 124. — *K. drymeia* Heuff. in Flora 1856 p. 53. — *K. ciliata* Bois. fl. or. III. p. 127. — ? *K. silvatica* Friedr. Reise p. 282. — ?

Scabiosa ciliata Mazz. in ant. ion. III. p. 698, vix Roem. et Schult. — Icon: Jacq. obs. bot. t. 72. — Exsicc.: Orph. fl. gr. n. 879; Sint. et Bornm. it. turc. n. 1273; Sint. it. thessal. n. 965.

Caulibus erectis vel adscendentibus simplicibus vel ramosis, retrorsum hirsutis, ad vel ultra medium foliatis; foliis ovatis vel oblongis, indivisis, obtuse crenato-dentatis, adpresse hirsutis, inferioribus basi attenuatis, superioribus basi saepe latiore subsessilibus; involucri phyllis lanceolatis, capitulo mediocri brevioribus vel aequilongis; floribus roseis; involucello hirsuto, apice breviter denticulato; calycis limbo in aristas basi pilosas, involucello 2 plo breviores diviso.

In faucibus silvaticis regionis montanae et subalpinae. Thessalia: mt. Tragopetra pr. Malakasi in Pindo (Sint.), ad Hagios Dionysios in Olympo (Orph.); Elis: inter Pyrgos et Arcadia (Friedr.); Corcyra: pr. Cavatades (Mazz.). — Jun. Aug. ♃.

3. **K. arvensis** L. sp. p. 99; S. et S. pr. I. p. 81; Pieri corc. fl. p. 14; Ch. et B. exp. p. 49, Fl. pelop. p. 9; Mazz. in antol. ion. III. p. 696; (*Scabiosa*); Duby bot. gall. I. p. 257; Bois fl. or. III. p. 128. — Icon: Fl. dan. t. 447. — Exsicc.: Orph. herb. a. 1857.

Differt a praecedente caulibus inferne dense, superne remote foliatis, foliis nunc omnibus lyratis, pinnatifidis vel pinnatipartitis, nunc indivisis, crenato-dentatis.

In herbidis regionis submontanae et montanae. Thessalia: mt. Olympus ad Hagios Dionysios (Orph.); Laconia: in arvis (Sibth.); Messenia: ab Arcadia usque mt. Gortys et Diaforti (Chaub.); Zante (Heldr.); Corcyra (Pieri). — Jun. Aug. ♃.

β. Corolla ochroleuca.

4. **K. ambigua** Friv. in Flora 1836 II. p. 438 (*Scabiosa*); Boiss. et Orph. diagn. ser. 2, VI. p. 95; Form. in Ver. Brünn 1897 p. 40.

Differt a *K. arvensi* capitulis minoribus, corollis ochroleucis, vix radiantibus. — An a *K. carpathica* Fisch. in Rchb. fl. exc. p. 193 specifice diversa?

In regione faginea ad Phlambures et mt. Mitrica in mt. Chassia (Form.). — Jun. Aug. ♃. N. v.

b. Annuae; involucrum 8—12 phyllum; involucelli limbus bicuspidatus, dentibus inaequaliter 2—3 mucronatis; calycis limbus cupuliformis, margine brevissime setoso-ciliatus.

5. **K. integrifolia** L. sp. p. 99; Pieri corc. fl. p. 14; Mazz. in antol. ion. III. p. 696; (*Scabiosa*); Bert. fl. ital. II. p. 32; Hal. in ö. b. Z. 1897 p. 95; Heldr. fl. Aegina p. 302. — ? *Scabiosa amplexicaulis* L. mant. p. 195; S. et S. pr. I. p. 81; Ch. et B. exp. p. 48. Fl. pelop. p. 9; Mazz. l. c. p. 698; Marg. et R. fl. Zante p. 55. — *S. hybrida* All. auct. p. 9; Friedr. Reise p. 276; Form. in D. bot. Monat. 1890 p. 22. — *K. hybrida* Coult. dips. p. 42; Marg. et R. fl. Zante p. 55; Ung. Reise p. 123; Raul. cret. p. 776; Bois. fl. or. III. p. 126; Spreitz. in z. b. G. 1877 p. 714, 1887 p. 662; Heldr. fl.

cephal. p. 43; Hal. Beitr. fl. Epir. p. 26; Forsyth in bull. herb. Bois. III. p. 87; Form. in Ver. Brünn 1896 p. 55 f. *alpina*, 1897 p. 41. — *Trichera hybrida* Roem. et Sch. syst. III. p. 58; Weiss in z. b. G. 1869 p. 47, f. *lyrata et integrifolia*; Gelmi in bull. soc. bot. ital. 1889 p. 450; Haussk. symb. p. 105. — *T. mutabilis* Schrad. cat. sem. Gott. a. 1814. — *S. bidens* Sieb. avis p. 3, rem. p. 3, sec. Flora V, II. p. 639, non S. et. S. — Icon: Rchb. f. 1347 et 1348. — Exsicc.: Orph. fl. gr. n. 877; Heldr. in Magn. fl. sel. n. 3276; Sint. it. thessal. n. 126; Baen. herb. europ. n. 9274.

Caule erecto, gracili, piloso-scabriusculo, dichotome ramoso; foliis ellipticis, pilosis, integris serratis vel lyratis, pinnatipartitisque, superioribus linearibus; pedunculis elongatis, glanduloso-pilosis; involucri phyllis lanceolatis, ciliatis, flores non aequantibus; corolla coerulea; involucello hispido.

β. **Urvillaei** Coult. dips. p. 21 pro sp.; Bois. fl. or. III. p. 126; Hal. in ö. b. Z. 1895 p. 409. — Omnibus partibus minor, capitula pauciflora. Sec. Bois. l. c. forma autumnalis e locis sterilibus. —

In collibus, herbidis regionis inferioris et montanae, ad alpinam usque interdum adscendens, per totam Graeciam frequens. — Mart. Jul. ⊙.

2. Sectio. *Lychnoides* DC. pr. IV. p. 650. — Involucrum erectum, cylindricum, 6—10phyllum; capitulum 5—10florum; corollae purpureae, valde radiantes.

6. **K. orientalis** L. sp. p. 101; Bois. fl. or. suppl. p. 285; Haussk. symb. p. 105; Form. in Ver. Brünn 1897 p. 41. — Icon: Lam. ill. t. 58. — Exsicc.: Orph. fl. gr. n. 878; Heldr. herb. norm. n. 848; Sint. it. thessal. n. 512.

Caule erecto, gracili, breviter puberulo et setulis longis basi tuberculatis obsito, superne glanduloso; foliis hispidulis, oblongis vel oblongo-linearibus, integris vel pinnatipartitis lyratisve, superioribus linearibus; pedunculis elongatis; involucri phyllis lanceolatis, acuminatis, glanduloso-hispidis, floribus duplo brevioribus; involucello hirto, dentibus 12—15 perbrevibus; calycis limbo longe setoso.

In pratis montanis, dumosis. Thessalia: pr. Vutades (Sint.), in oropedio Neuropolis (Heldr.), pr. Kastania (Hal.) in Pindo, mt. Kerasia Sina, Hagios Paraskevi et Kucuro in mt. Chassia, pr. Volo (Form.); ad radices mt. Chelidoni pr. Mikrochorio Eurytaniae et pr. Kastaniotissa Euboeae (Heldr.). — Jun. Jul. ⊙.

5. Pterocephalus Vaill. act. acad. par. 1722 p. 184.

a. Suffruticosi, caespitosi.

1. **P. perennis** Vaill. l. c.; Coult. dipsac. p. 45. — *Scabiosa pterocephala* L. sp. p. 100; S. et S. pr. I. p. 84, Fl. gr. II. p. 12, t. 113; Ch. et B. exp. p. 50, Fl. pelop. p. 9; ? Mazz. in antol. ion. III. p. 700. — *P. Parnassi* Spreng. sept. I. p. 384; Bois. fl. or. III.

p. 148, suppl. p. 286; Heldr. fl. cephal. p. 43, chlor. Parn. p. 20; Hal. in z. b. G. 1888 p. 758, Beitr. fl. Achaia p. 24; Form in Ver. Brünn 1896 p. 57; Bald. riv. coll. bot. Alb. 1896 p. 64. — *P. bellidifolius* Bois. diagn. II. p. 109 (forma depauperata foliis indivisis, ex auctore ipso). — Exsicc.: Orph. fl. gr. n. 211; Heldr. herb. norm. n. 1345; Dörfl. fl. gr. n. 223 et 421. —

Caespites latos formans, plus minus dense sericeo-tomentosus, saepe canescens; ramis vetustis procumbentibus, novellis brevibus, dense foliatis; foliis oblongis, in petiolum attenuatis, crenatis vel lyratis lobis lateralibus 1—2 minutis; pedunculis e caespite vix exsertis; involucri phyllis lanceolatis, corollis radiantibus, roseo-violaceis duplo brevioribus; involucello hirsuto, obsolete coronulato, in setas plumosas brevissimas vel aristas calycis 3 plo breviores abeunti; calycis aristis 15—16, involucello 3—4 plo longioribus. — Stirps pulcherrima.

β. **pinnatisectus**. — Folia pinnatisecta, segmentis parvis 2—3 jugis ovatis, crenatis. — Exsicc.: Bald. it. alb. 1892 n. 75. —

In rupestribus regionis montanae in alpinam usque adscendens. — Epirus: mt. Kuruna distr. Ljaskovik, f. *virescens* (Bald.); Thessalia: mt. Pelion (Form.); Euboea: mt. Dirphys; Aetolia: mt. Korax (Heldr.); mt. Kiona (Hal.), mt. Parnassus (Sibth.); Attica: mt. Parnes (Sprun.); Achaia: in valle Voreikos pr. Kalavryta, pr. Sudena, mt. Chelmos (Hal.), mt. Kyllene (Orph.); Arcadia: mt. Diaforti (Chaub.); Laconia: mt. Malevo (Orph.), pr. Androvista, mt. Taygetos (Chaub.); Cephalonia: mt. Aenos (Schimp.); ? Corcyra: pr. Palaeokastrizza et Spartilla (Mazz.). — *β.* in mt. Acroceraunicis (Bald.), jam extra ditiorem. — Jun. Aug. ♄. b. Annui.

2. **P. papposus** L. sp. p. 101 (*Scabiosa*); Coult. dipsac. p. 45 p. p. quoad plant. cret. — *Scabiosa involucrata* S. et S. pr. I. p. 84, Fl. gr. II. p. 11, t. 112. — *P. brevis* Coult. dips. p. 44, t. 1, f. 16. — *P. involucratus* Spreng. syst. veg. I. p. 384; Bois. fl. or. III. p. 148; Raul. cret. p. 776. — *P. Coulteri* Bois. diagn. X. p. 77. —

Pubescenti-viscidulus; caule erecto ramoso; foliis pinnatisectis, laciniis linearibus, pinnatifidis, decurrentibus; involucri adpresse hirsuti, phyllis lanceolatis, corollas aequantibus vel superantibus, majoribus utrinque 1—2 lacinulis auctis; corollis radiantibus, roseis, margine atropurpureis; involucello ad costas hirto, coronula brevissima vix perspicua superato; calycis limbo breviter stipitato, in aristas 12, involucello sesquilongiores abeunte. — Linné suam *Scabiosam papposam* solum in Creta, nec in Hispania, indicat, quamobrem haec, nec species affinis hispanica *P. papposus* nominanda est.

In collibus siccis Cretae (Sibth.): pr. Avdhu (Heldr.). — Maio, Jun. ⊙. N. v.

3. **P. plumosus** L. mant. p. 197 (*Knautia*); Coult. dips. p. 43; Weiss in z. b. G. 1869 p. 47; Raul. cret. p. 777; Bois. fl. or. III. p. 147; Haussk. symb. p. 104; Hal. Beitr. fl. Achaia p. 23; Form.

in Ver. Brünn 1897 p. 42; Heldr. fl. Aegina p. 302. — *Scabiosa plumosa* S. et S. pr. I. p. 84, Fl. gr. II. p. 11, t. 111; Sieb. avis p. 3. — Exsicc.: Heldr. pl. fl. hellen. a. 1899.

Differt a praecedente caule crassiore, foliis inferioribus oblongis crenatis vel lyratis, superioribus pinnatipartitis sectisve, laciniis lanceolatis, terminali multo majore, involucri phyllis omnibus indivisis, floribus roseis, involucello minute denticulato.

In saxosis regionis inferioris et montanae. Thessalia: pr. Aivali, Pharsalus, Orman Magula (Haussk.), Povelci, Stylida, Neraida (Form.); Attica: mt. Pentelicon (Haussk.), Hymettus, insula Aegina (Heldr.); Achaia: pr. Megaspilaeon (Hal.), Diakophto (Heldr.); Argolis: mt. Arachneon (Sprun.); Creta: pr. Canea (Weiss), cap Meleka, Askyphos, Anopolis (Raul.). —. Maio. Jul. ⊙.

6. **Callistemma** Mert. et K. Deutschl. Fl. I. p. 758 pro sect. *Scabiosae*; Bois. fl. or. III. p. 146.

1. **C. palaestinum** L. mant. p. 197 (*Knautia*); Heldr. herb. norm. n. 1148, Fl. Aegina p. 302; Hal. Beitr. fl. thessal. p. 13. — *Scabiosa brachiata* S. et S. pr. I. p. 83, Fl. gr. II. p. 9, t. 109; Sieb. avis p. 2; Form. in D. bot. Monat. 1890 p. 22. — *Pterocephalus palaestinus* Coult. dips. p. 43; Marg. et Reut. fl. Zante p. 55; Weiss in z. b. G. 1869 p. 47; Raul. cret. p. 776. — *Scabiosa palaestina* Ch. et B. exp. p. 49, Fl. pelop. p. 9, non L. mant. p. 37. — *C. brachiatum* Bois. fl. or. III. p. 146; Form. in D. bot. Monat. 1890 p. 22, in Ver. Brünn 1895 p. 30; Haussk. symb. p. 104; Hal. Beitr. fl. Epir. p. 26. — Forma foliis lyrato-pinnatifidis; summis lineari-pinnatifidis, formis intermediis ad typum transiens: *S. Sibthorpiana* S. et S. pr. I. p. 84, Fl. gr. II. p. 10, t. 110. — *S. multiseta* Vis. stirp. dalm. p. 13. — *C. brachiatum β. Sibthorpianum* Bois. fl. or. III. p. 147; Haussk. symb. p. 104; Form. in Ver. Brünn 1896 p. 57, 1897 p. 42. — Exsicc.: Orph. fl. gr. n. 883; Heldr. herb. norm. n. 166 et 1148; Sint. it. thessal. n. 513.

Plus minus pubescens, saepe canescens; caule saepe a basi ramoso; foliis oblongis, integris, dentatis, lyratis vel pinnatifidis; pedunculis elongatis; involucri phyllis lanceolatis, capitulum aequantibus vel superantibus; corollis radiantibus, violaceis; involucello breviter hirto, corona multinerve denticulata tubo duplo breviori superata. — Involucelli tubo in parte superiori profunde foveolato a *Pterocephalis* discedit.

In collibus siccis, herbidis regionis inferioris per totam Graeciam. — Apr. Jul. ⊙.

7. **Scabiosa** L. gen. n. 115.

1. Sectio. *Asterocephalus* Coult. dips. p. 45. — Involucelli tubus teres, ecostatus, superne 8 foveolis profundis insculptus, limbo scarioso, coronae instar dilatato; calycis limbus stipitatus vel subsessilis.

a. Perennes; corollae radiantes.

α. Calycis aristae involucelli corona breviores.

1. **S. cretica** L. sp. p. 100; Sieb. avis p. 2, rem. p. 3; Raul. cret. p. 777; Bois. fl. or. III. p. 136. — Huc pertinet forsan ex Bois. l. c.: *S. africana* S. et S. pr. I. p. 83, non L., in insula Zante indicata, sed ibi postea a nemini lecta. — Exsicc.: Bald. it. cret. alt. n. 126.

Fruticosa, multiceps, ramis vetustis lignosis; caulibus adscendentibus, simplicibus subsimplicibusve, basi dense foliatis, caeterum subnudis, foliisque adpresse sericeo-canis; foliis integerrimis, ovalibus, oblongis vel oblongolanceolatis, in petiolum brevem attenuatis; involucri phyllis canis, oblongolanceolatis, capitulo brevioribus; corollis pallide coeruleis, tomentosis, radiantibus; involucelli albo-villosi tubo foveolis aequilongo; corona 25—28 nervia, foveolis sublongiore. — Specimina cretica a me visa a siculis foliis ovalibus vel ovali-oblongis discedunt et probabiliter ad *S. creticam* L. *β.* (*Scabiosa cretica frutescens*, *auriculae ursi folio* Tourn. cor. 34) pertinent.

In rupibus, regionis mediae et superioris. Creta: mt. Aphendi Sarakeno (Bald.) in mt. Lassiti (Raul.). — Jun. Jul. ♄.

2. **S. trifoliolata** Ch. et B. exp. p. 56, Fl. pelop. p. 9 pro var. *S. creticae*; Hal. in ö. b. Z. 1895 p. 409, 1897 p. 95. — *S. cretica v. heterophylla* Hampe in Flora 1842 p. 75. — *S. hymettia* Bois. et Spr. diagn. II. p. 111, Fl. or. III. p. 137. — Exsicc.: Heldr. herb. norm. n. 489 et 1346; Orph. fl. gr. n. 106.

Frutescens; caulibus adscendentibus, simplicibus, basi tantummodo dense foliatis, caeterum nudis, foliisque adpresse sericeis; foliis in petiolum brevem attenuatis, aliis indivisis lanceolatis, aliis 3—5fidis laciniis lanceolatis; involucri phyllis sericeis, oblongis, obtusissimis, capitulo majusculo triplo brevioribus; corollis coeruleis, adpresse hirtis, valde radiantibus; involucelli albo-villosi tubo foveolis aequilongo; corona 30—40 nervia, tubo aequilonga. — Differt a praecedente indumento minus denso, caudicibus brevibus, foliis heteromorphis, multo angustioribus, capitulis majoribus brevius involucratis.

In rupibus regionis inferioris et montanae, rare. Doris: pr. Dremisa ad radices mt. Kiona (Reis.); Attica: mt. Parnes (Heldr.), Hymettus (Sprun.); Sporadum insula Jura (Leon.); Laconia: ad promontorium Tenare et Malea (Chaub.). — Maio, Jun. ♄.

β. Calycis aristae involucelli corona 2—4plo longiores.

× Folia omnia indivisa, integra vel dentata.

3. **S. epirota** Hal. et Bald. in z. b. G. 1892 p. 577. — *S. Millelirei* Bald. riv. coll. bot. Alb. 1892 p. 43 (1894), 1895 p. 45. — Exsicc.: Bald. it. alb. a. 1892 n. 250, it. alb. epir. III. n. 60.

Fruticosa, multiceps, ramis vetustis lignosis denudatis; caulibus adscendentibus, elatis, ad medium usque foliatis, simplicibus vel in ramos parvos subnudos divisis, foliisque adpresse hirtis; foliis virescentibus,

ellipticis, in petiolum brevem attenuatis; involucri phyllis adpresse hirtis, oblongo-linearibus, obtusis, capitulo majusculo duplo brevioribus; corollis roseis, adpresse hirtulis, valde radiantibus; involucelli albo-villosi tubo foveolis aequilongo; corona 25 nervia, tubo subbreviore. — Species insignis, a praecedentibus caulibus elatioribus, ad medium foliatis, foliis magnis ad 6 cm. longis et 3 cm. latis, saepissime grosse dentatis et calycis aristis corona involucelli multo longioribus distinctissima.

In rupestribus sub mt. Zalongo distr. Prevesa et pr. Suli distr. Paramythia in Epiro (Bald.). — Jun. Aug. ♄.

×× Folia pinnatifida vel 1—2 pinnatipartita, infima interdum indivisa.

○ Basi suffruticosae; caules simplices, monocephali, rarius subramosi, 1—3 cephali; corolla rosea.

. Capitula majuscula multiflora.

4. **S. crenata** Cyr. pl. rar. Neap. I. p. 11, t. 3; Ten. annot. alla fl. gr. in rendic. real. acad. sc. II. p. 6; Bois. fl. or. III. p. 138; Form. in D. bot. Monat. 1890 p. 22, in Ver. Brünn 1896 p. 57, 1897 p. 42; Haussk. symb. p. 105; Hal. Beitr. fl. Epir. p. 26; Bald. in bull. herb. Bois. IV. p. 204. — *S. coronopifolia* S. et S. pr. I. p. 85, Fl. gr. II. p. 13, t. 114; Mazz. in antol. ion. III. p. 698.

Suffruticosa, multiceps, plus minus hirsuta vel glabrescens; caulibus adscendentibus vel erectis, simplicibus vel parce ramosis, inferne foliosis, superne nudis vel remote foliatis; foliis infimis spathulatis, dentatis, caeteris 1—2 pinnatipartitis, laciniis oblongo-linearibus, saepe dentatis; involucri phyllis oblongo-lanceolatis, capitulo triplo brevioribus; corollis roseis, tomentellis, radiantibus; involucelli albo-villosi tubo foveolis subaequilongo; corona 20—24 nervia, tubo longiore; calycis aristis corona 3 plo longioribus. — Species quoad indumentum, caulium longitudinem et foliorum divisionem valde variabilis.

α. **typica.** — Caules et folia glabra vel parce hirtula. — Exsicc.: Heldr. herb. norm. n. 680; Bald. it. alb. epir. III. n. 61, mixta cum *β*.

β. **hirsuta** Guss. pr. I. p. 162. — Caules et folia plus minus dense hirsuta. Intermediis ad typum transit. — Exsicc.: Orph. fl. gr. n. 104.

γ. **Dallaportae** Heldr. in Bois. fl. or. III. p. 138, Fl. cephal. p. 43, pro sp. — Caules abbreviati, ideo capitula in caespite subsessilia, folia glabra vel subglabra, caudiculorum sterilium et infima caulium indivisa, oblongo-spathulata crenato-dentata, caetera pinnati-vel bipinnati-partita. Meo sensu nil nisi forma depauperata varietatis typicae. — Exsicc.: Heldr. fl. cephal. n. 3681.

In rupestribus regionis submontanae et subalpinae. Epirus: mt. Tsumerka pr. Vulgarelion et Theodoriana (Hal.); Thessalia: mt. Dokimi, pr. Chaliki, Lepeniza, Velitsena, Koturi, Krania, Neochorion, mt. Itamos (Form.), mt. Karava, Ghavellu, pr. Sermenikon (Haussk.); Eurytania:

mt. Tymphrestus, Chelidoni (Heldr.); Achaia: pr. Megaspilaeon (Heldr.), mt. Chelmos pr. Klukines (Orph.); Laconia: mt. Taygetos (Zahn); Corcyra: pr. Corachiana, Synarades (Mazz.); — γ. Cephalonia: in rupibus maritimis pr. Asso, Charakas, Thynia, Kipuria (Heldr.). — Maio, Aug. ♄.

5. **S. breviscapa** Bois. et Heldr. diagn. IV. p. 73. — *S. crenata β. breviscapa* Bois. fl. or. III. p. 138. — Exsicc.: Pichl. pl. gr. a. 1876; Zahn pl. gr. a. 1897.

Suffruticosa, dense caespitosa, adpresse sericeo-cana; caulibus adscendentibus, abbreviatis, e caespite parum exsertis, inferne dense foliosis, caeterum nudis; foliis ovatis vel oblongis, pinnatifidis, laciniis oblongis vel ovatis, brevibus; caeteris praecedentis. — Habitus *Pterocephali perennis*.

In rupestribus regionis alpinae mt. Taygetos (Heldr.). — Jun. Aug. ♄.

.. Capitula minuta, 7—8flora.

6. **S. sphaciotica** Roem. et Sch. syst. III. p. 86; Sieb. avis p. 2; Raul. cret. p. 777; Bois. fl. or. III. p. 139; Bald. viagg. Creta p. 60. — *S. tomentosa* S. et S. pr. I. p. 85, non Cav. — *Asterocephalus sphacioticus* Spreng. syst. I. p. 382. — *Pterocephalus tomentosus* Coult. in DC. pr. IV. p. 653. — Exsicc.: Bald. it. cret. n. 219.

Suffruticosa, multiceps, caespitosa, nana; caulibus tomentosis, e caespite parum exsertis; foliis lineari-oblongis, cano-tomentosis, dentato-pinnatifidis, laciniis parvis ovatis; involucri phyllis ovatis, tomentosis, capitulo triplo brevioribus; corollis pallide roseis, subradiantibus, extus hirtis; involucelli tubo hirsuto, foveolis aequilongo; corona sub 30nervia, tubo longiore; calycis aristis tubo duplo longioribus.

β. **decalvans.** — Caules glabri, folia et involucra parce adpresse hirta. — Exsicc.: Heldr. pl. cret. a. 1870.

In summis mt. Sphacioticorum Cretae (Sibth.), ad Mavri, Hagion Pneuma et Theodori (Raul.); — *β.* mt. Ida inter Nida et Ruva (Heldr.). — Aug. ♄.

OO Perennis vel biennis; caules virgati, valde ramosi, polycephali, corolla albida vel ochroleuca, rarius coerulescens.

7. **S. argentea** L. sp. p. 100; S. et S. pr. I. p. 83; Fl. gr. II. p. 9, t. 108. — *S. ucranica* L. sp. ed. 2 p. 144; Bois. fl. or. III. p. 139, cum *γ. integrifolia*, foliis infimis integris; Heldr. in Sitzungsb. acad. Wiss. Berlin 1883 p. 4. — Form. in D. bot. Monat. 1890 p. 22, in Ver. Brünn 1896 p. 57, 1897 p. 42; Haussk. symb. p. 104, cum f. *integrifolia* Bois. l. c. et f. *abbreviata*, ramis abbreviatis indumento brevissimo et pilis longis patentibus obsitis, foliis dense pilosis, laciniis abbreviatis. — *S. pilosa* Roem. et Sch. III. p. 80 (f. dense pilosa). — Exsicc.: Orph. fl. gr. n. 105, in Baen. herb. europ. n. 5524; Heldr.

it thessal. n. 45; Sint. et Bornm. it. turc. n. 1275 et 1276; Sint. it. thessal. n. 1078. —

Caulibus erectis, rigidulis, pilosis vel glabris; foliis pubescentibus vel glabratis, pinnatipartitis, laciniis oblongo-linearibus linearibusve, integris vel dentatis, foliis inferioribus interdum integris lineari-lanceolatis; involucri phyllis lineari-lanceolatis, capitulo aequilongis vel longioribus; corollis radiantibus; involucelli tubo albo-setoso, foveolis subbreviore; corona 20—24 nervia, tubo breviore; calycis aristis corona 3—4 plo longioribus. — Species indumento et foliorum laciniarum forma valde variabilis.

In collibus siccis, rupestribus regionis inferioris et montanae. Thessalia: frequens a Pindo usque ad litora maris Aegaei; Elis, Corinthia (Sibth.); Laconia: mt. Malevo pr. Hagios Petros (Orph.); et probabiliter alibi. — Jun. Aug. ⊙. et ♃.

b. Annuae; corollae non radiantes.

8. **S. sicula** L. mant. p. 196; Weiss in z. b. G. 1869 p. 47. — Exsicc.: Rev. pl. cret. n. 67.

Caule gracili, erecto, simplici vel ramoso, 5—20 cm. alto; foliis longe pilosis, linearibus vel lanceolatis, integris, aut dentatis vel lyrato-pinnatifidis, laciniis lineari-lanceolatis, terminali multo majore; involucri phyllis linearibus, tandem patulo-recurvis vel reflexis, capitulo longioribus; corollis rubellis; involucelli tubo albo-piloso, foveolis subaequilongo; corona 20—24 nervia, longe excurrentibus; calycis aristis nigris, coronam longe superantibus.

In campis, locis aridis regionis inferioris Cretae: in peninsula Akroteri (Rev.), pr. Canea (Weiss). — Jun. Jul. ⊙.

2. Sectio. *Vidua* Coult. dips. p. 49. — Involucelli tubus a basi ad apicem 8 sulcatus, sulcis superne latioribus obtusis, limbo margine inflexo incrassato; calycis tubus basi membrana involucelli interiore vaginatus, limbo longe stipitato.

9. **S. maritima** L. am. acad. IV. p. 304; S. et S. pr. I. p. 82, Ch. et B. fl. pelop. p. 9; Marg. et R. fl. Zante p. 55; Weiss in z. b. G. 1869 p. 47; Raul. cret. p. 777; Bois. fl. or. III. p. 134; Heldr. fl. cephal. p. 43; Spreitz. in z. b. G. 1877 p. 714, 1887 p. 661, 1890 p. 296; Hal. in z. b. G. 1888 p. 758; Haussk. symb. p. 105; Form. in Ver. Brünn 1895 p. 30, 1897 p. 42. — *S. grandiflora* Scop. del. insub. III. p. 29, t. 14; Pieri corc. fl. p. 15. — Huc probabiliter: *S. uniflora* et *solitaria* Mazz. in antol. ion. III. p. 698. — Exsicc.: Orph. fl. gr. n. 881.

Pubescens vel glabrata; caule erecto, patule ramoso, rarius simplici; foliis inferioribus oblongo-obovatis, dentato-crenatis vel lyratis, intermediis varie pinnatisectis, summis indivisis linearibus; involucri phyllis lanceolatis, capitulo brevioribus, tandem reflexis; corollis caeruleis vel roseis, radiantibus; involucelli tubo ad costas hirto, limbo inflexo, spongioso, crenulato; calycis limbo fere ad basin in aristas, involucello longiores diviso. — Stirps valde variabilis.

In maritimis, olivetis, collibus apricis regionis **inferioris** per totam Graeciam ut videtur frequens; non indicatur in insulis maris Aegaei. — Jun. Aug. ⊙.

3. Sectio. *Sclerostemma* M. u. K. Deutschl. fl. I. p. 749. — Involucelli tubus a basi ad apicem 8 sulcatus, sulcis superne vix latioribus, limbo plano membranaceo; calycis limbus breviter stipitatus vel subsessilis.

a. Perennes; involucri phylla lineari-lanceolata.

α. Corolla lilacina vel rosea.

10. S. **taygetea** Bois et Heldr. diagn. VI. p. 73, Fl. or. III. p. 132. — *S. holosericea* Ch. et B. exp. p. 49, Fl. pelop. p. 9, non Bert. — Exsicc.: Heldr. herb. norm. n. 938 et 1438.

Dense pannosa; caulibus erectis, simplicibus vel parce ramosis, inferne foliatis, caeterum nudis; foliis aliis oblongis, indivisis, crenatis, aliis lyratis, lobis lateralibus paucis, parvis, terminali multo majore; involucri phyllis capitulo dimidio brevioribus; corollis pallide roseis radiantibus; involucelli tubo ad costas ciliato; corona 24 nervia, tubo triplo breviore; calycis limbo breviter stipitato, aristis corona triplo longioribus.

In regione abietina superiori mt. Taygetos Laconiae (Heldr.). — Jun. Aug. ♃.

Obs. *S. taygetea β. pindicola* Haussk. symb. p. 105; Form. in Ver. Brünn 1897 p. 41. „Pallide virens, molliter pubescens, folia majora, inferiora longe petiolata, magis acutata, grosse crenata, superiora pinnatifida, laciniis acutis dentatis, terminali maximo, involucri phylla glabrescentia, capitulo sublongiora." Auctori ipso incerta, mihi ignota. — Indicatur in mt. Ghavellu et Karava (Haussk.), ad Vlachi supra Kaliva in mt. Agrapha (Form.). —

11. S. **columbaria** L. sp. p. 99; S. et S. pr. I. p. 82; Pieri corc. fl. p. 15; Mazz. in antol. ion. p. 698; Marg. et R. fl. Zante p. 55; Bois. fl. or. III. p. 131. — Huc forsan: *S. gramuntia, uniseta et mollissima* Mazz. l. c. —

Pubescens, viridis; caulibus erectis, divaricatim-ramosis; foliis radicalibus obovato-lanceolatis, crenatis vel lyrato-pinnatifidis, caulinis subaeque distantibus, pinnatisectis, laciniis linearibus, integris vel incisis; involucri phyllis capitulo brevioribus; corollis coeruleo-lilacinis, radiantibus; involucelli tubo ad costas piloso; corona 20 nervia, tubo duplo breviore; calycis limbo breviter stipitato, aristis corona 3—4 plo longioribus.

In insulis Graeciae (Sibth.); Zante (Marg.); Corcyra (Pieri): pr. Coracades, Agraphus, Exocastrius, Prinilla (Mazz.). — Jun. Sept. ♃. N. v.

β. Corolla ochroleuca.

12. S. **Webbiana** Don bot. reg. t. 717; Friedr. Reise p. 275; Hal. in ö. b. Z. 1888 p. 758; Haussk. symb. p. 105 cum f. *alpina*

(minus villosa, caulibus simplicibus); Form. in Ver. Brünn 1896 p. 57, 1897 p. 41, in D. bot. Monat. 1898 p. 78. — *S. ochroleuca β. Webbiana* Bois. fl. or. III. p. 132; Heldr. chlor. Parn. p. 20; Bald. riv. coll. bot. Alb. 1896 p. 64. — Exsicc.: Orph. fl. gr. n. 880; Sint. et Bornm. it. turc. n. 1274; Sint. it. thessal. n. 1077 et 1134; Bald. it. alb. epir. IV. n. 241.

Incano-villosa vel plus minus pubescens; caulibus erectis, ramosis vel simplicibus; foliis inferioribus oblongis, crenatis vel lyratis, caeteris pinnatifidis sectisve, immo bipinnatisectis, laciniis supremorum linearibus; involucri phyllis capitulo saepius brevioribus; corollis radiantibus; involucelli tubo ad costas hirsuto; corona 20 nervia, tubo duplo breviore; calycis limbo breviter stipitato, aristis corona 3—4 plo longioribus. — Subspecies vestita austro-orientalis *S. ochroleucae* L.; valde variat indumento et foliorum divisione.

In herbidis regionis montanae et alpinae. Epirus: mt. Smolika (Bald.); Thessalia: mt. Zygos (Haussk.), Oxya, Dokimi, Said Pascha (Form.), Ghavellu, Hagios Elias pr. Tyrnavo (Sint.), mt. Agrapha, Chassia, Othrys (Form.), Olympus, Oeta; mt. Dirphys Euboeae, mt. Tymphrestus, Parnassus (Heldr.), Kiona (Hal.); Attica: mt. Parnes, Pentelicon (Heldr.); Peloponnesus: mt. Olenos (Heldr.), Malevo (Orph.), insula Poros (Friedr.). Jun. Aug. ♃.

b. Annua; involucri phylla setacea; corolla intense purpurea.

13. **S. tenuis** Sprun. in Bois. diagn. II. p. 114, Fl. or. III. p. 134; Clem. sert. p. 49; Heldr. in Sitzungsb. acad. Wiss. Berlin 1883 p. 6; Form. in D. bot. Monat. 1890 p. 22, in Ver. Brünn 1895 p. 30, 1896 p. 57, 1897 p. 41; Hal. in ö. b. Z. 1892 p. 371, 1897 p. 284, Beitr. fl. Epir. p. 26, Beitr. fl. Aetol. p. 7, Beitr. fl. Thessal. p. 13; Haussk. symb. p. 105. — Exsicc.: Orph. fl, gr. n. 582; Sint. et Bornm. it. turc. n. 1277; Sint. it. thessal. n. 534.

Glabrescens; caulibus virgatis, saepe ramosissimis, rarius subsimplicibus; foliis infimis subintegris, caeteris pinnatifidis-sectisve, laciniis longis, lineari-setaceis; involucri phyllis capitulo 2—3 plo brevioribus; corollis radiantibus; involucelli tubo ad costas hirtulo; corona 20 nervia, tubo triplo breviore; calycis limbo breviter stipitato, aristis nigris, corona multo longioribus. — Species elegans, distinctissima.

In herbidis, nemorosis regionis inferioris et montanae. Frequens in Epiro et in Thessalia a Pindo usque ad mt. Olympus, Ossa et Oeta; Acarnania: pr. Kravassaras, Agrinion (Hal.); Eurytania: mt. Chelidoni (Heldr.); mt. Korax (Tunt.); Corcyra (Clem.): pr. Pyrgi (Bickn.). — Jun. Aug. ☉.

Obs. Species dubiae: *S. nudicaulis* Sieb. avis. rem. p. 3, in Flora I. p. 275 et *S. squamaeflora* Sieb. in Flora l. c., ambo e Creta. — Dein indicatur a Mazz. in ant. ion. III. p. 698 *S. stellata* L. sp. p. 100, in Corcyra, certe ex confusione.

8. Succisa Neck. elem. p. 109.

1. **S. pratensis** Moench. meth. p. 489. — *Scabiosa succisa* L. sp. p. 98; Mazz. in antol. ion. III. p. 696, cum var. *S. prolifera* et *S. hirsuta*. —

Glabriuscula; rhizomate praemorso; caule erecto, simplici vel ramoso; foliis integris vel obsolete dentatis, inferioribus oblongis, superioribus lanceolatis; capitulis haemisphaericis; involucri phyllis lanceolatis, capitulo brevioribus; corolla violacea; involucelli hirsuti limbo 4 fido, laciniis ovatis acutis mucronatis; calycis limbo 5 setoso.

In pratis. Indicatur a Mazziari in Corcyra, sed postea a nemine lecta. — Jul. Sept. ♃. N. v.

2. **S. inflexa** Kluk dykcyn. rosl. III. p. 56 (*Scabiosa*); Nym. consp. p. 345. — *Scabiosa australis* Wulf. in Roem. arch. III. p. 316; Mazz. in antol. ion. III. p. 698. — *Sc. repens* Brign. pl. forojul. p. 19; Mazz. l. c. — *S. australis* Rchb. fl. germ. exc. p. 196. —

Glabrescens; rhizomate repente; caule adscendente, ramoso; foliis integris vel obsolete dentatis, inferioribus oblongis obtusis, superioribus lanceolatis; capitulis haemisphaericis; involucri phyllis triangulari-lanceolatis, capitulo multo brevioribus; corolla pallide-violacea; involucelli glabri limbo minimo, lobis 4 brevissimis obtusis; calycis limbo mutico.

In pratis humidis Corcyrae: pr. Spartero et Lavchi (Mazz.); a recentioribus non lecta. — Aug. Sept. ♃.

Index
ordinum, generum, specierum varietatum et synonymorum.

C.

E.

F.

K.

L.

N.